ANTONII CONCIOLI
I. C. CANTIAENSIS

ALLEGATIONES
FORENSES

CIVILES, ET CRIMINALES.

ALLEGATIONES
FORENSES
CIVILES, ET CRIMINALES
ANTONII CONCIOLI
I. C. CANTIANENSIS,

Et olim ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino CARDINALI DELCIO Status Vrbini Legato eiuſdem Status Auditoris,

In quibus variæ, ac difficiles iuris quæſtiones, & materiæ, quæ in foro, & praxi verſantur circa Contractus, Iudicia, Succeſſiones ab inteſtato, Vltimas voluntates, Statutorum, & Bullarum interpretationem, & reorum ex varijs delictis inquiſitorum defenſionem, ſecundùm Doctorum, & præcipuè Sac. Rotæ Romanæ magis receptas ſententias diligenter, & facili methodo reſoluuntur, & explicantur.

Vnà cum Reſolutionibus ad ſingulas Allegationes in cauſa ſequutis in fine cuiuslibet Allegationis appoſitis.

Cum copioſo Indice, & Summarijs ad quamlibet Allegationem.

PARS PRIMA.

AD SERENISSIMAM DOMINAM
D. VICTORIAM FELTRIAM
A RVERE
MAGNAM ETRVRIÆ DVCEM.



MACERATÆ, Ex Typographia Hæredum Auguſtini Griſei, & Ioſephi Piccini. M. DC. LXVI.
DD. SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIMA DOMINA

PLVRA equidem fuerunt in cauſa, SERENISSIMA DOMINA, cur non fuerit mihi diù cunctandum, quem Patronum Allegationibus hiſce meis eligerem, obſeruata eſt enim in primis mentis oculis Amplitudinis tuæ humanitas ſingularis, quæ cum certè heroicarum omnium virtutum exemplar perfectiſſimum dici poſſis, quibus tot Sereniſſimi Vrbini Duces Progenitores tui luculenter fuerunt inſtructi, non immeritò cum Planetarum te Principe conferendũ exiſtimauerim; Vt enim hunc Aſtrorum omnium principatum obtinere nemo inficiatur, quod immenſa quadam ſplendoris magnitudine reliquorum Siderum fulgorem occultet, non aliter micantibus tu virtutum tuarum radijs cœterorũ Principum laudibus quaſdam veluti tenebras obducere videris, neque opus habuiſti à fumoſis Maiorum imaginibus ſplendorem emendicare, non eges aliena luce, vt ſplendeas; generis enim in te nobilitas, claritudo ſanguinis, infima omninò tuarum ſunt laudum; illa ſiquidem animi nullo vnquam caſu deiecti magnitudo, pietas in Deum ſingularis, profuſa in ſubditos, & egenos omnes beneficentia, ſapiens animi mora in rebus aptè ponderandis, in Clientum obſequijs, & Seruorum laboribus compenſandis largitas eximia, hæc propria ſunt amplitudinis

tuæ

tuæ decora, quæ vel ex obſcuris orto parentibus claritatem poſſent impertiri; hoc denique dixiſſe ſit ſatis, quod olim de Philippo Macedonum Rege Orator nō ignobilis dixiſſe perhibetur, te Sereniſſimi, atque inuictiſſimi Principis Magni Hetruriæ Ducis Coniugem eſſe verè digniſſimam.

Acres prætereà ad hæc deuouenda ſtimulos addidit tuorum in me magnitudo meritorum, deuinxit enim non mediocriter animum & Celſitudinis tuæ gratuita benignitas, qua annis nuper elapſis Excellentiſſimæ illius Florentinæ Rotæ Auditorem deligendum me curaſti, & innumera alia in me, Maioreſque meos à Sereniſſimis Vrbini Ducibus Progenitoribus tuis liberaliter profecta incredibilis beneuolentiæ argumēta. Teſtis ſit mihi inter cœteros Ludouicus Conciolus Tritauus meus, qui Sereniſſimo Federico Vrbini Duci Secundo ob fidelem operam præcipuè in rebus bellicis eidem egregiè nauatam ità fuit charus, vt publico Documēto ſe propterea maximè deuinctum fateri, non fuerit dedignatus, & vlteriùs illum nobilitatis augumento, & quamplurium bonorum ſtabilium elargitione benigniſſimè decorauerit, nec non Aloyſius Ludouici Nepos, cuius prudentiæ Sereniſsimus Guidobaldus Vrbini Dux Quintus Proauus tuus Ciuitatis Vrbini regimen demandauit, & Angelus pariter Ludouici Nepos, qui, dum per viginti annos, & vltrà eidem Sereniſsimo Guidobaldo operam ſuam a cubiculis indefeſſa vigilantia præſtitiſſet, ab eo tantoperè dilectus fuit, vt amici potius, quàm famuli imaginem præſeferre videretur; Mitto Hieronymum Ludouici Pronepotem, cuius probitati Sereniſsimus Frācíſcus Maria Secundus Vrbini Dux Sextus, & Auus tuus glorioſiſsimus totius Feltriæ Prouinciæ adminiſtrationem credidit, & Antonium Angeli Filium, quem totius Status Soræ Moderatorem, & Producem habere idem Sereniſsimus Auus tuus non fuit dedignatus; alioſque quamplures, qui & in rebus bellicis, & in plu-

ribus

ribus Status Vrbini Officijs administrandis a Serenissimis Progenitoribus tuis fuerunt benignè decorati, inter quos me etiam adnumerare libet, cui fortuna dedit, vt Serenissimo Francisco Mariæ Secundo Auo tuo non solùm Subditus natus fuerim, verùm etiam per plures annos in Officio Prætoris Ciuitatis Vrbaniæ ei fideliter inseruierim, & ideò quampluribus gratijs fuerim ab illius indicibili benignitate cohonestatus, vndè æquum erat, vt meam ergà te obseruantiam, & singularem obligationem omnibus deprædicarem, atque istud qualecunque grati animi argumentum exhiberem. Graue igitur ne duxeris, SERENISSIMA DOMINA, pro tua singulari humanitate Libellum non modò hunc meum, sed & me ipsum, Domumque meam in tuam recipere benignissimam clientelam. Ego intereà Superos assiduis fatigare precibus non desinam, vt Celsitudinis tuæ fulgentissimus splendor pro Magni Ducatûs Hetruriæ, ac totius Christianæ Reipublicæ incremento in vltimam vsque senectam fœliciter, faustèque viuat. Vale.

Seruus Humillimus, & Deditiss.

Antonius Conciolus.

AMICISSIME LECTOR.

LICET nunquam mihi in mentem venerit, neque tantum de meis viribus præsumpserim, vt opus aliquod typis mandare decreuerim, non tamen fuit, quin inter studendum pro mea priuata vtilitate quamplurium materiarum legalium conclusiones in diuersis locis dispersas in vnum colligere curauerim, & præcipuè illas ad Solutionum materiam pertinentes, quarum adhuc nullus particularis Tractatus, vel nisi admodum diminutus, in lucem editus fuit, quæ ob materiæ amplitudinem ità excreuerunt, vt ferè Tractatus de Solutionibus appellari posse viderentur, quarum frustula cum ad manus plurium Amicorum diuersis ex causis peruenerint, me non mediocriter hortari ceperunt, vt illas ad formam Tractatus redigere vellem, eoque completo in lucem illum edere deliberarem. Inuasit animum cupiditas eorum precibus annuendi, & ideò conclusiones prædictas per quæstiones, & capita distinguendo, non paruo studio, & temporis longitudine ad formam Tractatus redegi, ità vt vltima solùm ferè manus deficere videretur; verùm cum ad quamplura Officia gerenda in Statu Vrbim euocatus fuerim, in quibus annos plurimos consumere mihi necessè fuit, Tractatum ideò ferè compilatum deserere, illumque impolitum, & imperfectum relinquere coactus fui. Post reditum verò in Patriam Tractatum prædictum extumulare, illumque perficere decreui omnium oculis illum expositurus; verùm amplitudo materiæ, & continuæ occupationes tùm in domesticis negocijs, tùm in reddendis in Iure responsis pro diuersis Amicis in propinquis Ciuitatibus adhuc illum ad totale complementum perducere non permiserunt. Vndè, eadem cupiditate, quę iam animum inuaserat, adhuc perdurante, excogitaui interim illi satisfacere cum editione Centum Allegationum ex ducentis, & vltrà, quę apud me aderant in diuersis causis tàm in Patria, quàm in vicinis Ciuitatibus redditarum, quæ quodammodo prçludij loco Tractatui predicto deseruirent, quas nunc tibi, Benigne Lector, libenter offero, iudicium tuum de illis expectaturus. Accipe igitur illas hilari vultu, easque non aspernari digneris. Dum saltem, si non alia, non modicam afferre posse vtilitatem spero doctissimis Viris, qui eorum opera hucusque in lucem ediderunt, dum iuxtà illorum scripta positæ illæ magis elucescere, & clarescere facient. Errores, siqui sunt, benignè excusa, humanum enim est errare, & siquid boni in eis inueneris, non mihi, sed Diuinę adscribe Bonitati, si enim benignè id facies expecta in breui Tractatum Criminalem ordine alphabetico iam ferè concinnatum, qui Tyronibus precipuè non paruo futurus erit, ni fallor, adiumento, & posteà, si Deus dabit, Tractatum de Solutionibus, de quo supra, & Vale.

IN-

INDEX
ARGVMENTORVM
OMNIVM ALLEGATIONVM,
Quæ in Prima Parte continentur.

ALLEGATIO I.

INstrumentum quando dicatur liquidum, & exequendum, maximè stante obligatione camerali. Via executiua an competat Instrumēto, quod a principio non est liquidum, sed venit liquidandum. Mors animalium, quæ gregatim pascuntur, quomodo probetur per eum, qui promisit illorum custodiam. Contractus locationis ouium ad caput saluum quando sit licitus. An liceat dare Mercatori puta mille cum pacto, quod assecurata sorte soluat danti quinq; vel sex pro centenario. Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput saluum quādo habeat locum. Tutor an possit remittere iura clara pupilli, vel donando ei præiudicare.

ALLEGATIO II.

REsolutiones dubiorum in causa præcedenti, in quibus plura deducuntur circa personas, & dicta testium, quando probent. Testis patiens plures exceptiones an omninò repellatur a testificando. Numerus testium quando suppleat illorum defectus. Suscipiens periculum, seu casum fortuitum an, & quando teneatur de insolito, & quando dicatur casus insolitus. Assertioni partiū in Instrumento quando sit standū, maximè in prohibitis, & quid stante iuramento in Instrumento apposito.

ALLEGATIO III.

EXceptio præscriptionis quando admittatur in iudicio Saluiani interdicti, & a quo tempore incipiat currere dicta præscriptio. Clausula Constituti quid operetur in contractu census. Testes de credulitate quando probent. Scientia elicita ex coniecturis an dicatur scientia vera, vel præsumpta. Depositiones testium an possint in parte acceptari, & in parte reiici. Possessor in præscribendo an possit vti accessione temporis sui Authoris. Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ quando detur contra præscriptionem, & an illam excludat scientia præsumpta. Legitimatio personarum quando sit facienda parte non opponente, præcipuè in iudicio summario.

ALLEGATIO IV.

HYpotheca mulieris pro dote siue tacita, siue expressa an incipiat a die promissionis, vel a die matrimonij. Conditio potestatiua, casualis, vel mixta quando retrotrahantur. Conditio (si sequatur matrimonium) an sit casualis, vel potestatiua. Contrahens sponsalia de futuro an possit cogi ad contrahendum matrimonium. Emens a viro, & vxore an possit se tueri contra creditores viri anterioritate dotium vxoris. Vxor vendens bona vnà cum viro quando dicatur adhibita ad cautelam emptoris.

ALLEGATIO V.

DOs quando est promissa in quantitate, si pro illa detur fundus in solutum, an censeatur datus iure fundi dotalis, vel datio prædicta faciat emptionem, ita vt transeat in dominium viri. Aestimatio rei dotalis quando faciat emptionē, ita vt maritus non teneatur ad restitutionem rei dotalis, sed æstimationis, & quid stantibus coniecturis, quarum plures adducuntur. Dominiū rei dotalis an sit penes vxorem, vel penes virum. Exceptio præscriptionis quando obstet in Saluiano, & fructus census an præscribantur vnica præscriptione, vel tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni.

ALLEGATIO VI.

ÆTas quomodo probetur per testes. Cēsus nulliter impositus a minore quando dicatur ratificatus per solutionem fructuum factam in maiori ætate. Ratificationi an sit locus stante dolo præsumpto, et ignorantia nullitatis actus. Dos quando est promissa in pecunia, & pro ea est datus fundus in solutum, an dictus fundus sit dotalis, vel non, & æstimatio quando faciat emptionem, & venditionem, vbi plures examinantur coniecturæ suadentes, fundum esse dotalem. Dos vt possit commutari de pecunia in fundum quæ requirantur. Dispositioni l. licet. 7. C. qui poti. in pign. hab. vt sit locus an requiratur hypotheca specialis, vel sufficiat generalis. Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij an impediat, ne agi possit denuo super eodem iure.

ALLE-

I N D E X

ALLEGATIO VII.

Est resolutio dubiorum causæ, de qua in allegatione præcedenti, in qua solluntur quædam coniecturæ, quæ videbantur probare fundum datum pro dote esse dotalē, & examinatur doctrina Bart in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille. ff. de solut. Clausulæ Instrumentorum quando dicantur appositæ in dispositiuis, vel in executiuis, & promittens restituere dotem an intelligatur de dote in quantitate, vel in re æstimata, & quid si sit dictum, promisit restituere dotem habitam, & receptam, & similia.

ALLEGATIO VIII.

INstrumentum quando dicatur liquidum, & exequendum. Exceptio solutionis an probetur ex coniecturis, & ex quibus coniecturis probetur, & ex quibus excludatur. Confessio extraiudicialis an probetur per testes singulares. Solutio an censeatur facta potius in causam vsurarum, quam sortis. Interusuria dotis an debeantur officio Iudicis, vel iure actionis, & an pro eis detur hypotheca. Paupertas quando repellat testem a testificando.

ALLEGATIO IX.

QVarta, de qua in Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, quando debeatur vxori pauperi ex bonis viri diuitis prædefuncti, & an illa debeatur etiam mulieri dotatæ cum parua dote. Vxor quando dicatur pauper ad effectum consequendi dictam quartam, & quænam dos dicatur parua, & si possit consequi alimenta a patre, vel a fratribus an excludatur a quarta. Quænam sit ratio finalis dispositionis d. Auth. præterea, & an mulier habens dotem, cum qua alium virum inuenire potest, excludatur a dicta quarta. Congruitas dotis ad dictum effectum an attendatur de tempore contracti, vel soluti matrimonij. Remedia plura subsidiaria an dentur vnum magis, vel minus subsidiarium, quam alterum, & quodnam ex eis in concursu præferatur.

ALLEGATIO X.

MVlier pro quarta, quæ ei debetur ex dispositione Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, ex bonis mariti diuitis prædefuncti, an possit accipere possessionem bonorum viri propria authoritate, & an liceat id filio pro consequenda eius legitima, & quid quando possessio non est vacans. Argumentum ab æquiparatis quando habeat locum, & clausula Constituti apposita in testamento ad fauorem hæredum institutorum an transferat in eos possessionem bonorum ipso viuente.

ALLEGATIO XI.

STatutum inducens præscriptionem cōtra creditorem non petentem creditum per spatium quindecim annorum an sit validum, & habeat locum in debito iurato, & quando dictum statutum procedat cum mala fide, & an liges creditorem forensem, & restitutio in integrum an detur ex capite ignorantiæ contra dispositionem d. sti statuti.

ALLEGATIO XII.

HYpotheca dotis quando incipiat an tempore confessionis illius, vel tempore promissionis, & quid si maritus tempore confessionis erat grauatus magno ære alieno, maximè concurrentibus coniecturis fraudem suadentibus, & plures coniecturæ recensentur. Coniecturæ plures quando vincant pauciores, & an id iudicandum sit ad fauorem habentis pro se plures coniecturas.

ALLEGATIO XIII.

SVbstitutio facta in casu, quo aliquis non superuixerit, an dicatur vulgaris, vel compendiosa. Conditio (si non superuixerit) indeterminatè facta an intelligatur si non superuixerit tempore mortis testatoris, vel quandocumq; Fideicommissarius an possit accipere possessionem bonorum fideicommisso subiectorum propria authoritate quando habet licentiam a testatore, & quando dicatur illam habere, & quid si sint faciendæ detractiones. Hæres si adiuit hæreditatem sine beneficio inuentarij, & alienauit bona, an præsumatur satisfactus de detractionibus, vel præsumatur surripuisse tot bona, quæ sufficiant pro detractionibus.

ALLEGATIO XIV.

EMphyteuta Ecclesiæ an teneatur soluere collectas impositas per laicos. Dominium vtile bonorum Ecclesiæ existens apud emphyteutam laicum an dicatur laicale, vel ecclesiasticum. Statutum laicorum an liget, & comprehendat dominium vtile bonorum Ecclesiæ existens apud laicū. Iudex laicus an sit competens quando disceptatur de re emphyteotica etiam inter solos laicos. Immunitas aduersus solutionē collectarum an requiratur per lapsum longissimi temporis, seu requiratur tempus immemorabile, & an sufficiat lapsus temporis, seu requiratur, quod debens soluere fuerit interpellatus. Consuetudo quando inducatur ex actibus difformibus, & quando est contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ illa sit valida.

ALLE-

ALLEGATIO XV.

Renouatio emphyteusis ex quibus causis fit facienda, & quando, quo ad illam, dicatur mutata persona emphyteutæ. Laudemium domino directo an sit soluendum quando per emphyteutam alienantur solum fructus rei emphyteoticæ. Fructus bonorum emphyteoticorum an possint alienari per emphyteutam sine consensu domini directi. Immissus in possessionem super commoditate percipiendi fructus ex bonis emphyteoticis ex Saluiano, an possit cogi per Dominum directum ad accipiendum inuestituram de bonis prædictis.

ALLEGATIO XVI.

Hypotheca super bonis emphyteoticis an nascatur a die obligationis illorũ, vel a die impetratæ licentiæ a domino directo, & ideo qui licentiam impetrauit an sit potior, licet alius prius habeat bona obligata sine licentia. Licentia obligandi bona emphyteotica an sit strictè, vel largè interpretanda. Bona emphyteotica quando possint per creditorem subhastari. Fructus bonorum emphyteoticorũ vt veniant in generali hypotheca ob igatione an sit necessaria licentia domini directi.

ALLEGATIO XVII.

Quænam veniant necessariò probanda ad obtinendam immissionem in iudicio Vtilis Saluiani Interdicti, & de illorum probatione. Successor singularis quando possit vti iuribus sui Authoris; In iudicio Saluiani quando possit excipi de hypotheca alterius. Actio hypothecaria quando dicatur extincta per aditionem hæreditatis debitoris sine beneficio inuentarij. Exceptio turbida an impediat immissionem in Saluiano.

ALLEGATIO XVIII.

Assertio mariti de emptione facta cum pecunijs dotalibus quando dicatur facta in fraudem donationis inter virum, & vxorem. Donatio inter virum, & vxorem quando firmetur iuramento, vel morte donantis. Emptum ex pecunia dotali quando fiat dotale, & de pluribus coniecturis suadentibus non esse effectum dotale. Dos constituta in pecunia quando conuerti possit in fundum, & subrogationi in vniuersalibus quando sit locus.

ALLEGATIO XIX.

Hypotheca dotis quando incipiat an a die promissionis, vel contracti matrimonij. Conditio quando dicatur casualis, mixta, vel potestatiua, & quando retrahatur ad diem promissionis. Sponso an liceat discedere a contractu sponsalium, vel teneatur illum implere, & quid si sponsalia sint nulla, vti contracta in gradu prohibito. Hypotheca tacita dotis an retrahatur sicut expressa. Confessio dotis, si sit facta per virum magno ære alieno grauatum, an creditores possint dare contra illum de præsumpta fraude contra eos.

ALLEGATIO XX.

Pater succedit filiæ vna cum alijs filijs pro virili. Stipulatio, dotem reddi filiæ, seu cui de iure, intelligitur primo ad fauorem patris. Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, & quid si titulus sit nullus. Filia familias non potest condere testamentum, neq; codicillos, neque potest donare causa mortis sine consensu patris. Clausula codicillaris quando sustineat testamentũ in vim donationis causa mortis, & clausula omni meliori modo an sustineat donationem causa mortis in vim donationis inter viuos.

ALLEGATIO XXI.

Census creatus absq; numeratione pecuniæ, sed cum credito vero, an sit validus, in foro fori. Ratio legis, vt cesset dispositio, an debeat cessare in particulari, vel in vniuersali. Forma introducta ad aliquem effectum an cesset, si habeatur finis, ob quem forma fuit introducta. Contractus censualis an censeatur vtilis, vel damnosus Reipublicæ.

ALLEGATIO XXII.

Est resolutio dubiorum allegationis præcedentis, & in ea firmatur, censum constitutum sine interuentu pecuniæ, cum tamen credito vero, & realiter esse validum, etiam in terminis Bullæ Pij Quinti. Iudex an teneatur in iudicando sequi opinionem veriorem, etiam si contraria esset communis.

ALLEGATIO XXIII.

Exceptio rei non traditæ quando opponi possit contra venditorem agentem ad pretium rei venditæ, & quis teneatur illam probare, & quando illa impediat executionem Instrumenti, & obligationis Cameralis, & an opponi possit stante statuto tollente omnes exceptiones, maximè si aliquas tantum reseruat, & an tollatur ex generali renunciatione. Exceptio prohibita opponi, si sit opposita, & probata parte non contradicente, an sit attendenda. Compensatio an admittatur pro rata crediti, & an opponi possit stante statuto tollente omnes exceptiones præter solutionis, & stante iuramento de soluendo debitum. Fideiussor an possit opponere exceptiones principali competentes, & præcipuè exceptionem compensationis ex persona propria.

ALLEGATIO XXIV.

PRoprietarius, seu eius hæredes, mortuo vsufructuario, possunt accipere possessionem bonorum vsufructui suppositorũ propria authoritate. Aestimatio rei dotalis quando faciat emptionem, & venditionem. Dominium quando dicatur probatum in rei venditatione. Agens ad fideicommissum vti talis tenetur probare se esse talem. Filiatio quando dicatur probata. Possessio non præsumitur continuata vsq; ad mortem, quando constat alium medio tempore possedisse. Fideicommissum quando apponi possit in dote tradita filiæ.

ALLEGATIO XXV.

LEgatum dotis an sit purum, vel conditionale, & an transmittatur ad hæredes mulieris. Dos an succedat loco legitimæ in terminis Decreti Guidubaldi Secundi de Ruere Ducis Vrbini, & conditio quando adijcitur executioni, & non substantiæ Legati reddat illud conditionale.

ALLEGATIO XXVI.

LEgata annua an sint soluenda in principio, vel in fine anni, maximè quando fuerunt relicta soluenda ex certo prædio, & pro legatis annuis an possit agi ante tempus, vt adueniente tempore soluantur, & quando moriente legatario illa transmittantur ad hæredes, & iudicium quando possit fundari super iure de futuro.

ALLEGATIO XXVII.

PAter dotem filiæ pro primo matrimonio constitutam non potest minuere in secundo matrimonio, nisi eius facultates essent diminutæ. Pater, & Socer gaudent beneficio deducto ne egeant, cui non possunt renunciare neq; cum iuramento. Declaratio facta, quod dos sit minoris summæ, quam sit expressa in instrumento promissionis est valida, etiam si sit facta ex interuallo concurrentibus adminiculis. Fructus dotis longo tempore non petiti per virum, quando censeantur remissi.

ALLEGATIO XXVIII.

FOrensis an possit cogi ad soluendum collectam in duplo pluri, quam faciant Ciues, pro bonis quæ possidet in territorio. Ciuitas præcipuè subiecta Sedi Apostolicæ an possit condere statuta. Qui non potest condere statuta, an possit inducere consuetudinem. Licentia, & confirmatio Superioris quando præsumatur ex antiquitate temporis. Consuetudo collectandi forenses in duplo pluri, quam habitantes an sit rationabilis, & seruanda. Clericus quando possit adstringi ad solutionem collectarũ præcipuè pro bonis, quæ in eum transeunt cum onere collectæ.

ALLEGATIO XXVIIII.

TRansactio inita ex falsa causa, siue per errorem quando sit nulla. Ex falsa assertione an præsumatur dolus. Contractus initus per dolum an sit ipso iure nullus, vel rescindendus. Iuramentum an firmet transactionem factam ex falsa causa, vel per errorem. Transactio an rescindatur per læsionem enormissimam, & quando dicatur adesse læsio enormissima. Restitutio in integrum an concedatur maiori ex causa erroris in facto alieno, & quadriennium ad illam petendam concessum à quo tempore læso currere incipiat.

ALLEGATIO XXX.

MVlier si alienet fundum dotalem pro vtilitate viri an possit ab eo repetere pretiũ illius, & an ei competat actio a die alienationis, vel a die promissionis dotis, & an teneatur prius experiri cõtra dictũ fundum alienatum, Dos an sit ius vniuersale, & in eo pretium succedat loco rei. Vir, & Vxor si vendant fundum dotalem, pretium an præsumatur peruenisse ad virum, vel ad vxorem. Donatio facta post mortem donatoris an dicatur inter viuos, vel causa mortis maximè quando effectus est collatus post mortem, & an possit reuocari in testamento postea condito. Augumentum dotis factum in contractu dotalitio ex parte vxoris an sit pars dicti contractus, & veniat appellatione dotis. Statutum Principis Laici an liget Clericos. Episcopus an possit facere Statutum contra ius commune. Dos quando veniat in Statuto generaliter loquente. Constitutio Ægidiana an sit merè Laicalis, & an liget Clericos, & Additio ad dictam Constitutionem Card. Carpensis an liget extra Prouinciam Marchiæ.

ALLEGATIO XXXI.

REnunciatio facta a sorore volente ingredi Religionem bonis Paternis, Maternis, Auitis, & Agnatis an comprehendat bona fraterna. Renunciatio quando dicatur realis, vel personalis, maximè facta ob ingressum in Religionem. Negatiua an dicatur probata negando aliquem adesse agnatum, & qui contrarium dicit, probet. Renunciatio quando comprehendat causam de futuro non habentem causam de præsenti, & facta pro conseruatione Agnationis, illa deficiente, euanescat, & an comprehendat bona ex fideicommisso adhuc non purificato si de testamento non sit certiorata ad l. de his. 6. ff. de transact.

ALLE-

ALLEGATIO XXXII.

IN eadem causa renunciationis Monialis, & est consilium Excellentissimi Domini Iulij Garaui-ua Aduocati in Alma Vrbe celeberrimi.

ALLEGATIO XXXIII.

SOcietas officij contracta vltra illius valorem an sustineatur. Fructus illius soluti an sint imputãdi in sortem. Societas prædicta vltra valorem officij an sustineatur stante consuetudine ita contrahendi. Distinctio, an cum vno, vel cum pluribus dicta societas sit contracta, an sit iuridica. Societas semel contracta an durare præsumatur. Beneplacitum, & voluntas quousq; durare præsumantur. Actori an sufficiat probare intentionem suam per præsumptionem iuris. Ignorantia supina, & crassa quando inuet. Procurator excedens fines mandati an obligee dominum.

ALLEGATIO XXXIV.

DAtio bonorum in solutum facta creditori si sit rescissa vti læsiua creditor an possit redire ad primaeua iura maximè si agatur de credito dotali, & quid si rescissio illius ex causa læsionis sit facta amicabiliter, sed tamen ad illam faciendam partes potuissent compelli Statutum loquens de venditione an habeat locum in datione in solutum. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. an vendicet sibi locum in datione in solutum. Sententia excessiua an sit nulla, vel iniusta, & iniustitia sententia, vt æquiparetur nullitati, an debeat esse notoria, vel sufficiat qualibet iniustitia. Res indicata quando obstet. Sententia nullitas vt impediat illius transitum in iudicatum an debeat esse notoria. Executio sententiarum conformium quando valeat impediri exceptione nullitatis illarum, & quid si agatur de executione duarum conformium subrogatarum loco trium vigore statuti.

ALLEGATIO XXXV.

HOspitale quando dicatur locus ecclesiasticus, vel laicalis, & gaudeat priuilegijs Ecclesiæ, præsertim vt non possit cogi ad solutionem collectarum. Bulla Santissimi D. N. Alexandri Papæ Septimi reuocatoria exemptionum a solutione collectarum in quibus casibus loquatur. Ius non soluendi collectas quanto tempore præscribatur, & an requiratur interpellatio ad dictum effectum.

ALLEGATIO XXXVI.

EXecutio consumata pendente tempore trium dierum ad appellandum est attentata, & venit ante omnia reuocanda, quod an habeat locum quãdo in causa proceditur sola facti veritate inspecta. Statutum non debet esse superfluum, sed debet aliquid operari. Appellatio suspensiua an admittatur in causa mercedis non constito de paupertate. Paupertas an præsumatur, vel sit probanda. Exceptio non iuris quando impediat purgationem attentatorum.

ALLEGATIO XXXVII.

EXceptio remissionis pensionis an possit opponi per eum, qui renunciauit omni iuris & legum auxilio, & quid veniat probandum per eum, qui prætendit consequi remissionem prædictam. Ementi ius exigendi offidas animalium ductorum ad pascendum an sit facienda remissio pretij si per pauca animalia ad pascenaum sint ducta. Reus in exceptionibus dicitur actor, & quando teneatur plenè probare suam exceptionem, vel si sufficiat offuscare probationes actoris. Probatio dubia an releuet, & testis dubitatiuè deponens quando probet.

ALLEGATIO XXXVIII.

DOnatio omnium bonorum præsentium, & futurorum quando sit valida, & an firmetur iuramento. Statutum prohibens actum fieri sine solemnitate an comprahendat actum factum extra territorium statuentium. Iuramentum quando firmet actum factum contra bonos mores. Statutum prohibens donationes inter viuos an habeat locum in donationibus ob causam. Donatio ob causam concernentem vtilitatẽ donantis an dicatur donatio pura, vel permutatio, seu contractus innominatus do, vt des.

ALLEGATIO XXXIX.

COnstitutio non publicata quando liget subditos. Statutum prohibens donationes inter viuos quando comprahendat donationes improprias, reciprocas, & ob causam, præsertim si loquatur per verba vniuersalia, & quando comprahendat mulierem nuptam extra territorium, est materia allegationis præcedentis.

ALLEGATIO XL.

MAter quando teneatur præstare filiæ alimenta, & dotem, & an teneatur præstare alimenta ex dote tradita secundo viro filijs primi matrimonij. Pro alimentis an detur hipotheca, & possit pro eis agi contra tertios possessores saltem officio Iudicis. Actio personalis, & officium Iudicis an dentur contra possidentem titulo lucratiuo, vel oneroso. Mulier dando omnia eius bona in dotem quando censeatur illa dedisse detracto ære alieno,

Dona-

Donatarius omnium bonorum, & Fiscus quando teneantur præstare alimenta filijs donatoris, & condemnati. Agnati an teneantur ex bonis feudalibus præstare alimenta, seu dotem filiæ Vasalli. Auus maternus quando teneatur præstare dotem, seu alimenta nepti.

ALLEGATIO XLI.

Substitutio reciproca quando contineat substitutionem fideicommissariam. Appellatione filiorum quando veniant nepotes, præcipuè in fideicommissis quando vocati sunt superstites. Filij positi in conditione an censeantur vocati, maximè stantibus coniecturis, & quæ nam coniectura sufficiant ad inducendam vocationem. Et an censeantur vocati tam ad partem patris, quam patrui. Repræsentationi an sit locus quando vocati sunt superuiuentes, & an fideicommissum conditionale transmittatur stantibus coniecturis quando sunt vocati superuiuentes, vel descendentes Testatoris.

ALLEGATIO XLII.

Testamentum Minoris ad fauorem Curatoris an sit validum, maximè stantibus coniecturis suasiones indicantibus. Trebellianica an possit prohiberi filijs primi gradus, maximè quando fideicommissum est relictum impersonaliter, & restitutio est facienda filijs testatoris, & stante acceptatione testamenti. Alienationes bonorum fideicommissi factæ per hæredem, qui adiuit sine inuentario, an præsumantur æquare detractiones. Hæres grauatus quale inuentarium teneatur conficere. Pater an possit apponere onus in legitima, maximè si hæreditas est satis opulenta, & stante approbatione filij, & si filius viuens de onere non sit conquestus. Donatio facta a patre quando sit imputanda in legitimam filio, maximè si illa contineat onus. Ad restitutionem fructuum an quis teneatur non probata perceptione illorum. Emphyteusis acquisita titulo oneroso an contineat ius accrescendi. Filius acquirens ex pecunia paterna an sibi, vel patri acquirat. Legitima matris an sit tertia totius, & per diuisionem an censeatur renunciatum fideicommisso stante protestatione in contrarium.

ALLEGATIO XLIII.

Est resolutio dubiorum continens materiam allegationis præcedentis, & declarantur tex. in l. iubemus. 6. C. ad Trebell. & in l. si vt allegas. 11. C. ad leg. falcid. & disseritur an Trebellianica prohiberi possit liberis primi gradus, & an illa detrahatur contra piam causam, & an circa illius prohibitionem filijs primi gradus attendenda sit consuetudo regionis, & Doctori attestanti de consuetudine an sit credendum.

ALLEGATIO XLIV.

Continet materiam allegationis præcedentis, & præcipuè an testamentum factum per Minorem ad fauorem Curatoris sit validum, maximè stantibus coniecturis suasionum, quarum aliquæ ponderantur. Trebellianica quando dicatur expressè prohibita, & an possit prohiberi filijs primi gradus, & quid stante cõsuetudine prohibẽdi, & quãdo fideicommissum est impersonaliter relictum, & in alijs casibus, & an requiratur expressa prohibitio, vel sufficiat tacita. Inuentarium hæredis grauati quas solemnitates requirat. Acceptatio testamenti an debeat esse expressa, vt filius sibi præiudicet in legitima. Donatio facta filio quando imputetur in legitimam. Vt quis teneatur reddere rationem de fructibus an requiratur probatio exactionis. Promissio relatiua quando sit efficax non constito de relato.

ALLEGATIO XLV.

Continet materiam duarum allegationum præcedentium circa prohibitionem Trebellianicæ factam liberis primi gradus, & soluuntur plures obiectiones in contrarium factæ, & disseritur an onus impositum per Testatorem intelligatur iniunctum omnibus gradibus substitutionum, vel vltimo tantum. L. iubemus. 6. C. ad Trebell. an hodie sit correcta. Trebellianica an veniat appellatione falcidiæ, & an procedat argumentum a falcidia ad trebellianicam. Extensioni quando sit locus in materia correctoria, precipuè ex identitate rationis, & argumentum ab æquiparatis quando procedat.

ALLEGATIO XLVI.

In materia emphyteotica quando sit locus iuri accrescendi. Primus acquirens quando possit præiudicare alijs vocatis. Licentia alienandi an sit probanda per emphyteutam alienantem, & quomodo. Confessio extraiudicialis an probetur ex depositione vnius tantum testis, vel requirantur plures. Testis deponens de confessione extraiudiciali an coniungatur cum teste deponente de veritate facti, & quando, concessa facultate emphyteutæ alienandi, an id facere possit absq; alia licentia. Inuestitura an censeatur concessa sine præiudicio tertij. Dispositio Bullæ concedentis emphyteutæ facultatem alienandi, an habeat locum stante pacto in contrarium.

ALLE-

ALLEGATIO XLVII.

Filius in aduentitijs hodie cui acquirat, an sibi vel patri, & quæ bona dicantur aduentitia. Patri an debeatur vsusfructus in bonis relictis filiæ maritatæ, & an matrimonium liberet filiam a patria potestate. Filio an liceat alienare aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum, & an illa veniant in confiscatione ob delictum filij. Iuramentum an firmet alienationem aduentitiorũ, in quibus pater habet vsumfructum, & pater vsufructuarius an teneatur cauere, rationem reddere, & inuentarium conficere de bonis aduentitijs.

ALLEGATIO XLVIII.

Saluianum an detur extra causam locationis, & in eo an requiratur excussio, maximè quando creditor agens dicto remedio habet specialem, & generalem hypothecam ad tex. in l. 2. C. de pignor. Iuramentum firmat actum nullum celebratum sine solemnitatibus statuti, etiam stante decreto irritante, & quod actus sit nullus ipso iure, & quid quando statutum præsumit contractum dolosum, vel adimit fidem Instrumento, vel inducit solemnitatem probatoriam. Statutum quando comprahendat actum iuratũ, maximè stante cõfirmatione Papæ in forma communi, & quando dicatur respicere principaliter vtilitatem publicam, & secũdariò priuatam. Statutum generale an comprahendat causam dotis in specie priuilegiatam, & mulierem se obligantem pro dote, & quid si loquatur per verba vniuersalia. Dos quando dicatur causa pia, & comprahendatur in statuto requirente solemnitates in contractu.

ALLEGATIO XLIX.

Mandatum de manutenendo an detur Ecclesiæ existenti in quasi possessione exigendi Quartesimum ab alia Ecclesia. Liber Ecclesiæ an probet ad fauorem eiusdem, maximè stante recognitione, si sit antiquus vltra centum annos, & si pars in exibitione illius in iudicio nihil opposuit. Rector, vel Prælatus an possit præiudicare Ecclesiæ quo ad possessionem, & quando dicatur habere se pro spoliato, & an Ecclesiæ detur mandatum de manutenendo, licet Rector habuerit se pro spoliato. Concordia facta per Rectorem de re Ecclesiæ sine solemnitatibus an sit valida.

ALLEGATIO L.

Renunciatio facta a Moniali an noceat Monasterio, & facta ad fauorem fratris, & eius filiorum, & pro conseruatione Agnationis, illa deficiente, bona an redeant ad renunciantem, vel transeant ad hæredes renunciatarij, & quid si renunciatio sit facta cum expressione donationis. Ingressus Religionis an dicatur causa finalis renunciationis, & renunciatio ob ingressum in Religionem quando dicatur realis, & an subiaceat solemnitatibus statuti. Filia præterita in testamento patris an possit illud impugnare quando est dotata, stante statuto exclusiuo fœminarum, & statutum prædictum an liget Moniales. Filia præterita exclusa per statutum temporaliter, & admissa deficientibus masculis ad impugnandum testamentum paternum an teneatur hæreditatem restituere substitutis in dicto testamento, & quid stante clausula codicillari. Fideicommissum purum, vel purificatum quando transmittatur ad hæredes.

Ego

Ego Frater Dominicus Contuccius Min. Conu. S. Theol. Mag. in Maceraten. Vniuers. Philos. Professor, & Corrector Synodalis imprimi posse censeo, si ita placet ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. FRANCISCO CINO EPISC. MACERATEN.

Imprimatur

Claudius Claudianus I. V. D. Canonicus Eccles. Cathedr. Maceratæ, Proth. Apost. & Vicarius Generalis.

Canon. Hieronymus Spinuccius Sacr. Theol. Doct. S. Officij Reuis. vidit, &c. si placet Reuerendiss. P. Inquisit. Anconæ, &c.

Imprimatur

F. Carolus Pacius ab Æxio Lector, ac Vicarius Sancti Officij Macerata Ordinis Prædicatorum.

ALLEGATIONES FORENSES CIVILES, ET CRIMINALES ANTONII CONCIOLI I. C. CANTIANENSIS.

ARGVMENTVM.

Instrumentum quando dicatur liquidum, & exequendum, maximè stante obligatione Camerali. Via executiua an competat instrumento, quod a principio non est liquidum, sed venit liquidandum. Mors animalium, quæ gregatim pascuntur, quomodo probetur per eum, qui promisit illorum custodiam. Contractus locationis ouium ad caput saluum quando sit licitus. An liceat dare Mercatori, puta, mille cum pacto, quod assecurata sorte soluat danti quinq; vel sex pro centenario. Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput saluum quando habeat locum. Tutor an possit remittere iura clara pupilli, vel donando ei præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Dominium in contractu locationis non trasfertur in Conductorem.*

2 *Res perit Domino.*

3 *Instrumentum continens summam certam dicitur liquidum.*

4 *Instrumentum habens requisita per gl. in l. generali C. de tabu. lib. 10. dicitur purum, & exequendum.*

5 *Via executiua competit vigore obligationis Cameralis.*

6 *Exceptio nullitatis obligationis requirens altiorem indaginem reycitur ad iudicium ordinariũ.*

7 *Nullitatis exceptio incidenter deducta non impedit executionem, nisi sit clara, & manifesta.*

8 *Vsurarum exceptio non impedit executionem, nisi sit ita clara, vt tergiuersari non possit.*

9 *Via executiua vigore Decreti competit instrumentis tam à principio liquidis, quam postea liquidandis.*

Quod procedit etiam de iure communi. n. 10.

11 *Liquidatio retrotrahitur ad diē factæ petitionis.*

12 *Instrumentum esse liquidum, vel in breui liquidandum paria sunt.*

13 *Mors non præsumitur, sed est probanda per allegantem.*

14 *Reus in exceptionibus dicitur actor.*

15 *Reus tenetur plenè probare exceptionem, quando actor probauit plenè suam intentionem.*

16 *Testis depositio nimis generalis, & in particulari nihil concludens non operatur.*

17 *Generalitas parit obscuritatem.*

18 *Probatio obscura non releuat.*

Cum illa debeat esse certa, clara, & necessariò concludens num. 19. & 35.

20 *Testis depositio, data possibili veritate in contrarium, corruit.*

21 *Probatiò debet concludere per necesse, non autem per possibile.*

22 *Testis deponens de auditu ab inducente nihil probat.*

23 *Testibus de auditu non creditur, quorum repelluntur authores.*

24 *Testis patiens plures defectus omninò a testificando repellitur, & num. 30.*

25 *Testis consanguineus inducentis non probat. Maximè in causa graui. num. 26.*

27 *Testis contrarius non probat.*

28 *Contrarietas in teste suspecto attenditur, etiam si non sit in parte substantiali.*

29 *Testis contrarius potest concordari præsumendo multiplicitatem actuum. Etiam ad effectum, vt probet. num. 30. Contrarium tenent Doct. num. 31.*

32 *Concordia non fit in testibus quando contrarietas est manifesta.*

Nec quando sumus in teste suspecto n. 33.

Nec in testibus examinatis ab vna parte tantum num. 34.

37 *Mors animalium, quæ gregatim pascuntur, probatur per coniecturas.*

38 *Probatio præsumptiua non admittitur contra instrumentum.*

39 *Custodiam promittenti non sufficit probare mortem animalium, nisi probet, illam sine sua culpa euenisse.*

40 *Damnum, quod venit ex culpa, illi, qui culpam commisit, est imputandum.*

41 *Testes duo sufficiunt in quolibet negocio.*

42 *Contractus locationis ouium ad caput saluum est licitus quando aliquid datur in compensationem periculi.*

Quicquid aliqui contrarium teneant, qui reprobantur num. 43.

44 *Vsura non cadit nisi in contractu mutui veri, vel palliati.*

45 *Contractus ille celebratus censetur, cuius nomen est expressum, si effectus non repuguet.*

46 *Contractus qualis est in prima sui figura, talis præsumitur in sui existentia.*

47 *Mutuum solum consistit in rebus, quæ vsu consumuntur, & in pondere, numero, & mensura consistunt.*

48 *Dominium rei mutuatæ transfertur in mutuatarium.*

49 *Assecuratio est contractus similis emptioni, & venditioni.*

50 *Contractus assecurationis est licitus quando seruatur æqualitas inter obligationem, quam assecurans suscipit, & pretium, quod assecuranti datur, vel remittitur, & num. 52.*

51 *Assertio contrahentium inter eos facit rem claram, & manifestam.*

53 *Peritis in arte omninò est standum.*

54 *Contractus iustificatur per solitum.*

55 *Consuetudo, quando contractus est dubius, facit censeri, illum licitum.*

Secus si sit euidenter iniustus, quia tunc consuetudo excusat a pœna, sed illum non validat n. 57.

56 *Contractus in dubio præsumitur licitus, & iustus.*

58 *Consuetudo in pactis, & conuentionibus est optima illarum interpres.*

Idemq; operatur obseruantia num. 59.

60 *Contractus, quo dantur Mercatori, puta mille, vt assecurata sorte soluat dauti quinq; vel sex pro centum, est licitus.*

61 *Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput saluum comprahendit solum contractus prohibitos de iure communi, non eos, qui de iure communi sunt permissi.*

62 *Scriptura priuata carens testibus, & subscriptione partium non probat.*

Et recognita per scribentem non facit plenam probationem num. 63.

64 *Testis deponens de facto proprio non probat plenè.*

65 *Vox vnius vox nullius.*

66 *Consensus in obligatione est necessarius.*

67 *Testis deponens de facto proprio non probat plenè sine adminiculis.*

68 *Scriptura priuata sine testibus, & subscriptione recognita per scribentem non probat plenè, eo magis si illam recognoscens aliquam patiatur exceptionem.*

69 *Tutor non potest præiudicare pupillo remittendo eius iura clara, vel donando.*

70 *Tutor non potest donare bona pupilli.*

71 *Statuti casus vbi adest non est vlterius quærendũ.*

ALLEGATIO I.

PER Illustres, & Excellentissimi Domini. Per Illustris, & admodum Excellens q. D. Ioseph Gentilis de Terra Cantiani de anno 1636. dedit in affictum noningentas oues ad triennium Honufrio d. Honufrijs de Visso habitatori Terræ Schigiæ Eugubinæ Diecesis sub fideiussione D. Ioannis Piccini de dicta Terra cum pactis infrascriptis, & primò. Quod Honufrius Conductor teneatur soluere dicto D. Locatori quotannis, prout promisit, baioccos duodecim cum dimidio monetæ Papalis pro qualibet oue liberè, & quod susciplat in se, prout suscepit, omne periculum, quod circa dictas oues quomodolibet contingere posset, promittendo totidem oues bonas, fructiferas, & mercantiles restituere D. Locatori in fine affictus, & in casu mortis illarum in parte, vel in totum alias oues in locum mortuarum substituere, ita vt Capitale illarum semper saluum sit, & remaneat pro D. Locatore, quam assecurationem capitalis ouium fecit Honufrius Conductor, quia D. Ioseph Locator contentus fuit pro solutione affictus ouium de dictis baiocchis duodecim cum dimidio tantum pro qualibet oue, licet satis maior pensio pro fructu illarum ei deberetur, remittendo ipsi Conductori dictam quantitatem maioris pensionis, quę ei debebatur, vt supra, vltra dictos baioccos duodecim cum dimidio pro qualibet oue in recompensationem assecurationis per Cõductorem ei promissæ cum obligatione Camerali in forma, prout latius de prædictis habetur in instrumento affictus, seu locationis in iudicio producto sub rogitu Domini Francisci Benedicti Not. Pub. Cantianen. ad quod &c.

Verùm quia Honufrius Conductor finito affictu, ouium locatarum, vt supra, medietatem tantum resti-

restituit, & aliam medietatem illatum restituere vnà cum pensione, & affictu decurso recusabat, Pet Illustris D. Antonius Gentilis filius, & hæres D. Iosephi Locatoris prędefuncti egit medio iure mensibus elapsis contra D. Ioannem Piccinum fideiussorem, vt supra, pro dictarum omium restitutione, & solutione affictus coram DD. VV. Execellentiss. Iudicibus ab Eminentissimo D. Cardinali Legato de partium consensu delegatis, vt in eius libello, ad quem &c.

Qui quidem fideiussor in suis exceptionibus deduxit, oues prædictas non restitutas mortuas fuisse Diuino iudicio, & ideo Honufrium eius principalem ad illarum restitutionem non teneri, quia cum simus in contractu locationis,
1 in quo dominium rei locatæ non transfertur in conductorem, sed remanet penes locatorem. *l. non solet. 42. & ibi Castr. in summario ff. loca. Ant. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 3. sub. n. 2. Caroc. de loca. & cond. par. 5. in titulo de sexto gradu acciden. quest. 1. num. 3.* Ideo intrat regu-
2 la, † quod res perit domino, & sic dicto D. Gentili locatori *l. si inter. 21. §. t. in fin. ff. de Pign. l. quæ fortuitis 5. l. Pignus 8. & ibi*
2 *Bald. C. de pign. act. Rota Genuen. decis. 183. num. 2.* Non obstante assecuratione per Honufrium facta, & periculo suscepto, de cuius pacti nullitate dicit, vti sapienti usuram, & facti contrà formam Bullæ Sixti Papæ V. prohibentis contractus ad caput saluum, quæ incipit Detestabilis &c.

3 Quibus tamen non obstantibus D. Antonius actor debet in eius petitione obtinere, cum nitatur instrumento publico, quod eum contineat summam certam dicitur liquidum, vt post *Bald. Ias. Rebuff. Colen. Conar. & Menoch. per eum relatos tradit Graff. de excep. excep. 36. num. 10. Galles. de oblig. cam. quæst. 3. num. 1. Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. num. 893. & seq. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 1. §. 12. limit. 4. num. 27.* quem refert, & sequitur *Rot. in Engub. dotis 6. Iunij 1642. coram R. D. Carillo §. non obstat quod &c.*

4 Et cum habeat omnia requisita per *Glo. in l. generali 3. C. de tabul. lib. 10. & per Abb. in cap. 1. num. 3. de fide instru.* nec non per *Rot. decis. 390. in prin. par. 4. rec.* negari non potest quin sit purum, & exequendum *Galles. de oblig. cam.*
5 *quæst. 26. num. 1. Rot. in d. Engub. dotis §. non obstat quod &c.* † Maximè stante obligatione camerali in eo apposita, cuius vigore competit via executiua. *Graff. de excep. in prælud. num. 22.* alios adducens *Zacch. de oblig. cam. quæst. 2. num. 5. & seq. & num. 26. Thoma. decis. March. 57. num. 7. Rot. apud. Zacch. de oblig. cam. decis. 10. num. 1. & decis. 44. num. 5. & decis. 54. num. 1. & apud Dura. decis. 112. in prin. & apud Merlin. do Pign. decis. 103. num. 10. & decis. 148. num. 1. & decis. 160. in prin. par. 4. rec. tom. 2.*

6 Quibus non obstat asserta nullitas obligationis Honufrij vigore Bullæ Sixti V. quæ vti extrinseca, requirit altiorem indaginem, & ideo reijcienda ad iudicium ordinarium, quicquid sit, si diceretur de nullitate instrumenti, vt distinguit *Galles. de oblig. cam quæst. 3. num. 5.* quem sequitur *Zacch. ibi. num. 8. & seq. Rot. apud eum decis. 48. num. 1. & seq.* & in terminis Decreti Ducis Vrbini tradit *Rot. in d. Engub. dotis d. ver. non obstat &c.* & expresse disponit Decretum ibi *Puri, e liquidi, che saranno, non possi il reo opporre, per retardare l'essecutione, altra eccettione, che quella della nullità dell'Instrumento prodotto,* quæ verba benè ponderantur ad hoc propositum per *Rot. vbi supra.*

7 Maximè cum nullitas etiam incidenter, & per viam exceptionis deducta, vt in casu nostro, non impediat executionem instrumenti, nisi illa sit euidens, & manifesta ex eodem instrumento, vel possit incontinenti probari, *Vant. de null. in tit. Quot, & quibus mod. null. &c. num. 32.* quamplures adducens concordantes *Barz. de guarant. par. 3. quæst. 19. Canar. de execut. Instr. quæst. 11. num. 21. & seq. Galles. de oblig. cam. quæst. 3. num. 3. & seq. & ibi Zacch. num. 1. & seq. & num. 13. & 14.* loquens in obligatione camerali *Foller. de cens. in verbo Qua quidem exeentio num. 4. & seq. & num. 12. Ceph. cons. 201. num. 10. lib. 2. Cenc. de cens. quæst. 82. num. 8. & 9.* vbi dicit, quod dicta nullitas esse debet adeò euidens, & clara, vt nulla oppositione offuscari valeat, secus si super ea necessaria sit disputatio, vt in casu nostro *Mascar. de prob. concl. 686. num. 1. & 9. vol. 2. Giurb. decis. 100. sub. num. 8.* & generaliter exceptionem nullitatis patientem aliquam dubitationem non esse admittendam, post *Corn. Alex. Contar. Rim. Iun. Caualc. Bott. Turret. & Lancell.* per eum adductos tradit *Graff. de excep. excep. 20. num. 14. & seq.* Quod quidem benè verificatur in casu nostro, in quo prætensa nullitas non solum non est notoria, & manifesta, imò constat ex instrumento, d. pactum assecurationis capitalis, & susceptionis periculi habere iustam recompensationem, & ideo non solum non esse nullitati subiectum, imò esse validum, & iustum, vt firmant omnes ferè Doct. Moderniores, & Theologi infra adducti *num. 42. meritò &c.*

8 Et quod exceptio vsuraria pariter non impediat executionem obligationis cameralis, nisi sit adeò patens, vt illa nullo modo tergiuersari possit not. *Zacch. de oblig. cam. quæst. 31. num. 1.* latè *Surd. cons. 327. num. 17. & seq. lib. 3. Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 1. ad Greg. XV. in Romana census. 30. Ianuarij 1606. vers.*

A 2 Sequitur

sequitur hanc decisionem &c. latè *Caren. resol.* 21. *num.* 16. *Rota apud Zacch. de oblig. cam. decis.* 126. *num.* 13. *eadem Rot. decis.* 490. *num.* 1. *& seq. par.* 2. *recen. & decis.* 160. *num.* 3. *par.* 4. *recen. tom.* 2. *& apud Cenc. de cens. decis.* 387. *n.* 3. *&* 4. *& apud Duran. decis.* 11. *num.* 24. *& in Romana pecuniaria* 23. *Martij* 1648. *coram R. P. D. Meltio.* *nec releuat &c.* Quicquid quo ad instrumentum guarantigiatum distinguere videatur *Grattan. discep. foren. cap.* 118. *num.* 48. *par.* 1.

Non obstantibus extrinsecis probationibus, & iustificatione d. contractus ad maiorem cautelam facta per testes pro parte D. Actoris; cum attentis verbis Decreti Ducis Vrbini, de quo supra, ibi *puri, e liquidi, che saranno* † via executiua
9 competat non solum instrumentis a principio liquidis; verum etiam ijs, qui postea liquidantur, cum illud verbum *Saranno*, vti futuri temporis, comprehendat non solum instrumenta a principio liquida, sed etiam postea liquidanda, vt in puncto huius Decreti, dicta verba ponderat *D. Andreol. contro.* 107. *num.* 1.

10 Licet quod via executiua, secluso etiam dicto Decreto Ducali, competat etiam instrumentis, quæ a principio non sunt liquida, sed etiam postea liquidantur per extrinsecas probationes tenuerunt *Bart. in l.* 1. *num.* 17. *ff. de lega.* 2. *Alex. cons.* 188. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *Conar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *ver. in summa &c. & ver. primum ex his. Paitell. exped. ciuil.* 43. *num.* 27. latè *Scacc. de appell. quest.* 17. *limit.* 9 *num.* 24. *& seq. Osasch. decis. pedem.* 179. *num.* 10. *& seq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis receptam, *Gallef. de oblig. cam. quest.* 31. *num.* 6. *& ibi Zacch. litera F. & quest.* 35. *num.* 6. *& ibi. pariter Zacch. litera F.* alios adducens concordantes *Vint. com. opin. litera S. ver. statutum disponens, quod instrumenta &c.* ubi testatur de communi, & dicit, fatuum esse ab ea recedere *Surd. cons.* 248. *num.* 12. *vol.* 2. *Lauren. decis. Auenio.* 39. *num.* 3. vbi de communi. latè *Seraph. de priuil. iura priuil.* 77. *num.* 38. *& seq.* quamplures adducens ita sentientes, & dicens, hanc esse communem opinionem *Giurb. decis.* 15. *num.* 6. *Gait. de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 941. *& seq. Costa de retrotr. cap.* 8. *casu* 9. *num.* 21. *&* 22. *Gratian. discept. foren. cap.* 183. *num.* 37. *& seq. par.* 1. *& cap.* 444. *num.* 31. *& seq. par.* 3. & latè comprobat *D. Andreol. contro.* 107. *num.* 2. *& seq.* vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem sententiam, & Doctores, qui in contrarium adducuntur, huic opinioni verè contrarios non esse ostendit, vt ibi, per eum alios adducentem, quamplures concordantes. Quicquid contrarium senserint *Surd. decis.* 27. *in prin.* & alij ab eo adducti, & alij relati per *D. Andreol. vbi supra*, contra quos adeò magis communis Doct. opinio, de qua supra.

11 Liquidatio enim retrotrahitur ad diem factæ petitionis, & operatur ac si a principio aurea petitam executionem esset facta, *Gallef. de oblig. cam. d. quest.* 35. *num.* 6. *Costa de retrot. d. casu* 9. *num.* 10. *& seq. Menoch. cons.* 858. *num.* 6. *& seq. Rota apud Merlin. de Pign. decis.* 124.
12 *num.* 11. *&* 12. † & paria sunt instrumentum esse liquidum, vel breui liquidandum, *l. fin. & ibi not. Doct. C. de compen. Gallef. de oblig. cam. quest.* 31. *num.* 6. *& ibi Zacch. litera C. Seraph. d. priuil.* 77. *num.* 39. alias adductus *Vint. in d. ver. statutum disponens, quod instrumenta. Graff. de excep. excep.* 36. *num.* 5. *&* 6. alios referens ita sentientes.

Secundo principaliter debet D. Actor obtinere, quia non fuit pro parte Rei conuenti probata
13 mors ouium locatarum † quæ de iure non præsumitur, sed est probanda per allegantem, *Osasch. decis.* 108. *num.* 5. *Ludo. decis. perus.* 12. *num.* 3. *& decis.* 30. *num.* 4. *Mascard. de prob. concl.* 1073. *in prin. vol.* 2. alios adducens concordantes *Menoch. de præsump. lib.* 2. *præsump.* 83. *num.* 6. *Grattan. discep. foren. cap.* 944. *num.* 35. *par.* 5. *Rota decis.* 267. *num.* 10. *par.* 5. *rec.* Neque est probatus numerus ouium mortuarum, qui est de intentione excipientis *ad tex. in l.* 2. *in l. ab ea parte* 5. *in l. quingenta* 12. *ff. de prob. in l. actor* 23. *C. eod. tit. & in l. qui accusare* 4. *C. de eden.* & tradunt *Argel. de legit. contrad. quest.* 13. *num.* 64. *& alij relati per Barbo. axiom.* 128. *in prin*

14 Cum reus in exceptionibus dicatur actor, & partibus actoris illum fungi oporteat *l.* 1. *ff de except. l. in exceptionibus* 19. *ff. de prob. l. si quidem* 9. *C. de excep. Vinc. de Franch. decis.* 263. *num.* 2. *Palma in sua pract. par.* 2. *glo.* 4. *num.* 2. *Rota Genuen. diuer. decis.* 102. *num.* 3. *et decis.* 146. *num.* 4. *D. Andreol. contro.* 163. *num.* 3. *& seq. Rota apud Duran. decis.* 87. *num.* 5. *et decis.* 462. *num.* 10.

Maximè cum actor probauerit plenè intentionem suam per exhibitionem instrumenti locationis,
15 seu affictus ouium † & ideo reus teneatur probare suam exceptionem plenè, & concludenter alias succumbit *cap. post. electionem* 7. *cap. cum super.* 8. *de concess. preb. Alex. cons.* 134. *in prin. lib.* 2. *et cons.* 181. *in* 1 *in fin. lib.* 6. *Rot. Genuen. d. decis.* 102. *num.* 3. *Cranet. cons.* 226. *num.* 10. *Aldoui. cons.* 13. *num.* 4. *et cons.* 34. *num.* 23. *D. Andreol. d. contro.* 163. *num.* 12. *Rota apud Greg. XV. decis.* 201. *num.* 3. *et decis.* 228 *num.* 2. *et apud Buratt. decis.* 298. *num.* 3. *et ibi Addens litera A.* alias referens decisiones. *eadem Rota decis.* 200. *num.* 8. *et decis.* 370. *num.* 1. *et decis.* 195. *num.* 3. *par.* 4. *rec. tom.* 2.

Neq; vllum potest fieri fundamentum super depositio-

positionibus testium pro reo conuento exami-
natorum, & peimò super depositione Per Illu-
stris Domini de Sensis Perusini, quia ipse solum
deponit, quod de anno 1635. mortua fuit in
Marittimis magna quantitas pecudum, sed ta-
men nihil deponit quo ad oues locatas Honu-
16 frio; vndè illius depositio, vti nimia generalis,
& nihil in particulari concludens, nihil opera-
tur *l. non hoc 4. C. vnde legit. l. neque natales
10. C. de prob. Rota Genuen. diuer. decis. 102.
num. 3. Thoma. Decis. Marcb. 50. num. 44. &
98. & decis. 93. num. 14. Surd. cons. 151. num.
47. lib. 2. Gratia. discep. foren. cap. 640. num.
25. & cap. 705. num. 1. par. 4. Ciriac. contro.
5. num. 29. et contro. 384. num. 41. et contro.
395. num. 20. Barbos. axiom. 191. num. 3. Rota
apud Greg. XV. decis. 405. num. 2. et apud Duran.
decis. 402. num. 21. & decis. 137. num. 13. par.
4. rec. tom. 2.* benè *Adden. ad Rot. decis. 28.
num. 42. par. 3. rec. & in Tullen. matrimonij 15.
Ianuar. 1653 coram R. P. D. Albergato.*
17 Generalitas enim parit obscuritatem *l. cum
duo 20 ff. de in diem adiec. l. ita fidei. 40. ff. de
iur. fisc. l. prætor edixit 12 ff. de iniur. l. in traden-
dic 8. ff. commun. prædio. &c. Crau. cons. 33.
num. 3. Surd. cons. 379. num. 19. lib. 3. Gratia.
discep. foren. cap. 705. in prin. par. 4. Rota decis.
18 594. num. 38. par. 5. rec. lib. 2.* Probatio au-
tem obscura non releuat *cap. in præsentia 8. de
prob. Crau. d. cons. 33. num. 3.* & latè compro-
bat quampluribus relatis authoritatibus *Fa-
rin. de testi. quæst. 68. in prin. Gratia. discep.
foren. cap. 252. num. 20. par. 2. Rot. decis. 1.
num. 5. & 6. de donat. in nou. & decis. 380. num.
19 10. par. 5. rec.* † Cum illa debeat esse clara,
certa, & necessariò concludens *Gail. pract. obser.
lib. 2. obser. 13. num. 5. Crau. cons. 201. sub
num. 29.* in terminis de exceptionibus *Surd. de
alim. tit. 1. quæst. 115. num. 14. Aldou. cons.
18. num. 24. & cons. 70. num. 29. et seq. et cons.
80. num. 9. et seq.* alios adducens concordantes.
*Ciriac. contro. 75. num. 18. Rota decis. 76. num.
7. et decis. 270. num. 8. par. 4. rec. tom. 2. &
decis. 463. num. 7. par. 5. rec. lib. 2. et apud Duran.
decis. 402. num. 21.*
Quod quidem est indubitatum in casu nostro ex
verbis subsequentibus eiusdem testis, ibi *E può
essere, che qualche massaria di pecore del detto
anno 1635. non hauesse patita detta infermità* †
20 Data enim possibili veritate in contrarium de-
positio testis omninò corruit *Aldou. cons. 18.
num. 30. et cons. 31. num. 10.* & post *Bald. Io.
de Anan. Alex. Corrad. Montic. Ceph. Gabr.
Bertaz. et Foller.* per eum relatos tradit *Farinac.
de testi. quæst. 68. num. 4. Ciriac. contro. 84.
num. 6. & 7. et contro 150. num. 30. et contro.
180. num. 22. et contro. 384. num. 41. Rot. decis.
216. num. 13. par. 6. rec. et apud Greg. XV.
decis. 353. num. 2. & decis. 531. num. 2. par. 3.
rec.*
21 Cum probatio, vt dixi, debeat concludere
per necesse, non autem per possibile, & con-
tingenter *l. non hoc 4. C. vnde legit. l. neq; na-
tales 10. C. de prob. cap. in præsentia 8. eod. tit.
Aldoui. cons. 22. num. 17. et seq. et cons. 39. num.
26. Surd. cons. 5. num. 46. vol. 1. et cons. 513.
num. 13. lib. 4.* latè *Barbos. axiom. 191. num. 2.*
alios referens concordantes *Rota decis. 282.
num. 12. et decis. 290. num. 4. par. 6. et decis.
99. num. 17. par. 7. rec.*
22 Neq; vis vlla fieri potest super depositione
Erminij Federici † cum ipse deponat tantum
de auditu ab Honufrio, & sic a parte *Rimi. Iun.
cons. 60. num. 6. et cons. 83. num. 2. Alex. cons.
112. num. 11. lib. 6.* & in puncto de teste de-
ponente de auditu ab ipso Conductore idem
*Alex. cons. 71. num. 3. & cons. 123. num. 8. lib.
7. Farina. de testi. quæst. 69. num. 86. Ciriac.
contro. 150. num. 21. Rota apud Greg. XV. decis.
570. num. 2. Altogra. cons. 21. num. 18. lib. 1.*
23 Testibus enim de auditu non creditur, quo-
rum repelluntur authores *cap. licet ex quadam.
47. de testi. Rolan. cons. 9. num. 34. lib. 3. Ceph.
cons. 250. num. 27. lib. 2. Surd. cons. 135. num.
96. lib. 1. Hond. cons. 102. num. 58. lib. 1.* plenè
Farinac. de testi. d. quæst. 69. num. 85. alios ad-
ducens ita sentientes *Ciriac. d. contro. 150. num.
22. Caren. resol. 122. num. 4.* Ne maior adhi-
beatur fides copiæ, quam originali, vt tradunt
Rol. Hond. & Farin. in loc. proximè adduct. &
post eos *Calm. de equit. lib. 1. cap. 30. num. 27.*
Et quod d. testis nullam faciat probationem, est
certissimum, cum vltra supradicta sit etiam
consanguineus inducentis, & illius laborator,
24 & debitor; ac etiam pauperrimus † ita vt cum
tot patiatur exceptiones, negari non valeat, il-
lum omninò a testificando repelli ad tradita
per *Farinac. de testi. quæst. 57. num. 46. et quæst.
62. num. 80. et num. 381.* vbi quamplures ad-
ducit, & testatur, hanc esse cõmunem Doct. opi-
nionem, addo *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 20.
num. 15. D. Andreol. contro. 172. num. 9. &
Rot. decis. 477. num. 5. par. 5. recen. lib. 2. &
decis. 199. num. 5. par. 6. recen.*
25 Tertius testis non probat, quia pariter est
consanguineus inducentis. *Cotta in memor, in
verbo: testis ad hoc repellatur &c. versic. vlte-
rius etiam &c. Villalob. in comm. opin. litera T.
num. 89.* qui testatur de communi opinione,
quos referendo sequitur *Farinac. de testi. quæst.
54. num. 26. Rota decis. 138. num. 2. par. 4. rec.*
26 † Maximè in causa graui, qualis est de qua agi-
tur *Crau. cons. 182. num. 15. Gabr. comm. concl.
de testi. conclu. 13. num. 32. Mascar. de probat.
concl. 408. num. 15. vol. 1. Duen. reg. 383. n. 2.
Farina. d. quæst. 54. num. 25.* vbi reddit ratio-
nem

nem, quia causa ciuilis ardua æquiparatur cau-
sæ criminali, in qua consanguineus non admit-
titur ad testificandum pro consanguineo, vt ibi
per eum.
Secundò quia est contrarius alijs testibus, dum
deponit, *Il male, che correua quell'anno era*
zoppia, c'haueuano fragido il polmone, alij verò
testes deponunt, *Quell anno alle bestie s'infragi-*
27 *dauano le gambe, e i piedi* † Vndè vti talis non
probat. *Foller. in pract. in ver. item quod com-*
misit falsitatem num. 27. Suar. in Thesa. recep.
sent. littera I. n. 188. vbi de comoinni *Mascar.*
de prob. concl. 1368. num. 3. vol. 3. Farina. de
testi. quest. 65. num. 2. & 7. Caren. de offic. S. In-
quis. par. 3. tit. 6. num. 45. Rot. *apud Grego. XV.*
decis. 298. num. 3. & apud Buratt. decis. 367.
num. 8. & decis. 498. num. 5.
28 Maximè cum simus in teste cõsanguineo, & sic
suspecto, quo casu contrarietas attenditur, etiã
si non esset in parte substantiali *glo. in cap. cum*
causam 37. in verbo Tempore ibi. Nisi esset suspe-
ctus &c. *& ibi Hosti. Io: Andr. Bellam. Bald.*
Butr. & Ancar. de testi. Farina. de testi. quæst. 73.
num. 30. Ciriac. contro. 150. num. 57. & voluit
etiam *Caren. in d. tit. 6. num. 50.*
29 Neq; obstat, quod d. testis possit concorda-
ri præsumendo pluralitatem morborum, vt
not. *Farin. de testi. quæst. 65. num. 37. & 38. &*
Caren. in d. tit. 6. num. 51. qui alios adducunt.
30 †Non solum ad effectum effugiendi falsum, sed
etiam ad effectum, vt probet, secundum opi-
nionem *Canonist. in cap. cum tu. 16. de testi*, quam
communem dici posse asserit *Farina. d. quæst.*
65. num. 88. & quam sequi Rotam Rom. dicit
Caren. d. tit. 6. num. 52. vbi plures recenset eius-
dem Rotæ decisiones.
31 Quia, quicquid sit de dicta opinione, quæ
certè non est tuta, cum contrarium, quod imò
concordia non fiat ad effectum inducendę pro-
bationis, quando fit per multiplicationem
actuum, sed tantum ad euitandam pęnam falsi
teneant omnes legistæ, vt videre est per *Farina.*
d. quæst. 65. num. 86. & 87. & scripsit expres-
sè *Crot. in Farina.* non adductus *de testi. par. 7.*
num. 331. et seq. Gratia. discep. foren. cap. 144.
num. 24. et seq. par. 1. et. cap. 525. num. 10. et.
11. par. 3. et post Bart. Alex. Felin. et Crot. ab
eã allegatos tradit Rot. *decis. 430. num. 442.*
par. 5. rec. lib. 2. Et in his terminis loquitur,
& intelligendus est *Caren. in d. tit. 6. num. 50.*
dum dicit, Rotam sequi opinionem *Bart. in l.*
gallus. 29. §. ille casus ff. de lib. et posth. cum
Bart. ibi loquatur secundum opinionem legi-
starũ, quando scilicet cõcordia non fit per mul-
tiplicationem actuum, vt ex eo est videre, &
aduertit Rot. *d. decis. 430. num. 42.* Nec non
etiam cum decisiones allegatæ *per Caren.* ibi
non loquantur quandò concordia fit per mul-
tiplicationem actuum, vt in casu nostro.
32 Quia inquam dicta opinio non habet locum
quando sumus in contrarietate admodum ma-
nifesta, vt in casu nostro, quia tunc non est lo-
cus concordiæ, vt benè declarat *Farinac. d.*
quæst. 65. num. 38. et seq. et num. 79. et 87. &
sentit etiam *Caren. in d. par. 3. tit. 6. num. 49.*
alios adducens.
33 Neq; quando sumus in teste suspecto, prout
pariter in casu nostro, in quo sumus in teste
consanguineo, vt dixi supra *num. 28.* quia neq;
tunc esse locum concordiæ volunt *Alex. cons.*
154. num. 7. lib. 5. Natt. cons. 315. num. 10. et
11. Crau. cons. 665. num. 17. Clar. in prac. §. fin.
quæst. 23. in prin. quos referendo sequitur *Caren.*
in d. tit. 6. num. 50. qui subiungit *num. seq.* te-
stem concordatum non posse dici in omnem
casum contestem per se, sed per interpretatio-
nem, & concordiam, & ideo minus illum pro-
bare, quam alios testes in tribunali S. Inquisi-
tionis, vt ibi per eum, quibus addo *Morot. cons.*
69. num. 54.
34 Nec pariter fit concordia ad effectum, vt te-
stes probent, quando sumus in testibus exami-
natis ab vna parte tantum, vt in casu nostro,
vt post *Butr. Imol. et Zabarel. in d. cap. cum tu 16.*
de testi. & Alberi. de Malet. de testi. in cap. fin.
num. 30. per eum relatos not. *Farinac. de testi.*
quæst. 65. num. 99. & 100.
Remanet ergo solum depositio Marini Mariottij,
cuius depositio est generica, & non concludens
de numero pecudum mortuarum, & incerta, †
35 & ideo non admittenda *d. l. non hoc 4. C. vnde*
legit. l. neq; natalis. 10. C. de prob. cap. in præ-
sentia 8. eod. tit. Ciriac. contro. 395. num. 21.
& contro. 381. num. 41. Rot. decis. 137. num.
13. par. 4. rec. cum alijs supra adduct. *num. 16.*
circa primum testem, quos breuitatis gratia
non refero.
36 Maximè cum d. testis sit etiam magna ami-
citia iunctus D. Ioanni inducenti, & sit pauper,
& ideo vti patiens plures defectus, & exceptio-
nes tam in dicto, quam in persona, eius deposi-
tio omninò corruit ad tradita per *Farin. de testi.*
quæst. 57. n. 46. alios plures adducentem con-
cordantes, *& quæst. 62. num. 80. & num. 381.*
in quibus locis testatur, hanc esse communem
Doct. opinionem, & firmat *Cancer. var. resol.*
par. 1. cap. 20. num. 15. alios pariter adducens
ita sentientes, *D. Andreol. contro. 172. num. 9.*
Rot. decis. 477. num. 9. par. 5. rec. lib. 2. & decis.
199. num. 5. par. 6. rec. & dixi supra *num. 24.*
37 Neq; venit attendendum, quod mors anima-
lium, quæ gregatim pascuntur, potest probari
per coniecturas *Deci. in l. si pascenda 8. num. 19.*
C. de pact. Pattel. ad exped. ciuil. 48. sui Patris
num. 5. Quia omisso, quod nos sumus in causa
38 instrumentali, in qua non admittitur probatio
præsum-

præſumptiua. *Hond. conſ. 39. num. 72. vol. 2. Odd. conſ. 23. num. 19. Fachin. conſ. 14. num. 3. lib. 3. Deci. conſ. 36. num. 4. ver. Nec obſtat quod idem &c. Aldoui. conſ. 69. num. 87. D. Andreol. contro. 136. in prin. Rot. apud Greg. XV. deciſ. 157. num. 14.*

Quia, inquam, cum teſtes ſupradicti pro parte Rei conuenti examinati tot patiantur exceptiones tam in dicto, quam in perſonis, vt fuit ſupra demonſtratum, nulla ex eorum depoſitionibus reſultat probatio, nec coniectura, quæ valeat dictum effectum operari, maximè quia cum Honufrius Conductor vigore conuentionis teneretur circa dictas oues adhibere omnem diligentem cuſtodiam, vt patet ex ipſo inſtru-
39 mento locationis, † ei non ſufficit ſimpliciter probare mortem ouium, ſed etiam tenetur probare, illam ſine eius culpa eueniſſe, vt tradunt *Iaſ. Deci. & alij in d. l. ſi paſcenda 8. C. de pact. Neguſ. Iun. reſpon. 222. num. 8. & 9.* quem refert, & ſequitur *Paitell. ad exped. ciuil. 23. ſui Patris num. 12. & ad exped. 48. num. 6. Grat. conſ. 100. num. 2. & 3. Alex. conſ. 158. num. 3. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 264. num. 7. vol. 1. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 3. num. 22. ver. vel aliter &c. P. Paul. Laim. in ſua Theol. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 22. n. 5. Ciriac. contro. 61. n. 23. & contro. 357. n. 2.* Quicquid ſit in obligato ad ſimplicem cuſtodiam a lege reſultantem, & non ex pacto, & conuentione, vt in caſu noſtro, in quibus terminis procedere poſſunt notata per *Silua. & Gomez. in loc. adduct. per Neguſ. & Paitel. vbi ſup.* qui hoc benè declarant.

De qua diligenti cuſtodia non ſolũ non conſtat, imò cõſtat de negligentia ex depoſitionibus tam teſtiũ D. Actoris, quam etiã ipſius Rei aſſerentiũ, Honufrium, dictas oues ad puram cuſtodiã Paſtorum reliquiſſe, illumq; abſentem a dicto
40 grege ſemper fuiſſe †, & ideo eius culpæ, & negligentiæ, ſi quod damnum accidiſſet, venit imputandum *Bald. Iaſ. Deci. Salic. Alex. & alij Doct. communiter in d. l. ſi paſcenda. Petr. de Vbald. de duob. Fratr. 8. par. princ. num. 20. ver. ſed ſi interuenit culpa &c. Ludo. deciſ peruſ. 10. num. 11. Paitel. exped. 23. num. 4. & ibi Adden.*

Quod autem omnem aufert amaritudinem eſt, quod verè oues prædictæ non fuerunt mortuæ, ſed duo greges illarum, qui ſuperant mediam partem ouium, quam Aduerſarius excipit periiſſe ipſi Honufrio, ablati fuerunt in Marittimis a locatoribus herbarum, eo quia illarum prætium eis non ſoluerat, & ſic ex eius culpa, vt deponunt Octauianus primus teſtis D. Actoris ſuper interrogatorijs concernentibus primum articulum, & Horatius ſuper interrogatorijs
41 generalibus, † qui hoc plenè probant *l. vbi numerus 12. ff. de teſti. cap. nouit. 13. de iudic. Aldouin. conſ. 26. num. 12. Ciriac. contro. 219. num. 43. & contro. 314. num. 4. & contro. 347. num. 5. Franc. Becci. conſ. 67. in prin.* Maximè cum idem deponat Erminius fol. 22. & Marinus fol. 26. teſtes Aduerſarij, qui licet deponant de auditu, contra inducentem in omnem caſum pariter probant, præſertim facta reproductione depoſitionum ipſorum, vt poſt *Gabr. Bertaz. Burſatt. & Ceph.* per eum adductos tradit *Farin. de teſti. quæſt. 69. num. 57. & ſeq.*

Tertiò principaliter D. Actor debet obtinere, admiſſa etiam, citra veri præiudicium, morte dictarum ouium, quia Honufrius Conductor in ſe ſuſcepit periculum ouium, itaut capitale illarum ſit ſaluum ad fauorem D. Locatoris, vt
42 latius apparet ex inſtrumento producto †, quod quidem pactum ſuſcipiendi in ſe periculum ouium, & aſſecurationis capitalis illarum, cum in recompẽſationem illius per Locatorem ei remittatur pars fructuum per eum percipiendorum, & ſic compenſetur ſuſceptio periculi, & aſſecurationis, vt legitur in dicto inſtrumento, & etiam infra dicetur, eſt in iure licitum, iuſtum, & omninò ſeruandum, vt tenent *magis communiter Doct.* & præcipuè ex Theologis *Nauar. in Manual. cap. 17. num. 254. & ſeq. P. Molin. de iuſti. & iur. tract. 3. diſputat. 417. P. Leſſi. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 32. ver notandum ſecundò &c. Bonac de contract. diſput. 3. quæſt. 6. punc. 3. ſub. n. 10. P. Laiman. in ſua Theol. moral. lib. 3. tract. 4 cap. 20. n. 4. verſic. vlterius autem &c. P. Rebell. de oblig. iuſti. lib. 16. de contra. aſſecur. quæſt. vni. num. 3. P. Diana reſol. moral. par. 1. tract. 8. reſol. 30. per tot. Eminentiſſimus Card. de Lugo de iuſti. & iur. diſput. 29. ſect. 5. num. 74. & diſput. 30. ſect. 4. num. 40. & ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doct. opinionem, & ex Legiſtis hanc eandem ſententiã firmarũt *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 2. num. 4.* latè *Coſta. de ratio. ratæ quæſt. 200. num. 4.* alios plures adducens ita ſentientes *Mareſco. var. reſol. lib 2. cap. 133. num. 1.* alios referens ſectatores *Gait. de credi. cap. 2. tit. 1. quæſt. 5. num. 1929. & ſeq.* vbi hanc opinionem eſſe veram, & ab omnibus receptam teſtatur, & contrarijs reſpondet, ac alios quamplures adducit ita ſentientes, & non diſſentit *Ciriac. contro. 357. num. 14. & ſeq.* quando periculum aſſecurationis compenſatur, vt in caſu noſtro, & ita expreſsè tenuit *contro. 465. num 16. & ſeq.* & nouiſſimè hanc opinionem ſequuti ſunt *Michal. de Fratr. par. 3. cap. vlt. num. 43. & ſeq. Leotard. de vſur. quæſt. 31. num. 13.* latè comprobans, & quamplures adducens ſectatores, & *Vermiglio. conſ. 414. per tot.* ex quibus certè non poteſt negari, hanc eſſe magis communem, imò

communu-

communiſſimam Doct. opinionem.

43 Quicquid contrarium ſenſerint *S. Ant. Corrad. & Medi. relati per P. Laiman. vbi ſupra. Felic. de ſocieta. q. 19.* & alij relati per *Coſt. d. quæſt. 200. num. 2.* quorum rationibus benè ſatisfaciunt *P. Molin. P. Leſſius, & alij Doct.* ſupra adducti, & *P. Salon. de iuſti. & iur. de contract. ſociet. art. 3. contro. 2.* Maximè cum plures ex eis non loquātur quando ſuſcipienti periculum, & promittenti aſſecurationem per Locatorem dimittitur pars lucri eidem debiti in recompenſationem aſſecurationis, vt in caſu noſtro, vt ex eis eſt videre.

Ratio autem ſupradictæ concluſionis eſt manifeſta, quia, vt dixi, in hoc contractu ſeruatur æqualitas, vt infra etiam demonſtrabitur, & ideo in eo nulla vſura, nec iniuſtitia interueni-

44 re poteſt. † Vſura enim non cadit niſi in contractu mutui veri, vel palliati *Abb. conſ. 62. in fin. par. 1. & conſ. 39. num. 2. par. 2. Nauar. in manual. cap. 17. num. 206. & in conſ. 32. de vſur. P. Laiman. in ſua Theol. Moral. lib. 3. tract. 4. cap. 16. num. 1. Surd. conſ. 306. num. 6. lib. 3.* latè *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 133. in prin.* vbi de communi, *Rot. deciſ. 490. num. 3. par. 2. & deciſ. 160. num. 4. par. 4. rec. tom. 2.*

Nos autem non ſumus in contractu mutui, ſed in contractu ſocietatis, & locationis, vt cantat

45 expreſsè inſtrumentum, † cum ille contractus celebratus intelligatur, cuius nomen eſt expreſſum, quando effectus ei non repugnat, vt in caſu noſtro *Dec. in d. l. ſi paſcenda 8. num. 10. & ſeq. C. de pact. Natt. conſ. 104. num. 1. & 12. Crau. conſ. 20. num. 5.* quos refert, & ſequitur *Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 2. num. 20. in fin. Pinell. in l. 2. C. de reſcin. vend. in 2a par. rub. cap. 2. num. 2. Mareſcot.* in terminis *in d. cap. 133. num. 2. Surd. deciſ. 326. num. 8.* † Et

46 contractus qualis eſt in prima ſui figura, talis præſumitur in ſui exiſtentia *Paſtell. exped. ciuil. 76. num. 6. & exped. 87. num. 27. Card. Manti. d. tit. 2. num. 4.* alios adducens *D. Andreol. contro 189. num. 2.*

47 Et probatur etiam manifeſtè, quia mutuum conſiſtit ſolum in rebus, quæ vſu conſumuntur, & in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, puta in pecunia numerata, oleo, vino, frumento, & ſimilibus, quæ vſu conſumuntur. *§. 1. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. l. 2. §. 1. & l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pec.* & not. *Nauar. in Manual. cap. 17. num. 206. Coſin. Pliliar. in manual. Confeſ. de vſur. poſt prin. & Mareſcot. d. cap. 133. num. 10. & 11.* Quales non ſunt oues, vt patet, & in puncto tradit *P. Laiman. in d. cap.*

48 *20 num. 4. verſ. huiuſmodi &c.* † Item in mutuo transfertur dominium rei mutuatæ in mutuatarium *d. l. 2. & ibi doct. ff. ſi cert. pet. Nauar. in d. cap. 17. num. 180. Crau. conſ. 145. num. 17. Card. Manti. de tacit. lib. 8. tit. 1. num. 2. & ſeq.* In hoc verò contractu Societatis, & Locationis dominium non transfertur, cum ſocius, & aſſicurarius teneatur pecora ſeruare, & non poſſit illa ſuo arbitrio abſumere, & alienare, ac ſi Dominus eſſet *Nauar. vbi ſupra num. 180. P. Laiman. in d. cap. 20. ſub. num. 4. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 3. ſub. num. 2. Caroc. de loca. & cond. par. 5. de ſexto gradu acciden. queſt. 1. num. 3.*

Neq; in dicto contractu cadere poteſt mutuum palliatum, ſeu iniquitas ex eo, quod periculum capitalis non ad Locatorem, ſicuti natura contractus ſocietatis, & locationis præcisè ſpectare poſtulat, ſed ad Conductorem, ſeu ſocium ſpectare debeat, quia dictum onus aſſecurationis capitalis, & ſuſceptionis periculi iuſtè compenſatur Conductori, ei remittendo partem lucri Locatori debitum, minoremq; partem lucri ab eo dicta de cauſa recipiendo, vt cantat inſtrumentum locationis, & infra demonſtrabitur, vt tradunt *Nauar. in d. cap. 17 num. 255. P. Leſſi. de iuſti. & iur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 23. & ſeq.* benè comprobans, *et num. 29.* dicens, falſum eſſe, in hoc contractu ita celebrato adeſſe mutuum palliatū, vt ibi per eum, & *P. Laima. in d. cap. 20. num. 4. ver. huiſmodi contractum &c.* & alij Doct. ſup. adducti.

49 Aſſecuratio enim eſt contractus ſimilis emptioni, & venditioni, per quem qui aſſecurat, vendit obligationem, quam in ſe ſuſcipit prętio conuento *P. Leſſi de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 28. dubit. 4. in prin. P. Laim. in d. tract. 4 cap. 20. num. 2. verſ. quamuis autem &c. Gratia. diſcep. foren. cap. 589. n. 2. par. 3. Rot. deciſ. 160. num. 24. par. 4. rec. tom 2.* & tradunt etiam *PP. Pœniten. S. Petri in eorum voto poſt d. deciſ. 160.*

50 *num. 15. & ſeq.* † ſicut igitur quando in contractu emptionis, & venditionis inter prætium, & rem venalem adeſt debita proportio, contractus eſt iuſtus; ita quando in contractu aſſecurationis ſeruatur æqualitas inter obligationem, quam aſſecurans in ſe ſuſcipit, & inter prætium, quod aſſecuranti datur, vel remittitur arbitrio prudentis viri, vt in caſu noſtro ex infradicendis apparebit, contractus eſt iuſtus, & licitus, vt benè declarant *P. Leſſi. in d. cap. 28. dubit. 4. in prin. P. Laiman. d. cap. 20. num. 2. ver. quamuis autem, & ſub. num. 4 ver. huiuſmodi contractus &c. P. Rebell. de oblig. iuſti lib. 16. de contrac. aſſecur. quæſt. vni. num. 3. Ciriac. d. contro. 465. num. 16. & ſeq. & Michal. de Fratr. d. cap. vlt. num. 43. & ſeq. §. 3.*

Quod verò Conductori in recompenſationem ſuſceptionis periculi, & aſſecurationis remittatur pars lucri Locatori debita probatur ex ipſo inſtrumento locationis, in quo prædicta claris

51 verbis aſſecurātur per partes, † quod inter eos facit

facit rem claram, & manifestam l. optimam 14.
C. de contr. & commit. stipul. Alex. conf. 150.
num. 1. & 2. vol. 2. Laderch. conf. 130. num. 3.
Geuna. de verb. enunci. lib. 2. quæst. 17. num. 8.
& 9. Rota apud Cocci. decis. 427. num. 4. quam
referendo sequitur eadem Rot. apud Cene. de
cens. decis. 501. num. 3.

Secundò id probatur ex depositionibus testium
D. Actoris, qui super tertio, & quarto articu-
lo deponunt, vnam ouem, computatis lana,
caseo, & fetu, fructum reddere vt plurimum
paulorum tresdecim pro quolibet anno, ex qui-
bus demptis paulis septem pro alimentis, &
& cura eiusdem, remanent pauli sex liberi, quo-
rum tres sunt locatoris, & alij tres conducto-
ris, & socij, qui sunt baiocchi triginta pro quo-
libet: Dum ergo Locator percipit baioccos
duodecim cum dimidio tantùm pro qualibet
oue, condonat, & remittit conductori, & so-
cio reliquos baioccos decem, & septem cum
dimidio eidē debitos in recompēsationem asse-
curationis & periculi per conductorem suscepti,
& sic ei remittit scuta decem, & septem de pau-
lis cum dimidio pro centum, quæ sunt certa pro
dicta assecuratione, cuius periculum est incertū,
vt est clarissimum, & sic benè compensatur
periculum assecurationis iuxta not. per Doct.
in loc. supra adductis.

Quod verò dicta remissio scutorum decem, &
septem cum dimidio pro centum in recompen-
sationem assecurationis dicatur iusta secundum
communem hominum æstimationem pro rei
52 periculo, † prout illam talem esse debere tra-
dunt Gait. de credit. in d. quæst. 5. num. 1949.
P. Laiman. in d. lib. 3. tract. 4. cap. 20. sub n. 4. &
Eminentissimus Card. de Lugo d. disput. 29. sect.
5. num. 74. & disput. 30. sect. 4. num. 40. sua-
detur ex depositionibus testium D. Actoris su-
per 6. 7. & 8. art. deponentium, quod condu-
ctores in d. contractu affictus ouium, & capra-
rum vt plurimum ex eo lucrum faciunt, & quod
damnum ex illo recipiunt tantùm, qui circa
pecora gerunt se negligenter, & quod dictus
contractus est iustus, & remissio lucri est peri-
culo æquiualens, & quod est contractus non
læsiuus, ex quibus desumitur, quod recompensa-
tio assecurationis est iusta, & periculo æquiua-
lens, vt præcipuè clarè deponunt secundus, &
53 tertius testis super septimo articulo. † Quibus,
vtt in arte peritis, omninò est standum. Gratia.
decis. March. 32. num. 4. Thoma. decis. March.
50. num. 482. Ludo. decis. Lucen. 62. num. 8.
Rota Genuen. diuer. decis. 196. num. 4. Rot. apud
Greg. XV. decis. 125. num. 9. & decis. 126. n. 5.
par. 4. & decis. 352. num. 7. par. 5. & decis.
151. num. 14. & decis. 227. num. 7. par. 6.
recen.

Secundò id suadetur ex communi obseruantia,
& consuetudine, quæ passim viget in Terra
Cantiani, & eius Territorio, ac etiam in Ma-
rittimis apud viros religiosos, & timoratæ
conscientiæ, in quibus locis dantur, & accipi-
untur animalia ad caput saluum per homines
in arte peritos cum obligatione soluendi non
solum baioccos duodecim cum dimidio pro
qualibet oue, vel capra, vt in casu nostro, sed
baioccos quindecim, & sic cum minori remis-
sione lucri, quam fecerit d. D. Locator, ex qui-
bus eò magis apparet de iustitia contractus, de
54 quo agitur, † cum contractus iustificetur per
solitum, vt not. Scace. de commer. §. 6. glo. 1.
num. 48. Molfes. de contrac. cap. 7. num. 109.
quos refert, & sequitur Gait. de credit. cap. 2.
tit. 7. num. 1594.

55 Et cōsuetudo, & frequentia actuum, præcipuè
inter bonos, & legales viros quando iustitia
contractus est dubia, & controuersa, facit cen-
seri contractum licitum, & iustum non solum
respectu pænæ, sed etiam quo ad iustitiam, &
validitatem illius, vt docuerunt Bald. in l. vni
quæst. 3. num. 39. C. de his quæ pæn. nom. Seraph.
de priuil. iuram. priuil. 132. num. 20. Rol. cons.
96. num. 26. vol. 2. Natt. cons. 498. num. 26.
Surd. cons. 327. num. 51. & 52. lib. 3. alios ad-
ducens concordantes latè Cenc. de Cens. quæst.
11. num. 5. & seq. Card. Manti. de tacit. lib. 3.
tit. 9. num. 7. benè Castrac. de Societ. offic. cap.
4. num. 20. & 24. Gratia. discep. foren. cap. 14.
num. 14. par. 1. Leotard. de vsur. quæst. 99.
num. 5.

56 Maximè cum in dubio contractus præsuma-
tur licitus, & iustus. Borgn. decis. 1. num. 91.
par. 2. Lup. in cap. nauiganti comm. 3. §. 3. num.
91. de vsur. Surd. d. cons. 327. num. 53. Gratia.
57 d. cap. 14. n. 14. Leotard. vbi supra † Quicquid
sit quando contractus esset euidenter iniustus,
siuè fœneratitius, quo casu consuetudinem ex-
cusare à pæna, non autem reddere contra-
ctum licitum tradunt Natt. Surd. Gratia. & Card.
Manti. in loc. proximè adduc. & Zacch. de Societ.
num. 348. & seq.

In societatibus enim consuetudini multùm defer-
tur Bald. in l. 1. quæst. 2. C. pro soci. Zacch. de
Societ. num. 351. Rota apud eundem Zacch. de
58 societ. decis. 31. num. 7. † Cum in pactis, & con-
uentionibus consuetudo sit optima illarum in-
terpręs ad tex. in. l. minimè 22. & in l. si de
interpretatione 36. ff. de legib. & in cap. cum di-
lectus 8. de consuet. Magon. decis. lucen. 7. num.
21. Surd. decis. 223. num. 11. latè Barbo. axiom.
56. num. 12. Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 9.
num. 10. & lib. 12. tit. 33. num. 26. Bonell. in
59 summa omn. decis. tit. 14. num. 93. † Prout
eundem effectum operari obseruantiam scri-
pserunt Aldon. cons. 91. num. 63. Gratia. discep.
foren. cap. 377. n. 18. & seq. par. 2. latè Cenc.

de Cens. quæst. 11. num. 5. 6. & seq. Rot. apud Zacch. de Societ. decis. 61. num. 5. & decis. 78. num. 5. & decis. 147. num. 7. par. 7. rec.

60 Hinc videmus in simili, redeundo ad punctum principalem huius allegationis, quod licet dare Mercatori, seu Socio negociaturo aliquam pecuniarum quantitatem, puta florenos mille cum obligatione, quod ipse periculum sortis in se suscipiat, illamque assecuret, & ex lucro sperato soluat danti pecunias quinque, vel sex pro centenario pro quolibet anno, donec societas rescindatur, & sors ipsa restituatur, remissa mercatori, seu socio reliqua parte lucri, quæ danti pecunias deberetur in recompensationem assecurationis promissæ, vt tenent magis communiter *Doct.* & præcipue *Nauar. in Manual. cap. 17. num. 254. & seq. & in tract. de vsur. num. 32. & seq. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 41. & ibi Adden. P. Molin. de contra. disp. 417. P. Valent. in disp. moral. tom. 3. disp. 5. quæst. 24. punc. 2. & quæst. 25. punc. 2. P. Salon. de iusti. & iur. de contr. Societ. art. 3. contro. 2. & post Aug. Gabr. Maior. Siluest. Nauar. Couar. Valent. Molin. Girzi. Lopez. Medin. Tolet. Anglef.* & alios per eum relatos latè tuetur *P. Lessi. de iusti. & iur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. per tot.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & illam à doctissimis viris suisse Romæ approbatam, & passim per Italiam esse in vsu, vt ibi per eum, qui contrarijs non minus doctè, quam subtiliter more suo satisfacit, & eandem sententiam cõfirmarunt *P. Azor. Inst. moral. lib. 3. cap. 9. num. 47. Bonac. de contr. disp. 3. quæst. 6. princ. 3. num. 8. P. Laiman. in sua Theol. moral. lib. 3. trac. 4. cap. 18. num. 11. & cap. 20. num. 2. ver. quamuis autem &c.* vbi testatur de communi opinione. *P. Rebell. de oblig. iusti. lib 16. de contr. assecu. quæst. vni. num. 3. P. Diana resol. moral. par. 1. tract. 8. resol. 30. Eminentissimus Card. de Lugo de iusti. & iur. dispu. 29. sect. 5. num. 74. & dispu. 30. sect. 4. num. 40. & seq.* vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem.

Et Vltra Theologos hanc opinionem tenuerunt *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 4. Costa de ratio. ratæ quæst. 200. num. 4. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 133. num. 21. Scacc. de comme. §. 3. Glo. 3. num. 35. & seq.* vbi dicit, ita seruari Romæ, Genuæ, & alibi de consilio PP. Iesuitarum, & latè comprobat *Gait. de credit. cap. 2. tit. 1. quæst. 5. num. 1935. & seq.* vbi quamplures adducit Doct. authoritates, & dicit, hanc esse veram, & ab omnibus receptam opinionem, *Ciriac. contro. 465. num. 16. & seq.* nouissimè *Leotard. de vsur. quæst 31. num. 13.* latè comprobans, & quamplures adducens sectatores, ex quibus apparet manifestè, hodie hanc esse receptiam auì Doct. opinionem.

Quicquid contrarium senserint *Abb. S. Anton. Sot. Corrad. Lup.* & alij antiquiores, quos refert *Gait. in d. quæst. 5. num. 1929.* quorum rationes rectè refellunt *P. Salon. P. Lessi.* & alij Doct. supra relati, & contra quos adest magis communis, imò communissima Modernorum opinio.

Ratio est, quia cum verisimiliter industrius Mercator, seu Socius ex d. florenis mille eidem traditis sit lucraturus decem, & octo, & viginti florenos pro centum, & vltra, quorum medietas ipsi danti pecunias deberetur, ipse tamen in recompensationem periculi suscepti, & assecurationis promissæ ei remittit maiorem partem d. lucri sperati, quod ascenderet fortè ad decem florenos, & vltra, recipiendo tantum quinq; vel sex florenos pro centenario, & sic compensat onus assecurationis per Mercatorem susceptum, vt fit in terminis contractus locationis, seu affictus ouium, de quo supra, in quo Locator percipit baioccos duodecim cum dimidio tantum, remittendo conductori, seu socio reliquos baioccos decem, & septem cum dimidio in recompensationem assecurationis, ideo cum in dicto contractu seruetur æqualitas, compensando onus susceptum iusto prætio, nulla remanet difficultas, quin licitus, & iustus d. contractus dici valeat, vt benè declarant *Bonacc. P. Lessi. P. Laiman. Eminentissimus Card. de Lugo, & alij Theol. & Doct.* supra adducti.

61 Neq; in aliquo obstat *Bulla Sixti V. 45. in ordine incip. Detestabilis*, in quà prohibetur caput falsum, quia illa solum prohibet contractus, qui alias fuit prohibiti de iure communi addendo nouas pœnas ad dictos contractus palliatos, & prohibitos, non autem comprehendit contractus, qui de iure communi sunt liciti, & quando aliquid soluitur, vel remittitur pro periculi, & assecurationis susceptione, vt in casu nostro, vt declarant optimè *Scacc. d. glo. 3. ver. 2. respondeo. Gait. d. quæst. 5. num. 1944. Michal. de Fratr. par. 3. cap. 59. num. 27. in fin. Rot. in Ferrarien. Societatis 17. Martij 1600. coram Eminentissimo Card. Millino, & in Romana Societ. 3. Iunij 1602. coram Reuerendissimo D. Cocc. Dec.* de qua meminit *Flauius Cherub. in compend. Bullar. ad d. Bullam Sixti V. 45. Schol. 1.* & docet *Eminentissimus Card. de Lugo in d. disput. 30. sect. 4. num. 37.* vbi dicit, ita de sensu d. Bullæ interrogatum respondisse eundemmet Sixtum V. ex relatione Eminentissimorum DD. Cardinalium Toleti, & S. Seuerinæ, vt ibi per eum, & ita attestantur *Scort. & Iusti.* relati per *Leotard. de vsur. quæst. 31. num. 12.* cum quibus pertransit *Vermigliol. d. cons. 414.*

Dum autem dictum pactum assecurationis non infirmatur per *Bullam Sixti V.* vt supra, neque inua-

inualidari per aliquam aliam iuris communis dispositionem tradunt *Scacc. d. glo. 3. num. 35. & seq. & Gait. in d. quaest. 5. num. 1946. & seq.* qui alios addurunt, & testantur de communi opinione, & obseruantia quamplurium locorum, vt ibi per eos, & firmant alij *Doct. supra adducti. num. 42. & seq.* ex rationibus per cos allatis, necessariò sequitur, quod nullo pacto retardari valeat executio instrumenti D. Actoris obligatione etiam Camerali vallati, per iura supra in principio adducta.

Neque vis vlla fieri potest ad fauorem Aduersarii super apoca in iudicio pro eius parte exhibita, in qua D. Camilla mater, & tutrix D. Antonij Actoris dicitur promisisse, bonum facere, seu remittere Honufrio conductori damnum per eum receptum ex dd. quibus, ex pluribus, & primò, omisso quod damnum receptum non fuit probatum pro eius parte per iura adducta supra in principio huius allegationis, quia, in-
62 quam, de illa non legitimè constat, † cum careat testibus, & subscriptione partium, & ideo nullam probationem facit ad not. per *Doct. in l. admonendi. 31. ff. de iureiur. & in l. scripturas. 11. C. qui potio. in pign. hab.* & tradunt *Gemin. in cap. 1. sub num. 15. post medium, & ibi Franc. sub. num. 11. de appell. in 6. Capra. cons. 57. num. 3. & 4. Genua. de script. priu. lib. 2. in tit. de apoc. man. tert. conscrip. n. 4. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1233. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. quaest. 5. num. 2644. Rota apud Buratt. decis. 771. num. 1.*

Neque aliquod affert nocumentum D. Actori recognitio facta de dicta apoca per D. Benuenu-
63 tum scribentem, quia ex illa sic recognita plena non resultat probatio, quoad contenta in ea. *Marsil. singul. 471. n. 2.* vbi hoc dicit quotidianum, *Gallia. cons. 91. num. 13. lib. 1.* latè *Menoch. de arbitr. casu. 99. num. 12. & seq.* vbi hanc dicit veriorem opinionem, & contrarium refellit *Vinc. de Franc. decis. 60. num. 14. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 937. & num. 1070.* vbi dicit, hoc non habere difficultatem, & minus semiplenam tantum oriri probationem, vt ibi per eum, plenè *Genua. de scrip. priu. lib. 2. in tit. de apoc. manu. ter. conscrip. n. 20. & seq.* vbi pariter dicit, in hoc casu minus semiplenam oriri probationē, cum quibus pertransit *Gait. de credi. d. cap. 2. tit. 7. num. 2729. & seq.* vbi testatur de veriori opinione.

64 Cum testis vnicus, etiam deponens de facto proprio, non plenè probet, vt tradunt *Farina. de testi. quaest. 63. num. 208. & 209.* vbi quampluribus relatis authoritatibus testatur, hanc esse sine dubio magis communem Doct. opinionem, & sequuntur *Gratia. decis. Marcb. 240. num. 2. & ibi Adden. num 2. Cancer var. resol. par. 1. cap. 20. num. 71. & Rota apud Gre. XV. decis. 351. num. 11. & ibi Adden. & decis. 439 num. 6. & decis. 449. num. 7. & decis. 244. n. 3. par. 1. rec.* vbi testatur de obseruantia eiusdem Rotae, latè *Rube. in singul. Rot. Rom. tom. 1. circa obseruantiam Rotae in verbo testis §. 25.*

65 Intrat enim in dicto casu vulgare illud pronunciatum, Vox vnius vox nullius, de quo habetur *in cap. in omni negocio. 4. in cap. veniens. 10. & in cap. licèt vniuersis 23. de testi. & in l. iusiurandi. 8. C. eod. tit.* & latè exornant *Farina. de testi. quaest. 63. num. 1. Barbo. axiom. 70. per tot. & Genua vbi supra num. 22. & seq.* Alias esset in potestate tertij obligare alium, eo inuito, &
66 ignorante, quod non est dicendum. † Cum consensus in obligatione debeat necessariò interuenire *Ang. in §. 1. inst. de oblig. Rebuff. de chirog. recogn. n. 37. Io. Andr. ad specul. de instrum. edit. §. nūc dicendum in magna addit. Genua vbi sup. n. 5.*

Quicquid contrarium senserint *Deci. cons. 56. n. 4. & cons. 650. num. 9. Alba. cons. 660. num. 1. lib. 4. & alij relati per Farina. d. quaest. 63. num. 207.* quos meritò reprobant *Genua ibi supra num. 34. & seq.* & de magis communi opinione testantur *Farina. d. quaest. 63. num. 208. & Gait. d. tit. 7. num. 2731. & seq.*

67 Maximè cum nullum concurrat adminiculum, quibus concurrentibus plenam faceret probationem ad not. per *Menoch. de arbitr. casu. 99. num. 17. per. Farina. d. quaest. 63. num. 221.* alios adducentem per *Genuam vbi supra n. 37. & per Gait. de credit. d. tit. 7. num. 2733.* qui alios plures referunt concordantes.

68 Quę omnia eò magis redduntur certa in casu nostro, cum D. Benuenutus, qui apocam recognouit, sit inimicus D. Camillae, & D. Antonij eius filij Actoris, vt ipsemet fatetur super interrogatorijs, † vnde eò minus probationem induxit, vt in terminis tradunt *Crot. Ceph. Ludo. & Decia. relati per Farina. d. quaest. 63. num. 213.* vbi relatis contrarium sententibus dicit, testis, qui, vti deponens de facto proprio plus quam semiplenè probat, si sit inimicus, diminui de fide, & ideo tantum semiplenè probare, vt ibi per eum, cum quo concordat *Rot. apud Greg XV. decis. 351. num. 26.*

69 Secundò principaliter non nocet, quia Tutor, qualis est D. Camilla, non potest praeiudicare pupillo, nec remittere eius iura clara. *l. pactum curatoris 22. & ibi Bart. Ias. Alex. Salic. & alij. C. de pact. l. praeses. 12. & ibi Glo. Alex. & alij C. de transa. Roma. cons. 28. n. 3. & ibi. Adden. litera E. Afflic. decis. 87. num. 3. & 4. Monta. de tutel. cap. 33. num. 341. & seq.* vbi dicit, nec quid minimum remittere posse, *Gratian. discep. Foren. cap. 91. num. 6. & seq. par. 1. Surd. decis. 229. num. 26.* & in terminis de Matre tutrice idem *Surd. cons. 419. num. 40. lib. 4. Gail. prac. obseru. lib. 2. obseru. 72. num. 16.*

B 3 Balthas.

Balth. Tomasi in suis tract. var. tom. 2. tit. 19. num. 3674. & seq. aliis adducens concordantes *D. Andreoli controu. 133. num. 4. ante fin. Rota in Romana censûs 3. Decembris 1655. coram R. P. D. Verospio in fine.*

Tutoribus enim, & Curatoribus non est attributa potestas tractandi bona pupilli, seu minoris, vt post *Crauet. conf. 132. num. 14. & Escobar. de ratioc. cap. 23. num. 11. & seq.* per eam adductos tradit *Rota decis. 169. num. 5. & 6. par. 6. rec.*

70 † Nec illa donandi, vt euenisset in casu, de quo agitur, in quo iura sunt clara ex instrumento ad fauorem pupilli *Borgni. de Tuto. & Curat. num. 121. Guttier. de tutel. par. 2. cap. 6. num. 1. & seq. Gail. d. obseru. 72. num. 13.* plenè *Balth. Tomas. d. tom. 2. tit. 19. in tit. de donat. tuto. num. 50. & seq. Gratia. d. cap. 91. n. 16. Surd. d. decis. 229. num. 16. D. Andreol. d. controu. 133. sub. num. 4. Rota decis. 115. num. 10. par. 6. rec. & apud Merlin. de legit. decis. 8. num. 22. & apud Baratt. decis. 401. num. 12.* & firmat etiam *Maresco.* post hæc scripta visus *var. resol. lib. 2. cap. 93. num. 7.* quamplures adducens Doct. de communi opinione attestantes.

Quod quidem nullam recipit dubitationem in casu nostro, cum dicta remissio fuerit facta in omnem casum per D. Camillam tutricem absq; iusta causa, & Iudicis Decreto tempore, quo D. Antonius filius erat impubes, & sic fuerit ipso iure nulla vigore Statuti *lib. 2. rub. 56.* id expressè fieri prohibentis sine euidenti vtilita-
71 te pupilli, & Decreto Iudicis, a cuius Statuti dispositione clara nullo modo esse recedendum tradunt *Bald. in l. Gallus. 29. §. Si eius. in 2. not. ff. de lib. & posth. Aldoni. conf. 35. num. 81. & conf. 100. num. 35. Ciriac. controu. 176. num. 29. Thom. decis. March. 28. num. 10. & seq.* alios adducens concordantes *Rota apud Duran. decis. 129. num. 2.*

Quare &c. saluo semper &c.

D. Actor obtinuit, vti habetur in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Resolutiones dubiorum in causa præcedenti, in quibus plura deducuntur circa personas, & dicta testium quando probent. Testis patiens plures exceptiones an omninò repellatur a testificando. Numerus testium quando suppleat illorum defectus. Suscipiens periculum, seu casum fortuitum an, & quando teneatur de insolito, & quãdo dicatur casus insolitus. Assertioni partium in instrumento quando sit standum, maximè in prohibitis, & quid stante iuramento in instrumento apposito.

SVMMARIVM.

1 *Testis depositio non percutiens tempus, de quo agitur, nullam facit probationem.*

2 *Testis depositio corruit quoties oppositum eius, quod testis deponit, potest stare cum veritate causæ.*

3 *Probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile.*

4 *Consanguineus non est testis idoneus pro Consanguineo in ciuilibus. & num. 18.*

Maximè in causa ciuili ardua num. 5.

6 *Causa ciuilis grauis æquiparatur causæ criminali.*

7 *Consanguineus non probat pro Consanguineo in causa criminali.*

8 *Pauper non est integer testis.*

Maximè in causa ciuili graui num. 9.

10 *Testi colono an fides sit in iudicio adhibenda remittitur arbitrio Iudicis.*

Modicam tamen fidem illi esse adhibendam tenet Rota num. 11.

12 *Debitor pro suo creditore testis esse non potest.*

13 *Testis de auditu a parte nihil probat. & n. 22.*

14 *Testis sibi contrarius nullam facit probationem.*

15 *Testis plures patiens exceptiones omninò repellitur a testificando.*

Etiam in casu difficilis probationis, et quando veritas aliter haberi non potest. num. 16.

Ac etiam si exceptiones non sufficerent vti singulæ ad repellendum testem. num. 17.

19 *Testis, qui est contrarius aliis testibus, nõ probat.*

20 *Cõtrarietas in testibus suspectis attenditur, etiãsi non sit in parte substantiali.*

21 *Testis contrarius potest concordari præsumendo pluralitatem actuum.*

23 *Verbum* multi *verificatur in duobus, vel tribus.*

24 *Verbum* plures *verificatur in duobus, vel tribus.*

25 *Amicus, & affectionatus inducentis est testis suspectus.*

26 *Amicitia magna æquiparatur coniunctioni sanguinis.*

Ita, vt dispositum in consanguineis censeatur in amicis dispositum magna amicitia iunctis. num. 27.

28 *Pauper omninò repellitur a testificando, si cum paupertate concurrat alius defectus.*

29 *Testis deponens dubitatiuè iudicio suo non probat.*

30 *Scientia partis haberi non potest sine scientia totius.*

31 *Numerus supplet defectum testium examinatorum.*

Non procedit in causa ciuili ardua. num. 32.

Neque quando defectus est etiam in dictis. num. 33.

Neq; quando exceptiones repellunt testes in totum a testificando num. 34.

Nec

Nec quando omnes testes sunt suspecti, & omnes patiuntur exceptiones. num. 35.

Licet contrarium senserit Rota apud Cæsar. de Graff. num. 37.

Cuius opinio potest procedere quando testes vnicum patiuntur defectum, aliàs secus. n. 38.

36 *Testes, qui aliorum auxilio egent, non possunt aliorum vitia supplere.*

39 *Periculum suscipiens non tenetur de periculo insolito.*

Contrarium tenent plures Doctores num. 40.

Prima opinio potest procedere in casu ita insolito, qui potest euenire præter omnem verisimilitudinem, & prudentis viri cogitationem, & præter hominum memoriam. n. 42.

41 *Illatio non benè fit ex diuersis.*

43 *Casus insolitus quando dicatur remittitur Arbitrio Iudicis.*

44 *Dictio & plus in depositione testis causat incertitudinem, & depositionem infringit.*

Fallit quando agitur de liquidatione facienda. num. 46.

45 *Solitum attendendum est, & quod frequentius accidit.*

47 *Liquidatio fit per quamlibet leuem probationem, & coniecturam etiam a solito.*

48 *Probatio quando est difficilis, lex admittit leuiores probationes.*

49 *Verisimilitudo facit admitti leuiores probationes.*

50 *Peritis in arte est omninò standum.*

51 *Assertio contrahentium non probat causam quando actus prohibetur fieri per eos sine causa.*

Maximè in materia suspecta, num. 52.

Fallit dicta conclusio, quando assertio partium est verisimilis. num. 53.

Et quando concurrunt adminicula. num. 54.

55 *Contractus celebratus per viros timoratæ conscientiæ præsumitur iustus, & licitus.*

56 *Testis vnicus omni exceptione maior plenè probat cum adminiculis.*

57 *Assertio partium facta in Instrumento operatur, vt assertum probetur per leuiores probationes, & per coniecturas.*

58 *Iuramentum an faciat stari assertioni partium in prohibitis est per Doct. controuersum.*

Quod illi faciat stari in præiudicium asserentis, & illius hæredum sentit Author. n. 59.

60 *Opinio in dubio est tenenda, quæ tendit ad sustinendum actum.*

Et quæ opiniones contrarias per distinctionem conciliat. num. 61.

62 *Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput saluum comprahendit solum contractus de iure communi illicitos, non autem qui de iure communi sunt permissi.*

ALLEGATIO II.

EXcellentissimi Domini. Dixi aliàs, pro parte D. Ioannis Piccini de Terra Schigiæ Fideiussoris Honufrij de Visso in causa cum Per Illust. & Excellentissimo D. Antonio Gentili de Cantiano non fuisse sufficienter probatam mortem ouium conductarum per Honufrium a q. D. Iosepho Gentili Patre D. Antonij actoris, & modò sum in eadem sententia, non obstantibus exaduerso adductis non minus doctè, quam subtiliter per Excellentissimos DD. meos Iudices in causa delegatos, prout ponderando, & examinando dicta testium exaduerso examinatorum clarè apparebit.

Non enim primò vllum potest fieri fundamentum
quo ad probationem mortis dictarum ouium
super depositione Per Illust. Domini de Sensis
Perusini primi testis examinati, quia vltra alias
adducta in allegatione præcedenti, a quibus
discedere non intendo, ipse nihil certi concludit
in sua depositione quo ad mortem ouium,
de quibus agitur, cum tantum deponat, quod
de anno 1635. in Maritimis mortua fuit notabilis
quantitas pecudum, de quo tempore Locatio
ouium per d. q. D. Iosephum Gentilem
ipsi Honufrio adhuc facta non fuerat, cum contractus
nostræ locationis, seu affictus ouium
celebratus fuerit inter dictas partes de anno sequenti
1636. vt ex ipso instrumento affictus cla-
1 rè est videre, † Vnde cum illius depositio non
percutiat tempus nostræ locationis, sed longè
diuersum, nullam facit probationem, vt post
*Bart. cons. 209. num. 2. Castr. cons. 455. sub. n. 1.
lib. 1. & Socci. cons. 283. num. 4. lib. 2. per eam
relatos* tradit *Rot. decis. 469. num. 4. par. 3. &
decis. 207. num. 15. par. 7. rec. & apud Duran.
decis. 337. num. 43. & in Tullen. matrimonij 15.
Ianuar. 1653. coram R. P. D. Albergato. §. prætere
a &c.* post hæc scripta visa.

Secundò eius depositio nihil concludit, dum dicit,
*Può essere, che vi fosse del detto anno qualche
Massaria di pecore, che non hauesse patito detta
2 infermità*, † Vbicumq; enim oppositum eius,
quod testis deponit, potest stare cum veritate
causæ, & potest dari possibilis veritas in contrarium,
depositio testis nihil releuat, & omninò
corruit *Bald. in l. conuenticulam. 15. num. 5. C.
de episc. & cler. Alex. cons. 172. num. 15. lib. 6.
Gabr. cons. 168. num. 10. lib. 2. Farina. de
testi. quæst. 68. num. 4.* vbi alios adducit, & testatur
de communi opinione, *Ciriac. contro.
150. num. 30. & contro. 180. num. 22. Rot. apud
Greg. XV. decis. 553. num. 2. & decis. 216.
num. 13. par. 6. rec. & apud Duran. decis. 337.
num. 38.*

Probatio

3 Probatio enim debet concludere per neces-
se, non autem per possibile, vel contingenter.
*Gabr. d. conf. 168. num. 10. Aldon. conf. 27.
num. 17. & conf. 39. num. 26.* late *Farina. de
testibus quæst. 68. num. 3.* alios referens concor-
dantes *Rot. decis. 91. num. 8. par. 6. & decis. 99.
num. 17. & decis. 268. num. 8. par. 7. rec.* cum
alijs adductis in *alleg. praced. num. 19. 21. &
35.*
Neq; meliorem facit probationem Erminius Fe-
derici secundus testis, cum ipse sit consangui-
neus D. Ioannis inducentis, & Honufrij prin-
4 cipalis debitoris, † & ideo non dicitur idoneus
testis, etiam in causa ciuili, vt post. *Villalob.
Cott. & Hest. Emil per eum relatos* tradit *Farina.
de testi. quæst. 54. num. 26.* vbi testatur de com-
muni opinione *Odd. conf. 42. num. 12. Hond.
conf. 15. num. 51. lib. 1.* vbi alios adducit con-
cordantes, & dicit, illum non facere semiple-
nam probationem *Ciriac. contro. 412. num. 8.
Rot. decis. 138. num. 2. par. 4. rec. & decis. 477.
num. 4. par. 5. rec. lib. 2. & apud Duran. decis.
427. num. 3.*
Maximè cum simus in causa graui, in qua agitur
de summa mille scutorum, & vltra, vt patet ex
5 libello in iudicio producto, † quo casu testis
consanguineus repellitur a testificando sicut in
causa criminali. *Aufrer. de testi. num. 25. vers.
sextò fallit &c. Craue. conf. 182. sub. num. 15.
Gabr. commu. concl. de testi. concl. 13. num. 32.*
alios adducens ita sentientes *Mascar. de prob.
concl. 68. num. 10. & concl. 408. num. 15. vol.
1. Farina. d. quæst. 54. num. 25.* alios referens
ita sentientes, & ante eos scripsit *Bald. in l. pa-
rentes 5. post princ. C. de testi.*
6 Cum causa ciuilis grauis æquiparetur causæ
criminali, vt tradunt *Glo. Bart. & alij in l. ad-
monendi 31. ff. de iureiu. Paris. conf. 138. in fin.
lib. 4 Duen. reg. 383. num. 2. & Farina. de
testi. d. quæst. 54. num. 25.* & dixi in *alleg. ante-*
7 *ced. num. 26.* † In qua testis consanguineus non
probat *cap. similiter. 3. quæst. 5. cap. absens il
secondo 3. quæst. 9. Clar. in pract. §. fin. quæst.
24. versic. quaro modo &c. Vulpell. conf. crim.
12. num. 9.* qui de communi opinione testatur
Odd. conf. 15. num 31. latè *Farina. de testi. d.
quæst. 54. num. 1. & 4.* vbi testatur de commu-
ni, *Caren. de Offic. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num.
15. & seq. Gil. Laus. in arbo. crim. cap. 6. par. 3.
num. 10. & seq.*
8 Secūdò est pauper ita, vt nihil habeat in bonis,
& ideo non est integer testis, cum paupertas ei
de fide diminuat, secundum receptiorem opi-
nionem, quam sequuntur *Craue. conf. 249. sub.
num. 12. Paris. conf. 164. num. 2. lib. 4. Gabr.
commu concl. de testi. Concl. 18. num. 9.* alios
referens quamplures *Menoch. de arbitr. casu.
65. num. 17.* vbi hanc dicit veriorem opinio-
nem, *& casu. 96. sub num. 9. Aldon. conf. 19.
num. 29. Mascar. de prob. concl. 1160. num. 8.
vol. 3.* alios cumulans concordantes, & latè
comprobat *Farina. de testi. quæst. 57. num. 1.
& seq. & nu. 14.* vbi dicit, hanc esse magis com-
munem Doct. opinionem, *Gratia. discep. Foren.
cap. 144. num. 15. par. 1.* & sequitur *Rot. apud
Buratt. decis. 349. in prin. & apud Posth. de ma-
nut. decis. 166. num. 43.*
9 Maximè cum simus in causa ciuili graui, quæ
æquiparatur criminali, vt dixi supra, quo casu
testem pauperem non solum non esse integrum
testem, sed illum omninò a testificando repel-
li voluerunt *Ruin. conf. 158. col. fin. vol. 5. Gabr.
comm. concl. de testi. concl. 18. num. 8. Mascar.
de prob. concl. 1160. num. 16. & Farina. de testi.
quæst. 57. num. 26. & 27.* & ante eos *Craue. conf.
249. num. 11.*
10 Tertiò est colonus, seu laborator inducentis,
cui an fides in iudicio sit adhibenda nec ne, licet
remitti arbitrio Iudicis voluerint *Menoch. de
arbitr. casu. 474. num. 7* & alij, quos refert, &
11 sequitur *Farina. de testi. quæst. 55. num. 221.* †
illi tamen modicam fidem esse adhibendam vo-
luit *Rot apud Buratt. decis. 367. num. 7.*
12 Quartò est debitor inducentis, vt ipsemet fa-
tetur super interrogatorijs generalibus, qui
pro suo creditore testimonium ferre non po-
test, cum ratione debiti, illi quasi subditus dici
possit *Iac. Egid de testi. num. 13. versic. sed de-
bitor &c. Campeg. de testi. reg. 102. in prin. Ceph.
conf. 261. num. 14. vol. 2. Farina. de testi. quæst.
60. num. 321. & seq.* vbi testatur, hanc esse com-
munem Doctorum opinionem, & alios adducit
ita sentientes, quicquid aliqui contrarium te-
neant, vt ibi per eum.
13 Addo prædictis, quod ipse deponit de auditu
ab Honufrio, & sic a parte, & ideo nihil pro-
bat *Ciriac. contro. 91. num. 21. & contro 150.
num. 21. Posth. de manut. obseru. 19. sub. num.
5. Rot. apud Greg. XV. decis. 750. num. 2. &
apud Buratt. decis. 323. num. 18. & apud Posth.
de manut. decis. 463. num. 3. & seq. & decis.
498. num. 11. eadem Rot. decis. 125. num. 2. &
decis. 428. num. 5. par. 4. rec.* cum alijs adduct.
in *allegat. praceden. num. 22. & seq.* Ne magis
credatur copiæ, quam originali *Rot. apud Bu-
ratt. decis. 323. num. 18.* & dixi in *alleg. praced.
num. 23.*
Item d. testis non deponit de quantitate præcisa
ouium mortuarum, & licet super secundo ar-
ticulo deponat quod generaliter de anno 1636.
periebat cuicunque tertia pars ouium, tamen
vel est contrarius sibimet, & falsus, dum sub-
iungit *Può essere, che a qualchedunno non ne moris-*
14 *se nessuna &c. cap. licèt causam. 9. & ibi Glo.
Aret. Deci. Bero. & aly de prob.* latè *Farina. de
testi. quæst. 66. num. 13. & seq. Gratia. decis.*
Marcb.

March. 160. num. 1. Hond. conf. 102. num. 32. vol. 1. Ciriac. contro. 546. num. 29. Rot. apud Posti. de manut. decif. 463. num. 6. Vel data possibili veritate in contrarium, illius depositio omninò prosternitur, vt tradunt Bald. Alex. Gabr. Farina. Ciria. & Rota relati supra num. 2.

15 Cum igitur d. testis plures patiatur exceptiones tam quoad personam, quam quoad dictum, vt supra, certissimi iuris est, illum nullam prorsus facere probationem. Craue. cons. 249. num. 11. & 12. Grat. cons. 59. in fin. lib. 2. Paris. cons. 2. num. 85. lib. 4. Rola. cons. 24. num. 61. lib. 1. & cons. 3. num. 49. lib. 3. Menoch. de arbitr. casu. 96. num. 7. & casu. 99. n. 7. vbi dicit, sufficere duos defectus Farina. de testi. quæst. 57. num. 46. alios quamplures adducens, & attestans de communi opinione, & quæst. 62. num. 80. & num. 381. vbi pariter testatur de communi Aldou. cons. 57. num. 11. Gabr. comm. concl. de testi. concl. 7. num. 10. Surd. cons. 151. num. 82. vol. 2. Hond. cons. 106. num. 57. vol. 1. & cons. 93. num. 50. vol. 2. Masca. de prob. concl. 1366. num. 20. vol. 3. Gratia. decis. March. 240. num. 5. et seq. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 20. num. 5. Ciriac. contro. 89. num. 20. D. Andreol. contro. 172. num. 9. Rot. apud Card. Mant. decis. 130. num. 4. et decis. 253. num. 5. et apud Card. Seraph. decis. 176. num. 3. et decis. 768. num. 2. eadem Rota decis. 477. num. 5. par. 5. rec. lib. 2. et decis. 199 num. 5. par. 6. rec.

16 Quæ conclusio vendicat sibi locum etiam in casu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest, quia etiam in d. casu testis plures patiens exceptiones nullam facit probationem Grat. d. cons. 59. in fin. Menoch. d. casu. 96. num. 6. & 7. Gabr. d. concl. 7. num. 10. Franc. Becc. cons. 85. num. 19. Eugen. cons. 27. num. 66. lib. 1. Hond. d. cons. 93. num. 50. Gratia. d. decis. March. 240. num. 13 Farina. d. quæst. 62. num. 80. Cancer. d. cap. 20. num. 15.

17 Nec non etiam habet locum licèt exceptiones contra testes militantes vti singulæ non essent sufficientes ad repellendum testem a testificando, quia simul iunctæ illum omninò repellunt. Craue. cons. 249. num. 11. Menoch. de arbitr. d. casu. 96. num. 7 & melius d. casu. 99. num. 7. & post Bart. Ancar. Roma. Nouell. Corrad. Osasch. Bertaz. & alios per eum relatos tradit Farina. de testi. quæst. 57. num. 46. vbi testatur de communi opinione Gratia. d. decis. March. 240. num. 8. ex illa conclusione, Quod vna suspicio non operatur, plures simul iunctæ optimè operantur l. instrumenta 5. l. rationes 6. l. non nudis. 14. C. de prob. cap. illo vos. 4. de Pign. Craue. d. cons. 249. num. 12. Farin. d. quæst. 57. num. 46. Gratia. d. decis. 240. num. 8. & alij Doct. supra adducti, Plura enim vincula magis operantur, & magis ligant, quam vnum. l. re coniuncti. 87. & ibi not. Doct. ff. de legat. 3. l. discretis. 10. C. qui testam. fac. poss. Seraph. de priuil. iura. priuil. 106. n. 17. latè Barbo. axiom. 79. in prin.

18 Tertius testis est pariter consanguineus inducentis, & ideo non est integer, vt ex Farina. Odd. Hond. Ciriac. & Rota probaui supra num. 4. Maximè in causa ciuili graui, quæ cum æquiparetur causæ criminali, testis consanguineus nihil probat, vt pariter ex Aufrer. Craue. Gabr. Bald. Masca. & Farina. probaui supra num. 5. quæ hic breuitatis gratia non refero.

Secundus est contrarius alijs testibus examinatis, dum alij testes deponunt, l'infermità delle pecore in detto anno era, che se gl'infragidauano le
19 gambe, & i piedi, ipse verò deponit, Alle pecore in detto anno se gl'infragidaua il polmone, † vndè vti contrarius non probat Alex. d. cons. 20. sub num. 3. vol. 4. Surd. cons. 132. num. 41. vol. 1. & cons. 168. num. 39. vol. 2. Farina. de testi. quæst. 65. num. 2. & num. 5. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 562. num. 36. par. 3. & cap. 889. num. 19. par. 5. Caren. de offic. S. Inquis. par. 3. tit. 6. n. 45. Rota apud Greg. XV. decis. 298. num. 3. & apud Buratt. decis. 367. num. 8. & decis. 498. num. 5. cum alijs adductis in alleg. præceden. num. 27.

20 Maximè cum, vt ibi dixi, simus in teste consanguineo, & sic suspecto, quo casu contrarietas attenditur, etiam si non esset in parte substantiali Glo. in cap. cum causam 37. & ibi Hosti. Io. Andr. Bellam. Bald. Butr. Anear. & alij de testi. Farina. de testi. quæst. 73. num. 30. Ciriac. contro. 150. num. 57. & Caren. in d. tit. 6. num. 50.

21 Neq; obstat, quod d. testis possit concordari præsumendo pluralitatem morborum ad not. per Farina. de testi. quæst 65. num. 37. & seq. & per Caren. in d. tit. 6. num. 51. non solum ad effectum euitandi pœnam falsi, sed etiã vt probet, vt not. Canonistæ in cap. cum tu. 16. de testi. quos sequi videtur Farina. d. quæst. 65. num. 88. Quia contrarium verius esse quando concordia est facienda per multiplicationem actuum, quampluribus Doctorum authoritatibus, & Rotæ decisionibus allatis, probaui in allegat. præceden. n. 31. & seq. Maximè quandò contrarietas est satis manifesta, & sumus in teste suspecto, vt in casu nostro, prout latius ibi est videre, quæ hic breuitatis gratia non refero.

22 Addo prædictis, quod d. testis deponit de quantitate ouium mortuarum ab Honufrio, & sic a parte, vndè eò magis nullam meretur fidem, vt ex Ciriac. Posti. & Rota probaui supra num. 13. Ne magis credatur copiæ, quam originali, vt per Rot. apud Buratt. decis. 323. n. 15.

cum

cum aliis ibi relatis, *& in allegat. præceden. nu.*
22. & seq. quæ breuitatis gratia non repeto.
benè *Rot. in Tullen. Matrimonij 15. Ianua. 1653.*
coram R. P. D. Albergato. §. primus verò &c.

Postremò d. testis nihil certi concludit in eius de-
positione, sed solum genericè deponit, *In det-*
23 *to anno delle pecore ne morsero assai*, † Quod
verbum *Assai* verificari etiam potest in duabus,
vel tribus, vt de verbo *multæ* est tex. *in l. 1. §. hoc*
rescriptum, & ibi not. glo. & Bart. ff. ad Sillan.
& in §. fin. inst. de iur. person. & not. Rolan.
cons. 54. num. 20. vol. 1. Hond. cons. 102. nu.
71. lib. 1. Ang. Grat. de dictio. dict. 127. per tot.
Menoch. cons. 512. num. 12. vol. 4. Barbo. de
24 *dictio. dict. 204. per tot.* & de verbo *Plures* not.
Marsil. singul. 378. num. 5. Benint. decis. Bonon.
43. num. 6 & 7. Mascar. de prob. concl. 838.
num. 12. lib. 2. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 25.
num. 26. Hond. cons. 110. num. 34. lib. 1. Ang.
Grat. de dictio. dictio. 174. num. 1. alios addu-
cens concordantes *Magdal. de num. testi. in test.*
requi. par. 1. cap. 16. nu. 83. Barbo. dictio. 265.
plures referens ita sententes in prin. *Rot. decis.*
68. num. 7. & seq. par. 4. rec. tom. 2. & de di-
ctione *Quamplures*, quod illa verificetur in tri-
bus, vel quatuor post *Corn. cons. 232. num. 20.*
vol. 2. per eos relatum *not. Ang. Grat. dictio.*
196. per tot. & Barbo. dictio. 303. per tot.

Vltimus verò testis est Marinus, in cuius deposi-
tione nullum fieri posse fundamentum suadetur
pariter ex pluribus, & primò quia ipse est ami-
cus magna amicitia, & valdè affectionatus in-
25 ducentis, vt ipsemet fatetur in processu, † &
ideo est suspectus. *Alex. cons. 93. num. 10. lib.*
6. Gabr. commu. concl. de testi. concl. 11. nu. 2.
alios adducens *Mascar. de prob. concl. 86. n. 3.*
& seq. lib. 1. vbi dicit, testi valdè amico di-
minui de fide, & post quamplures relatas Do-
ctorum opiniones, quando scilicet amicitia re-
pellat testem a testificando, testem amicum
non esse integræ fidei, sed illi de fide diminui,
nec esse omni exceptione maiorem firmat *Fa-*
rina. de testi. quæst. 55. num. 234. & num. 242.
vbi testatur, hanc opinionem esse communem,
veram, & practicatam, vt ibi per eum, cum
quibus pertranseunt *Gratia. discep. foren. cap.*
200. in prin. par. 1. Thob. Noni. cons. 101. num.
8. & non dissentit *Ciriac. contro. 409. num. 84.*
& seq. Rot. apud Merlin. de Pigno. decis. 123.
num. 19. & seq. & decis. 203. num. 3. par. 7.
rec.

26 Magna enim amicitia æquiparatur coniun-
ctioni sanguinis. *glo. in cap. requisisti. 15. de testam.*
Crot. cons. 182. num. 35. & seq. lib. 2. Plac. in
epit. delict. cap. 43. per tot. quem refert, & se-
quitur *Farina. de accusa. quæst. 13. num. 32. &*
in tract. de testi. quæst. 55. num. 237. & post eum
Gratia. discep. foren. cap. 200. num. 4. par. 1. &
est tex. *in l. theopompus. 15. ff. de dote præleg.*
27 *& in l. affectionis 5. ff. de donat.* † Et disposi-
tum in consanguineis censetur dispositum in
amicis magna amicitia vinctis, vt in casu no-
stro, vt voluerunt *Alex. & Ias. in l. cum alienam.*
10. C. de lega. Menoch. de præsump. lib. 3. præ-
sump. 124. num. 28. Farina. de accusa. d. quæst.
13. num. 31. & seq. Gratia. d. cap. 200. num. 5.
& cap. 611. num. 13. par. 4. & cap. 955. num.
34. par. 5. Et ideo dicta amicitia debet repel-
lere testem, sicut repellit coniunctio sanguinis,
vt post *Bald. Alex. & Natt.* per eum adductos
probat *Gratia. d. cap. 200. num 4.* & voluit
Farina. de testi. d. quæst. 55. num. 237. Surd.
cons. 450. num. 21. vol. 3. vbi quampluribus
Doctorum authoritatibus relatis probat, ami-
citiam idem operari, quod operatur coniun-
ctio sanguinis, vt ibi per eum.

Secundò est pauper, vt ipsemet fatetur in proces-
su, & ideo est pariter suspectus, vt ex *Craue.*
Paris. Gabr. Menoch. Masc. & Farina. probaui
supra num. 8. Maximè cum agatur de causa ci-
uili graui, quæ æquiparatur criminali, vt su-
pra deduxi *num. 6.* Quo casu testis pauper non
solum est suspectus, sed omninò repellitur a
testificando, vt docent *Gabr. Mascar. Farinac.*
28 *& alij relati supra num. 9.* † Et cum vltra pau-
pertatem concurrat alius defectus, nempè ami-
citiæ, de qua supra, quo casu testis pauper om-
ninò repellitur a testificando, etiam si alius de-
fectus per se non sit sufficiens ad repellendum
testem, vt de teste paupere, & famulo tradit
Craue. cons. 249. num. 11. de teste paupere, &
subdito consuluit *Roma. cons. 382. num. 5.* de
teste paupere, & affine scripsit *Ancar. cons. 64.*
col. 2. circa medium, & de teste paupere, & vili
not. *Nouell. reg. 216. num. 73. & Aldoni. cons.*
57. n. 8. & benè declarat *Farina. de testi. quæst.*
57. num. 46. vbi alios adducit concordantes,
& testatur de communi opinione, & tradit
etiam *Bertaz. cons. crim. 170. num. 13. lib. 1.*
& faciunt adducta *supra num. 15.*

29 Tertiò deponit dubitatiuè, nempè quod iudi-
cio suo ex ouibus locatis per D. Gentilem pe-
rijt tertia pars, vndè eius depositio nihil valet,
cum testis non debeat iudicare, sed simpliciter
factum narrare. *Osasch. decis. pedemon. 122.*
num. 1. Curt. Iun. cons. 165. num. 17. lib. 1. vbi
testatur de communi opinione, quam latè com-
probat *Farina de. testi. quæst. 68. num. 31. &*
seq. vbi pariter de communi testatur *Aldoni.*
cons. 57. num. 9. Gratia. discep. foren. cap. 474.
num. 23. par. 3. Rot. decis. 29. num. 12. par. 2.
diuer. & decis. 259. num. 12. par. 6. rec.

Quod quidem redditur magis certum in casu no-
stro, cum d. testis nesciat quantitatem ouium,
quas Honufrius retinebat ad affictũ a D. Gen-
tili, vt ipsemet fatetur in processu, & ideo non

potest

30 potest deponere de dicta tertia parte, † Cum
non possit haberi cognitio partis sine scientia
totius, tamquã pars in toto contineatur *l. si quis eum totum. 7. ff. de except. rei iudi. l. in toto. 113. ff. de reg. iur. Dyn. in cap. in toto. 80. num. 1. de reg. iur. in 6. Gratia. discep. foren. cap. 766. num. 52. par. 4.* & ad cognitionem qualitatis debeat præcedere cognitio substantiæ. *Bal. in l. 2. sub. num. 1. & ibi Castr. sub. num. 3. C. de bono. possess. sec. tab. Gratia. discept. foren. cap. 552. num. 6. par. 3. Costa de ratio. rata quæst. 38. num. 6. Rot. apud Greg. XV. decis. 381. n. 3.* & faciunt not. per *Rot. apud eundem Greg. XV. decis. 344. num. 7.* vbi habetur, quod testis qui non recordatur de anno, non potest recordari de temporis quantitate, nam qui ignorat principium, a quo debet fieri dinumeratio, dinumerationem ignorare necesse est, vt ibi per eam.

Vndè cum d. testis tot patiatur exceptiones tam quòad personam, quam quòad dictum, omninò inhabilis reputari debet ex adductis supra *nu. 15. ex Craue. Grat. Paris. Menoch. Hond. Mascar. Rola. Farina. Gabr. Surd. Aldoui. Gratia. D. Andreol. & Rot. in locis ibi adductis*, quæ hic breuitatis gratia non refero, ex quibus apparet manifestè mortem ouium locatarum per dictorum testium depositiones, qui tot, tantasq; in personis, & dictis, vt dixi, patiuntur exceptiones, nullatenus fuisse probatam, ex aduerso adductis non obstantibus.

31 Neq; obstat, quod ex aduerso etiam dicitur, nempe quod defectus dictorum testium suppleatur ex illorum numero ad not. per *Farinac. de testi. quæst. 62. num. 309. & seq. Rot. decis. 182. num. 31. par. 7. recen.* ex pluribus, & primò quia nos sumus in causa graui, & ardua, excedente valorem mille scutorum, vt dixi supra, quæ æquiparatur causæ criminali, vt ex *Glo. Bart. Ruin. & Farina.* probaui *supra nu. 6.*
32 † quo casu testium numerus non supplet defectum illorum, vt post *Bald. in cap. ad nostram. 12. de prob. per eum relatum not. Ias. in auth. si verò contigerit. nu. 6. C. de indi. Deci. cons. 133. num. 5. versic. nec obstat si dicatur &c. Grama. decis. 11. num. 2. & cons. 45. num. 36. Marsil. singul. 477. num. 3. versic. limita tamen &c.* benè *Farinac. de testi. quæst. 62. num. 313.* alios adducens ita sentientes, cum quibus pertranseunt *Bertaz. cons. crim. 178. num. 9. vol. 1. & Giurb. cons. crim. 98. num. 14. nec non Guazzi. defen. 5. cap. 9. num. 8. versic. ideo tu &c.*

33 Maximè cum defectus dictorum testium sit etiam in dicto, vt supra demonstraui, qui in dicto casu non suppletur ex eorum numero, & pluralitate *Ruin. cons. 149. num. 36. in fin. lib. 5. Adden. ad Alex. cons. 57. num. 15. lib. 7. Mascar. de prob. concl. 1371. num. 13. vol. 3. Gabr. cons. 159. num. 14. vol. 1. Farina. de testi. d. quæst. 62. num. 319. Surd. cons. 61. nu. 60. vol. 1.* alios adducens *Gabr. commu. concl. de testi. concl. 6. num. 9.*

Secundò d. obiectum procedere potest quando inhabilitas debilitat tantùm fidem testis, tunc enim numerus supplere potest illorum defe-
34 ctum, † Secus tamen est quando testem in totum a testificando repellit, vt supra probaui euenire in casu nostro, quia tunc numerus non supplet illorum defectum, vt tradunt *Alex. cons. 57. num. 15. lib. 7. Craue. cons. 9. n. 12. Grama. decis. 11. num. 2. Rol. cons. 98. num. 34. lib. 4. Vrsill. ad Affli. decis. 400. sub num. 1. Gabr. commu. concl. de testi. concl. 6. num. 8. Farina. d. quæst. 62. num. 317.* alios adducens concordantes, *Franc. Becci. cons. 85. num. 19. Surd. cons. 61. num. 57. lib. 1. & cons. 151. num. 83. lib. 2.* & benè declarat *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 20. num. 92. & seq. Giurb. d. cons. 98. nu. 14.* Quod enim non est, suppleri non potest, cum non entium nullę sint qualitates *l. eius qui in prouincia. 41. ff. si cert. pet. l. 2. ff. de vsufr.* & tradunt *Rola. Cancer. & alij Doct. supradicti.*

Postremò numerus tunc supplet defectum testium, quando inter eos adest aliquis testis idoneus,
35 & nullam patiens exceptionem, † secus tamen est quando omnes testes essent suspecti, & omnes paterentur exceptiones, vt in casu nostro, quia tunc numerus non supplet illorum defectum, vt voluerunt *Deci. cons. 133. num. 5. ver. nec obstat si dicatur &c. Natt. cons. 520. num. 18. Rola. cons. 98. num. 40. vol. 4. Silua. cons. 91. num. 23. Ceph. cons. 170 num. 11. lib. 2. Alex. cons. 93. num. 12. lib. 6. Craue. cons. 99. num. 10. Franc. Becc. cons. 85. num. 19. lib. 1.* benè *Surd. cons. 61. num. 56. & seq. vol. 1.* alios adducens, *& cons. 315. num. 57. vol. 3. Adden. ad Buratt. decis. 143. num. 38. Rota decis. 477. num. 12. par. 5. rec. lib. 2.* & in his terminis loquitur *Rot. apud Buratt. decis. 572. num. 11. & decis. 725. num. 13. & eadem Rota decis. 69. num. 57. par. 7. rec.*

36 Testes enim inhabiles, & qui aliorum auxilio, & suppletione egent, non possunt aliorum defectus, & vitia supplere, vt tradunt *Craue. d. cons. 99. num. 10. Rola. d. cons. 98. num. 40. & Surd. d. cons. 61. num. 57.* Ex regula, quod nemo dat quod non habet. *l. traditio. 20. ff. de acqu. rerum domi. l. si filius 14. C. de donat. l. si vniuersa 15. C. de lega. cap. quod autem 5. de iurepatr.* & exornat *Barbosa axiom. 160. in prin.* Et eadem ratio, quæ tutos singulos repellit, plures etiam repellit, vt dicit *Ancar. cons. 246. num. 2.* quem refert *Surd. d. cons. 61. num. 57. & Franc. Becci. d. cons. 85. sub. num. 19.* Ex quibus dicitur, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem.

37 Neq; obstat, quod contrarium senserit *Rota*
apud Cesar. de Grass. decis. 175. num. 8. & 9. &
apud Greg. XV. decis. 351. num. 4. & 5. & apud
Buratt. decis. 192. num. 4. Quia vel eius opinio
non est tuta per iura supra adducta, quæ sunt
38 satis clara, & cum contrarium teneat Rota
moderna, de qua supra, vel potest fortasse habe-
re locum, quando omnes testes vnicum pate-
rentur defectum, non autem quando plures
paterentur exceptiones, vt in casu nostro, quia
tunc, cum testes nihil omninò probent, & sic
nihil adsit, quod valeat suppleri, non est locus
supplemento ex numero illorum, vt declarant
Silua. d. conf. 91. num. 23. Farina. d. quæst. 62.
num. 324. alios adducens concordantes, *&*
Giurb. d. conf. 98. num. 14.

Et licèt, non constito de allegata morte ouium lo-
catarum, non esset vlterius quærendum, placet
tamen pro clariori iustitiæ huius causæ demon-
stratione, etiam alijs in oppositum exaduerso
adductis satisfacere.

39 Et ideo neq; obstat, quod per susceptionem
periculi ouium factam pro parte Honufrij non
veniat periculum insolitum ad not. per *Surd.*
conf. 61. num. 66. & decis. 326. in prin. & per
Barbo. de appell. verb. signif. appell. 42. num. 7.
& tenuit *Rot. apud Buratt. decis. 210. num. 9. &*
decisio. 359. num. 5. ex pluribus, & primo †.
40 Quia d. opinio non est tuta in iure, cum illa
per Doct. sit maximè controuersa, vt testatur
Stracc. de assecur. glo. 15. num. 9. & seq. itaut
hanc esse quæstionem pro amico dixerit *Ceuall.*
in suis commu. contra commu. quæst. 702. sub. n.
2. & contrarium sentiant Doct. quamplures de
communi, & magis communi opinione atte-
stantes, & præcipuè *Bald. in l. sed, & si quis.*
4. §. quæsitum in fin. ff. si quis cautio. vbi osten-
dit, tex. in *l. fistulas. 78. §. frumenta. ff. de con-*
trah. empt. adductum per *Bart.* qui contrariam
tenet opinionem probare contra *Bart. & ibi*
Alex. num. 15. vbi hanc opinionem veriorem
esse testatur, *Corn. conf. 12. num. 4. vol. 4. Craue.*
conf. 294. num. 8. Affli. decis. 365. nu. 8. Natt.
conf. 610. num. 9. Bursatt. conf. 81. num. 19.
quos refert, & sequi videtur *Thesa. quæst. foren.*
47. num. 6. lib. 2. idem Alex. conf. 97. num. 14.
& 15. lib. 5. Deci. conf. 7. num. 6. in fin. & de
communi opinione, & ab ea in iudicando non
esse recedendum post *Bald. Ang. Fulgo. Roma.*
Alex. Imol. & Salic. per eum relatos tradit *Ias.*
conf. 107. col. pen. lib. 1. & de veriori opinio-
ne testatur *Pinell. in l. 2. par. 1. num. 29. C. de*
rescin. vendit. quam opinionem veriorem etiam
profitetur *Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 86. per*
tot. P. Dian. in suis resol. moral. par. 8. tract. 7.
resol. 31. & non dissentit *Rot. in Romana releua-*
tionis indemnitatis 7. Maij 1582. coram Card.
Seraph. quam refert per extensum *Farinac. de*
delic. & pæn. quæst. 24. num. 84.

Sec undò quia nos non sumus in conductore, qui
simpliciter suscepit in se periculum, quo casu
fortasse locus esse potest conclusioni exaduerso
allatæ, sed sumus in conductore, qui non solum
suscepit in se periculum ouium, sed vlterius
promisit restituere eandem quantitatem ouium
tam si illæ mortuæ sint sine eius culpa, quam
cum culpa, & in casum mortis illarum promi-
sit substituere totidem oues in locum demor-
tuarum, obligando se expressè ad caput saluum,
& ad casum mortis illarum quomodocumque
contingere posset, siuè in totum, siuè in parte
ob compensationem assecurationis, & periculi
suscepti, vt ex instrumento affictus est videre,
& sic sumus in diuersis terminis, & in susceptio-
ne periculi mortis ouium specificè facta, vt
41 patet, † vnde non potest ex supradictis ad præ-
sentem casum benè inferri ad tex. *in l. Papi-*
nianus exuli. 21. ff. de mino. in l. vlt. in fin. &
ibi Bart. ff. de calumn. in l. inter stipulantem 83.
§. Sacram. ff. de verb. oblig. in l. naturaliter 12.
§. nihil commune ff. de acq. possess. cum simil. & in
terminis tradit *Deci. d. conf. 7. num. 6.*

Tertiò quia admissa etiam, citra veri preiudicium,
contraria opinione, quod per susceptionem
periculi, & casus fortuiti non veniat casus in-
solitus, de qua per *Surd. Barbo. & Rot. in loc.*
adductis supra num. 39. illa tamen non nocet in
42 casu nostro, † cum habeat tantum locum in ca-
su ita insolito, qui venit præter omnem verisi-
militudinem, & prudentis viri cogitationem,
& vltra hominum memoriam, licet fortè a pru-
dentissimo excogitari potuerit iuxta distin-
ctionem *Corn. conf. 12. num. 4. & seq. vol. 4.*
quem sequuntur *Ripa de peste in tit. de priuil.*
contra. ex cau. pest. num. 101. vbi dicit, casum
insolitum dici, qui nisi rarissimè solet euenire,
puta in centum annis nisi semel *Franc. Becci.*
conf. 82. num. 13. qui idem dicit, *Menoch. de*
arbitr. casu. 88. num. 6. & 9. vbi postquam di-
xit quando casus dicatur insolitus remitti arbi-
trio Iudicis, exemplificat casum insolitum in eo,
qui nunquam euenit, vel miraculosè euenit, &
præter omnium opinionem euenisse creditur,
Surd. d. conf. 61. num. 67. vbi dicit, illum dici
casum insolitum, qui nunquam contingere so-
let, *& d. decis. 326. num. 54.* vbi sequitur opi-
nionem *Corn. vbi supra Pinell. in d. l. 2. par. 1.*
cap. 3. num. 32. vbi dicit casum insolitum, qui
non euenit ante quadraginta annos, *Maresco.*
var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 12. vbi dicit ca-
sum insolitum illum, quem testes dicunt nun-
quam fuisse visum a recordatu ipsorum *Gratia.*
discep. foren. cap. 195. num. 7. par. 1. vbi sequi-
tur distinctionem *Corn. de qua supra Card. Manti.*
de tacit. lib. 5. tit 8. num. 6. dicens casum in-
solitum, qui hominum memoria non potest
probari,

probari, *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 106.
num. 11. ex doctoribus per eum adductis dicit
casum insolitum, qui rarissimè euenit puta in
centum annis semel *Barbo. d. appell.* 24. *num.* 8.
vbi sequitur distinctionem *Corn. in d. cons.* 12.
Rot. apud Caputaq decis. 96. *par.* 1. *& apud Pa-
leott. decis.* 138. vbi tenuit, casum dici insoli-
tum, qui non potest probari per memoriam
hominum, & sic per spatium sexaginta anno-
rum euenit.

Quod quidem verificari non potest in casu nostro,
cum mortalitas ouium, & animalium non ra-
rissimè, & vltra hominum memoriam, vt su-
pra, sed sępè accidere soleat in nostris regioni-
bus, & in Maritimis, nempè omni duodecimo,
quindicesimo, vel saltem vigesimo anno ad
summum, vt deponunt omnes testes D. Acto-
ris, & meo tempore bis, vel ter euenisse vide-
rim, Vndè DD. VV. Excellentissimæ, quarum
arbitrio relinquitur quando casus dicatur inso-
litus, vt not. *Menoch. de arbitr. d. casu.* 80. *n.* 8.
Surd. d. cons. 61. *num.* 68. *& d. decis.* 326. *nu.*
53. *Gratia. d. cap.* 195. *num.* 11. *& Caroc. de
locu. & condu. par.* 4. *in tit. de casibus quæst.* 9.
num. 9. *&* 10. vbi de communi opinione testa-
tur, facili negocio arbitrari poterit dictum ca-
sum insolitum nullo modo dici posse.

Neq; nocet pariter, quod testes D. Actoris non
probent pro expensa vnius ouis sufficere quo-
tannis paulos septem; dum testes deponunt
44 de dictis paulis septem cum dictione, & plus, †
quę in depositione testis causat incertitudinem,
& ipsam depositionem infringit *Farinac. de
testi. quæst.* 62. *num.* 2. *& seq. Gratia. discep.
foren. cap.* 277. *num.* 10. *& seq. par.* 2. Quia id
posset habere locum, quando dicti testes de-
ponerent de expensa paulorum septem, & plus,
in quibus terminis loquuntur Doct. supra ad-
ducti, secus tamen est in casu nostro, in quo
secundus, tertius, & vltimus testis super 4. ar-
ticulo deponunt *Per l'ordinario, e communemen-
te vna pecora vuole sette paoli di spesa tra l'her-
45 ba, garzoni &c. e tal volta anco più*, ita vt quò
ad paulos septem benè concludant, † cum at-
tendendum sit quod est solitum, & frequentius
accidit *l. nam ad ea.* 5. *ff. de legi. l. iura.* 3. *cum
l. seq. & ibi glo. ff. eod. tit. Specul. de satisdu.* §.
viso. col. 4. *versic. quæ est &c.* Dicta enim dictio
Taluolta denotat raritatem, tex. est in *l.* 1. §. *duo
autem sunt. versic. æstiua. ff. de aq. quoti. & æsti.
& post Din. & Albert.* per eum relatos tradit
Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. *glo.* 9. *num.* 221.
& post Corn. Gomez. Valpell. Menoch. & Cened.
pariter per eum relatos scribit *Barbo. de dictio.
dict.* 172. *per tot.*

Et eo magis, cum dicti testes non deponant per
alternatiuam vel, sed per copulam, &, ibi, *e tal
volta più*, quo casu testem probare quantita-
tem expressam, & modicum plus, post *Cin. &
Iac. de Aren. in l. si quis in suo.* 33. *C. de inoff.
testa. & Bald. in l. ab hostibus* 15. §. *quod sim-
pliciter. col.* 2. *ff. ex quibus cau. maio.* per eum
relatos tradit *Gratia. d. cap.* 277. *num.* 16. *&
seq. Ricci. collect.* 1250 & sentit *Rot. apud Greg.
XV. decis.* 344. *num.* 8. *& seq.* Et quantum il-
lud sit remitti arbitrio Iudicis voluit *Menoch. de
arbitr. casu* 47. *in fin.* benè *Rot. apud Merlin.
decis.* 441. *num.* 2.

46 Ac etiam, quia dicta dictio *Et plus, & minus*
quando agitur de liquidatione, vt in casu no-
stro, non reddit dubium dictum testis, & non
attenditur rigor, de quo supra, sed intelligitur
de modico, & testis depositio coadiuuatur beni-
gnè cum eo agendo, vt dicunt *Gratia. d. cap.*
277. *num.* 21. *Ricci. d. collect.* 1250. & ita ser-
uari per *Rot.* dicit *Cæsar de Graff. decis.* 10. *num.*
6. *de testi.* Vbi aliqui testes deponebant de octo
millibus, alij de nouem, vel decem cum dictio-
ne plus, vel minus, & *Rota* dixit sumi mediam
interpretationem, vt ibi per eam; quicquid di-
stinguat *Gratia. ibi.* circa probationem quan-
47 titatis præcisæ, quod non percutit casum no-
strum, † cum liquidatio fiat per quamlibet le-
uem probationem, & coniecturam etiam a so-
lito, & consueto. *Rot. apud Card. Seraph. decis.*
1245. *num.* 7. *& decis.* 379. *num.* 1. *&* 2. *par.*
2. *rec.* quas refert, & sequitur eadem *Rota apud
Buratt. decis.* 291. *num.* 5. vbi dicit ita alias fu-
isse decisum, *Rot. apud Merli. vbi supra.*

48 Maximè cum simus in casu difficilis proba-
tionis, quo casu lex admittit leuiores probatio-
nes, vt not. Doct. in *l.* 2. §. *si dubitetur ff. quemad.
test. aper. Corn. cons.* 204. *num.* 4. *lib.* 3. *Gonzal.
ad reg. Cancell.* 8. *glo.* 11. *num.* 103. *Rot. decis.*
53. *num.* 2. *&* 5. *par.* 2. *diuer. & decis.* 666. *nu.*
1. *&* 2. *par.* 3. *diuer. & decis.* 619. *num.* 4. *par.*
4. *rec. tom.* 3. latè *Adden. ad Buratt. decis.* 725.
num. 16. *& Ciriac. contro.* 219. *num.* 78. *&
seq.*

49 Ac etiam stante verisimilitudine, quæ pa-
riter facit admitti leuiores probationes. *Crauet.
cons.* 258. *num.* 19. *Rot. apud Greg. XV. decis.*
245. *num.* 8. *& in Romana Saluiani de Casalibus*
21. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. Cerro*, & supplet
probationem imperfectam. *Tiraq. in l. si vn-
quam in præfat. n.* 51. *C. de reuoc donat. Euerar.
in cent. legal. in loco a verosimili sub. num.* 3. *Rot.
apud Greg. XV. decis.* 273. *num.* 4. *& seq.* vbi
dicit verisimilitudinem operari, vt ea probent,
quæ alias non probarent *Rot. in d. Romana Sal-
uiani de Casalibus* §. 3. *bis accidit &c.*

Quæ quidem verisimilitudo est euidens in casu no-
stro, insurgens ex depositionibus omnium testi-
um D. Actoris deponentium, dictum contra-
ctum locationis, seu affictus ouium cum dictis
pactis esse iustum, & non afferentem grauamen

alicui ex partibus, imò affictuario afferre vti-
50 litatem, † Quorum testimonio, vri iu arte pe-
ritis, est omninò credendum *Gratia. decis. Marcb.*
32. *num.* 4. *Thoma. decis. Mareb.* 50. *num.* 482.
Ludo. decis. Lucen. 62. *num.* 8. Rot. *Genuen. diuer.*
decis. 196. *num.* 4. Rot. *apud Greg. XV.* *decis.*
125. *num.* 9. cum alijs allegatis in *allegat. præ-*
ced. num. 53. Quod certè non esset, si dicta
expensa pro qualibet oue excederet dictam
summam paulorum septem circiter, vt supra.
Quæ omnia clariora redduntur ex assertione, &
confessione facta per partes in instrumento lo-
cationis ouium, vbi dicitur, quòd Honufrius
conductor suscepit in se periculum, & assecu-
rationem ouium, eo quia D. Locator in illius
recompensationem ei remittit notabilem quã-
titatem lucri, quæ ei deberetur dicto oneri cor-
respondentem, vt in dicto Instrumento; quæ as-
sertio, & confessio in Instrumento facta ipsis
partibus præiudicat. *l. optimam* 14. *C. de con-*
trah & commit. stipul. Alex. cons. 150. *num.* 1.
& 2. *vol.* 2. *Laderek. cons.* 130. *num.* 3. *Genua.*
de verb. enunc. lib. 2. *quæst.* 17. *num.* 8. *&* 9.
Rot. *apud Cene. de cens. decis.* 501. *num.* 3. cum
alijs adductis in *allegat. praeced. num.* 51.
Quibus non obstat quod affertur ex aduerso, quòd
cum nos simus in prohibitis, videlicet fieri as-
securationem capitalis sine compensatione, &
51 sic sine causa, † assertio contrahentium non
probet causam, & compensationem ad colo-
randum, seu connalidandum promissionem as-
securationis. *D. Andreol. contro.* 239. *in fin.* Rot.
apud Greg. XV. decis. 294. *num.* 5. *& ibi Adden.*
num. 14. *& apud Pacifi. de Saluia. decis.* 19. *n.* 7.
52 † Maximè in materia suspecta *Craue. cons.* 175.
num. 2. *Coler. de proc. execut. par.* 1. *cap.* 10.
num. 122. cum alijs relatis per *Leotard. de vsur.*
quæst. 72. *num.* 9. *& quæst.* 74. *num.* 5. Quia
omisso, quòd multum Iudicis arbitrio tribu-
endum sit, an assertioni partium standum sit
attentis circumstantijs rerum, & personarum
arg. *l.* 3. §. 1. *ff. de testi.* vt dicit *Leotard. d.*
quæst. 74. *nu.* 5. cum durum admodum sit pro-
prio testimonio resistere. *l. generaliter* 13. *C. de*
non num. pecu. Leotar. loc. cit.
53 Non nocet, inquam, dicta conclusio quan-
do assertio partium est verisimilis, vt in casu no-
stro infra demonstrabitur, vt tradunt *Seraph. de*
priuil. iuram. priuil. 40. *sub. num.* 23. *Gratian.*
decis. Marcb. 134. *n.* 2. alios adducens *Gargiar.*
Im. cons. 20. *num.* 43. *lib.* 2. Rot. *apud Greg. XV.*
decis. 273. *num.* 8. *& decis.* 506. *in fin.* eadem
Rot. *decis.* 334. *num.* 8. *par.* 1. *rec.* quæ est re-
petita eiusdem *Greg.* *vt ibi* est videre.
54 Nec quando concurrunt adminicula, quia
in dictis casibus non est opus alia probatione,
sed statur dictæ assertioni verisimili, vel admi-
niculatæ, vt docent *Deci. cons.* 202. *n.* 6. *Tiraq.*
in l. si vnquam in verbo Donatione num. 100. *&*
seq. C. de reuo. dona. & latè comprobat *Menoch.*
de præsump. lib. 3. *præsump.* 29. *num.* 31. *& seq.*
alios adducens ita sentientes *Mascar. de prob.*
concl. 185. *num.* 2. *& seq. vol.* 1. *Seraph. d. priuil.*
40. *num.* 23. qui loquitur stante iuramento, vt
infra dicetur *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 4. *glo.*
7. *par.* 2. *num.* 19. & admittit *Rota apud Cenc.*
de cens. decis. 52. *num.* 7.
In casu autem, de quo agitur, quòd concurrunt ad-
minicula, & verisimilitudo est ita clarum, vt
imò dici possit plenè constare, id quod remit-
titur per D. Locatorem Affictuario de lucro ei
debito esse benè sufficiens ab compensandum
susceptionem periculi, & assecurationis susce-
ptæ. Habemus enim primò depositiones te-
stium asserentium, d. contractum locationis, seu
affictus cum dictis pactis esse iustum, non læ-
siuum alicui ex partibus, & afferre communiter
vtilitatem affictuariò, quod quidem non esset,
si dicta compensatio, & remissio lucri non esset
iusta, & æquiualens periculo suscepto, vt etiam
supra dixi.
Secundò constat ex processu de consuetudine, quæ
viget non solum in Terra Cantiani, sed etiam
in Marittimis, ineundi dictos cõtractus affictus
ouium cum pactis supradictis, quæ iustificat
contractum dubium, vt post *Scacc. Molphes.*
Gait. Bald. Seraph. Rolan. Natt. Surd. Cenc. Card.
Manti. Castrac. Gratit. & Leotar. per me addu-
ctos probaui in *allegat. anteceden. num.* 54. *&*
seq. & dicit *Rot. apud Cenc. de cens. decis.* 10.
num. 6. Maximè cum d. contractus iniri soleat
55 per timoratæ conscientiæ viros, † quo casu eò
magis contractus præsumitur iustus, & licitus,
vt tradunt *Natt. cons.* 498. *num.* 26. *& cons.* 525.
num. 45. *& cons.* 556. *num.* 3. quem refert, &
sequitur *Seraph. de priuil. iuram. d. priuil.* 40.
sub. num. 23. cum quibus pertransit *Cenc. de*
cens. quæst. 11. *num.* 5. 6. *& seq.* vbi dicit, tunc
cessare omnem sinistram suspicionem fœnoris,
& vsurarum, vt ubi per eum, cum quibus con-
cordat *Rot. apud Cenc. d. decis.* 10. *num.* 7.
Tertiò habemus secundum testem D. Actoris su-
per quinto articulo id totum expresè depo-
nentem, cuius depositio non solum facit admi-
56 niculum, † sed, cum illa sit ita adminiculata ex
supradictis, id plenè probare per se solum dici
potest, cum nullam patiatur exceptionem, vt
tradit plenè *Farina. de testi. quæst.* 63. *num.* 35.
Pattell. expedit. ciuil. 11. *num.* 5. *Balth. Tomas.*
in suis tract. var. decad. 3. *tit.* 19. *n.* 561. *limit.*
9. Rot. *apud Greg. XV. decis.* 172. *num.* 5. *& ibi*
Adden. littera C. & decis. 247. *num.* 6. *& decis.*
325. *num.* 4. *apud Card. Manti. & decis.* 162.
num. 3. *&* 4. *par.* 5. *rec. & apud Duran. decis.*
185. *num.* 1. *&* 2. vbi dicitur, hoc habere lo-
cum in qualibet materia ciuili.

Et eo

57 Et eo magis cum dicta assertio partium, de qua in Instrumento affictus, quòd periculum assecurationis ouium susceptum per affictuarium fuit illi compensatum ex remissione lucri debiti D. Locatori operetur, vt ad probandam d. compensationem non requiratur plena probatio, sed illa probetur ex leuioribus probationibus, imò ex coniecturis, vt tradunt *Marsil. singul. 610. num. 10. Alexa. cons. 18. num. 2. & seq. lib. 3. & ibi latè Adden. Seraph. de priuil. iuram. d. priuil. 40. num. 24.* benè *Tiraquel. in l. si vnquam in verbo Donatione largitus nu. 100. & seq. C. de reuoc. donat.* alios quamplures adducens, & faciunt *Doct. adddncti supra n. 54.*

Quæ licet clara per se sint, eò magis tamen locum habere debent stante iuramento in contractu
58 apposito, † quod licet inter Doctores satis controuersum sit, an probet assertionem factam per contrahentes quando sumus in prohibitis, vt videre est ex *Tiraq. in l. si vnquam in versic. Donatione largitus num. 88. & seq. C. de reuoc. dona. ex Mascar. de proba. concl. 184. n. 13. & seq. vol. 1. ex Leotar. de vsur. quæst. 72. num. 10. & seq. ex Hond. cons. 47. num. 6. & 49. vol. 1. ex Seraph. de priuil. iuram. priuil. 40. ex Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 15. num. 41. ex Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 7. par. 2. num. 24.* quorum aliqui partem negatiuam, alij verò affirmatiuam sequũtur, vt ex eis est vi-
59 dere, † mihi tamen admodum placet distinctio quam affert *Seraph. d. priuil. 40. ante fin.* vt iuramentum faciat stari supradictæ assertioni in præiudicium asserentis, & ipsius hæredum, quicquid sit quo ad præiudicium creditorum, quæ videtur fuisse de mente *Alex. cons. 55. n. 7. vol. 1.* & quam sequitur *Fontanel. in d. glo. 7. par. 2. num. 24.*

60 Maximè cum in dubio illa opinio sit amplectenda, quæ tendit ad substinendum actum *l. quoties 13. ff. de reb. dub. Cranc. cons. 52. num. 2.* in terminis *Seraph. in d. priuil. 40. num. 15.* plenè *Barbo. axiom. 12. nu. 17. & seq.* Rota *apud Zacch. de societ. decis. 60. in prin. & decis. 469. nu. 3. par.*
61 *2. rec.* † Et quæ in conflictu opinionum illas fœdere distinctionis conciliat *Paris. cons. 106. nu. 45. lib. 1. Socci. Iun. cons. 39. num. 28. & 121. in fin. lib. 2. Fontanel. de pact. nup. clau. 5. glo. 8. par. 9. num. 34.*

62 Quod verò Bulla Sixti V, prohibens contractus ad caput saluum, quæ incipit Detestabilis &c. non habeat locum in contractibus, qui sunt liciti de iure communi, vltra authoritates Doct. adductas *in allegat. præceden. nu 61.* dixit Rota *apud Cocci. decis. 70. in fin.* qualem esse contractum assecurationis probaui pariter *in d. allega. præceden.* & videre est ex Rota *decis. 42. & decis. 54. par. 6. & decis. 47. par. 7. recen.*

Quare &c. saluo semper &c.

Secundum prædicta ad fauorem D. Actoris sententiatum fuit in dicta causa per Excellentissimos DD. Auditores Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Costaguti Legati Vrbini in eadem Ciuitate Vrbini de anno 1649. per acta D. Fabritij Fabri Cancellarij Audientiæ, relaxando mandatum contra D. Ioannem fideiussorem pro restitutione ouium, & solutione pensionis, & ita fuit executum. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Exceptio præscriptionis quando admittatur in iudicio Saluiani Interdicti, & a quo tempore incipiat currere dicta præscriptio. Clausula constituti quid operetur in contractu census. Testes de credulitate quando probent. Scientia elicita ex coniecturis an dicatur scientia vera, vel præsumpta. Depositiones testium an possint in parte acceptari, & in parte reijci. Possessor in præscribendo an possit vti accessione temporis sui Authoris. Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ quando detur contra præscriptionem, & an illam excludat scientia præsumpta. Legitimatio personarum quando sit facienda parte non opponente, præcipuè in iudicio summario.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præscriptionis decem annorum admittitur in iudicio Saluiani.*

Tanto enim tempore præscribitur hypotheca num. 2.

Etiam si possessor conuentus Saluiano habeat causam a debitore. num. 3.

4 *Rota decis. 141. apud Zacch. de oblig. camer. declaratur.*

5 *Remedium l. fin. C. de acq. possess. datur stante clausula Constituti.*

Quod remedium præscribitur spatio triginta annorum. num. 6.

7 *Possessor ad effectum præscribendi potest vti accessione temporis sui authoris.*

8 *Clausula Constituti in contractu census est inepta, & nihil operatur.*

Licet contrarium teneat Leotar. de vsur. quæst. 49. num. 9.

10 *Constitutum super omnibus bonis vti incertum ratione loci, & quota, est inualidum.*

Quicquid sit quando est appositum generaliter super omnibus bonis præsentibus, & futuris. n. 11.

12 *Possessio ex clausula Constituti cessat quando post mortem constituentis illa fuit ab alio acceptata consti-*

Constitutario sciente, & tacente.

13 *Exceptio præscriptionis in iudicio Saluiani opponi debet ad impediendum processum.*

14 *Clausula omni meliori modo operatur, quod melior via censeatur electa.*

15 *Clausula sola facti veritate inspecta aufert ordinem iudiciarium, & illius solemnitates.*

16 *Præscriptio hypothecæ contra creditorem non currit nisi a die scientiæ alienationis bonorum factæ in tertium possessorem.*

Contrarium ten: nt plures Doct. num. 17

18 *Testes deponentes per verbum credo probant contra inducentem.*

Maximè quando testes sunt plures. num. 19.

20 *Testes deponentes de credulitate probant quando afferunt rationem eorum dicti.*

Et quando agitur de materia, quæ expressè, & directo probari non potest. n. 21.

Et quando sumus in casu difficilis probationis. num. 22.

Et quando cum depositionibus testium concurrunt præsumptiones num. 23.

24 *Scientia præsumitur ex antiquitate temporis.*

Item ex vicinitate. num. 25.

26 *Scientia præsumitur ex alienatione rei notabilis.*

Et ex pluribus coniecturis concurrentibus. num. 27.

28 *Scientia elicita ex coniecturis dicitur scientia vera, non præsumpta.*

29 *Probationes persuasiuæ sufficiunt quando proceditur sola facti veritate inspecta.*

30 *Iudex in materia difficilis probationis non debet requirere liquidissimas probationes.*

31 *Testes deponentes de credulitate probant contra inducentem, quando eorum depositiones fuerunt reproducta.*

32 *Testis depositio est indiuidua, & non potest in parte acceptari, & in parte reijci.*

33 *Iuramentum est indiuiduum.*

Quicquid aliqui contrarium teneant. n. 34.

35 *Saluiano non est locus sine probatione extremorum.*

36 *Testes duo sufficiunt in qualibet materia.*

37 *Testis vniens plenè probat contra inducentem.*

Maximè stantibus adminiculis. num. 38.

39 *Probatio semiplena sufficit, quando proceditur sola facti veritate inspecta.*

40 *Dominium acquiritur per emptionem sequuta traditione, & pretij numeratione.*

41 *Dominus præsumitur etiam possessor.*

42 *Dominium acquiritur ex præscriptione per possidentem cum titulo, & bona fide legitimo tempore.*

43 *Restitutio non datur, si in actis non fuit petita.*

Nec ad id sufficiunt clausulæ salutares. n. 44.

45 *Scientia probatur ex Instrumento super aliqua re confecto.*

46 *Ignorantia non datur de facto proprio.*

47 *Restitutio ex capite ignorantiæ non datur ei, qui habuit scientiam proprij iuris.*

48 *Restitutio ex capite ignorantiæ excluditur tam ex scientia vera, quam ex præsumpta.*

49 *Restitutio ex capite ignorantiæ non datur, nisi illa sit rationabilis, & inuincibilis.*

50 *Confessio facta in libello probat contra libellantem.*

51 *Veniens in iudicio vti talis, tenetur probare se esse talem.*

Maximè parte opponente num. 52. et 53.

54 *Oppositio neminem audiri &c. fieri potest in qualibet parte iudicij.*

55 *Aditio hæreditatis non probatur ex eo, quod quis sit institutus hæres in testamento.*

Neque ex eo, quod ei hæreditas sit delata num. 56.

57 *Iudicandum est in dubio pro possessore.*

Et ad fauorem rei conuenti num. 58.

ALLEGATIO III.

1 EXcellentissime Domine. Perillustres DD. de Felicijs Callienses rei conuenti a Perillustr. DD. de Berardis de eodem, vti possessores Hospitij, quod appellatur l'Hostaria del Moro, cum illud possederint per annos quadraginta, & vltra iuncta possessione q. D. Francisci Mattherotij de Carda eorum Authoris iusto titulo, & bona fide tuti sunt non solum præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, sed etiam præscriptione longissimi temporis aduersus Saluianum vtile contra eos intentatum pro parte DD. de Berardis, occasione annui census, de quo in libello in iudicio exhibito, vt tradunt *Paul. Marchr. de Saluia. par. 2. cap. 13. num. 1. Pacif in eodem tract. inspec. 2. cap. 2. num. 227. & seq. & inspec. 5. cap. vni. num. 107. Scapuç. pariter de Saluia. lib. 2. quæst. 21. in prin. Gratia. decis. March. 15. num. 8. Cenc. de cens. quæst. 98. num. 46. Thoma. decis. March. 26. num. 25. & decis. 246. nu. 11. Rot. decis. 17. num. 8. & decis. 33. num. 1. & decis. 85. per tot & decis. 86. num. 1. & decis. 87. in fin. apud Pacif. de Saluia. & apud Cenc. de cens. decis. 398. num. 12. & apud Merli. de pign. decis. 144. num. 21.*

2 Tanto enim tempore præscribitur hypotheca, ex qua Saluianum generatur ad tex. in *l. 1. & 2. C. si aduer. credit.* & not. *Negus. de pign. par. 6. memb. 2. num. 1. & seq. March. de Saluia. d. cap. 13. in prin. Scapuc. d. quæst. 21. in prin. Balb. de præscr. in 4. par. 4. par. prin. quæst. 3. num. 1. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 363. num. 2.*

num. 2. par. 2. & cap. 691. num. 22. & ſeq. par. 4. & cap. 881. num. 1. par. 5. plenè Merli. de pign. lib. 5. quæſt. 21. num. 6. & num. 2. alios adducens Rot. apud Buratt. deciſ. 505. num. 5.

3 Quæ quidem habent locum, etiamſi DD. de Felicijs habeant cauſam a D. Santulino debitore, vt tradunt Odd. conſ. 82. num. 39. & ſeq. Gratia. d. cap. 881. num. 2. & ſeq. Pacif. d. cap. 2. num. 272. Felicia. de cenſ. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 12. D. Andreol. contro. 170. num. 5. vbi teſtatur de magis communi opinione Merli. de pigno. d. quæſt 21. num. 6. & 20. alios adducens concordantes. latè Adden. ad Rot. apud Comitol. deciſ. 112. Rot. apud Pacif. d. deciſ. 85. num. 12. & d. deciſ. 86. num. 2.

4 Quicquid alias dixerit Rot. deciſ. 141. nu. 23. apud Zacch. de oblig. camer. quam habere locum in habente cauſam a debitore titulo vniuerſali, non autem particulari, vt in caſu noſtro, declarant Rot. d. deciſ. 85. & d. deciſ. 86. apud Pacif. de Saluia. & alij Doct. ſupra adducti.

5 Quibus non obſtat, quod ſtante Clauſula Conſtituti, de qua in Inſtrumento cenſus, competat cenſuario remedium etiam l. fin. C. de acq. poſſeſſ. vt habetur in ead. l. fin. & tradunt Gratia. deciſ. March. 15. num. 3. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 14. num. 24. Cenc. de cenſ. quæſt. 98. n. 62. ver. circa primum &c. & quæſt. 117. num 3. ver. Quod tamen &c. & Merli. de pign. lib. 4. quæſt. 66. num. 1.

6 Quod quidem remedium non præſcribitur minori tempore triginta annorum Rola. conſ. 79. num. 20. vol. 1. Menoch. d. remed. 14. n. 68. Cenc. d. quæſt. 98. ſub num. 62. verſic. Circa primum, & d. quæſt. 117. num. 3. verſic. quod tamen &c. Scapuc. de Saluia. lib. 2. quæſt. 22. n. 5. Rot. apud Cenc. de cenſ. deciſ. 103. num. 11. & deciſ. 398. num. 5. & ſeq. ex pluribus.

Et primò quia cum D. Franciſcus Mattherotius acquiſierit dictum Hoſpitium cum terra ortiua, & vineata de anno 1607. a D. Santulino principali debitore cenſus, vt conſtat ex inſtrumento emptionis, de quo in proceſſu, & illud vendiderit de anno 1621 DD. de Felicijs, vt pariter conſtat ex Inſtrumento, de quo in actis, a dictò anno 1607. vſque ad annum 1650. quo motum fuit iudicium Saluiani, de quo ſupra, decurſi ſunt non ſolum anni triginta, verum etiam quadraginta tres anni, vnde ſtante poſſeſſione DD. de Felicijs, & eorum Authoris per dictum tempus, quæ coniungitur, vt infra dicetur, benè intrat in omnem caſum præſcriptio prædicta 30. annorum.

7 Quod verò DD. de Felicijs vti poſſint acceſſione temporis, & poſſeſſione D. Mattherotij eorum Authoris eſt tex. in l. pomponius 13. §. cum quis & ibi not. Doct. communiter ff. de acq. poſſeſſ. l. dolia. 76. §. fin. ff. de contr. empt. & not. Io. Oinot. Inſt. de vſucap. in tit. de ſpecie. præſcr. num. 64. Balb. de præſcr. 2. par. 3. prin. quæſt. 3. num. 6. Bard. de temp. vtil. cap. 14. num. 6. Morot. conſ. 59. num. 12. Coſta de re integ. diſt. 14. num. 2. Giurb. deciſ. 75. ſub num. 6. Rot. apud Comitol. deciſ. 112. num. 4. & in Feſulana Canonicatus 5. Maij 1653. coram R. P. D. Peutingerio §. iuſtitia d. ſententiæ &c. poſt hæc ſcripta viſa.

Secundò quia Clauſula Conſtituti, ſuper qua fundatur remedium d. l. fin. C. de acq. poſſeſſ. vel refertur ad bona ortiua, & vineata, ſuper quibus fuit impoſitus cenſus, ex quo agitur, & tunc non poteſt producere dictum effectum translationis poſſeſſionis, quia cum in contractu cenſus in emptorem illius, nec dominium, nec poſſeſſio fundi cenſuati transferatur, ſed illa remanere debeant penes venditorem cenſus, vt tradunt Gratia. diſcep. foren. cap. 955. num. 31. par. 5. & deciſ. March. 20. num 8. Cenc. de cenſ. quæſt. 1. num. 23. & quæſt. 98. num. 24. & Rot. apud eum deciſ. 499. num. 13. & deciſ. 101. num. 5. & apud Salgad. in laber. cred. deciſ. 16.
8 num. 2. † Ideo dicta clauſula in contractu cenſus dicitur ineptè appoſita, & nullum effectum translatiuum poſſeſſionis in cenſuarium contra naturam contractus cenſus operari poteſt, vt tradunt Nauar. de vſur. num. 137. Gratia. d. deciſ. March. 20. num. 8. & diſcep. foren. d. cap. 955. num. 31. Cenc. d. quæſt. 98. num. 23. Duar. de cenſ. §. 5. quæſt. 23. num. 20. & quæſt. 25. num. 65. & admittit Rot. apud Salgad. d. deciſ. 16. num. 2.

9 Quicquid contrarium ſenſerit Leotar. de vſur. quæſt. 49. num. 16. motus præcipuè authoritate Rotæ apud Cenc. de cenſ. deciſ. 303. num. 11. & deciſ. 542. num. 2. firmantis vigore Clauſulæ Conſtituti in contractu cenſus appoſitæ competere Cenſuario aſſociationem ad bona cenſuata, quia reſpondeo, quod Rota id tenet non quia dicta clauſula in contractu cenſus operetur translationem poſſeſſionis in cenſuarium, quia id facere non poteſt, vti contra naturam contractus cenſualis, vt ſupra; ſed quia illa præbet Cenſuario facultatem capiendi propria authoritate fructus rei cenſuatæ pro ſatisfactione fructuum cenſus, & ideo ei competit ius petendi aſſociationem, vt poſt Cenc. de cenſ. quæſt. 94. num. 13. & Manſo. de cauſ. exec. lib. 1. ampl. 6. per eum relatos in terminis benè declarat Rot. apud Salga. d. deciſ. 16. num. 2. & 3.

Neque obſtat, quod d. clauſula Conſtituti in contractu cenſus licet non transferat poſſeſſionem in cenſuarium a principio, illam tamen transferat ex interuallo, vt voluit Leotar. vbi ſupra. Quia ratio, ex qua mouentur Doct. ſupra adducti volentes, clauſulam Conſtituti in contractu cenſus eſſe ineptam, non eſt, quia creditor cen-

ſus a

sus a principio contractus non sit creditor fructuum, vt putat *Leotar.* sed quia illa est contra naturam contractus censualis, vt tradunt Doct. supra adducti, quæ ratio semper durat, meritò &c.

Neque obstat, quod aliàs contractus census esset deterioris conditionis cæteris contractibus, quia cum id sit speciale in eo, quod dominium, & possessio fundi remaneant penes impositorem census, vt probant *Doct. adducti supra n.*8. sequitur, quod non sit æquiparandus alijs contractibus.

10. Aut verò dicta clausula Constituti respicit alia bona impositoris census, & tunc cum non sint specialiter specificata, quænam sint dicta bona, Constitutum, vti incertum ratione loci, & quotæ, est inualidum, & nihil operatur *l.* 3. §. *incertam ff. de acq. possess. Tiraq. de iure const. par.* 3. *lim.* 19. *in prin. Ostaseb. decis. pedem.* 34. *num.* 23. *Gratia. discep. foren. cap.* 519. *num.* 72. *par.* 3. *Merli. de pign. lib.* 4. *quæst.* 120. *num.* 36. *Posti. de manut. obseru.* 20. *num.* 29. *Rot. decis.* 787. *num.* 3. *par.* 3. *rec. & decis.* 105. *num.* 12. *apud Merli. de pigno.*

11 Quicquid sit quando dicta clausula Constituti esset apposita generaliter super omnibus bonis præsentibus, & futuris, quasi tunc adsit certitudo respectu vniuersi, cum omnia bona comprehendantur sub constitutione præcarij, vt not. *Ias. in d.* §. *incertam num.* 16. *versic. sexto nota & c. & ibi Socci. num.* 5. *&* 6. *Alex. cons.* 85. *sub num.* 8. *lib.* 6. *Neguz. de pign. in* 2. *memb.* 2. *par. num.* 29. *Rot. decis.* 59. *sub num.* 6. *par.* 2. *diuer. & apud Duran. decis.* 49. *num.* 13. & bene declarat eadem *Rot. d. decis.* 105. *num.* 13. *apud Merli. de pigno.* alios adducens, quæ non concurrunt in casu nostro, meritò &c.

12 Et eò magis cessat remedium *d. l. fin. C. de acq. possess.* cum post mortem impositoris census D. Matherotius, & postea DD. de Felicijs cæperint possessionem d. Hospitij, & bonorum, de quibus agitur, nec DD. Censuarij reclamauerint, quod sufficit, vt possessio ex constituto dicatur amissa, sine qua d. remedium non datur *Gratia. discep. foren. cap.* 954. *num.* 6. *& seq. par.* 5. *Paris. de Saluia. inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 1026. *& seq. Posti. de manut. obseru.* 20. *num.* 39. *Rot. apud Cene. de cens. decis.* 253. *nu.* 10. *& apud Salgad. d. decis.* 16. *num.* 8.

13 Neque nocet si dicatur, exceptionem præscriptionis, vt operetur in iudicio Saluiani non sufficere, illam opponi ad merita causæ; sed deberi, illam opponi ad impediendum processum, cum debeat opponi, & allegari, Actori ius non competere, vt tradunt *Alex. cons.* 213. *num.* 1. *lib.* 2. *Deci. cons.* 22. *num.* 3. *Crau. cons.* 204. *num.* 3. *Contar. de momen. possess. limit.* 2. §. 4. *num.* 17. *Menoch. de adipi. possess. remed.* 4. *nu.* 770. quos referendo sequitur *Paris. de Saluia. inspec.* 2. *cap.* 2. *num.* 265. *& inspec.* 5. *cap.* 1. *num.* 108. & post eum *Thom. decis. March.* 44. *num.* 20.

Quia id benè factum fuit in casu, de quo agitur, dum fuit oppositum, DD. Aduersarijs nullum ius, nullamque actionem competere, illisque obstare exceptiones doli, & præscriptionis, vt clarè apparet ex exceptionibus in iudicio datis

14 Maximè stante clausula *omni meliori modo*, de qua in dictis exceptionibus, quæ operatur vt melior via censeatur electa. *Ludo. decis. Perus.* 117. *num.* 4. *&* 5. *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 98. *num.* 3. *Barbo. de clau. clausula* 95. *num.* 6. Et si quod fuit expressum non valet vti fuit expressum, valeat eo modo, quo valere potest *Gomez ad l.* 3. *Taur. num.* 74. *Surd. cons.* 428. *num.* 19. *& cons.* 450. *num.* 23. *lib.* 4. *Ludo. d. decis.* 117. *num.* 5. *&* 6. *Barbo. d. cla.* 95. *nu.* 6.

Et stante clausula, *sola facti veritate inspecta*, de qua in Decreto abbreuiationis litium in prin-
15 cipio, † quæ aufert ordinem iudiciarium, & omnem solemnitatem iuris relaxat reducendo ad formam iudicij inductam de iure gentium, & de iure naturali *Menoch. cons.* 180. *num.* 7. *in fin. lib.* 1. *Marta de clau. clausula* 250. *num.* 5. *Rot. Bonon. diuer. decis.* 30. *num.* 28. *Barbo. de clau. cla.* 153. *num.* 9. alios adducens concordantes *Theod. Rub. in sing. Rot. Rom. tom.* 2. *de clau. clausula* 791. *num.* 1. *& seq. Rot. decis.* 445. *num.* 6 *par.* 1. *diuer. & decis.* 500. *in fin. par.* 3. *recen.* Itaut cum d. exceptio habeat etiam vim peremptoriæ, vt dicit *Maran. in prac. par.* 6. *memb.* 9. *num.* 12. *&* 13. licèt in oppositione ad processum de illa non sit habita ratio, potuit deinde opponi quo ad merita *Mastrill. decis.* 148. *num.* 35. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 47.

16 Quibus non nocet si dicatur, quod præscriptio, de qua agitur, non incipit currere, nisi a die scientiæ alienationis bonorum obligatorum, vt tradunt *Gratia. decis. Marcb.* 15. *in addit. nu* 6. *Thomat. decis. March.* 44. *num.* 26. *& decis.* 246. *num.* 13. *& seq. Fulgin. de iur. emph. in tit. de diuer. quæst. quæst.* 4. *in fin. Rot. decis.* 407. *n.* 15. *& seq. par.* 5. *rec. Mascu. de confisc. bon. quæst.* 24. *num.* 120.

17 Quia omisso, quod dicta opinio non est tuta, cum contrariam opinionem, quod imò præscriptio incipiat currere a die, qua tertius possessor incæpit possidere rem hypothecatam, tenuerint *Specul. Cuma. Dec. Socc. Iun. Crot. Paris. Craue. Bald. Neguz. Rola. Lopez. Gomez. Pinell. Odd. Hyero. Lauren.* & alij, quos referendo sequitur *Feleia. de cens. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. *versic. secunda opinio, & tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 19. vbi testatur de crebriori opinione, & illam esse in praxi frequentem, vt ibi per eum, cum quibus pertran-

pertransire videtur *Merli. de Pigno. lib. 5. quæst. 22. num. 9. & seq.*

Hoc, inquam, omisso, in casu, de quo agitur, res est manifesta, cum de scientia DD. de Berardis dominorum census constet per depositionem duorum testium in processu examinatorum *fol.*
17 *15. & fol. 20.* † qui licèt deponant per verbum
Credo, contra inducentes plenè probant. *Roma consil. 104. in fin. & ibi Mando. in addit.* & tradunt etiam *Masear. de prob. concl. 1370. nu. 18. vol. 3. Thob. Non. cons. 24. num. 24. in fin. & cons. 98. num. 6. Gabr. comm. concl. de testi. concl. 1. num. 14.* alios adducens *Surd. cons. 19. num. 13. & cons. 61. num. 41. lib. 1. Hond. cons. 15. num. 36. & cons. 102. num. 13. lib. 1. Farina. de testi. quæst. 68. num. 75.* alios adduceus concordantes *Thoma. decis. Marcb. 50. num. 370. Morot. cons. 35. num. 12.*

20 Quæ conclusio si est vera in vno teste tantùm deponente de credulitate, in quibus terminis loquuntur Doct. supra adducti, certè eò magis locum habere debet in casu, de quo agitur, in quo duo testes id deponunt, vt aduertunt *Thob. Noni. d. cons. 24. num. 24. in fin. & Ccpb. d. cons. 435. num. 70. lib. 3. nec non Gratia. discep. foren. cap. 494. num. 11. par. 3.*

20 Maximè cum testes, etiam deponentes de credulitate, probent, quando afferunt rationem eorum dicti, vt in casu nostro, in quo deponunt de scientia DD. de Berardis, quia erant vicini, & quia omnibus nota erat alienatio d. Hospitij, vt ibi per eos, vt not. *Rola. cons. 57. num. 28. & seq. vol. 1. Mascar. de prob. concl. 458. n. 11. vol. 1. & concl. 1370. num. 7. & seq. vol. 3.* latè *Farina. de testi. quæst. 68. num. 44.* quamplures referens sectatores *Gargiar. Iun. cons. 2. nu. 42. & cons. 41. num. 14. lib. 2. Thoma. decis. March. 50. num. 374. Gratia. discep. foren. cap. 446. num. 13. & seq. par. 3. Rot. decis. 499. num. 3. apud Posti. de manut.*

21 Et cum agatur de probanda scientia, & sic de materia non sic certitudinaliter cognoscibili, & quæ directò, & expressè cognosci, & probari non potest, quo casu testes de credulitate benè probant *Deci. cons. 88. num. 6. versic. Maximè &c. Mascar. d. concl. 1370. num. 10. &*
22 *seq.* latè *Farina. d. quæst. 68. num. 81. & 82.* †
Et de re difficilis probationis, vti de re latente in animo, testes pariter de credulitate benè probare voluerunt *Gabr. cons. 159. num. 25. lib. 1. Farina.* alios cumulans ita sentientes *d. quæst. 68. num. 84. Hond. cons. 15. num. 28. vol. 1. Thoma. d. decis. 50. num. 376. Ciriac. contro. 299. num. 6. Rot. decis. 69. num. 48. par. 7. rec.*

23 Et eò magis dicti testes probant scientiam DD. de Berardis, licèt deponant de credulitate, quia cum eorum depositionibus concurrunt plures præsumptiones d. scientiæ, vt tradunt *Barz. decis. 120. num. 18. Hond. cons. 15. num. 33. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 468. num. 47. par. 3. Gargiar. Iunio. cons. 2. num. 42. lib. 2. Altogra. cons. 50. num. 101. & seq. lib. 1.*

Præsumptiones autem scientiæ, quæ concurrunt in casu nostro, sunt plures, vt dixi, & prima desumitur ex antiquitate temporis, cum defluxerint anni quadragintaquinq; a die alienationis Hospitij, & orti factæ D. de Mattherotijs, vt apparet ex Instrumento in Iudicio exhibito, †
24 ex qua præsumitur scientia *Crau. de antiq. temp. par. 4. §. materia. num. 62. Odd. de resti. in integ. par. 1. quæst. 8. num. 66. Rota in Romana diuisionis 15. Iunij coram R. P. D. Bichio 1640. in prin. & §. tandem non obstat &c. et in Auximana fideicommissi 31. Ianuarij 1642. coram R. P. D. Dunozetto §. quia vltra &c.* Quicquid contrarium scripserit *D. Andreol. contro. 146. nu. 6.*

25 Secunda coniectura elicitur ex vicinitate DD. de Berardis, de qua deponunt testes supradicti, *Masear. de prob. concl. 1414. in prin. lib. 3.* in terminis *Costa de facti scien. & ignor. cent. 1. dist. 27. num. 2. Thoma. decis. March. 50. num. 485. Aldoni. cons. 68. num. 48.*

26 Tertia colligitur ex alienatione rei notabilis, & magni ponderis, nempè d. Hospitij *del Moro*, quod est admodum notabile in Ciuitate Callij, non tantum ratione ædificij, quàm concursus, præcipuè aduenarum ad illud, cum sit principale Hospitium d. Ciuitatis. *Rot. in d. Romana diuisionis §. eò magis concurrente &c. & in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro §. tertio &c.* cum quibus pertransit *Massin.* post hęc scripta visus *de confisc. bono. quæst. 24. num. 91.*

27 Ex quibus solis præsumptionibus constare dicitur in hoc casu de scientia vera DD. de Berardis de alienatione d. Hospitij *Alba. cons. 299. num. 18. lib. 2. Hond. cons. 80. num. 50. lib. 2. Adden. ad Rot. decis. 3. num. 56. par. 3. rec. Rota in d. Romana Saluiani de Casalibus §. tertio bis &c.*

28 Cum scientia probata ex coniecturis, & pręsumptionibus dicatur scientia vera, non autem præsumpta. *Craue. cons. 73. num. 19. & cons. 178. num. 1. Rot. apud Card. Seraph decis. 1459. num. 4. & 5. & in d. Romana Saluiani de Casalibus §. non subsistere &c.* vbi dicitur, aliud esse, scientiam esse præsumptam, aliud illam probari ex præsumptionibus, & coniecturis, ex quibus scientia vera probatur, vt ibi per eam.

Et eò magis hoc est tenendum, cum vigore Decreti agatur in iudicijs sola facti veritate inspe-
29 cta, † quo casu sufficiunt etiam probationes persuasiuæ. *Gratia. decis. March. 68. num. 3. Marta de clau. clausula 368. num. 8. Barbo. de clau. clausula 173. num. 15.* & probationes leuiores *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 24. nu. 4.*

Narbo. loc. cit.
30 Et cum Iudex in materia difficilis probatio-
nis, vt in casu nostro, non debeat insistere, re-
quirendo liquidissimas probationes, & euiden-
tiam rei expectare, sed satis sit humana certi-
tudo, vt post *Sot. de instr. & iur. lib. 3. quæst.*
4. art. 3. tradunt Adden. ad Rot. decis. 3. num.
90. par. 3. rec.

Quod autem omnem tollit amaritudinem est,
quod aut depositiones dictorum testium de
scientia DD. de Berardis deponentium per ver-
bum *Credo* fuerunt per eos in actis reprodu-
31 ctæ, † & tunc nulli dubium est, quin ratione
vsus illarum contra eos plenè probent *Cran.*
cons. 201. num. 7. Farinac. de test. quæst. 62. nu.
229. alios referens ita sentientes *Gratia. discep.*
foren. cap. 699. num. 21. & cap. 753. num. 15.
par. 4. Hond. cons. 15. num. 36. & seq. & cons.
84. num. 50. & seq. lib. 2. Adden. ad Greg. XV.
decis. 215. nu. 9. & ad decis. 455. n. 17. Adden.
ad Buratt. decis. 298. littera B. latè *Posti. de ma-*
nut. obseru. 89. num. 13. Rot. *in Bononien. tute-*
la 1. Iunij 1615. coram R. *P. D. Verospio.*

32 Quod procedit licet dictæ depositiones es-
sent reproductæ in parte, & partibus, quia
cum depositio testis sit indiuidua, sicut etiam
iuramentum est indiuiduum, illa non potest di-
uidi, sed debet vel in totum acceptari, vel in
totum reijci, vt tradunt *Bald. in l. nulla 24. post*
num. 2. ff. de legib. Alex. cons. 70. num. 2. lib.
1. Vulpell. cons. 76. num. 2. Vinc. de Franch.
decis. 173. num. 60. & ibi Adden. num. 6. Gratia.
discep. foren. cap. 468. num. 14. & cap. 514.
num. 19. par. 3. & cap. 749. num. 9. & seq. par.
4. alios adducens concordantes, cum quibus
pertransit *Hodier. ad Surd. decis. 16. num. 1. &*
seq. latè comprobans, & sentit Rot *decis. 578.*
num. 3. par. 4. rec. & decis. 262. num. 6. par. 6.
rec.

33 Cum, vt dixi, iuramentum sit indiuiduum, *vt*
not. Gram. cons. 124. in fin. Cotta in memorab.
in verbo Iuramentum est quid indiuiduum, & in
versic. Testis fides. Seraph. de priuil. iuram. priuil.
107. num. 29. vbi dicit, quod iuramentum non
potest diuidi, vt ibi per eum, & tradunt etiam
Alex. Gratia. & Hodier. in loc. proximè adduct.
& idem scripserunt etiam *Manci. de iuram. par.*
4. effect. 47. in prin. Merli. Pignatel. Contro. Fo-
ren. lib. 1. cap. 55. num. 11. & cent. 2. cap. 22.
num. 14. latè *Balth Tomas. in suis tract. var. tom.*
2. de tuto. & cura. tit. 19. num. 646. ampl. 156.
& 335. Rot. decis. 553. num. 1. & 10. par. 4.
diuer. Ideo non mirum, si ratione connexita-
tis, & indiuiduitatis depositio testis non possit
diuidi, & in parte acceptari, & in parte reijci,
vt tradunt Doct. supradicti.

34 Quicquid contrarium senserit *Surd. decis. 16.*
circa medium, quem reprobant *Gratia. & Hodier.*
vbi supra, cum quo tennerunt etiam *Hond. cons.*
51. num. 82. vol. 2. & Costa de scien. & ignor.
cent. 1. disti. 6. num. 7.

Si verò pro parte DD. de Berardis actorum dictæ
depositiones testium non fuerunt reproductę, &
tunc illis deficientibus non dicetur constare de
35 probatione extremorum in Saluiano, † sine
quibus Saluianum non datur ad not. per *Neguf.*
de pign. par. 8. memb. 3. num. 10. circa prin. per
Scapuc. de Saluia. lib. 1. quæst. 25. num. 2. & per
Cenc. de cens. quæst. 98. num. 16. & per Thoma.
decis. Marcb. 246. num. 6.

De possessione verò Domini de Mattherotijs, &
DD. de Felicijs plenè constat, cum de posses-
sione D. Mattherotij deponant duo testes,
nempè primus in *proc. fol. 18. & secundus fol.*
36 *20.* † qui illam plenè probant *l. vbi numerus 12.*
ff. de testi. cap. in omni negocio 4. & cap. licèt
vniuersis 23. de testi. latè *Magdal. de num. testi.*
cap. 1. num. 1. & seq. Farin. de testi. quæst. 63.
num. 232. alios referens concordantes *Thoma.*
decis. March. 293. num. 6.

37 De possessione verò DD. de Felicijs deponit
primus testis *fol. 18.* qui, licet vnicus, plenè ta-
men probat contra DD. de Berardis inducen-
tes. *Bero. cons. 69. num. 11. lib. 3.* Rim. *Iun. cons.*
138. num. 27. lib. 1. Ceph. cons. 435. num. 60.
lib. 3. Gratia. discep. foren. cap. 468. num. 47.
& cap. 494. num. 11. par. 3. Pattel. expedit.
ciuil. 22. num. 15. & seq. Altogr. cons. 74. nu.
14. lib. 2. Maximè sequuta reproductione illius
depositionis per iura adducta *supra nu. 31.* quæ
breuitatis gratia non repeto.

38 Et stantibus adminiculis, quæ sumuntur ex
depositione secundi testis in *proc. fol. 20.* depo-
nentis, DD. de Felicijs semper locasse d. Hospi-
tium: ex Instrumento acquisitionis eiusdem
Hospitij a D. Mattherotio: item ex possessio-
ne de præsenti DD. de Felicijs, quo casu testis
vnicus in ciuilibus plenè probat, si sit omni ex-
ceptione maior, qualis est d. testis a parte per
inductionem approbatus, vt supra probaui, vt
tradunt *Cran. cons. 6. num. 66. Adden. ad Greg.*
XV. decis. 172. num. 9. & decis. 247. num. 6.
Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. tit. 19.
nu. 561. limit. 9. Rot. *apud Casar. de Graff. decis.*
3. num. 6. de prob. vbi dicit, hoc habere locum in
qualibet materia ciuili, & apud *Duran. decis.*
195. in prin.

Maximè cum vigore Decreti q. *Serenissimi* Ducis
Vrbini procedatur in causis summariè, & sola
facti veritate inspecta, quo casu admittuntur
probationes non concludentes, & persuasiuæ,
vt ex *Gratia. Marta, & Barbo. probaui supra*
num. 29. & probationes leuiores, vt pariter ex
39 *Menoch. & Barbo. probaui d. num. 29.* † Imò
in d. casu sufficere semiplenam probationem
post *Bar. Bald. Menoch. Surd. Gratia.* & alios per
eum

cum adductos voluit *Thoma. decis. March. 78. num. 11.*
40 Secundò constat de possessione d. Hospitij
DD. de Felicijs, quia cum ex Instrumento
emptionis factæ per ipsos a D. Mattherotio, se-
quuta traditione, & pretij numeratione, consta-
re dicatur de dominio d. Hospitij ipsorum DD.
de Felicijs ad tradita per *Cartar. decis. 98. nu. 3.*
per Facbin. cons. 28. num. 6. lib. 1. per Bardello.
cons. 149. num. 10. & seq. lib. 2. & per Ciriac.
contro. 55. num. 1. & contro. 164. num. 1. etiam
contra tertium stantibus adminiculis. *Rot. apud*
Card. Seraph. decis. 196. num. 2. & decis. 787.
num. 3. & decis. 1324. num. 3. & comprobat
eadem *Rot. decis. 154. num. 1. par. 3. recen.*
Sequitur, quod, probata possessione de præsenti
DD. de Felicijs, ipsi præsumantur possedisse
etiam de præterito a die acquisiti dominij, cum
41 videatur legitima ratio, & causa, † quod ille
qui est dominus, sit etiam possessor, vt post
Bald. Salic. Soc. Inn. & Alciat. per eum addu-
ctos benè declarat *Menoch. de præsumpt. lib. 6.*
præsumpt. 65. num. 4. viden.
Adminicula autem dominij Authorum DD. de
Felicijs non desunt, nempè inscriptiones plu-
res *dell Hosteria del Moro*, de qua primus testis
fol. 17. venditio eiusdem Hospitij facta per D.
Santolinum vti proprij, prout in Instrumento
venditionis, depositio tertij testis in proc. fol.
24. ibi *Io sò, che l'Hosteria era sua propria, e non*
di sua moglie, possessio D. Mattherotii d. ho-
spitii per annos quatuordecim, cum titulo, &
42 bona fide, per quam ex præscriptione acquisi-
uit dominium d. hospitii. *l. si quis emptionis 8.*
§. 1. ff. de præscr. 30. annorum Bald. cons. 488.
num. 5. lib. 1. Mascar. de prob. concl. 550. n. 4.
& 5. lib. 1. Pacia. cons. 169. num. 61. quos re-
fert, & sequitur *Ciriac. contro. 258. num. 45. &*
contro. 300. num. 29. alios etiam adducens.
Neque DD. de Berardis vllum possunt facere fun-
damentum super prætensa restitutione in inte-
43 grum ex capite ignorantiæ ex duobus, & pri-
mò, † Quia in actis non fuit petita, quod vide-
rim. *Alex. cons. 63. sub num. 5. lib. 3. Odd. de*
restit. in integ. par. 1. quæst. 21. num. 3. versic.
contrarium &c. vbi testatur de magis commu-
ni Doct. opinione, licet ipse aliter distinguat,
Scapuc. de Saluia. lib. 2. quæst. 21. num. 8. in fin.
Surd. cons. 349. num. 62. vol. 3. Ciriac. contro.
519. num. 44.
44 Neque ad id sufficiunt clausulæ salutares,
videlicet *Petens &c. Omni modo meliori &c.* &
similes, vt tenent *Peregr. cons. 102. num. 47. lib.*
3. latè comprobans *Maceraten. var. resol. lib. 2.*
resol. 8. num. 43. & seq. D. Andreol. contro. 163.
num. 26. vbi testatur, hanc esse veriorem, & ma-
gis receptam Doct. opinionem, quicquid con-
trarium senserit *Giurb. decis. 77. num. 12. &*
idem D. Andreol. contro. 79. num. 15. contra
quos pariter de veriori, & receptiori testatur
Altogra. cons. 44. num. 14. & cons. 85. num. 41.
lib. 1.
Secundò quia aut prætenditur restitutio ex capite
ignorantiæ respicientis existentiam census, de
quo agitur, aut respicientis alienationem fun-
di ipsius census, & Hospitii controuersi, & pri-
mo casu restitutio nullo modo competere po-
test, cum d. census fuerit creatus per q. D. He-
ctorem Berardum seniorem, vt constat ex In-
strumento emptionis illius, vnde quo ad eum
nulla potest cadere ignorantia *l. fin. & ibi Bart.*
ff. pro suo, & dicetur infra.
Quò verò ad D. Benedictum eius filium apparet
ex libello, d. censum ei in partem contigisse oc-
casione diuisionis bonorum hæreditariorum de
anno 1622. ex quo sequitur, illum habuisse ple-
45 nam scientiam existentię d. census, † quæ ple-
nè probatur ex Instrumento diuisionis. *Surd.*
cons. 49. num. 32. & seq. lib. 1. Merli. Pignatel.
contro. foren. cap. 7. num. 13. in fin. Rot. decis.
478. num. 16. & seq. par. 4. rec. tom. 2. & decis.
306. num. 54. par. 7. rec. & decis. 643. in fin.
46 *apud Posth. de manut.* † Cum in facto proprio
non cadat ignorantia, vt supra dixi. *d. l. fin. &*
ibi Bar. num. 2. ff. pro suo. Costa de facti sciev. &
igno. dist. 65. num. 7. Rot. in Portuen. stagni 19.
Iunij 1637. coram Eminentiss. Card. Panzirolo
§. & ex his &c. & decis. 111. num. 8. par. 7.
rec.
Aut verò prætenditur restitutio ex capite igno-
rantiæ alienationis fundi censuati, & Hospitij
prædicti, & neque illa competere potest dicta
de causa, cum per depositiones supradictorum
testium constet, DD. Actores habuisse scientiam
47 d. alienationis per iura supra adducta; † Restitu-
tio autem ex capite ignorantię non datur ei,
qui habuit scientiam proprij iuris, vt tradunt
Adden. ad Rot. decis. 3. num. 74. par. 3. rec. &
Rot. in Bononien. fideicomm. 16. Martij 1640.
coram R. P. D. Biebio.
48 A quo beneficio restitutionis in integrum ex
capite ignorantiæ excludit non solum scientia
vera, de qua constare in hoc casu supra latè pro-
baui, sed etiam scientia elicita ex coniecturis, &
præsumptionibus, etiam si sint remotæ, vel si
vna tantum coniectura existat *Pinell. in auth.*
nisi triennale nu. 6. C. de bon. mater. Ceph. cons.
215. num. 8. lib. 1. Surd. decis. 4. num. 7. versic.
ignorantia debet &c. Gratia. decis. March. 4.
num. 41. latè *Adden. ad Rot. d. decis. 3. num. 69.*
& seq. par. 3. rec. Pacif. de saluia. inspec. 4. cap.
3. num. 33. D. Andreol. contro. 146. num. 5.
Rot. decis. 387. per tot. par. 1. diuer. & decis.
255. num. 4. & decis. 256. num. 2. & seq. apud
Pacif. de Saluia. & decis. 153. in fin. & decis.
238. num. 20. & seq. par. 8. rec.

D 2 Ad hoc

49 Ad hoc enim,vt detur restitutio in integrum
ex capite ignorantiæ,non est sufficiens quælibet
ignorantia, sed necesse est, quod illa sit iusta,
rationabilis, & ex omni parte inuincibilis, &
sine omni penitus macula, *Rola. cons. 59. n. 21.
lib. 4. Balb. de præscr. par. 2. quæst. 29. sub nu.
8. Ceph. cons. 314. num. 29. & seq. lib. 3. Surd.
cons. 489. num. 37. lib. 4. Hond. cons. 83. num.
68. & seq. lib. 1. & cons. 80. num. 62. lib. 2.
Costa de fact. scien. & igno. inspec. 85. num. 1.
Scapuc. de Saluia. lib. 2. quæst. 21. num. 5. & seq.*
vbi dicit,causam ignorantiæ esse plenè proban-
dam, aliàs sub prætextu ignorantiæ subuerte-
retur materia præscriptionis, cum quilibet
posset semper allegare ignorantiam, & sic ef-
fugere præscriptionem, quod esset imponere
legem verbis, quod non est dicendum, vt ibi
per eum, & latè comprobant *Adden. ad Rot. d.
decis. 3. num. 67. & seq.* vbi dicunt, ad obtinen-
dam d. restitutionem non sufficere allegare
ignorantiam ex regula, quod ignorantia præ-
sumitur, sed illam esse probandam, vti funda-
mentum intentionis agentis, & quod ad exclu-
dendam d. restitutionem sufficit scientia præ-
sumpta elicita ex coniecturis, & quod illam
reijcit quælibet coniectura etiam remota, vt
ibi per eos, & idem dixit *Rot. decis. 387. nu. 2.
par. 1. diuer. & d. decis. 153. in fin. & d. decis.
238. n. 20. & seq. par. 8. rec.*

Quod verò in casu nostro concurrant coniecturæ
scientiæ alienationis fundi censuati, vltra depo-
sitiones testium, probaui *supra num. 24. & seq.*
nempè vicinitatem ipsorum DD. de Berardis,
alteram ex alienatione rei valdè notabilis, nem-
pè principalis Hospitii in Ciuitate Callii, ter-
tiam ex antiquitate temporis, ex quibus, ma-
ximè simul iunctis, vt considerari debent conie-
cturæ *Rota in d. Romana Saluiani de Casalibus
21. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro §. tertio bis
&c.* omninò excluditur prætensa ignorantia
DD. de Berardis, & per consequens prætensa
in integrum restitutio ex capite ignorantiæ,
cū illam excludant simplices coniecturę scien-
tiæ præsumptæ, vt benè declarant, & compro-
bant *Adden. ad Rot. d. decis. 3. num. 67. & seq.
& Rot. in loc. supra proximè adductis.*

Secundò principaliter DD. de Feliciis veniunt ab-
soluendi a petitis pro parte DD. de Berardis
Actorum, quia ipsi veniunt in iudicio vti hære-
des q. Perillustris D. Antonii Francisci Berardi
eorum patris hæredis q. D. Benedicti Berardi
eius fratris, cui in diuisione bonorum hæredi-
tariorum fuit assignatus census, de quo agitur,
50 iuxta narrata in libello, † qui contra eos plenè
probat *l. eum precum. 9. C. de liber. caus. Mascar.
de prob. concl. 348. num. 48. vol. 1.* alios ad-
ducens concordantes *Michal. de posit. cap. 4.
num. 3.* & non probauerunt, D. Antonium
Franciscum Patrem fuisse hæredem D. Benedi-
cti fratris, & sic non possunt in hoc iudicio ob-
51 tinere, † Cum veniens vti talis, puta hæres, te-
neatur probare, se esse talem, & sic hæredem
*Mascar. de prob. concl. 786. num. 1. & seq. vol.
2. Peregr. de fideic. art. 43. num. 60. Paitel. ex-
pedit. ciuil. 42. nu. 1. Fusar. de subst. quæst. 615.
nu. 6.* latè *Posti. de manut. obseru. 87. post princ.
Pract. Ridolph. par. 1. cap. 5. num. 32.* Rot. *apud
Greg. XV. decis. 223. num. 2. & decis. 15. num.
30. par. 7. rec.*

52 Maximè parte opponente, cum simus in iu-
dicio summario, in quo omissio legitimationis
personarum vitiat processum parte opponen-
te, licèt aliàs secus *Ias. in l. 2. sub num. 4. & 7.
in fin. C. de edict. Din. Adri. tollen.* idem *Ias. in
rubr. C. qui admitti. num. 4. Gerar. singul. 23. in
prin. Salust. Tiber. in prac. iudic. lib. 1. cap. 45.
num. 4. Boer. decis. 171. num. 19.* quos refert, &
sequitur *Pract.* Ridolph. *par. 1. cap. 5. num. 33.*
latè *Posti. de manut. obseru. 87. post prin.* alios
adducens ita sentientes, & Rotæ Rom. decisio-
53 nes †, & impedit processum *Pract.* Ridolph. *d.
cap. 5. n. 32.* Rot*a apud Buratt. decis. 337. n. 20.*

54 Quam oppositionem fieri posse in qualibet
parte iudicii voluerunt *Bart. Bald. Salic. & alij
in l. licet 24. C. de procur. Vant. de nullit. in tit.
de nullit. ex defec. mand. n. 63. Posti. de manut.
d. obseru. 87. num. 4. Rot. apud Greg. XV. decis.
223. num. 3. & apud Posti. de manut. decis. 18.
num. 2. & decis. 297. num. 13.*

Neque contrarium, illum scilicet esse hæredem,
probatur ex depositionibus primi, & secundi
testis super quinto articulo deponentiū, D. An-
tonium Franciscum fuisse relictum hæredem in
55 testamento a D. Benedicto fratre, † Quia non
sufficit, aliquem fuisse institutum hæredem in
testamento, si non constet de aditione, quæ, cum
sit facti, concludenter est probanda per eum, qui
in testamento & aditione se fundat *Roma. cons.
154. num. 2. Crau. cons. 37. nu. 4. Mascar. de prob.
concl. 40. num. 8. & 9. vol. 1.* in puncto *Gratia.
discep. foren. cap. 752. num. 22. par. 4.* Sicut non
56 sufficit, hæreditatem esse delatam, nisi probe-
tur cum effectu, illam fuisse aditam, *Rot. in Ti-
burtina census 17. Iunij 1615. & 4. Maij. 1616.
coram R. P. D. Vbaldo, & in Taruisina feudi 9.
Decembris 1624. coram R. P. D. Ramboldo post
princ.*

57 Quibus eò magis locus esse debet, cum in
dubio iudicandum sit pro possessore *Osasch.
58 decis. Pedem. 108. in fin. Giurb. decis. 22. nu. 3.*
† et ad fauorem rei conuenti ad tex. *in l. fauo-
rabiliores 168. ff. de reg. iur. Hond. cons. 49. in
fin. lib. 2. Calui. de equit. lib. 2. cap. 119. nu. 32.*

Quare &c. saluo semper &c.

*Causa, de qua supra, non fuit adhuc per sententiā ter-
minata, quod sciuerim. Laus Deo, & B. Virgini &c.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Hypotheca mulieris pro dote siue tacita, siue expressa an incipiat a die promissionis, vel a die matrimonii. Conditio potestatiua, casualis, vel mixta quando retrotrahantur. Conditio *si sequatur matrimonium* an sit casualis, vel potestatiua. Contrahens sponsalia de futuro an possit cogi ad contrahendum matrimonium. Emens a viro, & vxore an possit se tueri contra creditores viri anterioritate dotium vxoris. Vxor vendens bona vnà cum viro quando dicatur adhibita ad cautelam emptoris.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani requisita sunt Creditum cum hypotheca, possessio debitoris de tempore obligationis, vel postea, & possessio rei conuenti.*

2 *Creditori anteriori competit retentio in bonis sui debitoris contra posteriores.*

3 *Saluianum non datur contra creditorem anteriorem.*

4 *Emptor vtitur eodem iure defensionis competente suo creditori, & num. 5.*

6 *Hypotheca tacita pro dote non retrotrahitur ad diem promissionis, sed incipit a die solutionis.*

Contrarium tamen tenent Doct. magis communiter num. 7.

Quæ opinio habet locum, si tempore promissionis erat contractum matrimonium; quia, si non erat contractum, retrotrabitur solum ad diem matrimonij. num. 8.

9 *Dos non potest esse ante matrimonium.*

10 *Dotis actio non datur ex promissione facta ante matrimonium.*

11 *Hypotheca est accessoria ad principalem obligationem.*

Et ideo non potest sine illa ab initio consistere. num. 12.

13 *Hypotheca conditionalis retrahitur ad diem promissionis in conditione casuali, vel mixta.*

14 *Conditio*, si sequatur matrimoniũ *est casualis.*

Contrarium est verius, vt num. 15. & 19.

15 *Sponsus recusans contrahere matrimonium post canonicam monitionem censuris adstringi potest ad implendum promissa.*

Si tamen omninò recuset implere est absoluendus a censuris, licet non petatur. num. 16.

Maximè cessante iuramento. num. 17.

18 *Matrimonium debet esse omninò liberum.*

20 *Hypotheca non retrotrabitur ad diem promissionis, quando conditio est potestatina in præiudicium tertij, cui medio tempore bona fuerunt hypothecata.*

21 *Quod iure permittente fit, iustè, et honestè fieri dicitur.*

22 *Hypotheca expressa dotis incipit a die promissionis, non autem a die solutionis illius.*

Pro, si tempore promissionis matrimonium erat contractum; quia, si non erat contractum, incipit a die matrimonij contracti num. 23.

Licet contrarium teneant aliqui Doct. n. 24.

25 *Promissio soluendi dotem infra annum incipit a die matrimonij, non autem a die promissionis.*

26 *Dos non reperitur priuilegiata, nisi in casibus a iure expressis.*

27 *Discussio hypothecæ alterius non admittitur in iudicio Saluiani.*

28 *Maritus, et vxor quando vendunt, ille intelligitur contrahere, ad quem res vendita spectat.*

29 *Æstimatio facit emptionem, & facit rem æstimatam transire in dominium viri.*

30 *Vxor vendens vnà cum viro censetur adhibita ad cautelam emptoris, ne possit illum molestare ratione hypothecæ suæ dotis.*

Maximè si illa reseruet suas dotes super alijs bonis viri num. 31.

Et ideo emptor non potest tunc vti anterioritate hypothecæ dotis contra creditores viri contra eum agentes. num. 32.

Licet contrarium firmet Massi. de confisc. bono. quæst. 31. num. 86. & seq. num. 33.

34 *Vxoris obligatio pro viro de tota dote, vel vltra dimidium est nulla Velleiani renunciatione non obstante.*

Ita ut stante læsione enormissima obligatio illius sit nulla ipso iure. num. 35.

36 *Læsio enormissima dicitur continere dolum re ipsa, qui æquiparatur dolo ex proposito dante causam contractui.*

37 *Dolus quando dat causam contractui, contractus est ipso iure nullus.*

38 *Tempus restitutionis dotis attenditur ad videndum, si adsunt bona viri, itaut vxor non possit dici indotata.*

Si tamen vir decessit notoriè non soluendo non est necessaria discussio bonorum illius. num. 39.

40 *Nullitas quando est introducta fauore alicuius, tertius non habens causam ab eo non potest dare de nullitate.*

Fallit, quando actus est nullus ipso iure. num. 41.

Fallit secundò, quando qui dat de nullitate habet interesse. num. 42.

Ratione interesse potest etiam dari de iure tertij. num. 43.

ALLE-

ALLEGATIO IV.

EXcellentissime Domine. Sententia
lata per Excellentissimum Prætorem Ciuitatis Vrbini Iudicem a
quo ad fauorem Perillustrium DD.
Hæredum de Vbertis contra Perillustres DD. de Rubeis in iudicio vtilis Saluiani, in qua fuit decreta immissio in
possessionem prædii, de quo in actis, venit in
1 gradu appellationis cõfirmanda, † cũ cõcurrant
omnia extrema ad obtinendum in dicto iudicio
vtilis Saluiani necessaria, nempè creditum cum
hypotheca, possessio debitoris de tempore
obligationis, vel postea, & possessio rei conuenti, vt tradunt *Rola. cons. 14. num. 13. lib. 1.
Pract. Ridolphi. par. 2. cap. 6. num. 69. et seq.
Rot. apud Greg. XV. decis. 491. num. 6. et apud
Merli. de pigno. decis. 21. num. 1. et 2. et in Romana Saluiani 16. Ianuar. 1645. in priu. coram
R. P. D. Ghisilerio, et in Romana Census, seù Saluiani 26. Iunij 1647. coram R. P. D. Bichio, et
in Romana Saluiani 18. Martij 1650. coram eodem §. hinc stantibus etc.* & alibi passim.

Quibus non obstat, quod Perillustr. D. Isabella,
a qua DD. de Rubeis acquisiuerunt prædium,
habeat hypothecam anteriorem pro suis dotibus contra Perillustrẽ D. Cæsarem Valentinum
de Mondulpho eius virum, & principalem debitorem, vt apparere dicitur ex apocha sponsalitij, & promissionis dotis eidem factæ, de qua
2 in actis, † Vnde sicut eidem D. Isabellæ competijsset retentio aduersus DD. Hæredes de
Vbertis actores, vti creditrici anteriori *Rot. decis. 303. num. 2. et 3. par. 4. rec. et apud Buratt.*
3 *decis. 854. num. 3.* † Et contra eam, vti habenteni iura anteriora, cessaret Saluianum *l. 2. ff. qui
potio. in pign. hab. Scapuc. de Saluia. lib. 2. quæst.
6. num. 2. Rot. apud Buratt. decis. 844. nu. 1.
et post Merli. de pigno. decis. 33. num. 10. et decis.
50. num. 8. & in Romana Saluiani de Casalibus
21. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro §. tertia
oppositio &c.*

4 Ita etiam cessare debeat contra DD. de Rubeis emptores, qui vtuntur eodem iure defensionis *l. inuitus 199. §. plerumq; ff. de reg. iur. Bald.
in l. emptori 28. in prin. C. de euictio. Rot. in d.
Rom. Saluiani de Casalibus in d. §. tertia opposi-*
5 *tio &c.* † et qui possunt se tueri eadem exceptione retentionis, vti illius singulares successores *l. si potiores 3. C. de his qui in prio. credi.
loc. succed. Surd. cons. 4. num. 8. lib. 1. Scapuc.
de Saluia. lib. 2. quæst. 6. versic. res verò &c.
Pacif. de Saluia. inspect. 2. cap. 2. num. 229. Rot.
decis. 318. num. 26. par. 6. rec. & in d. Rom.
Saluiani de Casalibus in d. §. tertia oppositio*, &
rursus *in eadem causa 11. Martij 1643. coram
R. P. D. Peutingerio §. quo verò &c.*

Quia respondeo negando assumptum anterioritatis hypothecæ D. Isabellæ, quæ non adest in
casu, de quo agitur, quia ex apocha matrimoniali confecta sub die 26. Februarij in iudicio exhibita non constat de aliqua hypotheca expressa ex parte D. Valentini viri de restituendo dotem promissam ad fauorem ipsius D. Isabellæ,
vt ex ea clarè est videre, & ideo ipsi non possunt vti, nisi hypotheca tacita per legem fauore dotis mulieri concessa ad tex. in *l. vni. §. &
vt plenius C. de rei vxo. actio.* & tradunt *Gomez.
ad leg. Taur. 50. sub. num. 37. Fachin. cons. 50.
sub num. 7. lib. 2.* latè *Altogra. cons. 33. nu. 25.
lib. 1. & Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap.*
6 *13. glo. 3. num. 31.* † Quæ non est retrahenda
ad diem promissionis, sed solùm initium sumit
a tempore solutionis ipsius dotis, vt voluerunt
Doct. quamplures, & præcipuè *glo. singularis
in l. assiduis 12. in verbo hypothecam C. qui potio.
in pign. habe.* quam commendant ibi *Iacob. col.
1. in fin. & Bald. num. 6. in fin.* dicens, alibi non
reperiri *Specul. de obliga. & solut. §. ante omnia
versic. sed pone contraxi &c. & ibi Bal. in addit.
Bald. nouel. de dote par. 10. num. 39. & seq Bald.
in l. 1. in fin. ff. qui potio. in pign. hab. Ripa in
l. priuilegia. 16. num. 14. ff. de priuil. credito.
Ant. Gomez. ad leg. 50. Taur. num. 38.* vbi dicit, hanc esse certam sententiam. *Socc. Sen. cons.
41. num. 25. lib. 4.* & hanc opinionem latè
comprobat *Menoch. cons. 851. num. 23. & seq.
lib. 9.* itaut illa dici possit communiter recepta
per Doct.

7 Et licet contrariam opinionem teneant quamplures Doct. quos referunt, & sequuntur *Merli.
de pigno. lib. 3. quæst. 74. num. 6. & 23. Altogra.
cons. 33. num. 14. & seq. lib. 1.* & nouissimè *D.
Andreol. contro. 355. num. 20. & seq.* qui testautur de veriori, & magis communi Doct. opinione, id tamen non nocet DD. Hæredibus de
Vbertis, qui acquisiuerunt hypothecam post
dotis promissionem, sed ante contractum matrimonium, quia, admissa d. opinione pro vera,
illa tamen habet locum, si tempore promissionis dotis erat contractum matrimonium, alias
8 secus † & sic a die matrimonij d. hypotheca
tacita incipere debet, vt dixi infra quo ad hypothecam expressam, vt tradunt *Bald. Nouel. de
dote par. 10. num. 37. & seq. Negus. de Pigno.
in 4. membr. 2. par. num. 80. Boer. decis. 331.
num. 1. Thesa. Iun. quæst. foren. 34. num. 4. lib.
2.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum. *Io: Franc. à Ponte
cons. 80. num. 5. & seq. lib. 1.* vbi testatur de
communi opinione *Hier. Lauren. decis. Auenio.
25. num. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 19.
num. 12.* vbi subiungit, hypothecam tacitam
non differre ab expressa, & ideo sicut illa retrotrahitur non ad diem promissionis, sed ad diem
matri-

matrimonij, ita ad d. diem retrotrahi debet tacita, vt ibi per eum, & eandem opinionem tenent etiam Barbo. in l. 1. par. 3. sub num. 34. ff. solu. matri. Gratia. discep. foren. cap. 804. num. 2. & seq. par. 5. Pacif. de Saluia. inspec. 3. cap. 4. num. 43. Paitel. ad expedit. ciuil. 84. sui patris num. 8. & seq. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 13. glo. 3. num. 32. Giouagno. cons. 26. sub num. 13. lib. 2. cum quibus pertransit etiam Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1594. vbi dicit, quod Doct. tenentes, hypothecam tacitam pro dote esse retrahendam ad diem promissionis, supponūt, matrimonium esse contractum in dicto tempore, & idem tradit in append. ad d. cap. 4. num. 113. a qua opinione, vti per Doct. magis communiter recepta, & etiam veriori, attentis rationibus infrascriptis, non puto, vllo pacto esse per Iudicem in iudicando recedendum.

Et ratio est, quia licèt dos fuerit promissa ante
9 matrimonium contractum, † dicto tamen tempore non potest esse dos l. 3. & ibi glo. ff. de iur. doti l. incestæ 52. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de donat. ante nupt. & in terminis tradit Feder. de Solis de dote quæst. 38. vbi hoc benè comprobat, & contrarijs rationibus satisfacit, & sic promissio dotis non videtur subsistere ante matrimonium, & antequā nuptię cum effectu contrahantur, vt in puncto animaduertunt Gratia. d. cap. 804. num. 16. Thesa. Iun. quæst. foren. 34. num. 5. lib. 2. & Federic. de Solis d. quæst. 38. per tot.

10 Ita vt ex dicta promissione nulla principalis actio dotis dari debeat d. l. 3. & l. plerumque 11. ff. de iur. doti. d. l. fin. C. de donat. ante nupt. Barbo. in d. l. 1. par. 3. num. 34. versic. postremò &c. ff. solu. matr. quem refert, & sequitur Gratia. d. cap. 804. num. 2. & 3. et num. 16. Giurba ad consuet. Messan. par. 1. cap. 3. glo. 5. num. 37. alios referens concordantes.

Cessante autem actione, neque dabitur hypo-
11 theca pro dote, † quæ, vti accessoria ad principalem obligationem, Surd. decis. 271. num. 4. Costa de retrotra. cap. 8. casu 31. num. 5. Gratia. d. cap. 804. num. 17. latè Capic. latro. decis. 156.
12 et seq. lib. 2. † non potest sine ea ab initio consistere Alex. cons. 134. num. 20. lib. 6. Negus. de pigno. in primo membr. 3. par. num. 9. Gratia. d. cap. 804. num. 17. Surd. d. decis. 271. num. 4. Costa d. casu. 31. num. 5. Merli. de pigno. lib. 5. quæst. 23. num. 1. et seq. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 10. num. 1155. et quæst. 11. num. 1255.

13 Quibus non obstat, quod hypotheca, quę accedit obligationi conditionali, existente conditione, retrotrahitur ad diem contractus, & obligationis, quando sumus in conditione casuali, vel mixta, non autem in potestatiua l. pen. ff. qua res pign. oblig. poss. l. 1. et l. potior. 11. §. videamus, & l. qui balneum 9. §. amplius ff. qui potior in pign. habe. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 1. & 2. & seq. Costa de retrotract. d. casu. 31. n. 8. & seq. Rot. post Salgad. in Laber. Cred. decis. 99. n. 10. & seq. in qua conditione casuali, vel
14 mixta nos versari videmur, † qualis est conditio, si sequatur matrimonium, quæ in promissione dotis semper intelligitur d. l. plerumq; 11. ff. de iur. doti. Merli. de pigno. lib. 3. quæst. 74. num. 16. Rota apud Grego. XV. decis. 428. num. 1. non autem in potestatiua, cum ille, qui dedit fidem de contrahēdo matrimonio, possit, & debeat compelli ad illud contrahendum, nisi aliquod triste timeatur Abb. in cap. requisiuit 17. num. 4. & seq. de sponsa. Gratia. d. cap. 804. num. 10. P. Sanchez. de matrim. lib. 1. disput. 29. num. 4.

Quia respondeo, quod conditio prædicta, si sequatur matrimonium, non est vllo modo casua-
15 lis, vel mixta, sed est potestatiua, † quia licèt sponsus recusans contrahere matrimonium post canonicam monitionem censuris etiam adstringi possit ad adimplendum promissa, siuè illa sint iurata, siuè non, vt latè comprobat P. Sanch. de matrim. d. disput. 29. num. 4. & post eum P. Paul. Laiman. in sua Theol. moral. lib. 5. tract. 10. par. 1. cap. 1. sub num. 4. vbi testatur de communi, & seruata in practica opinione alios adducens ita sentientes Thoma. decis.
16 March. 84. num. 3. & seq. vbi plenè, † si tamen sponsus recuset contrahere ratione libertatis matrimonij, quæ semper in eo requiritur, non potest præcisè compelli ad adimplendum, sed absolui debet a censuris, quæ per modum medicinæ feruntur in dicto casu, etiam ipso non petente, vt tradunt Innoc. Io. Andr. Butri. Ancar. Boich. Prapos. & alij Canonistæ in cap. ex litteris 10. de sponsa. Gratia. d. cap. 804. num. 18. & seq. Couar. in 4. Decretal. par. 1. cap. 4. init. num. 5. Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 17. num. 8. & seq. Thoma. d. decis. March. 84. num. 6. & seq. Adden. ad Buratt. decis. 311. num. 5. P. Sanch. de matri. d. disput. 29. num. 7. & seq. P. Laima. in d. tract. 10. par. 1. cap. 1. sub num. 4. in fin. Philiar. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 1. P. Dian. in Summa in verbo Sponsalia num. 18. versic. sed aduertè &c. Rota apud Duran. decis. 242. in fin. vbi aliæ decis. allegantur.

17 Maximè cessante iuramento, vt in casu nostro, vt post Abb. Alex. de Neuo. Rosell. & Greg. Lopez. per eum adductos firmat P. Sanch. d. disput. 29. nu. 5. & Rota apud Duran. d. decis. 242. in fin. vbi dicit, ita omnes tenere.

18 Cum matrimonium esse debeat omninò liberum cap. cum locum 14. cap. gemma. 29. de sponsa. card. Manti. de tacit. d. tit. 17. num. 8. & seq. Thoma. d. decis. 84. num. 6. Rota apud

Buratt.

Buratt. decis. 86. *num.* 34. *& apud Cocci. decis.*
19 437. *num.* 1. † Et quod dicta conditio sit per omnes supradictos omninò potestatiua, adnotarunt *Gratia. d. cap.* 804. *num.* 18. *& seq. & Merli. de pigno. d. quæst.* 74. *num.* 16.

20 Quando verò conditio est potestatiua, hypotheca retrotrahi non potest ad diem promissionis in præiudicium tertij, cui bona medio tempore fuerunt hypothecata, sed incipit a die purificatæ conditionis, & sic in casu nostro a die sequuti matrimonij, vt tradunt *Neguf. de pign. in 2. memb. 5. par. num.* 10. *versic.* 16. *&c. Giouagno. cons.* 35. *num.* 2. *& seq. lib.* 1. *Thesa. Iun. quæst. foren.* 51. *n.* 3. *lib.* 3. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. *Surd. cons.* 335. *num.* 24. *lib.* 3. *Felicia. de cens. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 19. in puncto *Merli. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 74. *num.* 11. *Gratia. d. cap.* 804. *num.* 8. *& seq. & cap.* 856. *num.* 7. 8. *& seq. & nu.* 20. *par.* 5. *P. Sanch. de matri. lib.* 6. *disput.* 37. *ante fin.* latè *Caren. resol.* 39. *nu.* 10. *& seq. & resol.* 44. *post priu.* vbi testatur de communissima opinione, & declarat quando dicatur conditio potestatiua, reprobando distinctionem *Card. Manti.* de conditione potestatiua pendente a voluntate creditoris, vel debitoris, vt ibi per eum, cum quibus pertransit nouissimè *Salgad. in laber. credit. par.* 2. *cap.* 20. *num.* 3. *& seq. & Rot. post eum decis.* 99. *num.* 10. *& seq.*

Neque obstat, si dicatur, quod conditio contrahendi matrimonium non potest dici potestatiua, quia licèt promittens contrahere matrimonium non possit præcisè compelli ad implendum promissa, sed possit a promissione recedere, vt supra probaui, id tamen honestè fieri non dicatur, & ideo intret regula, quod ea facere non posse dicimur, quod honestè facere non possumus, vt in puncto dicit *Vinc. de frãcb. decis.* 677. *num.* 2. Quia respondeo, quod cum recedere a sponsalibus sit a iure promittenti permissum propter libertatem matrimonij, vt tradunt *Doct. adducti supra nu.* 16. id nullo mo-
21 do dici potest inhonestè fieri, ex alia regula, † Quod iure permittente fit, iustè, & honestè fieri dicitur. cap. *quid dicam* 14. *quæst.* 4. *l. si quis fugitiuus* 17. §. *apud labeonem ff. de edilit. edict. Barbo. axiom.* 136. *num.* 12. Aliàs lex diceretur permittere inhonesta, quod est de directo contra magistralem definitionem legis, quæ dicitur sanctio sancta, iubens honesta, & prohibens contraria, vt habetur in *l.* 2. *in fin. & ibi glo. in verbo Non faciendorum ff. de legibus, & in cap. erit autem lex.* 4. *disti. & ibi not. glo. in verbo Honesta*, & in terminis scripsit *Caren. resol.* 44. *num.* 7.

Maximè cum *Vinc. de Franch.* loquatur in diuersis terminis, nempè in viro recusante recipere dotem promissam in præiudicium vxoris, quod benè fieri posse non videtur; nos autem agimus de recedendo a promissione de contrahendo matrimonium, quod, ob libertatem omnimodam illius, iure fieri potest, vt supra probaui, ex diuersis verò non fit illatio *l. papinianus exuli* 21. *ff. de minor. l. vlt. in fin. & ibi Bart. ff. de calumn.* cum alijs relatis per *Barbo. axiom.* 114. *per tot.* ex quibus patet satis manifestè, hanc opinionem esse non solum magis communem, sed etiam veriorem, & ideo in iudicio omninò sequendam.

22 Quę quidem habet locum etiam in hypotheca expressa, circa quam licèt non veniat attendendum tempus solutionis dotium, sed tempus promissionis illarum, & ad d. tempus promissionis illa veniat retrahenda ad tex. in *l.* 1. *& ibi glo. Bald. Ang. & alij ff. qui potio. in pign. hab.* & tradunt *Neguf. de pign. in 4. memb. 2. par. num.* 77. *& seq. & in 1. memb. 5. par. num.* 15. *versic. & non obstat &c. Io: Franc. de Pont. cons.* 80. *num.* 5. *& 6. lib.* 1. *Ceph. cons.* 448. *nu.* 35. *lib.* 3. *Gratia. discep. foren. d. cap.* 804. *num.* 1. *par.* 5. *Card. Manti. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *nu.* 12. *& tit.* 26. *num.* 17. *Costa de retrotr. cap.* 8. *casu.* 31. *in prin. Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1594. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 7. *glo.* 2. *par.* 1. *n.* 27. *& Merli. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 74. *in princ.*

23 Dicta tamen conclusio habet locum quando tempore promissionis dotis matrimonium iam erat contractum, secus tamen si adhuc non erat contractum, cum ad hoc, vt hypotheca expressa retrahatur ad tempus promissionis, requiratur, quod promissio sit facta tempore, quo extabat matrimonium, vel post illud contractum, nam si esset facta ante matrimonium, hypotheca non retrotrahitur ad diem promissionis in præiudicium creditorum, qui contraxerunt cum viro post promissionem dotis, ante tamen quam matrimonium esset contractum, cum ante matrimonium non dicatur propriè dos, vt tenent magis communiter Doct. & præcipuè *Bald. Nouel. de dote par.* 10. *num.* 39. *Neguf. de pign. in 4. memb. 2. par. num.* 79. *& seq. Pacif. de Saluia. inspec.* 3. *cap.* 4. *num.* 43. *Io. Franc. a Ponte cons.* 80. *num.* 5. *lib.* 1. vbi testatur de communi opinione, *Borgni. decis.* 15. *num.* 14. *par.* 3. *Franc. Becci. cons.* 114. *num.* 65. *& seq. lib.* 2. *Card. Manti. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 12. alios adducens ita sentientes, & de communi opinione testantes, latè *Gratia. discep. foren. cap.* 804. *num.* 2. *& seq. et num.* 15. *par.* 5. vbi dicit, ab hac opinione non esse recedendum, & contrarijs rationibus benè respondet *Gait. de credit. cap.* 4. *in append. num.* 113. vbi testatur, hanc esse veriorem, & magis receptam Doct. opinionem, quam tenet etiam *Paitel. ad expedit. ciuil.* 84. *sui patris num.* 8. *& seq. Barbo. in*

l. 1. par.

l. 1. par. 3. num. 34. versic. postremo &c. ff.
solu. matri. Polid. Ripa. obseru. 263. num. 1.
Alex. Trentacinq. var. resol. de pigno. & hipot.
resol. 9. num. 26. & ita sentit *Amat. Rodcri. de*
priuil. credit. tit. 1. num. 26. & seq. Thesa. Iun.
quæst. foren. 34. num. 5. lib. 2. vbi testatur de
communi, & veriori opinione, & benè illam
comprobat *Gargiar. Iun. cons. 97. num. 67. &*
seq. lib. 1. & illam sequitur *Merli. de pigno. lib.*
3. quæst. 74. num. 8. & seq. vbi dicit, hanc opi-
nionem esse communem, & vti veriorem esse
sequendam, & impugnat *Fontanel.* contrarium
tenentem, & illius rationibus benè satisfacit,
& ita fuisse decisum in Mag. Cu. Vic. & in S.
Consilio Neapol. testatur *Reg. S. Felic. decis. 129.*
in fin. lib. 1. quem referunt *Adden. ad Capic. latro.*
decis. 36. num. 9. lib. 1. cum quibus videtur per-
transire *Rota in Firmana prælationis dotis 1. Mar-*
tij 1607. coram R. P. D. Manzanedo, quam re-
ferunt *Adden. ad Rot. decis. 666. num. 3. par. 4.*
rec. tom. 3. dum in ea firmatur, hypothecam
dotalem incipere a die promissionis, & con-
tracti matrimonij, ex quibus apparet manife-
stè, hanc opinionem esse magis receptam per
Doct. & ideò in iudicio ab illa non esse receden-
dum ad nor. per *Bald. & Castr. in l. fin. ff. de*
instit. & subst. & per Ciriac. contro. 399. nu. 2.
& per Altogra. cons. 98. num. 65. lib. 1.
24 Licèt contrarium tenuerint *Fontanel. de pact.*
nupt. clau. 7. glo. 2. par. 1. nu. 32. Griuell. decis.
Dolan. 133. per tot. Molfes. ad consuet. Neapol.
par. 6. de iur. dot. quæst. 3. num. 16. Vinc. de
Franch. decis. 677. per tot. Giurb. ad consuet.
Messan. par. 1. cap. 13. glo. 3. num. 32. Adden.
ad Capic. latro. d. decis. 36. num. 7. & seq. refe-
rentes, ita pluries fuisse iudicatum, & nouissimè
D. Andreol. contro. 355. nu. 6. & seq. qui alios
referunt sectatores huius opinionis, quorum
maior pars de hac quæstione nec verbum qui-
dem faciunt, Quia *Griuell. seù Senatus Dolanus*
fuit sibi contrarius, vt patet ex eius *decis. 67.*
per tot. vbi nostram sequutus fuit opinionem.
Vinc. de Franch. in d. decis. 677. est dubius, &
non se firmat, asserens in fine, in decretis in
contrarium factis non esse faciendam vim ex
rationibus, de quibus ibi per eum. *Thesa. Iun.* qui
pro parte allegatur *d. quæst. foren. 34. num. 4.*
lib. 2. firmat opinionem nostram, dicens, ita
fuisse iudicatum, prout illum pro nobis supra
allegaui, neque nocet authoritas *Giurb.* quia
Neguf. Gomez. & alij per eum adducti tenent
contrarium, & nostram opinionem, & sic se-
cundum illos est intelligendus, maximè cum
ipse *d. par. 1. cap. 3. glo. 5. num. 37.* contra-
rium asserere videatur, dum scripsit, promissio-
nem soluendi dotem infra annum incipere, non
a die promissionis, sed a die nuptiarum, vt di-
xi *infra num. 25.* Vndè restant solum authori-
tates *Molphes. Fontanel. Adden. ad Capic. latro.*
& D. Andreol. quæ non debent præferri autho-
ritati tot Doctorum supra allegatorum.
25 Hinc videmus, quod promissio soluendi do-
tem alicui facta, puta, infra annum, non a die
promissionis, sed a die nuptiarum currere in-
cipit, quia tunc perfectus est contractus *l. tali.*
49. ff. de iure doti, & post Bart. Bald. Alex. Ias.
Castr. Salic. & Aret. per eum relatos tradit *Go-*
mez. ad l. 70. Taur. num. 16. versic. secundò, &
principaliter &c. Gratia. discep. foren. cap. 301.
num. 27. & 28. par. 2. Giurb. decis. 80. sub nu.
15. & ad consuetu. Messan. par. 1. cap. 3. glo. 5.
num. 37. alios adducens concordantes, *Rota*
apud Zacch. de societ. decis. 5. num. 3. & seq. ob
dictam rationem, quia dos non potest esse sinè
matrimonio, vt ibi per eam.
Neque contrarium suadere debent priuilegia do-
tis, quia licèt illius priuilegia sint magna *l. in*
ambiguis 66. ff. de reg. iur. l. 2. & l. in ambiguis
71. ff. de iur. dot. l. 1. ff. solu. matr. l. fin. C. ad
26 *Vellei. cum simil.* † illam tamen non compræ-
hendunt omnes casus vniuersaliter, sed restrin-
guntur tantùm ad casus in iure expressos, vt
tradunt *Ripa. in l. 1. num. 14. & seq. Alcia. nu.*
11. & seq. Soci. Iun. num. 77. Bolognet. nu. 37.
Camill. Visitar. num. 63. Barbo. in 5. par. rub.
num. 3. & seq. & alij ff. solu. matri. & latissimè
comprobant *Adden. ad Rot. decis. 460. num. 1.*
& pluribus seq. par. 4. rec. tom. 2 Nec doti ita
est fauendum, vt aliquid contra iustitiam fiat.
cap. nuper 6. de donat. int. vir. & vxo. nec vt ex
eius priuilegio homines lædi permittendum sit
§. illud quod auth. de æqual. dotis Adden. ad Rot.
decis. 666. num. 49. par. 4. rec. tom. 3.
Secundò principaliter sententia prædicta venit ad
fauorem DD. Hæredum de Vbertis confirman-
27 da, † quia in omnem casum discussio hypo-
thecæ D. Isabellæ vxoris non potest in hoc iudi-
cio merè possessorio tractari, cum illa respiciat
petitorium, quod nihil commune habet cum
iudicio vtilis Saluiani merè possessorio, vt tra-
dunt *Scappuc. de Saluia. lib. 2. quæst. 7. num. 2. &*
seq. Amat. decis. March. 27. num. 6. & seq. Paul.
March. de Saluia. par. 2. cap. 8. per tot. & benè
declarat *Thoma. d. decis. March. 109. num. 5.*
28 Tertiò, & fortius, quia quando maritus, &
vxor vendunt simul rem aliquam, ille intelligi-
tur contrahere, ad quem res vendita spectat.
Rola. cons. 64. num. 5. lib. 1. Hond. cons. 45. nu.
28. lib. 1. Amat. d. decis. 27. num. 11. Thoma.
d. decis. 109. num. 6. Ciriac. contro. 37. nu. 28.
& contro. 251. num. 29. & 30. Rot. decis. 476.
in fin. par. 4. recen. In casu verò, de quo agitur,
bona vendita DD. de Rubeis per D. Isabellam,
& D. Cæsarem iugales spectabant ad ipsum vi-
rum, cum ei fuerint data in dotem æstimata
29 pro quantitate ei promissa, † quæ æstimatio

facit emptionem, & facit, rem æstimatam transire in dominium viri. *Thob. Noni. conf.* 52. *num.* 5. *Franc. Becci. conf.* 42. *num.* 6. *lib.* 1. *Cephal. conf.* 351. *num.* 13. *&* 31. *lib.* 3. *Surd. conf.* 225. *num.* 2. *lib.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 38. *num.* 27. *& seq. par.* 1. latè *D. Andreol. contro.* 130. *num.* 2. *& seq.* quamplures adducens ita sentientes. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 573. *num.* 4. *& ibi Adden. num.* 16. *eadem Rot. decis.* 52. *num.* 2. *& seq. par.* 6. *recen. & apud Merli. de pigno. decis.* 39. *num.* 12. *versic. prout &c.*

30 Ex quo sequitur, quod ipsa D. Isabella in venditione dictorum bonorum censeatur tantùm adhibita ad cautelam DD. de Rubeis emptorum, ad effectum ne posset illos vexare ratione hypothecæ suæ dotis, & sic nullum ius censeatur transtulisse in DD. emptores, sed solum d. venditio produxerit effectum liberationis a nexu hypothecæ pro suis dotibus super bonis venditis *Natt. conf.* 552. *num.* 6. *versic. videtur autem &c. lib.* 4. *Vrsill. ad Affli. decis.* 209. *num.* 3. *&* 4. *Crauc. conf.* 91. *num.* 1. *&* 2. *Osasch. decis. pedem.* 140. *num.* 2. alios adducens sectatores, *Scappuc. de Saluia. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 3. *Card. Manti. de tacit. lib.* 4. *tit.* 22. *num.* 5. alios pariter adducens ita sentientes, *Thesau. decis. pedem.* 222. *num.* 14. *Thoma. d. decis.* 109. *num.* 7. & benè in terminis nostris declarat *D. Andreol. contro.* 162. *num.* 4. & ante eum *Ciriac. contro.* 37. *num.* 19. *& seq. & contro.* 251. *num.* 29. *&* 30. qui loquitur in fortioribus terminis, nempè etiam si res vendita sit dotalis, cum illa sit in dominio viri, vt ibi per eum, & sequitur *Rota decis.* 472. *num.* 2. *par.* 1. *diuer.* itaut dubitandum non sit, hanc opinionem esse communiter receptam per Doctores.

Qualiscumque enim modus seruetur a muliere, & viro simul contrahentibus simulatus, & fucus præsumitur, & viget semper præsumptio legis ad fauorem vxoris, illam fideiussisse pro viro, nisi constet contractum in eius vtilitatem cessisse, vt not. *Card. Manti. de tacit. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 44. *Maresc. var. resol. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *& seq. & Ciriac. d. contro.* 37. *num.* 19. *&* 20. *& seq.*

31 Quod quidem censeo expeditum in casu de quo agitur, in quo D. Isabella sibi reseruauit suas dotes super alijs bonis viri, & super illis D. Cæsar vir illam cautam reddidit, vt ex eodemmet Instrumento venditionis videre est, vndè cessio facta DD. Emptoribus restringi debet, vt non compræhendat ius reseruatum, *Rim. Iun. conf.* 276. *num.* 44. *Decia. conf.* 132. *num.* 27. *lib.* 2. *& conf.* 3. *num.* 241. *lib.* 4. quos refert, & sequitur *D. Andreol. d. contro.* 162. *num.* 5. *& Thoma. d. decis.* 109. *num.* 7. *&* 8. *& seq.*

32 Cum igitur D. Isabella per venditionem factam vnà cum viro solum fuerit adhibita ad cautelam DD. Emptorum, ita vt solum censeatur liberasse bona vendita ab hypotheca super illis sibi competenti pro suis dotibus, & sic nullum ius hypothecæ dicatur in emptores transtulisse, sed illa vnà cum actione personali remanserit penes ipsam vxorem, vt firmant *Gabr. conf.* 41. *per tot. & præcipuè num.* 14. *&* 23. *lib.* 2. *Thoma. d. decis.* 109. *num.* 10. *Antoncl. conf.* 96. *num.* 2. *& seq.* necessariò sequitur, quod DD. Emptores nullo modo vti possint iuribus D. Isabellæ ad impediendam immissionem DD. Hæredibus de Vbertis in hoc iudicio vtilis Saluiani per eos intentati, vt in terminis tradunt *Amat. d. decis.* 27. *num.* 3. *Scappuc. de Salui. lib.* 2. *quæst.* 7. *n.* 3. *& ibi Adden. Thoma. d. decis.* 109. *num.* 5. *& seq.* dicens, ita in illa Rota fuisse iudicatum, & *D. Andreol. d. contro.* 162. *per tot.* dicens, pariter ita fuisse iudicatum in Rota Lucensi.

33 Quibus non obstat contra prædicta doctè quidem adducta per *Massi. de confisc. bono. quæst.* 31. *num.* 86. *& seq.* post hæc scripta visus, firmans, quod obligatio vxoris etiam fideiussorio nomine pro viro est valida quando illa renunciauit beneficio Velleiani cum iuramento, qua validitate stante, sicut emptor potest agere contra vxorem pro euictione promissa, ita, si conueniatur a creditoribus viri, potest se tueri cum iuribus d. vxoris suæ debitricis anterioribus contra ipsos creditores, vt ipse latè comprobat. *num.* 86. *et seq.* Quia quicquid sit de prædictis, quæ non transeunt sine difficultate, e contra quæ plura adduci possunt, illa non no-

34 cent in casu de quo agitur, † in quo obligatio D. Isabellæ vxoris non potest sustineri ex renunciatione Velleiani, etiã cum iuramento, cũ ipsa obligauerit totam ferè eius dotem pro viro, & longè vltra dimidiam, ita vt eius obligatio, & promissio, vti continens læsionem enormissimam, & relinquens illam ferè indotatam, vti contra publicam vtilitatem, sit nulla, & inualida, iuramento, & renunciatione Velleiani non obstantibus, vt tradunt *Gratian. discept. foren. cap.* 723. *num.* 12. *&* 18. *par.* 4. *Gail. de credit. cap.* 4. *quæst.* 7. *n.* 961. *& seq. Thesaur. decis.* 223. *num.* 13. vbi dicit, ita per Senatum fuisse iudicatum, *Gail. pract. obser. lib.* 2. *obseru.* 77. *num.* 11. vbi testatur de communi opinione *Manr. de fideius. par.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *n.* 103. *& seq. Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. *Sperell. decis.* 164. *num.* 30. *&* 31. *Ciriac. controu.* 216. *num.* 19. *& seq. D. Andreol. controu.* 376. *num.* 3. latè comprobans, & pluries tenuit *Rot.* vt videre est apud *Manci. de iuram. par.* 4. *effect.* 202. *in fin. apud Cenc. de cens. decis.* 33. *num.* 5. *apud Card. Seraph. decis.* 1187. *num.* 2. *apud Gilian. ad Stat. Perus. decis.* 5. *n.* 5. & alibi passim.

Ita

35 Ita vt, stante enormissima læsione satis longè vltra dimidium, non sint necessaria remedia rescissoria, sed promissio, & obligatio D. Isabellæ sit nulla ipso iure, vt scripserunt *Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. par. 6. n. 59. & 60. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 13. n. 43. Post. de subhast. inspect. 59. num. 5.* latè *Giurb. decis. 105. in princ. Arias de Mesa resol. lib. 1. cap. 36. num. 1. Thes. decis. pedem. 165. num. 6. & 7. Donat. Ant. de Marin. resol. lib. 1. cap. 153. num. 3.* & latè comprobat *D. Andreol. controu. 214. num. 6.* quamplures adducens Doct. authoritates *Capic. latr. consult. 35. num. 27. & seq. n. 48. & seq.* etiam si sit iurata *D. Andreol. vbi sup. n. 7. Capic. latr. vbi sup. n. 27. & seq.* qui alios adducunt.

36 Læsio enim enormissima dicitur continere dolum re ipsa, qui æquiparatur dolo ex proposito dante causam contractui, vt post *Iac. Gall. Canc. & Ger. Spin.* per eum relatos tradit. *D. Andreol. d. controu. 214. n. 7. Giurb. d. decis. 105. post prin. Rot. apud Salgad. in laber. credit.*
37 *decis. 24. n. 19.* † quando verò dolus dat causam contractui, contractus est ipso iure nullus, etiam si sit iuratus, *Guttier. de iuram. cap. 37. n. 12. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 6. de contract. cap. 10. q. 2.* latè *Capic. latro d. consult. 35. num. 27. & seq.* qui alios adducit concordantes quamplures, quos refert, & sequitur *D. Andreol. d. controu. 214. n. 7.* benè *Rota in Bononien. fideicommissi de Maluetijs 7. Maij 1640. coram R. P. D. Peutingerio. §. ex quibus &c.* Maximè cum notoriè constet, vt mihi in facto supponitur, non adesse aliqua bona D. Cæsaris
38 viri tempore restitutionis dotis, † quod attenditur ad hunc effectum, secundum veriorem, & æquiorem opinionem, vt tradunt *Gratia. d. cap. 723. in fin. & Rot. apud Zaceb. de oblig. cam. decis. 100. n. 9.* nec non *Seraph. Canc. Galler. Fontanel. Hodier. Magon. Vinc. de Franch. & Ant.*
39 *Fabr. relati per Massin. d. q. 31. n. 133.* † & ideò non sit necessaria aliqua discussio bonorū illius. *Corn. cons. 46. num. 5. seq. lib. 2. Neguſ. de pign. in pr. memb. 8. par. n. 19. Gratian. d. cap. 723. n. 19. Pastel. ad expedit. ciuil. 4. sui patris num. 28. Thes. quæst. forens. 54. per tot. lib. 3. Rot. in Nouarien. pecuniaria 26. Iunij 1652. coram R. P. D. Bichio §. non obstat quod &c.*

40 Quibus non nocet, quod DD. Hæredes de Vbertis, qui procurant obtinere immissionem super prædio, vti tertij non habentes causam a D. Isabella, non valeant dare de nullitate obligationis eiusdem, cum illa fuerit introducta tantùm ad fauorem D. Isabellæ vxoris, vt latè comprobat idem *Massin. in d. quæst. 31. n. 101.* & pluribus sequen. alios adducens.

41 Quia cum dicta obligatio D. Isabellæ, vti cōtinens læsionem enormissimam, sit ipso iure nulla, vt probaui *sup. n. 35.* d. nullitas potest a quocumq. allegari, & deduci, vt docent *Surd. decis. 108. num. 15. & seq.* vbi hoc benè probat, & quamplures adducit Doct. authoritates, quem sequitur *ibi Hodiern. n. 1. & seq.* alios pariter adducens concordantes, *Scappuc. de Saluian. lib. 2. quæst. 16. num. 15. & ibi Adden. Gratian. discep. forens. cap. 691. num. 6. & seq.* latè comprobans *par. 4. Thomat. decis. March. 101. n. 17. & seq. Merlin. Pignat. contr. foren. lib. 1. cap. 21. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 7. num. 54. Ciriac. controu. 181. n. 18. & controu. 252. num. 38. & 39.* vbi dicit, ita pluries fuisse iudicatum *Rot. decis. 447. in fin. par. 5. rec. lib. 2.*

42 Maximè cum DD. Hæredes de Vbertis habeant interesse, quo casu etiam tertio licet ratione proprij interesse dare de nullitate. *Scappuc. de Saluian. d. quæst. 16. num. 14. & ibi Adden.* plura afferentes exempla. *Thomat. decis. March. 101. num. 14. Gratian. discept. foren. cap. 691. num. 15. & 16. part. 5.* quamplures adducens ita sentientes *Rot. decis. 247. num. 5. part. 1. diuer.* addo *Post. resol. 25. num. 15.*

43 Ratione enim interesse potest etiam dari de iure tertij, vt voluerunt *Surd. decis. 301. n. 15. Ceph. cons. 133. n. 125. lib. 1. Menoch. cons. 1. num. 121. lib. 1. Mangil. de euiction. quæst. 126. num. 8. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 15. num. 48. Gratian. d. cap. 691. num. 15. & seq.* plenè *Salgad. in laber. credit. part. 2. cap. 22. num. 64. Post.* vbi supra.

Quare, &c. Saluo, &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Dos quando est promissa in quantitate, si pro illa detur fundus in solutum, an censeatur datus iure fundi dotalis, vel datio prædicta faciat emptionem, itaut transeat in dominium viri. Æstimatio rei dotalis quando faciat emptionem, itaut maritus non teneatur ad restitutionem rei dotalis, sed æstimationis: & quid stantibus coniecturis, quarum plures adducuntur. Dominium rei dotalis an sit penes vxorem, vel penes virum. Exceptio præscriptionis quando obstet in Saluiano, & fructus census an præscribantur vnica præscriptione, vel tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in iudicando non debet recedere a communi opinione.*

2 *Dos quando est promissa in quantitate, quod datur postea in eius satisfactionem non est dotale.*

Sed transit in dominium viri. n. 3.

Ita vt, soluto matrimonio, non teneatur restituere bona in dotem tradita, sed illorum æstimationem. num. 4.

Maximè si bona data sint æstimanda per homines communiter eligendos. num. 5.

6 *Dotalem non esse fundum datum viro pro dote in quantitate promissa, multum valent coniecturæ.*

Coniecturam vnam facit Clausula iure proprio, & in perpetuum. *num.* 7.

Item Clausula Constituti, *num.* 8.

Item Clausula ad habendum. *n.* 9.

Item mentio pretij in Instrumento *dationis bonorum, num.* 13.

Alia est, si dictum quam dotem promisit restituere, &c. *num.* 14.

Secus, si sit promissa restitutio in ijsdē rebus habitis, & consignatis. n. 15. & 31.

Aliam faciunt coniecturam verba Instrumenti, dederunt, cesserunt &c. *num.* 16.

Item promissio de euictione in forma amplissima. num. 20.

10 *Clausulæ accessoriæ non alterant naturam constitutionis dotis, nec illam faciunt transire de vna specie ad aliam.*

Quod procedit, quando bona non fuerunt data æstimata, secus si illa data sint in solutum ad computum dotis. num. 11.

Item quando dictæ clausulæ sunt appositæ in executiuis, secus si in dispositiuis. num. 12.

17 *Vxor verè dicitur domina dotis constante matrimonio, non autem maritus.*

18 *Maritus aliquando appellatur dominus dotis inæstimatæ.*

Dictum tamen dominium est fictum, improprium, & imaginarium. num. 19.

21 *Bona data in dotem fiunt dotalia, saltē pro parte, stante stipulatione viri pro se, & vxore.*

Fallit stantibus coniecturis suadentibus, esse factam emptionem, quia tunc verba stipulationis impropriantur. num. 22.

23 *Emptori habenti iura cessa anteriori pulsato iudicio Saluiani competit retentio.*

Fallit in casu, de quo num. 24.

25 *Æstimatio non facit emptionem, quando est facta ad sciendum valorem rei.*

26 Rota, & Gratian. *asserentes, æstimationem factam ex interuallo non facere emptionem, declarantur.*

27 *Æstimatio rei in dotem datæ quando dicatur facta ad sciendum valorem rei.*

28 *Æstimatio rei in dotem datæ semper facit emptionem, nisi appareat de contraria partium voluntate.*

29 *Æstimatio rei in dotem data non facit emptionem quando pretium non est iustum.*

30 *Disposita ad vnum finem non debent contrarium operari.*

32 *Exceptio præscriptionis non obstat, si non sit opposita ad impediendum processum.*

33 *Præscriptio contra creditorem agentem contra tertium possessorem non currit non probata scientia alienationis bonorum in eum.*

34 *Præscriptio vnica nō sufficit in fructibus census, sed tot debent esse præscriptiones, quot sunt anni.*

35 *Non valenti agere non currit præscriptio.*

ALLEGATIO V.

EXcellentissime Domine. Fuit aliàs satis latè demonstratum, hipothecam dotalem per Illust. D. Isabellæ de Oddis Vrbinaten. incipere debere, non a die promissionis dotis, sed a die sequuti matrimonij, cum dos sine matrimonio esse non possit, quā opinionem cum sequantur Doctores numero longè plures, & authoritate insignes, nempè *Bald. Nouel. Negus. Pacif. Io. Franc. a Ponte, Borgni. Franc. Becci. Card. Mantic. Gratian. Gait. Paitel. Barbos. Polid.* Ripa, *Trentacinq. Amat. Roderic. Gargiar. Iun. Thes. Iun. Merlin.* Rot. *Rom. & alij*, qui ferè omnes de communi, magis communi, & veriori opinione testantur,

1 † non licet, nisi temere, in iudicando ab ea recedere, ad not. per *Ant.* Maiam *Corat. in tract. de commun. opin. lib. 2. tit. 8. in spe. 2. praecipuè n. 14. & per Ciriac. contro. 399. n. 2.* Quicquid contrarium tenuerint *Fontanel.* Molph. *Vinc. de Franch. Griuell. Giurb. Adden. ad Capic. Latro & D. Andreol. in locis in alleg. praeced.* adductis, quos iure merito reprobant *Gratian.* Mer*lin. & alij Doct.* ibi relati, maxime cum aliqui ex eis sint sibi cōtrarij, alij non benè se firment, vt ego ostendi in d. *Allegat. n.* 24. & alij loquantur in diuersis terminis, nempè quod hipohteca dotis retrotrahitur ad diē promissionis, non autem solutionis; nos autem quærimus, an attendendum sit tempus promissionis, vel matrimonij, quæ inter se longè distare omnibus notum est.

Fuit etiam dictum, quod quandò vir, & vxor vendunt aliquod prædium, ille intelligitur contrahere, ad quem res vendita spectat, vt docent *Rolan. Hond. Amat. Thomat. & Ciriac. in loc. ibi adduc. n.* 24. & quod ille, ad quem res vendita non spectat, prout est D. Isabella vxor in casu, de quo agitur, censetur tantùm adhibitus ad cautelam emptoris, ad effectum, ne possit illi vexare ratione suæ hipothecæ, & ideo quod

nullum

nullum ius tranſmiſit in emptorem, vt notant
Natt. Scapuc. Card. Manti. Theſa. Tomat. Ciriac.
& D. Andreol. in loc. ibi adduct. n. 26. ex qui-
bus ſequitur, quod non poſſint DD. de Rubeis
emptores ſe tueri iuribus D. Iſabellæ ad impe-
diendam immiſſionẽ DD. Hæredibus de Vber-
tis, vt tradunt *Amat. Scapuc. Thomat. D. An-
dreol.* ibi allegati, maximè cum obligatio D.
Iſabellæ ſit nulla, uti excedens dimidiam dotẽ,
quæ vnà cum alijs ibi allatis breuitatis gratia
non refero, quibus non video exaduerſo ali-
quam afferri reſponſionem.
Quod verò prædium venditum per dictos DD. Iu-
gales ſpectet ad D. Cæſarem virum, non au-
tem ad D. Iſabellam vxorem, in quo exaduer-
ſo maximè inſiſtitur, videtur clariſſimum ex il-
la concluſione communiter recepta per Docto-
2 res,† quod quando facta fuit promiſſio dotis in
quantitate, prout factum fuit in caſu noſtro,
vt apparet ex Apoca exhibita ibi, *Con dote di
due milia cinquecento Scudi etc.* & ex inſtrumen-
to, ibi *Cum dote, & dotis promiſſione ſcutorũ duo-
rum millium quingentorum currentium* &c. Quic-
quid deinde traditur viro in eius ſatisfactionẽ
non cenſetur traditum iure fundi dotalis, niſi
talem ſpecialiter fuiſſe eorum voluntatem li-
quidò conſtet, ſed dos dicitur eſſe, & remane-
re in quantitate, non autem in illa re tradita, vt
tradunt *Rolan. conſ. 86. n. 5. lib. 4. Thob. Noni.
conſ. 52. n. 5. Hond. conſ. 41. n. 18. lib. 1. Grati. di-
ſcept. foren. c. 38. n. 27. & ſeq. par. 1. & c. 932.
num. 2. par. 5. Theſ. quæſt. forenſ. 21. in princ.
lib. 3. Ceph. conſ. 351. num. 13. & ſeq. lib. 3.
Fachin. controu. iur. lib. 12. cap. 74. ver. quarto
quia &c. Franc. Becc. conſ. 42. num. 6. lib. 1.
Surd. conſ. 269. num. 19. vol. 2. Giurb. ad con-
ſuet. Meſſan. par. 1. cap. 15. gloſ. 1. num. 11.*
alios adducens, *Merlin. de Pignor. lib. 2. quæſt.
19. num. 47. & ſeq. Theod. Rube. in ſing. Rotæ
Rom. tom. 1. ad deciſ. Platti. 91. n. 2. Adden. ad
Greg. XV. deciſ. 573. num. 16. Rot. deciſ. 476.
num. 1. & ſeq. part. 4.* rec. *& apud Merlin. de
pignor. deciſ. 114. num. 6.* vbi ponderat eadem
verba noſtri Inſtrumenti, ibi, *Cum dote, & do-
tis promiſſione &c.* & alia verba ibi. *Ad compu-
tum dotis, & deciſ. 144. num. 10.* vbi aliæ re-
cenſentur, *& deciſ. 52. per tot. part. 6. recen.*
3 Et bona ita tradita, & conſignata viro pro
dote in quantitate ei promiſſa, vti æſtimata,
tranſeunt in dominium ipſius viri *l. quoties 5.
& ibi Bald. num. 8. & l. cum dotem 10. C. de
iur. dot. Rolan. d. conſ. 86. n. 5. Ceph. d. conſ.
351. num. 13. & 30. Card. Mant. de tacit. lib. 12.
tit. 28. n. 5. Gratian. diſcept. foren. d. cap. 932.
num. 2. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8.
par. 13. num. 8. & ſeq. Hond. conſ. 77. num. 5.
lib. 2. Giurb. d. gloſ. 1. num. 3.* alios adducens.
*Rot. d. deciſ. 476. num. 2. & apud Merlin. de
de pignor. d. deciſ. 114. num. 6.*
Cum in d. caſu bona prædicta cenſeantur ab vxo-
re vendita viro, & illam ab eo prætium rece-
piſſe, & fingatur, ſtatim pecuniam receptam ab
ea numeratam eſſe viro in cauſam dotis, facien-
do duos contractus, vnum occultum, & alium
manifeſtum, vt tradunt *Franc. Becc. d. conſ. 42.
num. 3. Rolan. conſ. 92. num. 11. lib. 2. Surd.
deciſ. 99. num. 9. Fachin. d. cap. 74. verſ. ter-
tio &c. Fontanel. d. par. 13. num. 11. Giouagn.
conſ. 4. num. 2. lib. 2. Rot. d. deciſ. 52. num. 3.
part. 6. recen.*
4 Ita vt, ſoluto matrimonio, maritus, ſiuè illius
hæredes non teneantur vxori reſtituere bona in
ſolutum data, ſiuè æſtimata, ſed tantùm illorũ
prætium *l. quoties 5. C. de iur. dot. Ludou. deciſ.
Peruſ. 89. per tot. Thob. Non. d. conſ. 52. n. 5.
Hond. 14. num. 45. & ſeq. lib. 1. & conſ. 77.
num. 5. lib. 2.* alios adducens *Theſa. Iuu. d.
quæſt. 21. num. 2. lib. 3. Paitel. expedit. ciuil.
47. num. 116. & ſeq. Fontanel. d. clauſ. 5. gl. 8.
part. 13. num. 8. & ſeq.* vbi dicit, ita pluries in
illo Senatu fuiſſe iudicatum, *Io. Franc. a Ponte
conſ. 71. num. 9. lib. 1.* benè *Giurb. d. cap. 15.
gloſ. 1. num. 5.* alios referens ita ſentientes, *Rot.
d. deciſ. 52. num. 2. et ſeq. part. 6. rec.*
Quibus eò magis locus eſſe debet, cum d. prædiũ
datum fuerit viro in ſolutum pro ſcutis duobus
millibus, iuxta æſtimationem faciendam per
5 peritos communiter eligendos,† quo caſu æſti-
matio facit emptionem, & maritus tenetur
tantùm ad reſtitutionem prætij *Couar. pract.
quæſt. cap. 28. in prin. Ludou. concl. 10. ampl. 2.
Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 9.
et ſeq. par. 2. Grat. diſcept. foren. cap. 254. n. 52.
et ſeq. par. 2. Giurb. d. cap. 15. gloſ. 1. num. 8.
Rot. d. deciſ. 52. num. 2. et ſeq.*
Quæ licèt ex ſupradictis ſint ſatis clara, & aperta,
clariſſima tamen fiunt in caſu noſtro ex ſerie
inſtrumenti dotalis, & ex coniecturis ex eo eli-
6 citis, † quas plurimùm valere ad demonſtran-
dum, fundum datum pro dote nõ eſſe dotalem,
ponderarunt *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 19.
per tot. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28.
per tot. et Rot. apud Merlin. de pingnor. deciſ.
114. per tot.*
7 Prima igitur elicitur coniectura ad excluſionẽ
fundi dotalis ex clauſula *iure proprio, & in
perpetuum*, quæ importat translationem do-
minij in virum in perpetuum, quam ponderant
*Rolan. conſ. 86. n. 12. et 17. lib. 4. Grat. diſcep.
foren. d. cap. 932. num. 5. Ciriac. controu. 270.
num. 8. in fin. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 19.
num. 22. et 49. Menoch. conſ. 1209. num. 9. Rot.
in Interamnen. dotis 2. Februarij 1589. coram
Card. Platto, et in Ciuitatis Caſtelli, ſeu Peruſina
dotis 18. Aprilis 1614. coram R. P. D. Remboldo,
et deciſ. 52. num. 11. part. 6. rec.* in qua ſupra-
dictæ referuntur; ſi enim prædium eſſet dotale,
maritus

maritus non haberet illud in perpetuum, sed, soluto matrimonio, illud esset restituendum vxori, vel eius hæredibus, vt animaduertit *Rolan. d. conf. 86. num. 1.*

8 Secunda coniectura deducitur ex clausula Cõstituti, ibi *Constituentes, &c.* per quam dubitari non potest, quin dominium prædij fuerit in virum translatum. *l. quod meo 18. ff. de acq. possess. Rolan. conf. 61. n. 45. lib. 2. Barbos. de clau. claus. 31. num. 5. Theod. Rub. in singul. Rota Rom. tom. 2. de clau. claus. 217. n. 39.* & in terminis considerant *Natt. conf. 650. num. 2. par. 4. Gratian. d. cap. 932. num. 1. & Rot. apud Merlin. de pigu. d. decis. 114. num. 3.*

9 Tertia desumitur coniectura ex clausula *ad habendum, & quicquid &c.* in d. Instrumento apposita, per quam datur viro facultas alienandi prædium ei in solutum traditum ad computum dotis, quod est omninò incompatibile cum fundo dotali, vt not. *Thob. Noni. d. conf. 52. num. 4. Hond. conf. 41. n. 8. lib. 1. Fachin. controu. iur. lib. 12. cap. 74. vers. deniq. &c. Franc. Becci. conf. 42. num. 8. Gratian. d. cap. 932. num. 1. & seq. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 15. glos. 1. nu. 19.* & latè comprobat *D. Andreol. controu. 130. num. 8.* & voluit etiam *Rot. d. decis. 114. num. 3. et 4. et decis. 436. num. 2. par. 4. rec. tom. 2.*

10 Quibus non obstat, quod clausulæ supradictæ, vti accessoriæ, non alterent naturam cõstitutionis dotis, nec illum faciant transire de vna specie ad aliam, vt not. *Thob. Noni. conf. 106. n. 7.*

11 *et seq. et Ludou. d. conel. 10. limit. 11.* † Quia id potest habere locum quando bona non fuerunt data æstimata, vel fuerunt æstimata ad alium effectum, quia tunc bona data in dotem non desinunt esse dotalia, licèt adsint clausulæ prædictæ, in quibus terminis loquuntur *Thob. Noni. et Ludou. sup. adducti*, secus tamen est quãdo bona data fuerũt in solutum ad computum dotis, maximè pro æstimatione facienda per homines communiter eligendos, vt in casu nostro, quia tunc ex clausulis supradictis benè infertur, fuisse factam emptionem, & bona tradita transiuisse in dominium viri, vt in terminis declarat *Gratian. d. cap. 932. num. 8.* & in his terminis est intelligenda *Rot. apud Merlin. de pigno. decis. 74. num. 7. et 8.* quæ alias esset contraria decisionibus adductis *sup. num. 9.*

12 Secundò respondeo, supradicta fortasse locum habere posse, quando clausulæ prædictæ essent appositæ in executiuis: secus tamen est, quando positæ sunt in dispositiuis, vt in casu nostro, vt ex instrumento exhibito videre est, vt declarant *Paris. conf. 3. num. 13. & 29. lib. 1. Crauet. conf. 256. n. 4. & 8. in fin. Grat. conf. 9. num. 4. lib. 1 Ossasch. decis. pedem. 164. num. 1. & 2. et Gratian. d. cap. 932. num. 7.*

13 Quinta affertur coniectura desumpta ex illis verbis Instrumenti, *pro prædicto pretio*, ac ibi, *ac de pretio dictæ possessionis &c.* ex mentione enim pretij in aliquo contractu facta euidens insurgit coniectura, factam fuisse emptionem, & venditionem. *glos. ind. l. eum dotem x. & ibi Bald. in princ. C. de iur. dot. Ripa in l. 2. n. 31. ff. si cert. pet. Paris. conf. 83. n. 20. lib. 3. Fabian. de Monte de empt. & vend. q. 2. n. 3.* alios adducens *lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 74. in princ.* latè *Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 19. n. 51.* in terminis nostris *Franc. Becc. d. conf. 42. num. 3. Rot. decis. 116. num. 8. par. 2. recent.*

14 Quinta coniectura deducitur ex verbis eiusdem Instrumenti ibi, *quam quidem dotem, vt supra promissa, traditam &c. promisit restituere etc.* ex quibus arguitur, fuisse conuentum, vt restitueretur æstimatio, non autem prædium, cum dicta verba intelligantur de vera dote, quæ vera dos est pretium, quo res æstimata est, & data in solutum, vt tenuit originaliter *Bald. in d. l. quoties 5. num. 7. & 8. C. de iur. dot.* quem sequuti sunt *Alex. conf. 79. in fin. lib. 5. Thob. Noni. d. conf. 52. num. 6. & 12.* vbi loquitur in terminis verborum nostri instrumenti *Rolan. d. conf. 64. num. 8. lib. 4. Natt. d. conf. 650. n. 5. Alban. conf. 136. num. 9. lib. 1.* vbi dicit, aliud esse dotem, aliud autem rem dotalem, *Fachin. controu. iur. lib. 12. d. cap. 74. vers. secundo etc. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 7. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 13. num. 34. Giurb. ad consuet. Messan. part. 1. cap. 15. glos. 1. n. 12.* alios adducens concordantes. *Merlin. de pigno. d. quæst. 19. num. 23. Rot. apud eum d. decis. 114. num. 7.*

15 Quicquid sit quando fuisset promissum restituere dotem in iisdem rebus, & corporibus traditis, & æstimatis, ex quibus verbis arguitur, fundum esse dotalem, vt tradunt *Couar. prac. quæst. cap. 28. num. 2. & seq.* latè *Giurb. d. cap. 15. glos. 1. num. 25. Alban. d. conf. 178. n. 11. lib. 1. Adden. ad Greg. XV. decis. 573. num. 16. in fin. Hodier. ad Surd. decis. 278. num. 8. Merlin. de pignor. d. quæst. 19. num. 27. Rot. decis. 14. num. 4. part. 4. re. tom. 2.*

16 Sextam addo coniecturam desumptam pariter ex verbis Instrumenti prædicti consignationis prædij ibi, *Dederunt, tradiderunt, cesserunt &c.* quæ important dominij translationẽ in D. Cæsarem virum prædij prædicti *Decis. 468. num. 10. Alex. conf. 144. num. 3. in fin. lib. 5. Hond. conf. 18. in prin. vol. 2. D. Andreol. contr. 240. num. 36. Paris. conf. 33. num. 23. & seq. lib. 1. Rot. decis. 633. sub num. 2. par. 3. rec. & decis. 130. num. 5. par. 5. rec. & apud Card. Caualer. decis. 647. & apud Merlin. de pignor. decis. 110. num. 13.* alios adducens concordantes, quod

quod pariter repugnat constitutioni fundi dotalis, cuius dominium non debet transire in maritum, sed remanere debet penes vxorem,
17 † quæ verè dicitur domina dotis constante matrimonio, maritus verò fictè, & impropriè, vt post *Accur. Zas. Bart. Coras. Balduin. Ant. Cost. Conu. Lamber. Igne. Duar. Aufrer. Simanc. Molin. Garzi. Lara. Espin. Guttier. Ludou. Io. Franc. a Ponte*, & alios per eum relatos firmat *Castill. de vsufr. cap. 4. num. 18. & seq.* latè cõprobans, & attestans de veriori opinione, & post eum *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gl. 8. part. 13. num. 19. & seq. claus. 6. gl. 1. par. 2. num. 32.* alios adducens *Cabed. decis. Lusit. 154. num. 7. part. 1.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuisse iudicatum, quæ verba supradicta ponderant ad hunc propositum *Bero. cons. 63. num. 7. & seq. lib. 3. & Merlin. qui eum refert d. q. 19. n. 49.*
18 Quibus non obstat, quod in aliquibus locis maritus appelletur dominus rerum in dotem datarum inæstimatarum, & præcipuè in *l. dotale 13. §. dotale ff. de fund. dotal. in l. si prædium 23. & in l. in rebus 30. C. de iur. dot. & in l. do-*
19 *ce ancillam 9. C. de rei vendic.* † Quia d. dominium non est verum dominium, sed fictum, & imaginarium propter commodum fructuũ, propter quod etiam non domini rerum aliquãdo in iure domini appellantur, seù secundum quandam subtilitatem iuris, vt benè declarant *Petr. Greg. Tolos. in sua Sintag. lib. 1. cap. 12. num. 7. Castill. de vsufr. d. c. 4. num. 20. & seq.* qui omnibus sufficienter satisfacit, nec non *Fontanel. d. par. 13. num. 21. & d. par. 2. n. 32. & D. Andreol. d. controu. 130. num. 7.*
20 Septimam elicio coniecturam ex promissione de euictione in forma amplissima facta de d. prædio ad fauorem D. Cæsaris viri, quæ pariter est exclusiua fũdi dotalis, quia si, soluto matrimonio, maritus restituere deberet d. prediũ, nihil erat, cur illud reciperet cum promissione euictionis in amplissima forma, vt post *Corv. Franc. Becci. Natt. & Hond. per eum relatos tradit Fachin. controu. iur. lib. 12. cap. 74. vers. quinto quia &c.* & voluit etiam *Bero. d. cons. 63. num. 7. & seq.* quem refert, & sequi videtur *Merlin. de pignor. d. quæst. 19. num. 49.*

Ex quibus, maximè simul iunctis, apparet manifestè, prædium, de quo agitur, non esse dotale, sed proprium D. Cæsaris viri, & animaduertit etiã *Merlin. d. quæst. 19. num. 22. in fin. et num. 49.* & sic D. Isabellam interuenisse in d. venditione pro forma, & pro securitate DD. emptorum, & ideo nullum ius transtulisse in dictos emptores, maximè stante reseruatione suarum dotiũ super alijs bonis viri, iuxta tradita per *Thom. d. decis. March. num. 7. et seq.* & nullitate promissionis eiusdem ob obligationem ferè totius dotis, iuxta adducta *in allegat. præcedenti per tot.* Ita, vt ipsi emptores se iuuare non possint iuribus anterioribus ipsius D. Isabellæ ad impediẽdam immissionem DD. Hæredibus de Vbertis, prout in *d. allegatione*.

21 Neque obstant in contrarium exaduerso adducta, & primò, quod datio in solutum, & consignatio facta fuerit de dicto prædio D. Cæsari viro stipulanti pro se, & D. Isabella eius vxore, quasi ex hac stipulatione, etiam pro vxore, censcatur constitutus fundus dotalis, saltem pro medietate, quia cum ex clausulis supradictis *Iure proprio, et in perpetuum ad habendum, Constituti*, & alijs supra ponderatis, fuerit data facultas viro alienandi dictum prædium, id repugnat constitutioni fundi dotalis, qui est inalienabilis. *toto tit. ff. et C. de fund. dot.*
22 Vnde ad fugiendam repugnantiam, d. verba *pro vxore*, debent impropriari, & intelligi impropriè, nempè quod prædium datum in solutum remaneat obligatum vxori pro dote, vel quod sit fundus dotalis in subsidium, cum ad euitandam repugnantiam admittatur impropriatio verborum. *l. vbi repugnantia 149. et ibi Decia 2. ff. de reg. iur.* & tradunt in terminis *Fachin. controu. iur. lib. 12. cap. 74. vers. quia responsum, et ver. seq.* latè *D. Andreol. controu. 130. num.* [illegible] *et seq.* vbi alias etiam admodum eruditè more suo affert responsiones; quas hic, ne de carta in papyrum, vt dicitur, transferre videar, non refero, & benè comprobat etiam *Rot. d. decis. 52. num. 12. et* [illegible] *par. 6. recen.*

Neque nocet pariter, quod exaduerso asseritur, nempè quod *Scappuc.* per me adductus *in alleg. præcedenti, lib. 2. quæst. 7.* loquatur solum de muliere renunciante suis dotibus, non autem de muliere vendente, vt in casu nostro, & sic illius doctrina non obstet DD. de Rubeis, quia *Scappuc. in loco adduct.* bene loquitur literis rotundis de muliere vendente vnà cum viro, si benè aduertatur, & cum eo in terminis concordant *Amat. d. decis. March. 27. Thoma. d. decis. 109. et Adden. Perusin. ibi*, qui pariter loquuntur de muliere vendente vnà cum viro, cuius iura non transeunt in emptorem per iura adducta supra in princ. *et in alleg. præcedenti* iterum hic breuitatis gratia non referenda.
23 Doctrina verò eiusdem *Scappuc. de Saluian. lib. 2. quæst. 6. vers. res verò etc.* vbi habetur, quod emptori, qui habet iura cessa alicuius creditoris anterioris, puta vxoris pro suis dotibus, pulsato in iudicio Saluiani competit retentio eo modo, quo creditor anterior insistere poterat, est vera in se, quam ego etiam adduxi *allegat. præced.* vnà cum alijs pluribus *num. 5.*
24 non tamen fauet DD. de Rubeis, † quia cum prædium, de quo agitur, non esset dotale, sed transierit in dominium viri, vt supra probaui, ideo D. Isabella vxor dicitur interuenisse in

illius

illius venditione pro forma, & pro cautela emptorum, & sic nullum ius dicatur in ipsos emptores transtulisse, maximè stante reseruatione suarum dotium super alijs bonis viri, & stante nullitate obligationis illius ob alienationem totius dotis, necessariò sequitur, quod DD. Emptores nullo modo vti possint iuribus ipsius D. Isabellæ ad impediendam immissionem DD. Hæredibus de Vbertis, vt declarant *Amat. d. decis. 27. Scappuc. d. quæst. 7. Thoma. d. decis. 109. et D. Andreol. d. controu. 162 per tot.* & prout dixi latius *in alleg. praced.* & sic doctrina prædicta nullo modo adaptari potest casui, de quo agitur.

Neque DD. Hæredibus de Vbertis obstat alterum fundamentum exaduerso propositum, quod cū dos D. Isabellæ fuerit promissa in scutis duobus millibus quingentis partim in iocalibus, & pecunia, & partim in dicto prædio
25 iuxta æstimationem faciendam, † æstimatio non dicatur facere emptionem, cum illa censeatur facta ad sciendum valorem rei, maximè vti facta ex interuallo ex *Rot. apud Pacif. de saluian. decis. 30.* quia in terminis d. decisionis non aderat promissio dotis in quantitate, nec constabat, dominium bonorum assignatorum fuisse translatum in maritum, vt in casu nostro fuit supra demonstratum, imò ibi aderat pactum expressum, quod bona tradita pro dote stare deberent pro fundo dotali, vndè nec mirū si æstimatio non facit emptionem, quæ omnia sunt satis diuersa a casu nostro, vt supra dixi, & ideo non nocent DD. Hæredibus de Vbertis ex regula, quod ex diuersis non fit illatio, de qua in *l. Papinianus exuli 21. ff. de minor. & in l. vlt. in fin. & ibi Bart. ff. de calumn.* cum alijs allegatis per *Barbos. axiom. 114. per tot.*

26 *Gratian.* verò *discept. forens. cap. 38. num. 31. par. 1. et Rot. apud Greg. XV. decis. 573. num. 5.* exaduerso adducti asserentes, æstimationem factam ex interuallo non facere emptionem, intelligendi sunt, quando non fuit conuentum a principio inter partes de æstimatione facienda, secus si id fuit conuentum, vt in casu nostro, & ratio est euidens, quia æstimatio facta ex interuallo ideo non facit emptionem, quia si illam faceret, per illam diceretur recedi a primo contractu, in quo fundus datus in dotem simpliciter erat dotalis, & fieret nouatio, quod non est dicendum ad tex. *in l. fin. cum ibi not. per Doct. C. de nouat.* & tradunt in terminis *Fontanel. de pact. nupt. d. glos. 8. part. 13. n. 37. & Merlin. de pignor. d. quæst. 19. n. 50.* & fatentur ijdemmet *Gratian. & Rot. in loc. sup. adductis*, quod est signum manifestum, quod in primo contractu non fuerat conuentum de æstimatione facienda, quia si de illa fuisset conuentum, per æstimationem postea sequutam ex interuallo non diceretur recedi a primo contractu, nec fieri nouationem, imò diceretur primum contractum impleri, vt patet ad sensum meritò, &c.

27 Alterum verò motiuum, quod æstimatio cēseatur facta ad sciendum valorem rei ex verbis Instrumenti ibi, *& si prædium nō fuerit æstimatū scutis duobus mille &c.* procedit quando prædium erat datum in dotem absque promissione dotis in quantitate, nam si illud postea æstimetur, censetur id factum ad effectum sciendi valorem rei, non autem vt faciat emptionem, vt post *Rolan. d. cons. 92. num. 6. lib. 2. & Rot. in Rom. fundi dotalis 16. Iuny 1578. coram Card. Lancellotto, & in Spoletana bonorum 16. Aprilis 1602. coram R. P. D. Penia* per eum relatas declarat *Gratian. d. cap. 38. num. 30.* quæ non verificantur in casu nostro, in quo dos fuit cōstituta a principio in quantitate, & dicta verba Instrumenti, *& si prædium non fuerit æstimatum scutis duobus millibus* non indicant, æstimationem fieri debere ad sciendum valorem rei ad effectum excludendi emptionem, & venditio-
28 nem, † quæ semper fieri intelligitur, quandò fundus datus pro dote promissa in quantitate in solutum, seù æstimatus, nisi de contraria mente partium liquidò appareat, vt fuit factū in casu nostro, vt tradunt *Nont. Rolan. Caph. Hond. Gratian. Thesa. Iun. Natt. Fachin. Franc. Becc. Surd. Ludou. Giurb. Merlin. Adden. ad Greg. & Rot. in loc. alleg. sup. n. 2. & seq.* quibus nunc addo *Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glos. 8. par. 13. num. 25.* vbi subiungit, quod æstimatio fieri dicitur ad effectum sciendi valorem rei, vt plurimū quando agitur de bonis mobilibus, vt ibi per eum; sed fuit facta ad effectū sciendi valorem rei ad excludendam læsionem in prætio, & ad hoc vt prætium sit iustum, quod eò magis probat, fuisse factam emptionem,
29 † cum illa excludatur quando prætium rei nō est iustum *d. l. quoties 5. C. de iur. dot.* & probant *Couar. pract. quæst. cap. 28. n. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 74. num. 23. Natt. d. cons. 650. n. 8. Trentacinq. var. resol. tom. 1. lib. 3. de iur. dot. resol. 1. num. 55.* & alij, quos refert, & sequitur *Fontanel. d. gl. 8. part. 13.*
30 *num. 44. & seq.* † Disposita vero ad vnum finē non debent eius oppositum operari. *l. legata inutiliter 14. ff. de adim. legat. Menoch. cons. 151. num. 30. & cons. 170. num. 11. Barbos. axiom. 99. num. 4.* alios adducens.

Neque vlla potest fieri vis in promissione viri restituendi dotem, vt supra, promissam, habitā, & consignatam, ex qua videtur intelligi, fuisse promissum restituere d. prædium, & sic non
31 fuisse factam emptionem, † quia id haberet locum, si expressè fuisset conuentum restituere dotem in ijsdem corporibus consignatis, in d. prædio pro eodem prætio, vt not. *Couar. prac. quæst.*

quæſt. d. cap. 28. num. 3. Adden. ad Greg. XV. d. decif. 573. num. 16. exaduerſo allari. *Hodiern. ad Surd. decif. 278. num. 8. & Rot. decif. 14. n. 4. par. 4. recen. tom. 2.* & alij adducti *ſup. n. 15.* Secus tamen eſt, quando fuit promiſſum, dotem habitam, & conſignatam reſtituere, quia tunc habetur ratio ad quantitarem, & non ad rem, & ad veram dotem, quæ vera dos eſt pretium, quo res fuit æſtimata, & pro quo res eſt data in ſolutum, & ideo quantitas eſt reſtitnenda, non res, vt docent *Couar. d. cap. 28. num. 2. Thob. Noni. d. conſ. 52. num. 6. & ſeq.* vbi loquitur in terminis verborum noſtri Inſtrumenti, *Trentacinq. var. reſol. lib. 1. de iur. dot. reſol. 1. n. 5. Foutauel. d. gl. 8. part. 13. num. 35. Giurb. ad conſuet. Meſſan. par. 1. cap. 15. gloſ. 1. num. 12. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 19. num. 23. Rot. apud eum d. decif. 114. num. 7.* & alij adducti *ſupra num. 14.*

32 Exceptio autem præſcriptionis non obſtat ex pluribus, & primò, quia non fuit oppoſita ad impediendum proceſſum, vt requiritur, vt tradunt *Pacif. de ſaluian. inſpect. 5. cap. 1. n. 108.* qui alios adducit, & *Thom. decif. March. 44. num. 20. nec non Menoch. de adipiſc. poſſeſs. remed. 4. num. 770.*

33 Secundò, quia non fuit probata ſcientia DD. Hæredum de Vbertis de alienatione d. prædij facta in DD. de Rubeis tertios poſſeſſores, vt erat de neceſſitate faciendum, vt intraret dict. exceptio præſcriptionis, nam cum illa ſit fundata totaliter in negligentia creditoris differẽtis exactionem. *Bald. in Auth. niſi triennale num. 1. C. de bon. mater. Rot. decif. 407. n. 16. par. 5. rec.* ideò illa non incipit a tempore, quo tertius cæpit poſſidere, ſed a tempore, quo debitor ceſſauit in ſolutione, & creditor, ſciens eſſe diſtracta bona hypothecata, ceſſauit in petitione, vt contra *Felicia. de cenſ.* tenuit *Gratia. decif. March. 15. num. 5. & ſeq. in addit. & Thoma. decif. March. 44. num. 26. nec non Rot. decif. 407. num. 15. & ſeq. par. 5. rec. & in Bononien. cenſus 4. Maij 1643. coram R. P. D. Ghiſilerio poſt prius.*

34 Addo prædictis, quod tamen non tãgit præſcriptionem Saluiani, ſed fructuũ cenſus, quod in cenſu redimibili, tanquã in annuis præſtationibus conditionalibus, non ſufficit vnica præſcriptio, ſed tot requiruntor præſcriptiones, quot ſunt anni, etiam reſpectu tertij poſſeſſoris, vt traduut *Gratian. diſcept. foren. cap. 833. nu. 14. part. 5.* alios adducens. *Cenc. de cenſ. quæſt. 118. num. 17. & ſeq. Thomat. decif. March. 26. n. 28.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Theod. Rube. in ſingul. Rot.* Rom. *ad decif. Mobeda. 4. de præſcript. tom. 1.* quam opinionem paſſim ſequitur, *Rota*, & præcipuè apud *Cenc. de cenſ. decif. 203. num. 12. & decif. 302. n. 1. & decif. 304. num. 2. & decif. 487. num. 4. & apud Merlin de pignor. decif. 35. num. 14. & decif. 105. n. 9. & decif. 106. in fin.* & alibi paſſim.

35 Ex illa ineuitabili ratione, quod non valenti agere non currit præſcriptio. *Cenc. d. quæſt. 118. num. 17. Thomat. d. decif. 26. num. 29. Scappuc. de Saluian. lib. 2. quæſt. 21. n. 9.* & alij Doctores ſupra adducti, & hoc ſit dictum ex abundanti, cum non agatur de præſcriptione fructuum cenſus, vt dixi, ſed hypothecæ tantum, & Saluiani.

Quare &c. ſaluo ſemper &c.

De exitu huius cauſæ fit mentio in fine allegationis ſequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Ætas quomodo probetur per teſtes. Cenſus nulliter impoſitus a minore quãdo dicatur ratificatus per ſolutioné fructuũ factã in maiori ętate. Ratificationi an ſit locus ſtante dolo præſumpto, & ignorantia nullitatis actus. Dos quando eſt promiſſa in pecunia, & pro ea eſt datus fundus in ſolutum, an d. fundus ſit dotalis, vel non, & æſtimatio quando faciat emptionem, & venditionem, vbi plures examinantur coniecturæ ſuadentes, fundum eſſe dotalem. Dos vt poſſit commutari de pecunia in fundum, quæ requirantur. Diſpoſitioni *l. licet 7. C. qui poti. in pign. hab.* vt ſit locus, an requiratur hypotheca ſpecialis, vel ſufficiat generalis. Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij an impediar, ne agi poſſit denuò ſuper eodem iure.

SVMMARIVM.

1 *Ætas quando eſt fundamentum intentionis agẽtis de ea debet plenè conſtare.*

Maximè quando impugnatur actus ratione minoris ætatis. num. 2.

3 *Actus quando habet debitam formam, præſumitur habilitas in perſona.*

4 *Ætas probatur per teſtes deponentes de tempore natiuitatis.*

5 *Ætas ſi probetur per teſtes ex aſpectu, quomodo teſtes debeant deponere.*

6 *Ætas non probatur per teſtes dubitatiuè deponentes.*

Et per dictionem in circa. *num. 7. & 10.*

8 *Dictio* in circa *habet in ſe latitudinem.*

9 *Interpretatio in depoſitionibus teſtium eſt facieñda contra inducentem.*

11 *Ætas non probatur per teſtes non reddentes rationem eorum dicti.*

12 *Cenſus nullus impoſitus a minore validatur*

F *ex ſo-*

ex solutione fructuum facta a maiore.
13 Solutus ex causa celebrati contractus nulli censetur illum approbare.
14 Ratificare censetur contractum census nulli promittens illum extinguere.
15 Ratificatio fit tam factis, quam verbis.
16 Ratificationis geminatio plurimùm operatur ad ratificantis animum ostendendum.
17 Ratificatio præsumitur ex acquiescentia longissimi temporis.
18 Solemnitas eadem requiritur in ratificatione, quæ requiritur in celebratione actus.
Declaratur. num. 19.
20 Ratificationi non est locus nisi data scientia nullitatis actus ratificandi.
Fallit in ratificatione actus nulli factà per eundem minorem factum maiorem num. 21.
22 Ratificatio non habet locum stante dolo.
Quod procedit in dolo vero, non autem in præsumpto. num. 23.
Item non habet locum in maiore ratificante, cui dolus erat cognitus. num. 24.
25 Ratificatio actus nulli non retrotrahitur ad celebrationem actus, sed operatur prout ex nunc.
26 Fundus dotalis nō potest hypothecari per virum.
27 Exceptio discussionis hypothecæ vxoris nō admittitur in Saluiano ad retardandum.
28 Dos, si sit promissa in pecunia, & pro ea detur fundus, ille non fit dotalis, sed mariti.
29 Coniecturæ plurimùm valent ad probandum, fuisse factam emptionem, & venditionem.
30 Fundus datus pro dote præsumitur dotalis, si talis fuerit appellatus.
31 Verbum Res dotales intelligitur, tam de rebus datis æstimatis, quam inæstimatis.
32 Coniecturæ equiuocæ, & non concludentes non attenduntur.
33 Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.
34 Pacta, & assertiones debitorum non possunt præiudicare creditoribus.
35 Actus sequens declarat intentionem præcedentē.
36 Declarationem intentionis non potest facere, nisi qui actum fecit.
37 Dos, si sit promissa in pecunia, & sit datus fundus, ille non est dotalis, licet talis sit vocatus. num. 48.
38 Nouatio non fit, nisi dicatur expressè.
39 Dos, quæ consistit in pecunia, potest commutari in fundum.
Procedit concurrente consensu vxoris, & illius vtilitate copulatiuè num. 40.
41 Mulieri vtilius est habere dotem in pecunia, quam in fundo.
42 Mariti est periculum rei in dotem datæ æstimatæ non vxoris.
43 Vxoris est periculum contingens sine culpa viri in fundo dotali.
44 Dos, si commutetur de pecunia in fundum, dicitur fieri cum damno vxoris, & ideo non licet.
45 Dos vt commutetur de pecunia in fundum non requiritur vtilitas mulieris, sed sufficit, non adesse damnum.
Contrarium, vti verius, tenent Doct. n. 46.
47 Fructus dotales spectant ad maritum.
49 Æstimatio rei in dotem datæ facta ad sciendum valorem rei non facit emptionem.
50 Læsio in re data æstimata attenditur, etiam si sit in modica quantitate.
51 Æstimatio rei in dotem datæ an faciat emptionē nec ne, attenduntur coniecturæ.
52 Coniecturæ plures, & fortiores vincunt minores, & debiliores.
53 Æstimatio, stātibus hinc inde cōiecturis, in dubio facit emptionem, & venditionem.
54 Æstimatio rei dotalis eò magis facit emptionē quando sumus in stabilibus.
55 Dotalis res æstimata si sit data viro stipulanti pro vxore, excluditur emptio, & venditio.
Fallit, si primò stipulatum sit pro viro, & postea pro vxore. num. 56.
57 Ius mutatur ex qualibet facti mutatione, etiam minima.
58 Æstimatio rei dotalis facta ex interuallo non facit emptionem, & venditionem.
Procedit quando res fuit data inæstimata, vel non præcessit pactum de æstimando. n. 59.
60 Æstimatio rei in dotem datæ, quando non est sequuta, non facit emptionem, & venditionem.
Fallit, stante pacto de facienda æstimatione per homines communiter eligendos. n. 62.
61 Venditio facta pro pretio declarando per homines communiter eligendos est valida.
63 Coniecturæ quando adsunt hinc inde, in dubio standum est regulæ, quod æstimatio faciat emptionem.
64 Lex licet. 7. C. qui poti. in pign. hab. vt habeat locum requiritur hypotheca specialis.
Quicquid aliqui voluerint, sufficere hypothecam generalem. num. 65.
66 Legis verba vbi sunt clara, cessat omnis disputatio.
67 Vxor vendens vnà cum viro censetur adhibita ad cautelam, & nullum ius censetur transferre in emptorem.
Et ideò emptor non potest ex dicto iure impedire immissionem creditori in Salniano. n. 68.
69 Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij non impedit, quin actor iterum agat super eodem iure.
70 Rei iudicatæ censetur renunciasse patiens discuti in iudicio super iustitia illius.

ALLE-

ALLEGATIO VI.

EXcellentissime Domine. Doctè quidem, & subtiliter more suo dubitãdo tueri videtur iura Per Illust. DD. de Rubeis Vrbinaten. Excellentiss. Dominus meus Vrbini Locútenens contra Per Illust. DD. de Vbertis, vt videre est in doctissimis dubitationibus ad me transmissis; verũ quia omnia vincit veritas. *can. veritate. 4 can. consuetudo. 8. octaua dist.* Ideo, illis non obstantibus, censeo, sententiam latam ad fauorem DD. de Vbertis fore confirmandã iuxta aliàs per me adducta in hac causa.

Quibus non obstat primò prætensa nullitas census impositi per q. Per Illust. D. Cæsarem Valentinum de Mondulpho, vti minorem viginti quinq. annis, ex pluribus, & primò, quia non cõstat legitimè de allegata minoritate eiusdẽ,
1 † de qua, cũ sit fundamentum intentionis agẽtis, debet plenè, & concludenter constare. *Felin. in cap. in præsentia. 8. nnm. 28. de prob.* vbi de communi, *Deci. cons. 682. num. 16. Mascar. de prob. concl. 666. in prin. lib. 2.* vbi pariter de communi plenè *Odd. de restit. in integ. part. 1. quæst. 37. num. 4. & seq. Ludou. concl. 14. illat. 124. Rub. in sing. Rot. Rom. tom. 1. ad decis. 216. Oran. num. 3. Rot. apud Pute. decis. 266. in fin. lib. 3.* addo *Morot. cons. 42. nnm. 11.*

2 Et in terminis, quod impugnans actum respectu personæ minoris teneatur probare minorẽ ætatem illius, dixerunt *Bald. in l. cum te 9. sub. num. 1. C. de prob. Cartar. decis. Genue. 123. n. 4. Mascar. d. concl. 666, nn. 9. & 30. Borgn. de tut. & cur. n. 293. & seq.* latè *Balth. Thoma. in suis tract var. tom. 2. de tut. & cur. tit. 19. n. 3487. Ciriac. contr 405. num. 16.* benè *Rot. decis. 525. num. 2. par. 1. rec.*

3 Quotiescumq. enim actus habet debitam formam, præsumitur habilitas in persona. *Bald. in d. l. cum te. 9. sub num. 1. C. de prob. Cartar. d. decis. 123. num. 4. Mascar. d. concl. 666. num. 9. Borgn. de tut. & curat. d. num. 293.* & quod ætas præsumatur maior tempore contractus, & ideò minoritas sit plenè probanda dixit *Rot. d. decis. 525. num. 2. par. 1. rec.*

Neque testes pro DD. de Rubeis examinati probant minorem ætatem D. Valentini, quia ipsi non deponunt de tempore natiuitatis illius,
4 † qui est modus probandi ætatem iuxta theoricam *Bart. in l. de ætate 44. n. 7. ff. de mino.* quem sequuntur *Borg. de tut. & curat. num. 296. Lud. decis. Perus. 55. n. 8. & seq. Mascard. de probat. concl. 668. nnm. 2. lib. 2. Odd. de restit d. q. 37. n. 63. & seq. Rot. d. decis. 525. num. 3. & apud Buratt. decis. 205. nnm. 20.* Sed deponunt de ætate illius ex aspectu, ibi *Conoscevo il Sig. Cesare Valentini, il quale in detto tempo potena hauere da ventinno in ventidue anni in circa,*
5 † quo casu cum natura soleat sæpe excessum facere, hoc est non omnibus eadem die, vel mense ætatis, vel etiam eodem anno barbam suppeditare, & rugas, & canitiem, & sic testes ratione excessus possint de facili falli non solum de vno anno, sed etiam de duobns, & pluribus, vt tradunt *Bart. in d. l. de ætate 44. num. 8. & seq. ff. de min. & Mascar. d. concl. 667. n. 28. vol. 2.* Ideò, vt illi probent ætatem, descensiuè debent deponere de minori numero annorum, quam sit ille, de quo quæritur, vt magis credi possit ità certò esse debere, itaut in infante sex mensium tres menses debeant postponi pro d. excessu assecurando, in ætate triennij vnus annus, in ætate septennij biennium, pubertatis trienniũ, minoris ętatis annorũ 25. vt in casu nostro, quinquennium, tam accessiuè, quam descensiuè, & sic de singulis semper plures annos detrahendo, vel addendo, iuxtà theoricã *Bart. in d. l. de ætate 44. n. 9. & seq. ff. de minor.* quam esse cõmuniter receptam tradunt *Castr. in l. si minorem. 4. n. 3. C. de restit. in integ. Alex. cons. 29. n. 5. & seq. lib. 7. Borgn. de tut. & curat. n. 295.* benè *Ludo. decis. Perus. 55. n. 4. & seq. Mascard. d. concl. 667. nnm. 28. & seq. Odd. de restit. in integ. d. quæst. 37. num. 106. & seq.* benè declarans *Vermiglio. cons. 262. num. 10. Cala de mod. artic. glos. vnic. §. 2. nnm. 176.*

Cum ergo d. testes vt probarent ætatem D. Cæsaris minorem 25. annorum ex aspectu demere debuissent de annis 25. annos quinq. & sic deponere debuissent de anno vigesimo, & ipsi deposuerint de anno 21. & 22. necessariò sequitur, quod illius ætatem minorem annis 25. non probauerint, vt docent *Bart. Alex. Mascard. Ludon. & Odd.* in loc. supra adductis.

6 Quibus eo magis locus esse debet, stante d. depositione dubia, ibi *Potena hauere da ventinno in ventidue anni in circa,* quo casu ætas non dicitur probata, vt in terminis tradũ *Bart. cõs. 29. n. 2. Alex. d. cons. 29. n. 2. & seq. lib. 7. Calca. cons. 79. col. pen. Rolan. cons. 67. n. 27. & seq. lib. 1. Caph. cons. 77. num. 27. & seq. lib. 1. Farin. de test. quæst. 68. nnm. 4.*

7 Maximè stante d. dictione *in circa,* quæ in depositionibus testinm, præcipuè si agatur de tempore probando, reddit depositionem dubiam, & incertam. *Corn. cons. 197. num. 14. & cons. 120. num. 8. lib. 2. & cons. 179. n. 4. lib. 3. Gratian. discep. foren. cap. 277. num. 11. par. 2. Barbos. de dictio. dict. 154. num. 7. Grat.* pariter *de dict. dict. 29. in princ.* qui alios adducunt. *Caph. d. cons. 77. num. 26. & seq. lib. 1. Farin. de test. quæst. 68. num. 20. Balth. Thomas. in d.*

tom. 2. de tuto. & cur. a tit. 19. num. 3487. Rot. apud Greg. XV. decis. 344. num. 6. & seq. & apud Buratt. decis. 456. num. 8. & decis. 774. part. 2. rec.

8 Vel saltem cum illa habeat in se latitudinem, ita vt extendi valeat ad duos, vel tres annos plus, vel minus, vt docent Farin. d. quæst. 68. num. 21. in fin. Barbos. d. dict. 154. in fi. Rot. apud Greg. XV. d. decis. 344. num. 12. & apud Buratt. decis. 723. num. 3. vbi dicitur, illam extendi posse vsque ad quartam partem, & ibi Adden. litera A. qui alios adducunt concordantes, & d. decis. 774. num. 6. par. 2. rec. ideò depositio dictorum testium de anno vigesimo primo, & vigesimo secundo circiter, potest benè extendi ad annum vigesimum quintum, vt volunt Doctor. adducti.

9 Maximè cum in depositionibus testium interpretatio facienda sit contra inducentem ad tex. in d. cap. in præsentia. 8. & ibi glos. in verbo Dubium, de prob. in terminis Calca. d. cons. 79. col. pen. Gratian. d. cap. 277. num. 13. Farin. de test. quæst. 68. num. 60. alios cumulans concordantes. Rot. decis. 6. de testi. in antiq.

10 Et quod ætas non dicatur probata per testes deponentes, per dictionem in circa tenuerunt Alex. cons. 149. num. 18. lib. 5. Odd. de restit. in integ. d. quæst. 37. num. 111. Pacia. de prob. lib. 2. cap. 24. num. 65. & seq. Farin. in fragm. crim. litera. A. n. 197. Barbos. de dictio. dict. 52. num. 12. & d. dict. 154. num. 5. Rot. decis. 788. in fin. part. 4. diuers. & apud Gregor. XV. decis. 290. num. 3.

11 Præcipuè cum dicti testes nullam eorum dicti reddunt rationem, sine qua testes nullo modo ætatem probant. Alex. cons. 21. num. 5. lib. 1. & d. cons. 29. num. 4. lib. 7. Mascar. de prob. concl. 679. n. 5. lib. 2. & benè declarat Odd. d. quæst. 37. n. 70. & 133. & not. etiam Farin. de test. quæst. 70. n. 84. vbi dicit, hoc habere locum etiam si non sint interrogati, vt ibi per eum.

Postremò dicti testes non probant, D. Cæsarem de anno 1612. fuisse minorem annorum 25. quia ipsi deponunt, illum de d. anno potuisse habere 21. vel 22. annos, & sic non excludunt, quin plures annos habere potuerit, cessante taxatiua, vt post Cuman. quem allegat dicit Silua. cons. 62. num. 28. quem sequitur Rot. apud Greg. XV. decis. 353. num. 3.

Secundò principaliter non obstat prætensa nullitas census ex capite minoris ætatis D. Cæsaris, quia cum ipse, effectus maior, fructus d. census per plures annos persoluerit DD. de Vbertis,
12 † ex solutione tot annorum conualidata fuit
præcedens impositio inualida, saltem prout ex nunc, vt tradunt Bocacc. de cens. par. 2. n. 144. Morot. cons. 35. num. 19. Gratian. discep. foren. cap. 448. n. 8. & seq. par. 3. Cenc. de cens. q. 15. n. 21. & seq. Balth. Thomas. in d. tom. 2. de tut. & curat. tit. 19. n. 1452. ver. ex solutione &c. Rot. apud Cenc. de cens. decis. 19. n. 3. & decis. 306. n. 3. par. 7. rec. & decis. 643. n. 47. apud Post. de manut. & apud Merlin. de pignor. decis. 106. num. 3.

13 Soluens enim ex causa celebrati contractus nulli, censetur illum ratificare, & approbare. l. sed Iulianus 9. §. vlt. & l. sed & si. 11. ff. ad Maced. l. si filius 31. ff. de minor. l. cum fidem 4. C. de non num. pec. Alex. cons. 117. n. 2. lib. 5. Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 119. Morot. d. cons. 35. n. 18. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 6. n. 101. Balth. Thomas. d. tit. 19. n. 1457. ver. ex solutione &c. Ciriac. contr. 441. n. 41.

Quod eò magis est dicendum, cum D. Cęsar non solum fructus census persoluerit in ætate maiori per spatium plurium annorum, vt supra, verùm etiam, quia in ætate maiori promisit illum extinguere cum pecunijs exactis ex venditione prædij, de quo agitur, vt apparet ex Instrumen-
14 to venditionis in fine, † ex qua promissione in-
surgit expressa ratificatio d. census, licèt nulliter impositi, vt docent Dec. cons. 231. num. 3. in fin. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 3. num. 65. Odd. de restit. in integ. q. 50. n. 19. vbi dicit, quod hæres faciendo aliquem actum positiuum, dicitur ratificare contractum nullum minoris Merlin. Pignatel. contr. forens. cap. 7. nu. 6. & latè comprobat Ciriac. contr. 441. num. 38. & seq. Manent. decis. 43. n. 27. & decis. 64. num. 17. Rot. decis. 19. num. 3. apud Cenc. de cens.

15 Ratificatio enim tàm verbis, quàm facto fit. Franc. Becc. cons. 109. num. 21. lib. 1. Post. de manuten. obser. 55. num. 140. Surd. cons. 28. num. 19. lib. 1. Capic. latro decis. 57. num. 14. & decis. 104. n. 27. & 28. imò facta potiora sunt verbis ad inducendam ratificationē. Cran. cons. 204. num. 11. Morot. cons. 35. n. 17. Rot. apud Card. Cauale. decis. 100. per tot. & decis. 219. n. 4. & decis. 267. n. 3. par. 4. rec. & sufficit ratificatio elicita ex coniecturis. Rot. in Neapol. pecuniaria 26. Iunij 1600. coram R. P. D. Litta, quam referendo sequitur eadem Rot. decis. 56. num. 8. par. 6. rec. & in Rom. diuisionis. 15. Iunij 1640. coram R. P. D. Bichio. §. quo verò ad caput &c.

16 Maximè cum constet de geminata ratificatione, nempè ex solutione fructuum census, & ex promissione de illum extinguendo, quæ geminatio ratificationis ad confirmandum contractum plurimùm valet. Crauet. cons. 114. in fin. Peregr. cons. 23. n. 3. lib. 4. Paris. cons. 49. n. 23. lib. 1. Caph. cons. 51. n. 18. lib. 1. Aldon. inter cons. Peregr. cons. 97. num. 101. lib. 4.

Qui enim bis eundem actum facit, videtur contra eum nihil opponere posse, quia vbi secunda in-

teruenit

teruenit conſideratio , 'ibi plena præſumitur
adeſſe deliberatio. Franc. Becc. conſ. 20. n. 14.
& conſ. 21. num. 24. lib. 1. latè Graſſ. de excep.
cap. 14. n. 24. & ſeq. & n. 53. & ſeq. vbi plu-
ra cumulat de vi geminationis. Rot. deciſ. 194.
num. 47. par. 5. rec.

17 Ac etiam ſtante acquieſcentia per ſpatium
triginta annorum, & vltra, † quæ ratificationē
inducit, & probat, etiam ſi agatur de magno
præiudicio, quicquid ſit in acquieſcētia decen-
nali, vt notat Caph. conſ. 315. num. 34. & ſeq.
lib. 3. Menoch. de præſump. lib. 2. præſ. 39. n. 2.
& 3. Ciriac. contr. 79. n. 15. & 16. Rot. deciſ. 100.
n. 2. apud Card. Cauale. & deciſ. 336. n. 5. par. 2.
rec. & deciſ. 194. n. 9. par. 6. rec. & in Rom.
cenſus 1. Iulij 1638. coram R. P. D. Pirouano, &
in Rom. diuiſionis 15. Iunij 1640. coram R. P. D.
Bichio §. quo verò &c. & in Maceraten. cenſus
11. Februarij 1641. coram R. P. D. Roias §. præ-
cipuum &c.

18 Quibus non obſtat, quod in ratificatione
actus requiritur eadem ſolemnitas, quæ requi-
ritur in eiuſdem actus celebratione Card. Mant.
de tacit. lib. 25. tit. 6. num. 51. Merlin. de pign.
19 lib. 2. quæſt. 19. num. 81. † Quia id habet lo-
cum, quādo agens non poteſt aliter facere, niſi
cum certa ſolemnitate, tunc enim, quia poteſtas
eſt limitata, non aliter ei conceditur actum ap-
probare, niſi ſolemnitate ſeruata, prout veri-
ficari poteſt in ratificatione facienda per mino-
rem, per Prælatum ſuper bonis Eccleſiæ, &
ſimilium, & in his terminis loquuntur Adden.
ad Greg. XV. deciſ. 395. in fin. Secus tamen eſt
quando actus pendet a ſola voluntate agentis,
cui a lege permiſſa eſt libera agendi poteſtas,
prout eſt in maiore, quia tunc nulla ſolemnitas
in ratificatione eſt neceſſaria, ſed ſufficit con-
ſenſum ſuperuenire, quo caſu vbi cauſa confir-
mans ſuperuenit, conualidatur quod ab initio
erat nullum, vt poſt Rim. Bart. & Dec. per eum
adductos benè declarat Surd. deciſ. 159. n. 21.
ver. non aduerſatur, quē ſequitur Balth. Thomſ.
in d. tom. 2. de tut. & cur. tit. 19. num. 1416.
verſ. quintò limita &c.

20 Prout etiam non obſtat, quod ad hoc vt per
ſolutionem fructuum cenſus, vel per alium
actum poſitiuum factum per impoſitorem cen-
ſus nulli, cenſeatur inducta ratificatio cenſus, re-
quiratur ſcientia nullitatis illius, vt tradunt
Cenc. de cenſ. quæſt. 15. ſub n. 22. Merlin. contr.
foren. cap. 7. num 13. Giurb. deciſ. 105. num. 12.
Rot. apud Merlin. de pign. deciſ. 76. num. 6. Cum
tacita ratificatio non cadat in ignorante. Rot.
apud Greg. XV. deciſ. 179. num. 7. & deciſ. 262.
21 num. 15. † Quia reſpondeo, id poſſe procede-
re quando ageretur de ratificatione actus facti
per aliam perſonam, puta, per Tutorem, Pro-
curatorem, & ſimiles, ſecus tamen eſt quando
idem minor contraxit, vt in caſu noſtro, quia
tunc non poteſt dari de ignorantia ipſius con-
trahentis, cum de ſcientia ipſius conſtet ex cō-
tractu per eum celebrato, vt in terminis benè
declarat Surd. conſ. 49. n. 32. et ſeq. vol. 1. Merlin.
Pignatel. contr. forenſ. cap. 7. n. 13. in fin. Rot.
deciſ. 321. num. 9. et deciſ. 478. num. 16. et ſeq.
par. 4. rec. tom. 2. et deciſ. 306. num. 54. par. 7.
rec. & ſentit eadem Rot. apud Greg. XV. deciſ.
206. num. 15. ver. Nec facit etc.

In Dom. enim Cęſare maiore non poteſt cade-
re ignorantia facti, neque ignorantia iuris: non
ignorantia facti, quia agitur de facto proprio,
vt tradunt Doct. ſupra proximè adducti, non
ignorantia iuris, quia quilibet præſumitur ſcire
iura. l. legeſ. 9. C. de legibus. Alciat. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 31. num. 1. in terminis Thob.
Non. conſ. 88. num 23. & Surd. conſ. 523. num.
15. lib. 4.

Et licèt in minori ætate fortaſſe potuerit in D. Cę-
ſare cadere d. ignorantia, illa tamen ceſſauit
ſuperueniente illius ætate perfecta, in qua prę-
ſumitur ſcientia; nec ignorantia, quæ fuit in
minori ætate, præſumitur durare poſt illam,
quia cum illa ex minori ætate cauſetur, ceſſat,
defectu ætatis ceſſante, quicquid ſit in ignoran-
tia facti, vt in puncto declarat Surd. d. conſ.
523. num. 15. vol. 4. licèt in fortioribus, quod
ignorantia iuris clari non excuſet minorem, vo-
luerint Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 8. num. 39.
& ſeq. & Ciriac. contro. 240. num. 53.

Neque obſtat, quod ex omiſſione ſolemnitatum
in d. contractu cenſus, & ex ſtatuti diſpoſitione
præſumatur dolus, vt volunt Gratia. diſcep. fo-
ren. cap. 513. num. 11. & ſeq. par. 3. Adden.
ad Greg. XV. deciſ. 260. num. 23. & deciſ. 473.
22 n. 24. † Quo ſtante, impeditur ratificatio cō-
tractus nulli Adden. loc. cit. Gratian. d. cap.
513. num. 14. & 15. ſurd. conſ. 49. num. 43.
lib. 1. etiam ſi dolus ſit præſumptus, vt in caſu
noſtro, vt tenent Gratia. d. cap. 513. num. 18.
& ſeq. Rot. apud Greg. XV. deciſ. 473. num. 18.
& ibi Adden. & apud. Buratt. deciſ. 416. num.
10. & ibi Adden. latè Adden. ad Rot. deciſ.
16. num. 28. & ſeq. par. 8. rec.

23 Quia reſpondeo dupliciter, & primò, quod di-
cta opinio, quod dolus præſumptus impediat
ratificationem, non eſt tuta, cum contrarium,
imò requiri dolum verum, & præſumptum non
ſufficere, tenent quamplures Doctores, & prę-
cipuè Alex. conſ. 18. num. 13. lib. 1. Gabr. conſ.
13. n. 21. & 22. & conſ. 146. nu. 12. lib. 1. Cę-
pha. conſ. 51. num. 30. & ſeq. lib. 1. & conſ.
315. num. 43. lib. 3. Pariſ. conſ. 49. num. 36.
& ſeq. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 1262. num.
57. vol. 3. Thob. Noni. conſ. 88. num. 22. benè
comprobans, & videtur ſentire Lader. conſ. 66.
n. 19. & latè tuetur Menoch. de recup. poſeſs.
remed.

remed 15. *num.* 179. *et seq.* vbi dicit, hanc opinionem veriorem, & *cons.* 214. *n.* 50. *et cons.* 241 *num.* 32. *et cons.* 401 *num.* 192. Rot. *Auenio. decis.* 59. *num.* 8. *et* 9. *Barz. decis.* 75. *in fin.* & cum hac opinione pertransit *Balth. Thomas. in suis trac. var. tom.* 2. *de tuto. et cura. tit.* 19. *num* 3422. alios adducens, *Surd. cons.* 49. *num.* 43. *ver. respondeti etc. lib.* 1. & benè comprobat *Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit. vlt. num.* 34. & post eum *Ciriac. contr.* 181. *n.* 76.

Ratio autem videtur manifesta, quia qui contrahit cum minore sine decreti interpositione dicitur esse in mala fide, & dolo præsumpto, cum non obseruet iuris solemnia, vt supra, & tamen dolus iste præsūptus non impedit tacitā ratihabitionem vigore *l. fin. C. si maior fact. alien. etc.* quod secus esset si d. *l. fin.* non haberet locum in dolo præsumpto, vt argumentantur *Thob. Non. Menoch. Surd. et Simoncel.* in locis sup. proximè adductis.

24 Secundò, quia supradicta non habent locum in minore, qui ratificauit in ætate maiori, cui dolus erat cognitus, vt in casu nostro, vt supra probatum fuit, qui cum possit dolum de præterito remittere, potest etiam actum dolo præsumpto celebratum ratificare. *Paris. cons.* 49. *n.* 42. *et seq. lib.* 1. *Simoncel. d. tit. vlt. n.* 35. *Gabr. d. cons.* 13. *num.* 17. *et seq. Pacif. de Salni. inspe.* 4. *cap.* 3. *n.* 19. *Ceph. d. cons.* 51. *n.* 34. *et d. cons.* 315. *n.* 31. *et seq. Thob. Non. d. cons.* 88. *n.* 23. *Balth. Thomas. in d. tit.* 19. *n.* 3417. *Menoch. de recup. posses. d. remed.* 15. *num.* 137. benè *Gratia. discept. foren. cap.* 711. *n.* 63. *et seq. par.* 4.

Quod eò magis est dicendum in casu nostro, in quo ex processu constat, D. Cæsarem tempore impositionis census esse saltem annorum viginti duorum, & vltra, & sic ferè maiorem: quod esset vir nobilis, non rudis, nec simplex, cum inseruiret de d. tempore q. Serenissimo Vrbini Duci: quod fructus d. census, effectus maior, per plures annos persoluerit, & illum extinguere promiserit, quæ omnia excludunt allegatam præsumptionem doli, & in his terminis considerauit *Rot. decis.* 62. *n.* 17. *ver. item plura etc. et decis.* 119. *num.* 7. *et seq. par.* 7. *rec.*

25 Neque contra prædicta opponi potest, quod cum d. census à principio sit nullus, ratificatio in omnem casum non retrotrahatur ad tempus celebrati contractus, maximè in præiudicium D. Isabellæ, quæ post illud tempus contraxit; sed solùm operetur, prout ex nunc, & & à tempore ratificationis. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 395. *num.* 7. *& seq. et ibi Add. Thoma. decis. March.* 100. *n.* 15. *Card. Mant. de tacit. lib.* 25. *tit.* 6. *n.* 50. *Rot. apud Merlin. de pign. decis.* 76. *n.* 6. Et sic D. Isabella, à qua DD. de Rubeis causam habent, erit anterior in omnem casum ipsis DD. de Vbertis; quia hoc fuit dictum ex abundanti ad sustinendum magis cōtractum census, sine quo cessaret creditum DD. Hæredum de Vbertis, & sic Saluianum pro eorum parte propositum, cum iam sit certum, nō posse esse locum nullitati census, vti impositi à minore, non constito de illius minori ætate, vt probaui supra in princ. omissis alijs rationibus competentibus DD. Hæredibus de Vbertis, ex quibus excludere prætendunt iura D. Isabellæ citra anterioritatem, de quibus apparet ex allegatione præcedenti, merito &c.

26 Neque nocet secundum motiuum, quod prędium, de quo agitur, fuerit datum pro fundo dotali, & ideò illud hypothecari non potuerit per D. Cæsarem virum ad fauorem DD. de Vbertis sine consensu D. Isabellæ vxoris *Gratia. discept. foren. cap.* 974. *n.* 15. *par.* 5. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæst.* 18. *nu.* 1. qui alios adducunt concordantes.

27 Quia respondeo, primò quod d. exceptio discussionis hypothecæ vxoris, vti requirens altiorem indaginem, & respiciens petitorium, non admittitur in hoc iudicio Saluiani ad retardandam immissionem, vt tradunt *Scappuc. de saluian. lib.* 2. *quæst.* 7. *n.* 2. *et seq. Amat. decis. March.* 27. *num.* 6. *et seq.* benè *Thoma. decis. March.* 109. *n.* 5. *et seq. Marche. de saluia. par.* 2. *cap.* 8. *per tot.*

28 Secundò, quia d. prædium non fuit dotale, sed proprium D. Cæsaris viri, cum enim præcesserit promissio dotis in pecunia, vt apparet ex apoca matrimoniali, prædium prædictum, vti traditum in satisfactione d. promissionis, nō censetur datum iure fundi dotalis, nisi talem fuisse eorum voluntatem clarè constet, sed dicitur tacitè emptum per virum, & sic transiuisse in eius dominium, ita vt dos dicatur consistere in quantitate, non autem in illa re tradita, vt post *Rolan. Thob. Non. Ceph. Hond. Gratian. Natt. Theja. Iun. Fran. Becc. Surd. Fachin. Ginrb. Merlin. Adden. ad Gregor. XV. Theod. Rube. et Roe. Rom.* per me adductos firmaui in *alleg. praced. n.* 2. quos breuitatis gratia non refero, addo tamen ita sentientes *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 122. *Merlin. de pign. lib.* 2. *quæst.* 19. *in prin.* latè comprobantem, & *Rot. apud eundem Merlin. decis.* 143. *n.* 10.

Quod eò magis locum habere debet in casu nostro, stantibus pluribus coniecturis clarè suadētibus, fuisse factam emptionem, & venditionē, & prima desumitur ex Clausula *Iure proprio, et in perpetuum*, secunda ex Clausula *Constituti*, tertia ex Clausula *Ad habendum*, quarta ex *venditione pretij*, quinta ex *promissione restituendi dotem non prædium*, sexta ex verbis Instrumenti, *Dederunt, tradiderunt, et cesserunt*, septimum ex *promissione euictionis in forma amplissima*, quæ

quæ latè pōderatæ fuerunt *in alleg.præced. n.7.*
29 *& seq.* quas breuitatis studio nō repeto: † Coniecturæ autem plurimùm valènt ad demonstrādum, fuisse factam emptionem, & venditionē. *Giurb. ad consuet. Messa. par. 1. cap. 15. glo. 1. num. 19. Rot. decis. 114. num. 2. & seq. apud Merlin. de pigno.* Ita vt stante d. præsumptione oriēte ex datione prædij in satisfactionem doris promissæ in quantitate exclusiua fundi dotalis, & tot coniecturis idem suadentibus, res sit ita clara, vt non sit vlterius quærendum, vt dicit *Rot. d. decis. 114. num. 2. in fin.*

Quibus nullo modo obstant coniecturæ ponderatæ in contrarium per Excellentissimum Dominum meum, & præcipuè prima desumpta ex
30 *eo*, † quod D. Cæsar in Instrumento venditionis prædij, de quo agitur, illud appellauerit fundum dotalem ad not. per *Decia. cons. 81. num. 6. & per Crau. cons. 20. num. 2. & seq.* Cum in hoc sit plurimùm attendenda voluntas contrahentium tam expressa, quam tacita. *Surd. cons. 366. num. 6. lib. 3. Gratian. discep. foren. cap. 826. num. 74. par. 5.*

Quia respondeo primò, quod non constat ex d. Instrumento venditionis, quod D. Cæsar appellauerit d. prædium dotale, vt ex eo est videre, sed solùm enunciatur *prædium in dotem datum D. Isabellæ*, ex quo non potest inferri, illud esse
31 fundum dotalem, † quia d. terminus *Res dotales*, siue *in dotem data* est terminus æquiuocus, qui comprehendit tam res dotales inæstimatas, quam etiam æstimatas in dotem datas ad tex. in *l. in rebus. 20. in prin. C. de iur. doti.* & declarant *Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 34.* in puncto, & in fortioribus terminis *Hond. cons. 41. n. 18. & seq. lib. 1.* vbi dicit, quod fundus dotalis appellatur etiam ille, qui fuit datus æstimatus ea æstimatione, quæ facit emptionem, cum etiam ille dicatur dotalis, saltem impropriè, per iura per eum adducta, & idem not. *Ceph. cons. 351. sub num. 37. lib. 3.* in puncto *Rota apud* Merlin. *de pign. decis. 144. num. 10.*

32 Coniecturæ autem æquiuocæ, & non concludentes non attenduntur. *Rot. decis. 620. n. 6. & decis. 629. num. 24. par. 4. rec. tom. 3.* sed illę debent esse saltem probabiles *Curt. Iun. cons. 111. n. 5. & cons. 113. n. 9. & cons. 121. n. 10. & 11. Alciat. cons. 36. num. 25. lib. 9.* quos referendo sequitur *Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 1. num. 23. ver. sed aduerte &c. Rot. decis. 309. num. 13. par. 7. recen.*

Secundò, quia d. verba *in dotem data* sunt relatiua ad Instrumentum promissionis dotis, vt ibi est videre, in quo cum d. prædium fuerit datum D. Cæsari æstimatum, ideò de dote data æstimata, & sic effecta propria viri, sunt intelligen-
33 da †, cum relatum dicatūr esse in referente cum omnibus suis qualitatibus. *l. asse toto. 77. ff. de hæred. instit. Rot. apud Greg. XV. decis. 522. num. 9. & 10. & apud Card. Caual. decis. 94. num. 7. & apud* Merlin. *de pign. decis. 147. n. 9.* Et omnia, quæ sunt in relato dicantur contineri in referente. *Bero. cons. 140. n. 36. lib. 2. Rot. in Rom. retrouenditionis domus 9. Maij 1642. corā* R. *P. D. Carillo. §. minus aduersatur. &c.* & cum relatum, non referens, attendatur, vt post *Castr. Aret. Alex. Deci. Paris. Soc. Iun. Gram. Ceph. & Menoch.* per eum adductos tradit *Surd. cons. 313. num. 50. lib. 3. Rot. apud Greg. XV. decis. 439. in prin.*

Tertiò, quia quando dos a principio est constituta in pecunia, vt in casu nostro. & est inducta emptio, & venditio, vt supra fuit probatum, non potuit D. Cæsar, per eius assertionem ex interuallo factam, illam conuertere, & commutare in fundum dotalem. *Gratia. discep. foren. cap. 435. n. 5. & 31. par. 3. Capic. latro. decis. 109. num. 7. lib. 1.* & infra latius probabo in responsione ad sequentem coniecturam, maximè in præiudicium DD. de Vbertis, qui sunt creditores anteriores ipsa D. Isabella, vt latè
34 probaui *in alleg. præced.* † Cum pacta, & assertiones debitorum non possint præiudicare creditoribus *l. debitorum 25. C. de pact. Ang. & Castr. ad ll. 1. & 3. ff. de solut. Costa de scien. & igno. inspec. 54. in prin. Rot. decis. 57. n. 4. apud Merlin. de pign.* Maximè quo ad hypothecam. *l. si vnus 28. §. ante omnia ff. de pact. l. 1. C. debit. vend. pign. imped. & ibi Bal. & Salic. Negus. de pign. in 3. memb. 6. par. n. 11. Surd. decis. 286. n. 1. Rot. apud Burat. decis. 62. n. 5.* Cum quod fit ex post facto non possit mutare naturam rei *l. eandem 9. §. sed si quis. ff. de duobus reis* in terminis *Ceph. cons. 351. n. 19. lib. 3.*

Secunda verò coniectura desumpta ex eo, quod D. Isabella vxor in precibus Serenissimo Duci porrectis appellauerit d. prædium sub nomine bonorū dotalium, &, vti de talibus, mandatum fecerit D. Cæsari viro ad illud venden-
35 dum, † cum actus sequens præcedentem intentionem declaret. *l. Iulianus 9. §. proinde ff. ad Maced.* cum alijs relatis per *Tiraq. in. l. si vnquam in ver. Donatione largitus n. 257. C. de reuoc. donat.* nihil omninò facit, quia quo ad assertionem factam in precibus per D. Isabellam, cum ipsa non interuenerit in confectione apocę dotalis, nec in promissione dotis facta in pecunia D. Cæsari viro, nec in datione prædij in solutum æstimandi per homines, vt ex eis est videre, ideò non potuit d. concessionem, & dationem in solutum declarare, cum declarationem intentionis non possit facere nisi idemmet, qui actum fecit. *Bart. in l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb. oblig. Soc. Sen. cons. 260. col. 8. vol. 2.* quos referendo sequitur *Io. Fran. a Ponte cons. 1.*

cons. 1. num. 81, *lib. 1. Rot. decis.* 225. *num.* 5.
par. 6. rec. Declaratio enim pertinet ad eum,
a cuius animo quid pendet. *glo. in cap. significasti*
16. *in ver. si ita est de homie.* & tradunt Doct.
supra proximè adducti.

Quo verò ad assertionem factam per eandem D.
Isabellam in mãdato procuræ præsente D. Cæ-
sare viro circa prædium, vti dotale, neque pari-
37 ter nocet: primò, † quia, cum dos fuerit pro-
missa in pecunia, & prædium fuerit consigna-
tum viro *pro æstimatione facienda &c.* & ex
alijs coniecturis supra adductis constet, fuisse
factam emptionem de eodem prædio, vt supra
est probatũ, d. verba *Bona dotalia* non accipiun-
tur propriè pro fundo dotali, sed exponuntur,
idest *data in dotem*, prout verè fuerunt data,
non autem, vt in eo dos consisteret, & esset vxo-
ris, vt not. *Caph. cons.* 351. *n.* 37. *& seq. vol.* 3.
& declarat *Hond. d. cons.* 41. *num.* 18. *& seq.*
vbi subiungit, id habere locũ etiam si illud fuis-
set appellatum *fundum dotalem*, quia etiam
fundus datus pro dote æstimatus dicitur dota-
lis, saltem largo modo, vt ibi per eum.

38 Quod si aliter diceremus, induceretur noua-
tio, commutando dotem de pecunia in fundũ,
quæ regulariter non fit, nisi dicatur expressè.
l. fin. C. de nouat. Thob. Non. cons. 81. *n.* 4. *Gabr.*
cons. 155. *num.* 17. *lib.* 1. *Menoch. de præsump.*
lib. 3. *præsump.* 134. *num.* 34. *Rot. apud Merli.*
de pign. decis. 146. *n.* 4. & in his terminis tra-
dunt *Hond. d. cons.* 41. *num.* 11. *& Giurb. ad*
consuet. Messan. par. 1. *cap.* 15 *glo.* 1. *n.* 18. Et
induceretur mutatio voluntatis, quæ pariter
non præsumitur *cap. cum Marte.* 6. *de celebr.*
Missa. l. cum, qui. 22. *ff. de prob. l. cum hic sta-*
tus. 33. *in prin. & §.* 1. *ff. de don. int. vir. & vxo.*
cum alijs relatis per *Caph. d. cons.* 351. *n.* 25.
per Hond. d. cons. 41. *num.* 25. *& per Barbos.*
axiom. 230. *num.* 7. & idem tradit *D. Andreol.*
contro. 130. *num.* 10. vbi dicit, d. verba *Bona*
dotalia, seu *fundum dotalem* non posse alterare
contractum dotis prius celebrati in quantitate,
& in pecunia, nec impedire, quin res data in
solutum sit effecta propria mariti, sed illa esse
intelligenda impropriè, vt supra, hoc est *data*
in dotem, vt ibi per eum videndum.

Secundò d. coniectura non nocet, quia, admissa
etiam mutatione voluntatis dictorum Iugaliũ
39 commutandi dotem de pecunia in fundum †,
quia, inquam, licèt dos quæ consistit in pecunia,
vt in casu nostro, possit conuerti in fundum do-
talem. *l. si ei* 26. *l. ita constante* 27. *ff. de. iur.*
dot. & not. *Hond. d. cons.* 41. *n.* 27. *Ciriac. contr.*
151. *num.* 35. *& contr.* 524. *n.* 2. *Giurb. ad con-*
suet. Messa. par. 1. *cap.* 15. *glos.* 1. *n.* 26. *D. An-*
40 *dreol. contr.* 130. *num.* 16. † Duo tamen de-
bent ad id concurrere copulatiuè, nempè con-
sensus coniugum, & vtilitas mulieris, vt de-
clarant *Hond. d. cons.* 41. *n.* 27. *Paris. cons.* 128.
n. 2. *lib.* 1. *Soc. Iun. cons.* 118. *num.* 11. *& seq.*
Grat. discep. foren. cap. 435. *n.* 5. *&* 31. *par.* 3.
Gait. de credit. cap. 4. *quæst.* 11. *n.* 154. *& seq.*
Ciriac. contr. 524. *n.* 2. *D. Andreol. d. controu.*
130. *num.* 16. *Capic. Latro decis.* 109. *n.* 7. *&*
seq. lib. 1. & admittit *Merlin. de pign. lib.* 2.
tit. 19. *n.* 52. qui requirit etiam solemnitates,
& *Giurb. d. glos.* 1. *n.* 26.

41 In casu verò, de quo agitur, deficit vtilitas vxo-
ris, de qua non cõstat, imo cõstat de cõtrario,
cum mulieri vtilius sit habere dotẽ in pecunia,
quã in fũdo, quia pecunia nec perire, nec diminui
potest, & pro eius restitutione non solum com-
petit ei actio personalis contra virum, & eius
bona habet obligata, sed etiam ipsa bona in so-
lutum data habet hypothecata pro sua dote. *l.*
42 *in rebus dotalibus* 18. *ff. de iur. dot.* † Et illarum
periculum ad virum spectat. *l. plerumq.* 11. *&*
l. si res æstimatæ 13. *ff. de iur. dot.* Rol. *cons.* 92.
num. 10. *lib.* 2. *Hond. d. cons.* 41. *n.* 30. *Gomez.*
ad leg. 29. *Taur. num.* 13. *Ludou. concl.* 10. *li-*
mit. 1. *Card. Mant. de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 13.
latè *Giurb. ad consuet. Messan. d. cap.* 15. *glos.* 1.
num. 3. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 5. *glos.* 8.
part. 13. *num.* 13. *& seq. Caph. d. cons.* 351.
num. 34. *Castill. de vsufru. cap.* 4. *num.* 9.

43 Quod quidem non accidit, si dos consistat in
prædio, quia si illud sine culpa viri ex qualita-
te temporum, vel alia de causa fiat deterius,
vel pereat, id damno vxoris cedit, non viri.
glos. & Sal. in l. si inter virum 21. *C. de iur. dot.*
Couar. pract. quæst. cap. 28. *sub num.* 8. vbi te-
statur de communi opinone. *Hond. d. cons.* 41.
in fin. & cons. 77. *n.* 2. *vol.* 2. *Laderch. cons.* 65.
n. 4. *Giurb. d. glos.* 1. *n.* 4. *Fontanel. d. par.* 13.
num. 5. *Ciriac. controu.* 220. *n.* 10. *& seq.*

44 Et ideò in hoc casu non concurrere vtilitatẽ
vxoris, imò eius damnum adesse, & sic non
potuisse fieri d. commutationem de pecunia in
prædium, tenuerunt *Bald. Nouel. de dote par.* 7.
priuil. 1. *n.* 5. *Rolan. cons.* 92. *num.* 10. *lib.* 2.
Ludou. decis. Perus. 89. *in fin. Castill. de vsufr.*
cap. 4. *num.* 9. *Rub. Alexan. cons.* 5. *n.* 2. *Hond.*
cons. 14. *in fin. & d. cons.* 41. *in fin. lib.* 1.
Caph. d. cons. 351. *num.* 33. *& seq. Couar. d.*
cap. 28. *num.* 7. *ver. sed dic &c.* & hanc opinio-
nem communem dicit *Merlin. de pign. lib.* 2.
quæst. 19. *n.* 54. quam opinionem tenent etiam
Fontanel. d. par. 13. *num.* 27. *& Rota decis.* 335.
num. 4. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& decis.* 74. *num.* 13.
apud Merlin. de pigno. quicquid contrarium te-
nuerit idem *Merlin. d. quæst.* 19. *num.* 54. *&*
Rot. decis. 287. *n.* 4. *par.* 3. *rec.* contra quem
adest communis opinio, de qua supra.

45 Quibus non obstat, quod, vt valeat commu-
tatio de pecunia in fundum, non requiratur vti-
litas mulieris, sed sufficiat non adesse damnum,

vt post

vt post *Simon. de Prat. conf. 49. num. 5.* dicit *Rot. d. decis. 287. num. 5.* Quia imò in dicta commutatione constat verè de damno ob periculum fundi, quod cedit in damnum vxoris,
46 non autem viri, vt not. Doct. supradicti † Et vt illa fieri possit, requiritur, adesse vtilitatem vxoris, vt tradunt *Bald. Nouel. Rola. Rub. Alex. Hond. Couar. & Rot. in loc. proximè adductis*, & vltra eos *Soc. Iun. conf. 118. num. 11. & seq. lib. 3. Barbo. in l. 1. par. 5. num. 9. ff. solu. matr. Rimi. Iun. conf. 776. num. 29. & 30. Gratian. discep. foren. cap. 435. num. 31. par. 3.* volentes, requiri copulatiuè consensum vxoris, & illius vtilitatem.

Inane autem est asserere, quod conuersio dotis in fundum sit vtilis vxori ex eo, quia pecuniæ dotales fiant fructiferæ, quia id posset fortasse habere locum, quando fructus dotales specta-
47 rent ad vxorem, † sed cum illi spectent omninò ad virum. *l. pro oneribus 2. C. de iur. doti. Ludon. decis. Lucen. 21. num. 46. Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 1. par. 3. num. 9. Rota apud Merli. de pign. decis. 62. n. 12.* nescio videre quomodo id dici possit vtile vxori.

Sicut etiam neque censeo verum, quod capitale dotis magis subiaceat periculo, quam fundus dotalis, qui potest de facili perire, & reddi infructuosus vel casmate, vel corrosione, seu inundatione fluminum, vel ex aliqua alia causa, vt consideràuit *Hond. d. conf. 14. in fin. & d. conf. 41. num. 28. & seq. & alij Doct. supra adducti*. Quod quidem non potest contingere in capitali dotis, quod, si per virum fortè profundatur, remanet actio vxori contra illum, & eius bona pro illius securitate, saltem tacitè, a lege hypothecata ad *tex. in l. vni. §. 1. & ibi not. Doct. communiter C. de rei vxo. act.* cum alijs relatis per *Merli. de pigno. lib. 3. quæst. 43. in prin. Altogra. conf. 33. num. 14. & seq. lib. 1.* & notetiam Doct. supra proximè adducti, meritò &c.

Tertia verò coniectura deducta ex eo, quod D. Isabella asserueric vendere bona viri in dotem habita, deficit in iure, & in facto: in facto quidè, quia d. verba non adsunt in Instrumento enũciato, vt ex eo est videre: in iure verò, quia d. verba *in dotem habita* non probant, fundũ esse dotalē, vt supra probaui. *num. 37. ex Caph. & Hond.* ibi adductis, quæ breuitatis causa non repeto,
48 † Imò cum dos fuerit promissa in pecunia, & fuerit datum prædium ad æstimationem, illud verè transiuit in dominium D. Cæsaris viri, & non remansit dotale, etiam si fuisset dictum, illud dari in fundum dotalē, & sic in fortioribus terminis, vt post *Corn. Hond. Caph. Menoch. Gabr. Sacca. Negusa. Iun. Mart. Medi. Beltram. Fachin. & Rot. Rom* per eum relatos scribit *D. Andreol. d. contr. 130. num. 4.* & voluit *Rot. decis. 561. in princ. par. 3. rec. & decis. 476. n. 4. par. 4. rec. & apud Merlin. de pign. decis. 144. nu. 10.* vbi aliæ cumulantur, & dicit, d. verba *Pro fundo dotali* in d. casu esse intelligenda pro hypotheca, & assecuratione dotis, maximè cum dicta enunciatiua exaduerso ponderata non valeat transferre dotem de pecunia in fundum, deficiente vtilitate vxoris, vt probaui supra in responsione ad secundam coniecturam.

Quarta verò coniectura desumpta ex eo, quod æstimatio d. prædij sit facta ad alium finem, quam inducendi emptionem, nempè ad effectum sciendi quantum esset supplendum in pecunia ex illis verbis *E se non fosse stimato due mi-*
49 *la scudi &c.* † quo casu æstimationem, vti factam ad explorandum valorem rei, non facere emptionem, voluerunt *Merli. de pigno. d. q. 19. num. 106.* & *Rot. decis. 275. n. 10. apud Pacif. de Salnian. & apud Greg. XV. decis. 572. n. 20. & ibi Adden.* non nocet, quia ex verbis tam apocæ, quam Instrumenti consignationis prædij non apparet, æstimationem esse faciendam ad dictum effectum, nempè sciendi valorem prædij, cum illud fuerit consignatum liberè D. Cæsari pro scutis duobus millibus, iuxta æstimationem faciendam, per quam inducitur emptio, & venditio. *l. quoties. 17. ff. de iur. dot.* & ego latè probaui *in alleg. praced. n. 2.* Neque adest aliqua dictio, quæ nos suadeat, æstimationem fieri ad d. effectum, & licèt, facta datione in solutum ipsius prædij pro scutis duobus millibus pro æstimatione facienda, postea in diuersa oratione fuerit additum *Cum obligatione supplendi pretium, quatenus prædium ad d. pretium non ascendat*, dicta verba non fuerunt apposita ad effectum excludendi emptionem, & venditionem, sed ad effectum excludendi læsionem, quæ potuisset contingere in datione in solutum, si, inquam, prædium tanti non valeret,
50 † quam etiam in parua quantitate in dicto casu iura abhorrent, vt tradunt *Pinel. in l. 2. par. 1. cap. 1. num. 13. & seq. & cap. 4. num. 33. & seq. C. de rescin. vend. & post Imol. Ant. Burg. Bal. Nouel. Afflic. Crem. Gabr. per eum relatos Fachin. contro. iur. lib. 2. cap. 29. ver. quo verò &c.* aliàs æstimatio nunquam induceret emptionē, & venditionem, eum omnis æstimatio regulariter fiat ad perscrutandum valorem rei æstimatæ, vt patet ad sensum.

51 Quod eò magis est dicendum in casu nostro, cum ad cognoscendum quando æstimatio sit facta ad emptionem inducendam, vel ad sciendum valorem rei, attendi debeant coniecturæ. *Ludon. d. concl. 10. limit. 2. Surd. decis. 305. num. 37. Trentacinq. var. resol. tom. 1. lib. 3. de iur. doti. resol. 1. num. 24. Gratia. discep. foren. cap. 489. num. 3 par. 3. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 8. par. 13. n. 30. versic. dixi quod &c.*

& Ciriac. contro. 220. *num.* 4. Quarum in casu nostro negari non potest, quin concurrant plures, & quidem fortiores allegatis exaduerso, nempè coniecturæ desumptę ex clausula *Iure proprio, & in perpetuum*, ex clausula *Constituti*, & clausula *Ad habendum*, ex mentione prætij pluries repetita, ex promissione restituendi dotem, non prædium, ex verbis *Tradiderunt, dederunt, & cesserunt*, ex promissione euictionis in forma amplissima, quæ ponderatæ fuerunt in allegat. præceden. Quibus addo nunc octauam coniecturam in promissione dotis facta in pecunia, vt ex *Rola. Thob. Non. Ceph. Hond. Gratian. Thesa. Iun. Natt. Fachin. Franc. Becci. Surd. Ludo. Giurb. Merlin. & Rot. Rom. proba-*
52 *ui in d. alleg. præced. num.* 2. † Quæ, vti plures, validiores, & vrgentiores, & desumptæ ex apoca matrimoniali, & ex Instrumento consignationis prædij, præferuntur leuibus coniecturis exaduerso adductis, desumptis vt plurimum ex interuallo, & post ius quæsitum tertio *Rot. decis.* 293. *num.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& decis.* 686. *num.* 21. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *& decis.* 361. *nu.* 21. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& decis.* 620. *n.* 6. *d. par.* 4. *rec. tom.* 3. & quæ clarè demonstrant, æstimationem prædictam importare emptionem, & venditionem.

53 Et quod omnem remouet scrupulum, & amaritudinem est, quod stantibus hinc inde coniecturis suadentibus, æstimationem vel fecisse emptionem, vel fuisse factam ad sciendum valorem rei, in dubio illa est sumenda interpretatio, quæ suadet, fuisse factam emptionem, vt not. *Rolan. cons.* 64. *sub num.* 17. *lib.* 4. *Fachin. contro. iur. lib.* 12. *cap.* 74. *ver. Tertio quia &c. Fontanel. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 3. *num.* 25. *Alba cons.* 136. *num.* 6. *& seq. lib.* 1. vbi dicit, huic præsumptioni esse semper standum, nisi partes expressè contrarium dixerint, *Castil. de vsufr. cap.* 4. *num.* 12. *Rube. in singul. Rot. Rom. tom.* 1. *ad decis. Plat.* 91. *n.* 4. *Merlin. de pigno. d. quæst.* 19. *num.* 107. optimè *Rot. decis.* 419. *num.* 3. *par.* 4. *rec.* vbi quod æstimatio potius præsumitur facta ad faciendam emptionem, quam ad effectum supplendi prætium, vt in casu nostro, stantibus enim hinc inde coniecturis, standum est regulæ, quod in dubio ęstimatio faciat emptionem, vt post *Surd. cons.* 112. *num.* 10. *lib.* 1. dicit *Rot. apud Merlin. de Pigno. decis.* 63. *num.* 25.

54 Maximè cum agatur de æstimatione bonorum immobilium, & hoc pro nona deseruire potest coniectura, in quibus eò magis æstimatio solet facere emptionem, & non dicitur facta ad sciendum valorem rei, cum æstimationes, quę fiunt ad effectum sciendi valorem, regulariter fiant de rebus mobilibus, in quibus cadere solet deterioratio, vt in vestibus, seruis, animalibus *l. plerumq.* 11. *ff. de iure dot. Alba. cons.* 136. *num.* 6. *& seq. lib.* 1. *Fontanel. d. glo.* 8. *par.* 3. *num.* 25.

55 Quinta verò coniectura elicita ex stipulatione facta per virum pro D. Isabella vxore, ex qua insurgere videtur præsumptio exclusiua emptionis ex *Rola. cons.* 64. *in prin. lib.* 4. *& ex Merlin. de pigno. d. quæst.* 19. *num.* 29. corruit in facto, Quia ex instrumento consignationis prædij non apparet, D. Cæsarem stipulasse simpliciter pro vxore, sed principaliter pro se, & pro vxore, vt ex dicto instrumento videre est, Quæ quidem stipulatio pro se, & pro vxore, vt aliàs dixi, non facit arguere, prædium esse
56 dotale † Quia, cum ex constitutione dotis facta in pecunia, & ex datione in solutum prædij ad æstimationem, dicatur esse inducta emptio, & venditio illius, vt supra fuit probatum, maximè stantibus tot coniecturis supra ponderatis conclusionem prædictam benè firmantibus, ita vt illud fuerit acquisitum omninò ipsi D. Cęsari viro, & dos dicatur consistere in quantitate, & non in prædio, sequitur, quod stipulatio, etiam pro vxore, sit intelligenda quo ad hypothecam, & securitatem illius, vel in subsidium, & quod debeat attendi quod conuenit naturæ dicti contractus, non autem nominatio vxoris, & verba, & quod actus consignationis prædij tribui debeat soli viro, reiecta contemplatione vxoris, vt optimè declarant in terminis *D. Andreol. d. contro.* 130. *num.* 10. *& seq.* latè comprobans, & quamplura adducens fundamenta, quæ non refero, *& Rota decis.* 52. *par.* 6. *rec. per tot.*

Vel, stante quod promissio dotis soli viro sit facta, & ideo ipsi tantum actio competat. *l si pater marito* 5. *& ibi not. Doct. C. de dot. promis. Gail. obseru.* 133. *num.* 7. *lib.* 2. *Kinc. de Franc. decis.* 33. *in prin.* cum alijs relatis per *D. Andreol. d. contro.* 130. *num.* 12. datio in solutum etiam vxori, vti facta ex falsa causa, sit nulla, vt post *Menoch. cons.* 91. *num.* 44. *lib.* 1. per eum relatum scribit *D. Andreol. d. contro.* 130. *n.* 12.

Quibus stantibus Clausula *ad habendum* debet retinere naturam suam, vt aduertunt *D. Andreol. d. contro.* 130. *& Rot. d. decis.* 52. & si illa foret intelligenda secundum subiectam materiam, & naturam dispositionis, cui fuit adiecta, vt volunt *Crau. cons.* 20. *n.* 15. *& alij*, quos referendo sequitur *Barbos. de claus. clausula* 4. *in fin.* adhuc intelligenda venit, quod d. prædium, vti non dotale, sit alienabile, cum sit de natura contractus dationis prædij in solutum pro dote promissa in quantitate, quod ipsum prædium, vti effectum de dominio viri, sit alienabile *d. l. quoties* 5. *C. de iur. dot.* cum alijs adductis supra, & præcipuè per *Fontanel. d. par.* 13. *num.* 16. *& seq. & per Castill. de vsufr. cap.* 4. *num.* 7. *& per Merlin.*

Merli. de pign. lib. 2. d. quæst. 19. *in prin.*
Nec *Merlin.* exaduerso adductus *d. quæst.* 19. *n.* 29.
contrarium dicit, sed loquitur quando maritus
stipulatus fuit non sibi, sed solùm pro vxore,
quod non verificatur in casu nostro, in quo D.
Cæsar vir stipulatus fuit primò pro se, & postea
pro vxore, *d. verò n.* 73. loquitur quando con-
signatio fuit facta viro, & vxori pro omni eo,
& toto, quod potest prætendere, quo casu non
constabat de promissione dotis facta in pecu-
nia, nec aderant coniecturæ, de quibus supra,
suadentes, fuisse factam emptionem, & vendi-
tionem, & prædium consignatum non esse do-
tale, & ideo, vti quid diuersum, non potest ap-
plicari casui, de quo agitur ex Regula, Quod
ex diuersis non fit illatio *l. vlt. in fin. & ibi
Bart. ff. de calumn. l. Papinianus exuli.* 21. *ff. de
mino. l. inter stipulantem* 83. *§. Sacram. ff. de
verb. oblig.* cum alijs relatis per *Barbos. axiom.*
114. *n.* 1. Et propter facti mutationem etiam
minimam mutatur totum ius *l. si is* 34. *ff. de
excus. tuto. Bald. cons.* 304. *in prin. lib.* 1. *&
cons.* 12. *in prin. lib.* 2. *Giurb. ad consuet. Messan.
in proem. num.* 8. *Barbo. axiom.* 93. *nu.* 2. alios
adducens.
58 Vltima verò coniectura exclusiua emptionis,
& venditionis exaduerso adducta, & elicita ex
æstimatione facta ex interuallo ex *Rot. apud
Pacif. de Saluia. decis.* 30. *num.* 5. *&* 6. *& ex
Adden. ad Greg. XV. decis.* 573. *num.* 16. *in fin.*
59 nihil omninò facit, † Quia illa habet locum
quando a principio res dotalis fuit tradita in
æstimata, vel non præcessit pactum de æstiman-
do, quia tunc, cum res data in dotem sit fundus
dotalis iux. tex. *in l. vnica §. & cum lex. C. de
rei vxo. actio.* & not. *Fontanel. de pact. nupt. d.
par.* 13. *n.* 17. *Ant. Quæsueda diuer. quæst. iur.
cap.* 14. *num.* 25. si æstimatio postea facta ex
interuallo faceret emptionem, induceretur no-
uatio, & mutatio voluntatis, quod non est di-
cendum, & ideò nec mirum si non facit emptio-
nem, vt declarant *Couar. pract. quæst. cap.* 28.
num. 10. *Ludo. decis. Perus.* 89. *num.* 4. *& seq.*
alios adducens *Fontanel. de pact. nupt. cla.* 5.
glo. 8. *par.* 13. *n.* 36. *&* 37. *Adden. ad Buratt.
decis.* 361. *num.* 14. *vers.* 2. *non procedit &c.*
& in istis terminis loquitur *Rot. decis.* 30. *apud
Pacif exaduerso adducta*, in qua non præcessit
promissio dotis in pecunia, meritò dos data
fuit inæstimata, & in istis terminis loquitur etiā
Merlin. licèt confusè *in d. quæst.* 19. *num.* 47. *&
seq.* Vnde secus est dicendum in casu nostro, in
quo dos fuit promissa in pecunia, & a princi-
pio fuit conuentum de æstimatione facienda, &
quod stante dicto pacto de æstimando prædio
pro dote consignando, æstimatio sequuta ex in-
teruallo retrahatur, & perinde fit, ac si ab ini-
tio facta fuisset iux. doctrinam *Bart. in l. Mode-
stinus* 76. *n.* 1. *vers. secundò nota ff. de solut.* te-
nuit expressè *Rota decis.* 419. *nu.* 2. *par.* 4. *rec.*
60 Quod verò æstimatio non sit sequuta, & sic
prætium, vti incertum, impediat, quod dicatur
facta emptio, & venditio ad not. per *Card.
Mant. de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 9. *&* 10. *&
per Curt. Iun. in l. ex conuentione* 11. *num.* 8. *C.
de pact.* cum quibus pertransit *Fontanel. de pact.*
61 *nupt. d. par.* 13. *num.* 57. *& seq.* non nocet, †
Quia cum fuerit conuentum de æstimatione fa-
cienda per homines communiter eligendos con-
uentio est valida *Surd. decis.* 82. *num.* 2. *& ibi
Hodier. num.* 2. vbi dicit, id maximè procede-
re quandò deuentum fuit ad traditionem rei, vt
in casu nostro *Card. Manti. de tacit. lib.* 4. *tit.* 19.
num. 42. *Fachin. contro. iur. lib.* 2. *cap.* 1. *vers.
deniq; &c.* alios adducens quamplures, & te-
statur, de magis communi opinione contra
Pinel. in l. 2. *par.* 1. *rub. cap.* 1. *num.* 6. *C. de
rescin. vendit.*
Maximè cum prætium in casu nostro non possit
dici omninò incertum, cum prædium datum
fuerit in solutum D. Cæsari viro pro scutis duo-
bus millibus iuxta æstimationem faciendam
&c. & sic cessant exaduerso adducta de omni-
62 moda incertitudine prætij † Vndè stante dicto
pacto de æstimatione facienda per homines cō-
muniter eligēdos ante æstimationem sequutam
dicitur inducta perfecta emptio, & venditio,
& prætium vsque a principio dicitur certum
tanquā æstimatio ab ipsa lege statim sit facta,
& successiuè facit emptionem, ita vt dominium
rei transierit in maritum, vt in terminis tradunt
Couar. prac. quæst. d. cap. 28. *in prin. Ludo. consil.*
10. *ampl.* 2. *Giurb. ad consuet. Messan. d. cap.* 15.
glo. 1. *num.* 8. *Merlin. de pign. d. quæst.* 19. *nu.*
36. *& seq. & post Soc. Purpur. Bald. Nouel. Ma-
stril. Soc. Iun. Rim. Iun.* & alios per eum relatos
scripsit *Gratian. discep. foren. cap.* 254. *num.* 33.
& seq. par. 2. vbi testatur de veriori opinione,
quam tenuerunt etiam *Rube. in singul. Rot. Rom.
tom.* 1. *ad decis. Plat.* 91. *num.* 6. *& Rot. Rom.
apud Card. Seraph. decis.* 1203. *in prin. & decis.*
623. *num.* 3. *par.* 1. *rec. & decis.* 101. *num.* 2.
par. 3. *rec. & decis.* 419. *num.* 3. *par.* 4. *rec.*
itaut hæc sit verè communis opinio Doct. &
ideò in iudicio sequenda, quicquid senserint
Doct. adducti supra num. 60. *& Gionagn. cons.* 40.
num. 7. *lib.* 2.
Concludendum est igitur, vt recepimus cauamus,
quod coniecturæ exaduerso adductæ ad pro-
bandum, prædium esse dotale, vti friuolæ, equi-
uocæ, & reprobatæ, id nullo modo probent, nec
tollunt præsumptionem iuris, quod stante pro-
missione dotis facta in pecunia, & datione in
solutum prædij pro æstimatione facienda, cen-
seatur inducta in dubio emptio, & venditio,
quæ habet locum etiam cessante æstimatione,

 vt dicit.

vt dicit *Fontanel. d. glo. 8. par. 13. num. 26. &*
Rot. apud Card. Seraph. decis. 1207. *in prin.* Ma-
ximè cum illa sit munita nouem coniecturis,
de quibus supra, & in allegar. praced. non ob-
stantibus in contrarium adductis, cum conie-
cturæ friuolæ, & æquiuocæ non attendantur,
sed illæ debeant esse saltem probabiles, vt not.
Curt. Inn. Alein. Card. Manti. & Rot. in loc. rela-
tis supra num. 32.

Vel saltem *illæ* sint sublatæ per coniecturas supra
ponderatas, vti longè plures, fortiores, & ma-
gis concludentes, & a Doctoribus approbatas,
vt ex pluribus *Rotæ decis.* probaui pariter *supra*
n. 52. quibus nunc addo *Leotar. de vsur. quæst.*
93. *n.* 40. benè comprobantem.

63 Vel postremò admissa, citra veri preiudicium,
paritate coniecturarum, quæ verè non adest,
per iura supra adducta, standum sit regulæ,
quod in dubio æstimatio faciat emptionem,
quam appellat regulam *Merlin. de pign. lib.* 2.
quæst. 19. *num.* 107. & dicit ab ea non esse, nisi
probetur contrarium, recedendum, vt tradunt
Surd. cons. 112. *num.* 101. *lib.* 1. *&* Rot. *decis.*
63. *num.* 25. *apud Merlin. de pign.*

Quo verò ad priuilegium *l. licet* 7. *C. qui potio. in*
pig. hab. quo intendunt vti DD. de Rubeis, vti
habentes causam a D. Isabella vxore, respon-
64 deo, illud non intrare †, quia vt illi sit locus,
requiritur, quod res empta expresè, & specia-
liter hypothecetur ad fauorem creditoris dan-
tis pecuniam, aliàs illi non potest esse locus,
vt expresè habetur in *d. l. licet,* & ibi not. *glo.*
Bald. Ang. & alij, & tradunt etiam *Afflict.*
decis. 309. *num.* 9. *& ibi Vrsill. post prin. Ludo.*
decis. Perus. 45. *n.* 19. *Couar. var. resol. lib.* 1.
cap. 7. *n.* 2. *Negus. de pign. in* 2. *memb* 5. *par.*
num. 18. *ver. quinimò. Gratia. discep. foren. cap.*
616. *num.* 4. *& cap.* 670. *n.* 1. 2. *& seq. par.* 4.
& cap. 964. *num.* 23. *par.* 5. *Fontanel. de pact.*
nupt. claus. 7. *glo.* 2. *par.* 8. *num.* 72. *Mangil. de*
euit. quæst. 22. *n.* 7. & hanc receptissimam opi-
nionem dicit *Gait. de credit. cap.* 4. *quæsit.* 11.
num. 1201. *& seq. & in append. num.* 120. *Vinc.*
de Franch. decis. 369. *num.* 2 *Amat. Roderi. de*
concur. credit. par. 1. *art.* 7. *num.* 9. *& num.* 13.
& seq & in istis terminis loquuntur *Pacif. de*
salu. inspect. 3. *cap.* 3. *num.* 23. *& seq. Salgad.*
in laber. cred. par. 1. *cap.* 12. *per tot. & par.* 2.
cap. 14. *num.* 108. *& seq. Rot. apud Pacif. de*
Salui. decis. 293. *per tot. & apud Buratt. decis.*
62. *n.* 4. & tradunt expresè *Adden. ibi num.* 9.
& decis. 223. *in prin. Nigr. de except. cap.* 6. *n.* 29.

65 Quicquid contrarium voluerint *Sal. in l. in-*
terdum. 5. *ff. qui potio. in pign. hab. Negus. sibi*
contrarius d. 2. *memb.* 5. *par. num.* 3. *ver. re-*
stringe &c. & Merlin. de pign. lib. 3. *quæst.* 23.
num. 7. *in fin.* volentes, sufficere obligationem
generalem, contra quos adest verior, & magis
communis Doct. opinio, de qua supra, de qua
testatur *Nigr. d. num.* 29. alios quamplures
adducens.

Et ratio est, vltra adducta per *Gait. in loc. sup. ad-*
ducto, quia tex. *in d. l. licet* loquitur apertis ver-
bis de hypotheca speciali, & ideò a verbis cla-
ris ipsius non est recedendum. *Negus. d. nu.* 18.
66 *ver. quinimò. Gait. d. quæsi.* 11. *num.* 1204. † Vbi
enim verba legis sunt clara, cessat omnis dispu-
ratio. *glos. in l. ancillæ.* 12. *C. de furt. Surd.*
cons. 53. *num.* 6. *lib.* 1. *Franc. Becci. cons.* 14.
num. 28. & exornat *Barbo. axioma.* 136. *nu.* 10.
& hypothecam specialem, & generalem in mul-
tis differre not. *idem Negus. de pign. in p. memb.*
2. *par. per tot. & D. Andreol.* post hæc scripta
visus *in collect. de pign. litera S. in ver. specialis,*
& generalis &c. In casu verò, de quo agitur, non
constat de aliqua speciali hypotheca, neque ex
apoca, neque ex Instrumento receptionis do-
tis, nec alibi ad fauorem D. Isabellæ, vt ex actis
est videre, meritò &c. & ita fuisse decisum in Se-
natu Pedem. tradit *Thes. quæst. forens.* 74. *in*
fin. lib. 2.

67 Quod eo magis est dicendum, cum D. Isabel-
la per venditionem prædij factam vnà cum
viro fuerit adhibita ad cautelam DD. emptorũ,
& solum censeatur liberasse bona vendita ab
hypotheca super illis sibi competenti pro suis
dotibus, & sic nullum ius hypothecæ in em-
ptores transtulerit, sed illa vnà cum actione
personali apud se retinuerit, vt not. *Gabr. cons.*
41. *n.* 14. *&* 23. *lib.* 2. *& Thoma. decis. March.*
68 109. *n.* 10. † & ideò DD. emptores vti non
possint iuribus D. Isabellæ ad impediendam
immissionem DD. de Vbertis in hoc iudicio
vtilis Saluiani, vt tradunt *Amat. decis. March.*
27. *num.* 3. *Scappuc. de Salui. lib.* 2. *quæst.* 7.
num. 3. *& ibi Adden. Thoma. d. decis.* 109. *n.* 5.
& seq. D. Andreol. d. contro. 162. *per tot,* stante
præsertim enormissima læsione D. Isabellæ, de
qua in alia allegatione, quæ hic non repeto.

Vltimum verò obiectum de re iudicata nõ obstar,
quia sententia lata in Terra Mondulphi non est
diffinitiua, sed ab obseruatione iudicij. vt ex
69 ea est videre, † quæ non impedit, quin de no-
uo agi possit super eodem iure, saltem refectis
expensis ad tex. *in cap. examinata.* 15. *de iudic.*
& in l. & post edictum. 73. *§. circumducto. ff.*
de iudic. & not. Maran. in pract. par. 5. *num.* 52.
ver. & vtilitas. Scacc. de sent. & re iudic. glo. 14.
quæst. 7. *n.* 165. *ver. quia respondeo &c. Thesa.*
decis. 122. *num.* 13. *Cancer. var. resolut. par.* 3.
cap. 17. *in fin.* Cum absolutus ab obseruatione
iudicij sit liberatus ab instantia, non autem a
debito. *Ias. in l. properandum* 11. *§. & si qui-*
dem num. 18. *C. de iudi. Silua. cons.* 5. *num.* 9.
lib. 1.

Secundò, quia, admisso, etiam citra veri præiudiciũ,
quod

quod dicta sententia esset diffinitiua quo ad
70 merita, † tamen cum DD. de Rubeis passi fuerint, discuti in præsenti iudicio super illius iustitia, censentur illi renunciasse, itaut res iudicata non obstet, vt docent *Surd. cons. 160. num. 5. & seq. lib. 2. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 2. num. 14. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 17. num. 9. & seq. Rot. apud Greg. XV. decis. 317. num 3. & in Pampilonen. Decimarum 21. Maij 1642. coram R. P. D. Peutingerio §. vti nec releuat &c.*

Ex quibus patet quam clarissimè, sententiam latam ad fauorem DD. Hæredum de Vbertis esse confirmandam, in contrarium adductis non obstantibus, maximè cum vltra tot coniecturas validissimas pro eis militantes, de quibus supra, & in allegat. præced. in dubio quando constat de promissione dotis in pecunia, & est datum pro ea prædium in solutum, præsumptio sit de iure ab omnibus approbata, quod censeatur facta emptio, & venditio, vt fuit supra pluries dictum, a qua vti tot coniecturis munita non est ex leuissimis, & reprobatis coniecturis exaduerso confictis vllo pacto recedendum, vt benè aduertunt *Ceph. cons. 351. in fin. lib. 3. & Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 19. n. 107.*

Quare &c. Saluo semper &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Est resolutio dubiorum causæ, de qua in allegat. præced: in qua tolluntur quædam coniecturæ, quæ videbantur probare, fundum datum pro dote esse doralem, & examinatur doctrina *Bart. in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille ff. de solut.* Clausulæ instrumentorum quando dicantur appositæ in dispositiuis, vel in executiuis, & promittens restituere dotem an intelligatur de dote in quantitate, vel in re æstimata, & quid si sit dictum *promisit restituere dotem habitam, & receptam*, & similia.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ non est liquida, sed requirit altiorem indaginem non admittitur in saluiano.*

2 *Exceptio, quæ consistit in iure dubio, & pendet a coniecturis, dicitur requirere altiorem indaginem.*

3 *Exceptio dominij alterius, quæ requirit discussionem, non admittitur in iudicio Saluiani.*

4 *Æstimatio rei in dotem data est iudicandum in dubio, & stantibus hinc indè coniecturis, quod faciat emptionem.*

5 *Regula standum est, quando adsunt hinc indè coniectura.*

6 *Promissio quando est facta alicuius quantitatis in certo prædio, prædium dicitur esse in obligatione, et quantitas in solutione.*
Contrarium tenent aliqui Doct. ibi num. 7.
Conclusio supradicta procedit quando verba in prædio *sunt apposita dispositioni, secus si executioni num. 8.*
Declaratur vlterius dicta conclusio. n. 9.

10 *Verbis claris contrahentium est omninò standum.*

11 *Relatio fit ad eum, qui principaliter ponitur in oratione.*

12 *Clausula* ad habendum *&c. tribuit facultatem alienandi rem traditam.*

13 *Relatio non potest fieri ei, cui qualitas, quæ est in relatiuo, non conuenit.*

14 *Clausulæ appositæ in executiuis non mutant naturam contractus, cui sunt adiectæ.*

15 *Clausulæ appositæ in principio instrumenti, & ante perfectam dispositionem dicuntur appositæ in dispositiuis.*
Licet secus sit si sint appositæ in fine, & post perfectam dispositionem. num. 16.

17 *Clausulæ appositæ in executiuis declarant dispositionem, cui sunt adiectæ.*

18 *Æstimatio rei dotalis non dicitur facere emptionem, stante promissione restituendi easdem res æstimatas.*

19 *Dos quando est promissa in pecunia, & pro ea dantur res æstimatæ, æstimatio facit emptionem, licet vir promiserit dotem restituere sub verbis* quam dotem *&c.*
Quod procedit licet vir promiserit restituere dotem sicut fuit habita, & recepta. n. 20.
Ac etiam si sit promissum restituere ijsdem modis, & formis, sicut fuit habita. n. 21.

22 *Verba* tradita, *&* assigna ta *sunt sinonima, itaut vnum vsurpetur pro alio.*

23 *Verbum* assigno *est æquiuocum.*

24 *Dos non debet diuerso iure censeri.*

25 *Rota apud Merli. de pign. decis. 39. num. 9. in quibus terminis loquatur.*

26 *Pretij ex mentione insurgit coniectura emptionis, & venditionis.*

27 *Verba clara nullum relinquunt dubitandi locum.*

28 *Contractus de interpretatione quando agitur standum est opinioni, & menti contrahentium, & attenditur quod ipsi senserint, non quid velit rigor iuris.*

ALLE-

ALLEGATIO VII.

Excellentissime Domine. Pro solutione dubiorum in causa Per Illustriũ DD. de Vbertis vltimo loco transmissorum, vt muneri meo magis, quam necessitati causa satisfaciam, cum illa talia sint, vt Excellentissimus D. Iudex causæ pro sua singulari peritia illa, & longè maiora soluere valeat, vt aliàs dicebat *Deci. in conf.* 303. *in fin.* præmittendum est, quod causa prædicta, si benè cuncta aduertantur, manifestè est in tuto iudicio meo ex duabus conclusionibus, quibus nullam video exaduerso sufficientem afferri responsionem, Prima
1 est, † quod exceptio opposita in remedio vtilis Saluiani interdicti, vt impediat immissionem debet esse clara, & liquida, si enim non sit talis, sed requirat altiorem indaginem, immissionem in dicto iudicio impedire non potest, sed venit discutienda in iudicio petitorio, vt tradunt *Scappuc. de Saluia. lib.* 2 *quaest.* 1. *in prin. Pacif. in eod. tract. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. latè comprobans. *Paul. Marcb.in eod.tract.par.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. *Gratian. discep.foren.cap.*694. *num.* 11. *par.* 4. *Thoma. decis. Marcb.* 43. *n.* 9. *&* 10. *Rota apud Merlin. de pigno. decis.* 89. *nu.* 8. *& decis.* 144. *num.* 16. *& decis. vlt. num.* 11. *et apud Buratt. decis.* 858. *num.* 3. *vers. et hæc exceptio etc. et apud Duran. decis.* 212. *num.* 16. *et decis.* 19. *num.* 12. *par.* 5. *recen. et in Imolen. Saluiani* 27. *Nouembris* 1634. *coram Eminentissimo Card. Macchiauello.*

Exceptio autem exaduerso opposita, quod prædium sit dotale, & ideò non possit obligari per virum, vel nullo modo intrat, cum ex promissione dotis facta in pecunia, & datione prędij in solutum pro scutis duobus millibus, ex pacto faciendæ æstimationis per homines communiter eligendos, & ex tot coniecturis in duabus allegat. præcedentibus ponderatis clarè constet fuisse factam emptionem, & venditionem, & prędium non esse dotale, sed transiuis-
2 se in dominium viri, vel saltem, † exceptio prædicta, vti pendens a coniecturis, quarum hinc indè plures cumulantur, licèt militantes pro DD. de Vbertis sint plures, & vrgentiores, vt ex allegat. præcedentibus videre est, & sic consistere dicatur in iure dubio, itaut illius disputatio integros annos consumpserit, certè negari non potest, quod illa non sit vllo modo liquida, & clara, vt requiritur, sed verè dicatur requirere altiorem indaginem, ad not. per *Capic. decis.* 10. *num.* 19. *et* 20. *per Contard. de momen. possess. limit.* 12. *num.* 19. vbi dicit, ita in Rota Rom. fuisse iudicatum, per *Pacif. de Saluian. inspec.* 2. *cap.* 2. *n.* 42. *et n.* 86. *et seq.* vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis receptam opinionem, & quamplures adducit *Doct.* & Rotæ Romanæ decisiones, per *Scappuc. de Saluia. lib.* 2. *quaest.* 1. *num.* 4. *vers. sed quicquid etc.* vbi pariter dicit, ita pluries tenuisse Rotam Rom. per *Merlin. Pignatel. contro. foren. cap.* 96. *nu.* 15. *lib.* 1. benè *Ciriac. contro.* 185. *num.* 13. &
3 in terminis nostris, † quod exceptio dominij alterius, quando non est in promptu, sed requirit discussionem, & altiorem indaginem non retardet immissionem in hoc iudicio sed referuanda sit ad iudicium petitorium post *Contar. Menoch. Afflict. Peregr. Pute.* & alios per eum adductos optimè declarat idem *Scappuc.de Saluian. lib.* 2. *quaest.* 8. *num.* 1. *et seq. et ibi Adden.* & dixit *Rota decis.* 220. *num.* 5. *par.* 5. *recen.* Et ideò illa nullo modo retardare valet immissionem in hoc iudicio DD. de Vbertis, vt tradunt *Doct.* supra in principio adducti, quam receptissimam dicit *Scappuc. d. quaest.* 8. *num.* 2. & contra quam nullam video, vt dixi exaduerso afferri responsionem.

Altera conclusio est, quod admissa opinione, quod in fundus æstimatus datus in dotem remaneat dotalis, vel transeat in dominium viri, pendeat a coniecturis, vt dicit *Rota apud Merlin. de pign. decis.* 39. *num.* 2. exaduerso adducta, & admisso etiam, citra veri præiudicium, quod coniecturæ adsint hinc indè pro exclusione fundi dotalis, & pro illius inclusione, licèt re vera coniecturæ pro inclusione sint longè plures, & vrgentiores, cum sint vltra octo, & pro exclusione sint duæ, vel tres tantùm, quæ aliquem videntur habere colorem potius, quam iuris soliditatem, vt latè probaui in allegat. præce-
4 den. † Quatenus tamen hinc indè militarent, vt dixi, in hac dubietate iudicandum est æstimationem facere emptionem, & prædium consignatum transiuisse in dominium viri, vt docent *Rolan. conf.* 64. *n.* 4. *& seq. vol.* 4. *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 13. *num.* 25. *Castill. de vsufr. cap.* 4. *num.* 12. *Merlin. de pign. lib.* 2. *quaest.* 19. *nu.* 107. *& post Corn. Soc. Sen. Thob. Non. Soc. Iun. Barbos. Menoch. Franc. Becc. Caph. Card. Mant. Hond. Surd. Rot. Rom.* & alios firmat *D. Andreol. contro.* 130. *in princ. Theod: Rub. in sing. Rot.* Rom. *tom.* 1. *ad decis. Platt.* 91. *num.* 4. alios adducens, quibus addo *Rot. apud Merlin. de pign. decis.* 144. *n.* 10. vbi dicit, quod quoties dos est promissa in pecunia quicquid traditur pro illius satisfactione non censetur datum iure fundi dotalis etiamsi sit appellatum de dote, vel dotale, nisi specialiter eam fuisse partium voluntatem liquidò constet, vt ibi est videre.

5 Quando enim hinc indè adsunt coniecturæ standum est regulæ, vt post *Surd. in conf.* 112. *nu.* 101. *lib.* 1. per eam relatum declarat *Rot.* apud

apud Merlin. de pign. decis.63. num.25. quæ est, quod æstimatio in dubio faciat emptionem, quam regulam appellat *Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 19. num. 107.*

Quæ licèt sint ita clara, vt nullam videantur recipere dubitationem, & omnem auferre dicantur amaritudinem, ita vt causam prędictam in tuto benè ponere possint, vt dixi, placet tamen, pro mei muneris satisfactione dubitationes vltimò propositas remouere.

6 Non obstat igitur primum motiuum, † quod cum promissio dotis, de qua agitur, facta fuerit in certo prædio, illud ideo dicatur fuisse in obligatione, non autem in solutione, & sic non possit dici, fecisse emptionem, & venditionem, cum predium non fuerit datum in solutionem scutorum duorum millium, sed vti principaliter obligatum ad not. per *Bart. in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille 57 num. 3. ff. de solut. & per Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 13. num. 74.* alios adducens.

7 Primò quia doctrina *Bart. in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille*, in qua se fundant *Fontanel. & alij* per eum adducti, non est tuta, cum contrarium, præcipuè in exemplo per eum posito de promittentre centum in florenis, quod floreni sint in solutione, non in obligatione tenuerit *Ang.* ibi, cum quo transire videtur *Castr. ibi in fin.* ponderando vt per *Bertaz. in loc. infra cit. Aret. cons. 11. col. 2. Curt. Iun. cons. 29. num. 6. par. 1. Surd. cons. 225. num. 6. vol. 2.* alios quamplures adducens, *Bertaz. de claus. claus. 30. glos. 9. nu. 12. ver. sed quod floreni &c.* vbi dicit, hanc opinionem esse communiorem, & veriorem contra *Bart.* plures pariter recensens sectatores, & ideo, licèt alijs medijs, supradictam doctrinam *Fontanel.* impugnat *Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 19. num. 88.* plura adducens fundamenta, & authoritates, quas non refero, cum ibi videri possint.

8 Secundò quia doctrina *Bart. in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille* supra adducta, habet locum quando verba *Due milia scudi in vn podere* sunt relata ad verba obligatiua, vt, si esset dictum *Promette per dote due milia scudi in vn podere*, secus tamen est, quando dicta verba sunt apposita uerbo executiuo, & executioni, vt in casu nostro, ibi *Con dote di due milia 500. scudi, da pagarsi in questa maniera, Due milia scudi in vn podere*, quia tunc dicta uerba dicuntur apposita uerbo executiuo, & executioni, & res non dicitur esse in obligatione, sed in solutione, & in facultate soluendi, ut benè declarat *Bart. in d. num. 2. ver. Aduertatis*, benè quidem aduertendus, & post eum tradunt *Corn. cons. 215. sub num. 2. vol. 4. Ruin. cons. 65. num. 8. & seq. lib. 2. Hond. cons. 53. num. 32. vol. 2. Gratia. decis. Marcb. 141. num. 8. & discep. foren. cap. 116. sub nu. 32. par. 1. Aldobr. cons. 115. sub num. 23. & num. 30. vol. 1.* quos refert, & sequitur *Ciriac. controu. 390. n. 41. & 42.* & sequitur *Rota* in terminis nostris apud *Buratt. decis. 287. num. 2. & 3. & decis. 655. num. 4. part. 4. recen.*

9 Tertiò quia doctrina *Bart. in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille*, quatenus sit vera, potest procedere in proprijs terminis, in quibus loquitur, videlicet si fuisset dictum *Promisit scuta duo millia in vno prædio &c.* in quibus etiam terminis loquuntur *Fontanell.* & ab eo allegati, secus tamen in casu nostro, in quo expresè fuit dictum, tam in apoca, quam in instrumento *Con dote di due milia, e 500. scudi da pagarsi in questa maniera, cioè due milia scudi in vn podere*, Quod participium, *da pagarsi* repetitum tam in apoca, quam in instrumento, vt dixi, designat modum soluendi dictam dotem, & declarat clarissimè, prædium non fuisse in obligatione, sed in solutione, & illud solui, & tradi in solutum pro dote promissa in quantitate, & quantitatem fuisse in obligatione, † quibus verbis, vti

10 apertissimis, est omninò standum, *Castr. in l. cum ij. 8. §. si prætor. num. 2. propè fin. ff. de transact. Alex. cons. 80. num. 6. lib. 5. Aldou. cons. 63. num. 43. Rot. decis. 89. num. 8. par. 7. recen.* itaque nulla sit admittenda volūtatis quæstio *Aldou. cons. 4. n. 4. & cons. 110. num. 3. Rolan. cons. 79. num. 55. lib. 3. Barbos. axiom. 222. n. 32. Rot. apud Card. Seraph. decis. 762. num. 1. & decis. 9. num. 6. par. 7. recent.* & sic euanescit primum motiuum.

Alterum verò motiuum elicitum ex eo, quod æstimatio prædij, de quo agitur, facta non fuerit, iam fuit plenè sublatum per doctrinas *Gratian. Merlin. Rot. Rom. & aliorum Doct. adductorū in allegat. præceden.* Vndè cum nihil noui exaduerso nunc afferatur, ideo vlterius nihil mihi est addendum, præter authoritatem *Theod Rubei in singul. Rotæ Rom. tom. 1. ad decis. Card. Plat. 91. n. 6.* qui pertransit cum allegatis *Doct. & Gratia. decis. Marcb. 17. in addit.* vbi dicit, æstimationem facere emptionem; licèt de illa non constet, cum censeatur facta pro prætio, quo tunc valebat ex *Rot. apud Card. Seraph. d. decis. 1207. num. 1.* quos sequitur *Fontanel. d. claus. 5. glos. 8. par. 13. n. 24.*

Neque nocet tertium, quod clausulæ, & aliæ coniecturæ militantes pro DD. de Vbertis, & suadentes, prædium non esse dotale, & fuisse factā emptionem, possint referri ad D. Isabellam vxorem, cum pro ea fuerit stipulatum, ex duobus, & primò, quia stipulatio in Instrumento consignationis prędij principaliter facta fuit per D. Cæsarem virum primò pro se, & licèt etiam pro vxore, id tamen non nocet ex rationibus *in allegat. præced.* deductis, quas hic iterum referre

21 referre breuitatis gratia non curo. † Relatio autem fit ad eum, qui principaliter ponitur in oratione, & sic ad virum. *l. fin. §. Titia. & ibi not. Bart. ff. de liber. legat. Ruin. conf.* 131. *n.* 2. *& seq. lib.* 2. *& conf.* 66. *n.* 28. *lib.* 3. quem refert, & sequitur *Ciriac. contr.* 143. *n.* 31. *&* 32.

Secundò, quia maior pars illarum D. Isabellæ vxori non conueniunt, vt ex eis est videre, & præcipuè coniectura desumpta ex promissione dotis facta in pecunia, vt patet, altera desumpta

22 ex clausula *Ad habendum*, † per quam censetur concessa potestas alienandi prædium, vt tradunt *Surd. conf.* 450. *num.* 27. *vol.* 4. *Gratian. discept. foren. cap.* 96. *n.* 2. *par.* 1. *& cap.* 580. *num.* 5. *par.* 3. & alij Doct. in allegat. præced. allegati, quæ non potest conuenire D. Isabellæ, cum prædium dotale sit inalienabile. *tot. tit. ff. & C. de fund. dotal.* nec altera desumpta ex mentione pretij in Instrumento toties repetita, quæ est fortior omni alia coniectura, & dici potest indubitabilis, cum designet necessariò fuisse factam emptionem, vt tradunt Doct. in ponderatione d. coniecturæ adducti, quæ quidem nescio quomodo adaptari possit D. Isabellæ: altera de promissione euictionis in forma amplissima, quæ non erat facienda, si fundus fuisset dotalis per iura alibi adducta, potest ne conuenire D. Isabellæ? & sic de alijs.

13 Relatio autē non potest fieri ei, cui qualitas, quæ est in relatiuo, conuenire non potest *Ias. in l. cunctos populos.* 1. *num.* 7. *C. de summ. Triuit. Ruin. conf.* 123. *num.* 12. *lib.* 3. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 384. *n.* 2. *& in Bononien. fideicom. de Nascentorijs* 3. *Decembris* 1640. *corā* R. P. D. *Verospio.* §. *altera coniectura in fin.*

14 Neque verum est, quod clausulæ supradictæ, suadentes, fundum non esse dotalem, dicatur appositæ in executiuis, non autem in dispositiuis, & ideò non mutent naturam actus, cui fuerunt adiectæ ad not. per *Osasch. decis.* 164. *num.* 2. *&* 3. *& per Laderch. conf.* 1. *num.* 2. *&* 3.

15 qui alios adducit, † quia, cum aliquæ illarum sint appositæ in principio instrumenti, & aliquæ in medio, ante perfectam dispositionem ibi *Dederunt, concesserunt possessionem, &c. ad computum dotis, salua æstimatione. ad habendum &c.* d. clausula *Ad habendū* regitur a verbis *Dederunt, & concesserunt,* & sic est posita in eadem periodo principalis dispositionis, & ideò dicitur posita in dispositiuis, non autem in executiuis, vt in terminis de clausula *Ad habendum* declarat *Rota. decis.* 287. *num.* 1. *& decis.* 438. *n.* 2. *par.* 1. *recen. & apud Buratt. decis.* 87. *n.* 7. & voluerunt etiam *Laderch. d. c.* 1. *num.* 14. *&*

16 *Barbos. de clauf. clauf.* 4. *num.* 6. † Quicquid sit quando essent appositæ post perfectam dispositionem, videlicet post clausulā *Qua omnia &c.* vt tradit *Laderch. d. conf.* 1. *num.* 14. cum quo pertranseunt *Marta de clauf. par.* 4. *clau.* 20. *num.* 1. *Sesse decis. Aragon.* 20. *num.* 24. *& Rot. in decis. prox immè allegat.*

17 Quo casu, licet appositas in executiuis, deseruire ad declarationem dispositionis post *Ias. Rip. Aret. Dec. Curt. Iun. Alciat. Curt. Sen. Grat. Menoch. Becci. Osasch.* & alios per eum adductos scripserit *Laderch. d. conf.* 1. *n.* 7. vbi hoc dicit receptissimum, & quamplures adducit casus, in quibus clausula *Ad habendum* saltem declarat dispositionē, & præcipuè in terminis nostris æstimationis rei dotalis, vt ibi per eum.

Vltimum verò motiuum fundatum in verbis instrumenti ibi, *Quam dotem, vt supra, promissam, solutam, traditam, & assignatam promisit penes*

18 *se &c.* ex quibus prætenditur, † fuisse promissam restitutionem dotis in ijsdem rebus æstimatis, & sic æstimationem non facere emptionem, vt post *Aret. Soc. Sen. Rolan. Ludou. Becc. Natt. & Surd.* per eum relatos scribit *Fontanel. de pact. nupt. clauf.* 5. *glos.* 8. *par.* 13. *num.* 31 *& seq.* nullum prorsus habet fundamentum.

19 Quod demonstratur clarissimè, quia † quando dos est promissa in pecunia, vt in casu nostro, & dantur bona æstimata, & maritus promittit restituere dotem, dicta promissio intelligitur de vera dote, quæ vera dos consistit in pecunia, & ad illam habetur ratio, non autem ad bona in dotem tradita, quæ fuit originalis doctrina *Bald. in l. quoties* 9. *C. de iur. dot.* quem omnes sequuntur, & præcipuè *Rolan. conf.* 92. *num.* 15. *lib.* 2. *& conf.* 64. *num.* 8. *lib.* 4. *Natt. conf.* 650. *num.* 5. *lib.* 4. *Caph. conf.* 351. *num.* 32. *&* 43. *lib.* 3. *Io. Franc. de Ponte conf.* 71. *num.* 10. *lib.* 1. latè *Hond. conf.* 41. *num.* 14. *vol.* 1. *Thob. Noni. conf.* 52. *num.* 6. *& seq.* loquens in fortioribus terminis *Card. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 1. alios adducens sectatores, *Ludou. concl.* 10. *ampl.* 6. *Alex. Treutacinq. var. resol. vol.* 1. *de iure doti. resol.* 1. *num.* 5. plenè *Barbos. in d. l. æstimatis.* 51. *num.* 30. *& seq. ff. solut. matr. Fontanell. d. glos.* 8. *par.* 13. *num.* 34. *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 15. *glos.* 1. *num.* 12. alios pariter adducens, & latè comprobat *Merlin. de pign. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 22.

20 Quod procedit, etiam si sit promissum restituere dotem sicut fuit habita, & recepta, quia adhuc promissio intelligitur de restituenda quantitate, non autem de re æstimata, vt consuluit *Corn. conf.* 15. *col.* 2. *ver. & licèt &c. vol.* 2. *Rub. Alex. conf.* 5. *col. fin. circa medium. Thob. Noni. d. conf.* 52. *num.* 6. *& seq. Caph. conf.* 78. *per tot. lib.* 1. *Gratian. decis. Marcb.* 12. *n.* 2. *& ibi Adden.* & ita sensit *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 122. *ver. in ista &c. Fontanel. d. par.* 13. *num.* 35. *Giurb. d. cap* 15. *glos.* 1. *num.* 15. & voluit *Merlin. de pign. d. quæst.* 19. *num.* 24.

Imò

21 Imò in fortioribus terminis, si sit etiam promissum, dotem restituere modis, & formis, quibus habita fuit, adhuc de æstimatione intelligitur, vt tradunt *Rub. Alex. d. cons. 5. per tot. Caph. d. cons. 78. n. 2. Thob. Non. d. cons. 52. num. 12. Couar. pract. quæst. cap. 28. num. 2. Hipp. Rim. Iustit. quibus alien. lic. vel non. num. 90. Card. Mantic. d. tit. 28. num. 6. Alex. Trentacinq. in d. tit. de iur. dot. resol. 1. num. 5.* quos refert, & sequitur *Fontanel. d. par. 13. num. 35. Giurb. d. cap. 15. glos. 1. num. 15.* alios adducens, ita vt hæc diei valeat communis opinio, quicquid de ea dubitauerit *Merlin. de pigno. d. quæst. 19. num. 25. in fin.*

Quæ quidem verba promissionis *Sicut fuit habita, & recepta, & modis, & formis prout habita fuit &c.* non solum æquiualent verbis nostræ stipulationis *Quam dotem solutam; traditam, & assignatam &c.* sed illis maximè præponderant, vt ex eis patet, & ideo si ex illis non arguitur per Doct. bona data æstimata fuisse dotalia, sed transire in dominium viri, multò minus id debet euenire in terminis nostræ stipulationis, in qua dicta verba minus id valent importare ad tex. in *cap. licet vniuersis. 25. & ibi glos. de testib. & in l. nec ex vera. 9. C. de acquir. possess.*

22 Quod etiam aperiè demonstratur considerando, quod verba *Traditam, & assignatam* exaduerso ponderata, sunt verba sinonima, quorum vnum vsurpatur pro alio, & eandem habent significationem, vt ex tex. *in clem. fin. §. penult. de vita, & honest. cleri.* & tradit expressè Rota *decis. 130. num. 6. par. 5. recen.* Et sunt æquiuoca, vt dicit *Alciat. in l. assignare. 107. num. 2. ff. de verb. signif.* quæ prædicari possunt tam de bonis, quam de pecunia, & referri possunt tam ad bona, quam ad pecunias, vt videmus quotidiè dici *Titius dedit, tradidit pecunias &c. dedit, & assignauit scuta tot &c.* & similia, & ne sine authoritate transeamus, habetur apud *Cæsar. de bello ciuil. lib. 2. Pecuniam ex publico tradunt,* cum alijs, quæ adduci possint.

Neq; contrarium colligitur ex locis citatis, quod scilicet verbum *Assignatam* referatur ad bona, ex *Pattell. expedit. ciuil. 45. num. 8. & 26.* quia
23 *Pattell.* ibi hoc nec quidem cogitauit, † Cum enim verbum *Assigno* sit æquiuocum, vt ex *Alciat. in d. l. assignare* dixi *supra*, & post eum tradit etiā *Costa de claus. claus. 4. in priu.* itaut possit importare aliquando translationem dominij, & aliquando solam possessionem, & aliquando alios parere effectus, vt videre est per *Cost. in d. claus. 4. Pattell.* in casu suo dicit, dictum verbum *Assignauit* importare dominij translationem, quod verò referatur ad bona, vel ad pecunias, nec verbum quidem, vt ex eo est videre, prout de verbo *Tradita*, quod referatur ad bona nec *Rolan. nec Surd.* exaduerso adducti loquuntur in libro meo, & quatenus loquerentur, nos debemus attendere decisiones magistrales Doct. supra adductorum, qui scripserunt, æstimationem facere emptionem, licèt sit promissum restituere dotem sicut fuit habita, & recepta, & modis, & formis vt habita fuit, relictis generalibus argumentationibus, & vanis subtilitatibus, ne dicamur aliàs inuolui sicut pulli in stuppa, vt dicit *Ciriac. contro. 248. n. 22.*

Addo prædictis, quod cum dos prædicta promissa in quantitate scutorum 2500. fuerit soluta pro scutis 500. in pecunia, & pro scutis 2000. in prædio, si prædium esset dotale, & non fuisset facta emptio, dos prædicta partim consisteret in
24 pecunia, & partim in prædio, † & sic diuerso iure censeretur contra tex. in *l. eum, qui ædes 23. ff. de vsucap.* & in terminis dutis tradunt *Soc. Sen. cons. 57. n. 8. lib. 1. Rube. Alex. cons. 5. n. 3. Thob. Non. cons. 57. n. 7. Hond. cons. 41. n. 12. vol. 1. Fachin. contro. iur. lib. 12. cap. 74. vers. sexto quia &c.*

25 Neq; contrarium suadetur ex Rot. *apud Merll. de pigno. decis. 39. num. 9.* vbi habetur, quod dos partim consistebat in pecunia, & partim in domo, quia ibi id euenit virtute taciti pacti, cum dos consistebat in scutis 1500. & maritus promisit restituere in pecunia scuta 500. tantùm, tacitè videtur pepegisse, residuum remanere in prædio, pacta autem rumpunt legem. *l. 1. C. de pact. Rot. apud Card. Seraph. 815. n. 3. & decis. 301. num. 3. part. 4. recen.*

Ex quibus patet quamclarissimè, exaduerso adducta non obstare, & prædium, de quo agitur, non esse dotale, quibus addo pro coronide aliam coniecturam euidentissimam excludentem omninò fundum esse dotalem, vltra aliàs adducta circa mentionem prætij in instrumento consignationis dotis sæpius factam, desumptam ex verbis eiusdem instrumento ibi *Ac de prætio dictæ possessionis, & de quantitate, quæ erunt æstima-*
26 *ta &c. vocauit se benè solutum &c.* † Quæ verba, euidenter testantur, prædium fuisse venditum, cum ex mentione prætij insurgat coniectura emptionis, & venditionis, vt not. *glos. in l. cum dotem. 10. & ibi Bald. nu. 1. C. de iur. doti. Rip. in l. 2. num. 31. ff. si cert. peta.* latè *Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 51. Rot. decis. 116. n. 8. par. 6. rec.* cum alijs per me relatis *in allegat. praceden.* si ergò D. Cæsar uir expressè quietauit de prætio d. possessionis, & sic claris verbis testatus fuit, d. prædium emisse, quomodo negare poterimus, non fuisse factam emptio-
27 nem, sed prædium prædictum esse dotale? † Dicta enim verba faciunt rem ita claram, vt nullum relinquant dubitandi locum, vt dicit *Bart. in l. quod constitutum. 22. n. 1. ff. de milit. testa.* & post eum *Deci. cons. 33. in prin.* benè *Rot. decis. 558. n. 2. par. 5. recen. lib. 2.* si enim di-

ctum prædium esset dotale, D. Cæsar quietasset de dicto prædio, non autem de prætio illius, vt patet, & hæc coniectura est ita potens, vt rem reddat omninò manifestam, ita ut illa non coniectura, sed probatio verè dici possit, vt quilibet prædicta aduertens iudicabit.

28 Quando enim agitur de interpretatione contractus, standum est opinioni, & menti contrahentium, & attenditur quid ipsi senserint, non autem quod in abstracto, & de rigore iuris dici potest, *l. fin. ff. quæ rec pign. oblig. poss. l. in conuentionibus 219. ff. de verb. signif. Alex. in l. si tibi. 20. num. 3. ff. si cert. petatur. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 7. num. 3. & seq. Rota decis. 261. num. 17. par. 7. rec.*

Quare &c. saluo &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit, & prima sententia fuit confirmata ad fauorem DD. de Vbertis in Ciuitate Vrbini per Excellentissimum D. Io: Franciscum Tomanum Locumtenentē Ciuitatis de anno 1653. a qua appellatione interposita ad A. C. pro parte DD. de Rubeis, dicta sententia fuit in Alma Vrbe confirmata, & ita fuit executum. Laus Deo &c. Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Instrumentum quando dicatur liquidum, & exequendum. Exceptio solutionis an probetur ex coniecturis, & ex quibus coniecturis probetur, & ex quibus excludatur. Confessio extraiudicialis an probetur per testes singulares. Solutio an censeatur facta potius in causam vsurarum, quam fortis. Interusuria dotis an debeantur officio iudicis, vel iure actionis, & an pro eis detur hypotheca. Paupertas quando repellat testem a testificando.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum continens summam certam dicitur liquidum.*

2 *Instrumentum habenc requisita per glo.* in l. generali C. de tabul. lib. 10. *dicitur purum, & exequendum.*

Maximè stante statuto dante viam executiuam Instrumento, num. 3.

4 *Statutum concedens Instrumento viam executiuam est validum.*

5 *Solutio est quid facti.*

Et ideò illa non præsumitur, sed est probanda ab allegante, num. 6.

Maximè in causa dotis. num. 7.

8 *Solutionis exceptio est probanda plenè, & concludenter.*

9 *Creditor dicitur habere intentionem fundatam in Instrumento.*

Et ei sufficit simpliciter negare, non fuisse solutum. num. 10.

11 *Solutio probatur per coniecturas.*

12 *Longinquitac temporic non inducit præsumptionem solutionis.*

13 *Creditor agere potest ad consequutionem sui crediti vsq; ad trigiata annoc.*

14 *Solutionic coniectura desumitur ex longinquitate temporis.*

Ipsam tamen coniecturam leuem, & parui momenti appellant plurec Doct. ibi. num. 15.

16 *Solutionis coniectura desumitur ex paupertate debitoris.*

17 *Confessio facta ad positionec probat contra confitentem.*

18 *Pauper quis dicatur, remittitur arbitrio Iudicis.*

19 *Ratio in teste est illa, quæ dat esse rei.*

20 *Ratio ampliat, & restringit dictum testis.*

21 *Coniecturæ generales, & friuolæ non veniunt attendendæ.*

22 *Instrumentum subuerti non potest friuolis coniecturic, sed graues, & vrgentes requiruntur.*

23 *Solutio summæ notabilis non est verisimilis sine quietantia.*

24 *Verisimilitudo maximè attenditur in materia solutionum.*

25 *Personæ conditio attēditur in materia solut. num.*

26 *Interpellatio extraiudicialis impedit præscriptionem, saltem de iure canonico.*

27 *Coniecturæ plures præferuntur paucioribus.*

Et fortiores tollunt debiliores. num. 28.

29 *Testec dubitatiuè, & informiter deponentec non probant.*

30 *Probatio debet de necessitate concludere.*

31 *Testis patiens plures defectus omninò repellitur a testificando.*

32 *Paupertas sola testem a testificando omninò non repellit.*

Repellit tamen quando cum paupertate concurrit aliquis alius defectuc. num. 33.

34 *Suspicio vna quod nō operatur, plurec simul iuncta benè operantur.*

35 *Testec de confessione extraiudiciali deponentes debent esse integri, & legalec.*

36 *Confessio extraiudicialis non probatur per testes singularec.*

37 *Cōfessio extraiudicialis, etiam facta absente parte, plenè probat de æquitate canonica.*

Si tamen sit plenè, & concludenter probata, aliàs secus. num. 38.

Dicitur autem plenè probata, quando de illa deponunt duo testes conuestes de loco, & tempore. num. 39.

40 *Probatio facta per testes singularec non dicitur plena, & concludens.*

41 *Doctores tenentes, confessionem extraiudicialem probari*

probari per testes singulares, reijciuntur.
42 *Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares, quando fuit articulatum de vnica confessione.*
43 *Confessio extraiudicialis probatur per testes singulares concurrentibus adminiculis.*
44 *Solutio præsumitur facta potius in causam vsurarum, quam sortis.*
45 *Viro pro oneribus matrimonij, si dos non soluatur, debentur vsuræ.*
Cum dos non debeat esse sterilis. n. 46.
47 *Solutio cedit in debitum sortis, non vsurarum, quando vsuræ non debentur iure actionis.*
48 *Vsuræ dotis quod debeantur iure actionis, tenent quamplures Doct. & Rot. Rom.*
49 *Vsuræ, quæ debentur vigore statuti, dicuntur debitæ iure actionis seù conditione ex statuto.*
50 *Clausula* aliàs &c. *extenditur*, aliàs teneri voluit ad damna, & interesse.
51 *Interesse in Instrumento promissum debetur iure actionis.*
52 *Solutio cedit in causam sortis, non vsurarum, quando sors est certa, et vsuræ sunt incertæ.*
Contrarium tenent Doct. quamplures. n. 53.
54 *Vsuræ dotis de iure communi currunt ad rationem quatuor pro centenario.*
55 *Statuti dispositio vbi adest, res dicitur clara, et cessat omnis disputatio.*
56 *Hypotheca non datur pro interusurijs dotalibus.*
Contrariũ tenent magis cõmuniter Doct. n. 57.
Maximè quando interusuria fuerunt in Instrumento promissa. num. 58.
59 *Iudicandum est in dubio fauore dotis.*

ALLEGATIO VIII.

EXcellentissime Domine. Est absq;
dubio relaxandum mandatum executiuum ad fauorem Magistri Marci
q. Io: Bapt. de Cantiano actoris cõtra Io: Baptistam Benamatum reum
conuentum de eodem pro summa,
& quantitate dotium in iudicio petita pro parte d. Actoris, & ei promissa per d. Io: Baptistam pro D. Francisca eius sorore, & vxore d.
Magistri Marci, & pro interusurijs dotalibus, ac
expensis, cum d. Actor habeat pro se instru-
1 mentum publicum, de quo in actis, † quod, cum
contineat summam certam, dicitur liquidum.
Grass. de except. excep. 36. n. 10. Galles. de oblig. cam. quæst. 35. n. 1. Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. num. 893. & seq. Rot. *in Eugubina dotis 6. Iunij 1642. coram* R. P. *D. Carillo. §. non obstat &c.* & dixi ego *alleg. 1. num. 3. & alleg. 37. num. 1.*
2 Et cum habeat omnia requisita per *glos. in l.*
generali 3. C. de tabul. lib. 10. & per Abb. in
cap. 1. num. 3. de fide instr. certum est, illud esse
purum, & exequendum. *Galles. de oblig. cam. quæst. 26. num. 1. Rot. in d. Eugub. dotis. §. non*
3 *obstat.* † maximè stante statuto concedente viã
executiuam publicis instrumentis *Asin. de execut. §. 1. cap. 26. per tot. Gras. de except. in prælud. n. 74. Rot. apud Greg. XV. decis. 362. n. 2. & decis. 234. num. 14. par. 5. rec. & in d. Eugubin. dotis. §. non obstat prima nullitas &c.*
4 Quod quidem statutum esse de iure validum,
scripserunt *Ant. de Cauar. de execut. Instr. in prin. Vulpell. de liber. eccles. par. 2. n. 3.* alios adducens *Grass. de excep. in prælud. n. 97. Scacc. de iudic. par. 1. cap. 62. num. 14.*
Neq; in aliquo venit attendenda exceptio solutionis dotis exaduerso opposita, quia de illa in
5 processu non constat, † cum enim solutio sit
quid facti *l. quingenta. 12. ff. de prob. Pir. Maur. de solut. cap. 3. n. 6. Odd. cons. 23. n. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 135. n. 1. Thoma. decis.*
6 *March. 23. num. 115. & decis. 67. n. 3.* † Ideò
illa non præsumitur, sed eam allegans tenetur illam probare. *d. l. quingenta 12. & l. cum de indebito. 25. ff. de prob. l. 1. C. de solut. l. assceneratio. 10. C. de non numer. pecun. Menoch. d. præsump. 135. in prin. Mascard. de prob. concl. 1325. in prin. vol. 3.* alios adducens *Pir. Maur. de solut. cap 3. in prin. Surd. decis. 105. num. 9. Thoma. d. decis. 23. num. 116. & d. decis. 67. num. 3. Odd. d. cons. 23. num. 16. Gargiar. Iun. cons. 7. n. 7. lib. 1. Rot. apud Greg. XV. decis. 139. num. 1. & decis. 671. n. 4. par. 3. rec. & decis. 5. num. 32. par. 6. rec.*
7 Maximè in causa dotis. *Manen. decis. 137. num. 11.* Medic. *decis. Senen. exam. 51. num. 7.* quos refert, & sequitur *Thoma. d. decis. 67. n. 4.* Rot. *decis. 485. num. 7. par. 3. diuer.*
8 Et tenetur illam probare plenè, & concludenter. *Crauet. cons. 129. num. 13. Gargiar. Iun. d. cons. 7. n. 8. Odd. d. cons. 23. num. 16. Rot. apud Ceuc. da cens. decis. 332. num. 2. & decis. 335. in fin. par. 4. rec. tom. 2.* Maximè contra habentem creditum liquidum. *Bart. in l. admonendi. 31.* quem sequuntur ibi communiter Doct. *ff. de iureiur. Rot. apud Card. Seraph. decis. 372. in fin. & apud Buratt. decis. 199. n. 12. & d. decis. 335. in fin. par. 4. rec. tom. 2.*
9 Itaut creditor dicatur habere intentionem
fundatam in instrumento. *Pir. Maur. de solut. cap. 3. num. 8. Thoma. decis. 2. num. 38. Ceuc. de cens. quæst. 87. n. 5. Ciriac. contro. 139. n. 2.* Rot. *apud Greg. XV. decis. 139. in prin. & decis. 362. n.*
10 *2. par. 1. rec.* † Et ei sufficiat simpliciter negare,
ei fuisse solutum. *Gargia. Iun. d. cons. 17. num. 7. Ciriac. d. contro. 139. num. 2. Thoma. d. decis. 2. num. 39. Rot. apud Greg. XV. d. decis. 139. n. 2. & decis. 480. num. 3. & decis. 516. n. 2. par. 2. rec. & decis. 465. n. 3. & decis. 716. n. 2. par. 3. rec.*

11 Neque nocet, quod exaduerso dicitur, nempè solutionem probari ex coniecturis, vt tradunt *Surd. decis.* 105. *num.* 10. *Menoch. d. præsumpt.* 135. *num.* 2. & *Mascard. d. concl.* 1325. *n.* 26. Etiam in causa dotis. *Surd. d. decis.* 105. *per tot. Gratia. discep. foren. cap.* 581. *num.* 3. & 4. *par.* 3. Quarum aliquæ ponderantur per Dominum exaduerso scribentem pro Io. Baptista debitore, & præcipuè longinquitas temporis dotis promissæ: secundò paupertas magistri Marci Actoris, & aliæ, de quibus infra, cum illæ, vti in iure, & in facto deficientes, nullum damnum afferre valeant iuribus ipsius Actoris ex infrascriptis.

Et primò non obstat coniectura desumpta ex longinquitate temporis, quia aut illa adducitur in vim præsumptionis, ita ut de se sola per longinquitatem temporis præsumatur facta solutio,

12 aut in vim simplicis coniecturæ: † si deducitur in vim præsumptionis, & tunc dico, quod illa non est vera, neque per se est sufficiens ad inducendam præsumptam solutionem, cum non inueniatur inter præsumptiones iuris ista probatio, ex temporis, inquam, diuturnitate præsumi a debitore factam fuisse solutionem creditori, neque illa rationi est congrua, cum certum temporis spatium constitutum sit a iure ad præscriptionem inducendam, per quam tollitur actio, vt benè declarat *Fachin. controu. iur. lib.* 13. *cap.* 87. *per tot.* vbi dicit, absque aliquo fundamento dictam præsumptionem fuisse inuentam per Doctores *Rot. Bonon. diuer. decis.* 21. *nu.* 72. & 73. *Maresc. var. resol. lib.* 2. *cap.* 67. *n.* 36. vbi dicit, ita pluries tenuisse *Rot. Rom.* in decisionibus per eum relatis, *Ciriac. contro.* 261. *num.* 42. & idem sentit *controu.* 516. *num.* 15. plenè *D. Andreol.* post hæc scripta visus *contro.* 315. *num.* 2. & *seq.* alios adducens ita sentientes, *Rot. decis.* 788. *num.* 12. *par.* 1. *diuers.* & *apud Zacch. de oblig. cam. decis.* 60. *num.* 2. & *decis.* 149. *num.* 9. *par.* 1. *recen.* addo *Altograd. cons.* 30. *num.* 10. & *seq. vol.* 1.

Ratio autem est manifesta, quia certum temporis spatium constitutum est a iure ad præscriptionem inducendam, per quam tollitur omnis actio. *l. sicut* 3. *l. omnes.* 4. *C. de præscr. trigin. vel quadr. anno.* quæ quidem esset omninò frustratoria, si breuiori tempore induceretur præsumptio solutionis, & tradunt *Fachin. Ciriac. D. Andreol.* & *Rot.* in loc. proximè citatis.

13 Quod clarius demonstratur, quia creditor agere potest ad suum creditum consequendum contra debitorem vsque ad triginta annos, vt expressè dispositum habemus *in d. l. sicut* 3. *C. de præscr. trig. vel quadr. anno.* sed si ante d. tēpus inducta esset præsumptio solutionis, creditor non posset ad suum creditum agere, quia solutione eius, quod debetur, siuè verè, siuè præsumptiuè, omnis tollitur actio, & obligatio, vt benè considerat *Rim. Iun. d. cons.* 315. *num.* 11. & 17. & post eum *D. Andreol. d. contro.* 135. *n.* 4. vbi rationibus *Menoch.* respondet, meritò &c. & hoc nullam censeo habere difficultatē.

Si verò d. longinquitatem temporis accipiamus pro simplici coniectura, & suspicione quadam solutionis, eo quod non sit verisimile, quod creditor tam diù distulisset eius creditum petere, si ei solutio facta non fuisset, & neq; illa, ita con-

14 siderata nocet d. Actori. † Quia licèt non desint plures Doctores d. coniecturam sequentes, & illam considerabilem appellantes, & præcipuè *Menoch. de præsump. lib.* 2. *præsump.* 135. *n.* 3. & *cons.* 1257. *num.* 9. *Surd. decis.* 105. *num.* 4. *Capic. Galeot. controu.* 14. *num.* 7. & *seq. lib.* 2. *Nouar. quæst. foren.* 136. *num.* 4. & alij, quos refert, & sequitur *Caren.* post hæc scripta visus *resolut.* 108. *num.* 4. & *seq.*

15 Illā tamen leuem coniecturam, & parui momenti appellant quamplures alij Doctores, & præcipuè *Rimi. Iun. d. cons.* 315. *num.* 16. *Hond. cons.* 39. *n.* 72. *lib.* 2. *Palma. conf.* 45. *num.* 6. *Rot. Bonon. d. decis.* 21. *n.* 72. & *seq. Mart. Medic. decis. Seueu. exami.* 53. *n.* 52. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 67. *num.* 36. *Fachin. contro. iur. lib.* 13. *cap.* 87. *per tot. Ciriac. contro.* 261. *n.* 42. *Gargiar. Iun. d. conf.* 7. *n.* 10. *lib.* 1. latè *D. Andreol. d. contro.* 135. *n.* 2. & *seq.* & *contro.* 136. *n.* 2. *Rot. apud Zacchi. de oblig. cam. decis.* 60. *n.* 2. & *decis.* 788. *n.* 12. *par.* 1. *diuer.* & *d. decis.* 149. *n.* 9. *par.* 1. *rec.*

Cum tacens credendus sit id facere, quia scit, ius suum durare, vt benè firmat *Surd. cons.* 45. *n.* 46. & *cons.* 91. *n.* 15. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 711. *n.* 7. & 8. & post eos *D. Andreol. d. contro.* 136. *n.* 2. alios adducens concordantes.

16 Neque pariter obstat secunda coniectura desumpta ex paupertate d. magistri Marci Actoris ad not. per *Surd. d. decis.* 105. *n.* 3. Quia negatur, illum esse pauperem, cum ipse possideat domum, & duas possessiones, & nullo sit grauatus ære alieno, vt patet ex confessione aduersarij facta ad positiones ipsius Actoris, de quibus

17 in processu, † quæ contra confitentem plenè probat. *Michalo. de posit. cap.* 57. *in prin. Rot. decis.* 119. *num.* 5. *par.* 1. & *decis.* 359. *n.* 40. *par.* 5. *rec.* & *apud Greg. XV. decis.* 92. *in prin.* Maximè cum non dicatur pauper qui viuit ex arte, vt facit ipse magister Marcus *glos. in l. si quis argentum* 35. *in verbo quantum donauit. C. de donat. Calca. cons.* 8. *col.* 9. *vers. item est* &c. *Rum. cons.* 81. *num.* 9. *lib.* 5. Ex quibus bonus

18 Iudex, † cuius arbitrio remissum est, quisnam dicatur pauper *glo. in Auth. præterea* & *ibi Dec. n.* 15. *Curt. Iun. n.* 23. & *alij C. vnde vir.* & *vxor. Deci. cons.* 163. *n.* 3. *Conar. var. resol. cap.* 6. *n.* 8 *lib.* 2. *Tiraq. in l. si vnquam in verbo omnia, vel*

partem

partem n. 31. *C. de reuoc. donat. latè Menoch. de arbitr. casu.* 65. *num.* 7. *& seq.* benè *Adden. ad Rot. decis.* 617. *n.* 98. *& seq. par.* 4. *rec. tom.* 3. facilè iudicare poterit, d. Actorem non posse dici pauperem, ita intrare posset contra eum cōiectura prædicta.

Tertia verò coniectura desumpta ex eo, quod duo testes examinati pro Io:Baptista reo deponant, ipsos credere, quod dos magistro Marco Actori fuerit soluta per Io:Baptistam, quia si ei non fuisset soluta, magister Marcus tam diù non tacuisset, est omninò friuola, quia, omisso, quod dicti testes, vti pauperrimi, & domestici, & familiares inducentis, nullam faciunt probationē,
19 vt infra dicetur, quia, inquam, † ratio est illa, quæ in teste dat esse rei, ideſt testimonio, vt notatur in l. *solam* 3. *C. de testi.* & tradunt *Bald. de testi. in prin. Farina. de testib. quæst.* 70. *num.* 12.
20 *Rot. apud Zacch. de societ. decis.* 57. *n.* 5. † Et ratio est illa, quæ ampliat, & restringit dictum testis. *Abb. in cap. cum causam* 37. *num.* 6. *& seq. de testibus. Alex. conſ.* 120. *n.* 6. *lib.* 5. *Fariu. de testi. d. quæst.* 70. *num.* 12. alios adducens, ita vt in testibus magis ratio, quam dictum attendendum sit. *Rolan. conſ.* 46. *n.* 19. *lib.* 3. *Mascard. de prob. concl.* 1376. *n.* 59. *&* 60. *vol.* 3. *Farinac. de testib. d. quæst.* 70. *n.* 46. *Rot. decis.* 222. *n.* 5. *par.* 4. *rec. tom.* 2. Sed dicti testes fundant eorum credulitatem super diuturnitate temporis, ergo eorum depositio non potest operari vltra d. rationem, & d. coniecturam desumptam ex longinquitate temporis, vt patet, & sic d. tertia coniectura confunditur cum prima coniectura, de qua supra.

Aliàs quidem iste esset elegans, & non minus nouus, quam facilis modus probandi solutionē, à Doctoribus adhuc, quem viderim, nō tactus, cum nullus certè debitor reperiretur, qui non posset inuenire duos testes, qui deponerent, se credere debitorem soluisse eius debitum, vt in simili tradit *Farinac. de indit. & tortu. quæst.* 42. *n.* 192. vbi dicit, quod probatio bonæ famæ, maximè in genere, est leuis defensio, cum nullus sit tam nequam, qui non possit reperire duos testes deponentes de eius bona fama, vt ibi per eum.

21 Et ideò d. coniecturæ, vti friuolæ, generales, & leues, non veniunt attendendæ *cap. in præsentia* 8. *de proba. l. neq. naturales* 10. *C. eod. tit.* in terminis *Gargia. Iun. d. conſ.* 7. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 1.
22 Maximè quando de credito constat per Instrumentum publicum, vt in casu nostro, quod subuerti non potest adminiculis, & leuioribus coniecturis, sed plures, graues, & admodum vrgentes requiruntur, imò concludentissimæ. *Natt. conſ.* 358. *sub n.* 13. *lib.* 2. *Hond. d. conſ.* 39. *n.* 72. *lib.* 2. *Gargiar. Iun. d. conſ.* 7. *num.* 12. *& seq. Adden. ad Paitell. expedit. ciuil.* 87. *n.* 9. *&* 10. *D. Andreol. contro.* 13. *n.* 6. *& contro.* 136. *in prin. Rot. apud Pacif. de Saluia. decis.* 259. *n.* 2. *& apud Gregor. XV. decis.* 157. *n.* 14. *&* 15. Et quod probationes contra Instrumentum debeant esse apertissimæ, & concludentissimæ, dixit eadem *Rot. apud Greg. XV. decis.* 375. *n.* 3. *& decis.* 409. *n.* 2.

Quod quidem in casu, de quo agitur, redditur certissimum, cum ad fauorem Actoris plures, & quidem fortiores concurrant coniecturæ clarè suadentes, dotem prædictam non fuisse solutā: quarum prima desumitur ex deficientia quietātiæ, si enim dos prædicta fuisset soluta d. Actori, de illa soluens procurasset, sibi fieri quietan-
23 tiam, † cum solutio notabilis summæ non soleat fieri, nec sit verisimilis, sine quietantia. *Paitell. expedit. ciuil.* 61. *nu.* 14. *& ibi Adden. n.* 7. *Merli. de pign. lib.* 3. *quæst.* 58. *n.* 51. *Rot.* in terminis dotis *decis.* 485. *n.* 7. *par.* 3. *diuer. & apud Greg. XV. decis.* 188. *n.* 3. *& apud Zacch. de societ. decis.* 24. *num.* 11. *& decis.* 239. *n.* 13. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& decis.* 259. *n.* 6. *par.* 6. *rec.* Vel saltem in actu solutionis dotis adhibiti fuissent testes *Rot. decis.* 11. *n.* 10. *par.* 7. *recen.*

Quod eò magis est dicendum, & hæc est secunda coniectura, quod d. Io. Baptista reus conuentus dum soluit dotem D. Elisæ alteri sorori, ab ea procurauit, & reportauit quietantiam de dote soluta, vndè idem procurasset a magistro Marco si ei dotē persoluisset arg. *l.* 1. *§. fin autē ad deficientis C. de cadu. tollen.* cum not. per *Decia. conſ.* 44. *n.* 28. *vol.* 1. *& per Gratia. discep. foren. cap.* 570. *n.* 31. *par.* 3. *& per D. Andreol. contro.* 135. *n.* 7. Et comprobatur ex depositionibus testium partis aduersæ super 9. Interrogatorio ibi *Alla Lisa gl'hāno consegnato vn pezzo di terra per dote, e si hanno fatto fare la quietanza, l'istesso si sarebbono fatto fare da mastro*
24 *Marco, se glie l'hauessero pagata*; † In materia autem solutionum, maximè attenditur verisimilitudo. *l. cum ex pluribus* 97. *ff. de solut. Corn. conſ.* 295. *n.* 2. *lib.* 3. *Gratia. discept. foren. cap.* 224. *nu* 95. *par.* 2. *Rota apud Merlin. de pigno. decis.* 75. *in fin.*

Tertia, & quidem vrgens, desumitur coniectura ex paupertate Io: Baptistæ debitoris, de qua in responsionibus ad positiones in iudicio pro actore exhibitas, ex qua excluditur præsumpta solutio, cum in hac materia attendenda sit con-
25 ditio personæ debitoris, vt tradunt *Caren.* post hęc scripta visus *resol.* 108. *num.* 7. *Merlin. de pign. lib.* 3. *quæst.* 58. *n.* 139. *Rot. decis.* 24. *n.* 15. *& decis.* 160. *n.* 6. *par.* 7. *rec.* & in terminis nostris tradunt *Gargiar. Iun. conſ.* 65. *sub. n.* 7. *lib.* 2. *& eadem Rot. apud Merlin. de pign. decis.* 23. *num.* 7.

Quarta pariter vrgens desumitur coniectura ex pluribus extraiudicialibus interpellationibus, de

lib. 2. cap. 143. n. 49. Theod. Rub. in singul. Rot. Rom. tom. 1. ad Plat. decis. 12. ver. contrarium &c. quam opinionem semper amplexa fuit Rot. Rom. vt apud Puteo decis. 466. lib. 2. in correct. apud Cesa. de Graff. decis. 4. num. 4. de sent. & re iudic. Apud Card. Seraph. decis. 129. num. 12. & decis. 1256. num. 11. & decis. 1172. num. 5. & apud Buratt. decis. 113. in fin. & ibi Adden. litera C. & decis. 117. n. 5. & decis. 458. num. 5. & ibi Adden. num. 8. & decis. 341. in prin. & apud Cenc. de cens. decis. 442. n. 2. & decis. 497. num. 6. eadem Rot. decis. 10. per tot. & decis. 724. num. 3. par. 4. diuer. & decis. 108. num. 27. & decis. 664. n. 6. par. 1. rec. & decis. 700. num. 33. & decis. 711. num. 3. par. 2. rec. & in Rom. societ. officij 19. Iunij 1628. coram R. P. D. Pirouano ante fin. & in Bononien. bonor. 7. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro. §. & vlterius, & alibi passim.

37 Licet enim confessionem extraiudicialem, etiam factam absente parte plenè probare, æquitate Canonica inspecta, teneant communiter Doctores, vt tradunt precipuè Laderch. cons. 140. num. 1. Cenc. de cens. d. quæst. 43. num. 27. Thoma. decis. March. 45. n. 3. Costa de retrotra. cap. 6. num. 23. Theod. Rube. in singul. Rot. Rom. tom. 1. ad Plat. d. decis. 12. num. 3. Pract. Ridulph. posthæc scripta visa par. 2. cap. 2. n. 14. Rot. apud Buratt. decis. 228. num. 5. & decis. 233. num. 8. & decis. 317. num. 6. & ibi Adden. n. 9. & decis. 792. num. 9. & decis. 803. num. 4. &
38 decis. 828. num. 4. † Id tamen habet locum, si illa sit plenè, & legitimè probata. Grat. cons. 2. num. 59. lib. 2. Gabr. cons. 71. num. 18. lib. 1. & d. cons. 40. num. 65. lib. 2. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 24. num. 9. Cenc. de cens. d. q. 43. n. 28. Rot. apud eum decis. 114. num. 1. & seq.

39 Dicitur autem plenè, & legitimè probata, quando de illa deponunt duo testes contestes de loco, & tempore, & verbis. Paris. cons. 10. n. 45. lib. 2. Crauet. cons. 267. num. 1. Gabri. d. cons. 71. num. 17. lib. 1. Cenc. de cens. d. quæst. 43. n. 29. Rot. d. decis. 700. num. 33. & d. decis. 711. n. 3. par. 2. rec. & decis. 187. num. 15. & decis. 264. num. 43. par. 5. rec. & apud Buratt. d. decis. 458. num. 5. & in Bononien. bonor. 7. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro. §. & vlterius &c.

40. Et ideò probatio facta per testes singulares non dicitur plena, nec integra, vt not. Grat. d. cons. 2. num. 56. & seq. lib. 2. Cenc. d. q. 43. num. 29. & 30. vbi dicit, hoc habere locum, etiam si de illa deponant plures testes singulares, & omnes alij Doct. relati supra num. 36.

41 Quicquid contrarium tenuerint Ludo. decis. Perus. 9. num. 14. & 15. Surd. cons. 94. n. 46. lib. 1. Laderch. d. cons. 140. num. 2. Grat. decis. March. 139. num. 3. Thoma. decis. March. 45. num. 4. & seq. Farinac. de test. quæst. 64. n. 131. Massin. de confesse. quæst. 38. num. 22. post hæc scripta visus, cum quibus videtur pertransisse Rot. decis. 87. num. 4. par. 6. rec. cum contra eos adsit verior, magis communis, imò communissima opinio, de qua supra num. 36. meritò &c.

42. Quod tamen redditur certissimum in casu nostro, in quo fuit exaduerso capitulatum de vnica confessione, quo casu, si duo testes de illa deponant, de diuersis tamen locis, seu de diuerso tempore, illam minimè probant, quia cum agatur de probando vnum actum tantum, testes deponentes de diuersitate loci, vel temporis sunt singulares singularitate non adminiculatiua, sed obstatiua, quæ reddit testes contrarios, vt in testibus Susannæ, & probationem omninò infringit, vt tradunt Gratia. decis. March. 139. num. 5. & 6. & seq. vbi dicit, ita fuisse decisum, Thoma. d. decis. March. 45. num. 5. Giurb. cons. crim. 79. n. 25. Hodier. ad Surd. decis. 12. n. 4. & seq. Hond. cons. 87 num. 123. lib. 2.

43. Neque obstat, quod confessio extraiudicialis probetur etiam per testes singulares, concurrentibus adminiculis. Laderch. d. cons. 140. n. 3. Adden. ad Buratt. d. decis. 113. num. 41. & d. decis. 341. littera A.

Quia in casu nostro nullum aliud concurrit adminiculum, nisi diuturnitas temporis, de qua supra n. 12. & paupertas, seu non diuitiæ magistri Marci Actoris, de qua pariter supra n. 16. Quæ cum sint sublata per alias coniecturas plures, & fortiores, de quibus supra n. 23. & seq. ideò nullum possunt facere adminiculum ex regula. l. eius qui in prouincia. 41. ff. si cert. pet. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. 2. ff. de vsufruct. l. 1. ff. de hæred. vend. quam latè exornat Barbos. axiom. 162. in prin. Maximè cum paupertas Actoris non fuerit probata, vt supra, & stantibus exceptionibus, quas patiuntur testes de confessione extraiudiciali deponentes, de quibus supra num. 29. hic iterum non repetendas.

Quo verò ad dationem in solutum factam per Io. Baptistam debitorem magistro Marco actori de petio terræ arboratæ in vocabulo Col di Nouello, quod præsumatur facta pro vsuris dotalibus, non autem pro sorte, deducitur manifestè ex illa conclusione communiter recepta per
44 Doctores, † Quod solutio præsumitur potius facta in causam vsurarum, quam in causam sortis. l. in ijs. 5. §. Imperator. ff. de solut. l. 1. in fin. C. de solut. & tradunt Costa de rata quæst. 124. num. 1. & 23. Pir. Maur. de solut. cap. 10. n. 1. & seq. Paitel. expedit. ciuil. 42. num. 35. & seq. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 6. num. 15. ver. Circa prædicta etc. Cenc. de cens. quæst. 103. n. 8. et seq. benè Surd. qui loquitur de vsuris dotalibus cons. 290. num. 61. lib. 2. latè Gratia. discept. foren.

foren. cap. 224. num. 30. & seq. par. 2. Merlin. contro. foren. cap. 26. num. 9. cent. 1. Posti. de subbos. inspect. 39. num. 15. Laderch. cons. 162. in prin. Hodier. ad Surd. decis. 186. num. 4. et seq. vbi dicit, ita fuisse in contingentia facti in Sacro Consilio iudicatum Reg. Capic. Latro. post hæc scripta visus decis. 21. num. 3. et ibi Addtn. n. 3. lib. 1. et decis. 175. num. 16. et decis. 192. num. 25. lib. 2. Rot. decis. 116. num. 4. par. 2. diuers. et decis. 74. §. neq; etiam obstat etc. et §. seq. par. 3. rec. quæ est etiam apud Theod. Rub. in 1. tom. singul. Rot. Rom. in fin. et decis. 403. num. 16. par. 5. rec. et apud Merlin. de pignor. decis. 47. num. 10. vbi aliæ recensentur.

Cum enim de hoc habeamus legem expressam, de qua supra, ita propter moram debitoris statuentem, illa, licèt dura, est seruanda. l. prospexit. 12. ff. qui, et a quib. Rolan. cons. 99. n. 47. lib. 2. latè Barbos. axiom. 136. num. 20. & in terminis nostris tradunt Surd. d. cons. 190. n. 61. Gratia. d. cap. 224. num. 30. et Hodier. ad Surd. d. decis. 186. num. 4. et seq. Maximè cum vtilius sit debitori prius soluere vsuras, quam sortem, vt longiorem consequatur dilationem ad soluendum sortem, vt animaduertunt Surd. d. cons. 290. num. 61. vol. 2. Gratia. d. cap. 224. num. 30. par. 2.

45 Pro dote autem non soluta, interusuria deberi viro ob onera matrimonij, nemo est, qui dubitet, cum habeamus tex. in l. fin. §. præterea, & ibi not. Doct. communiter. C. de iur. dot. et in cap. salubriter. 16. et ibi not. omnes Canonistæ de vsur. & adnotarunt Bart. Imol. Castr. Alex. et alij in l. insulam. 43. §. vsuras. ff. solut. matr. & latè comprobant Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 42. numer. 1. 2. & seq. Giurb. decis. 72. in prin. quamplures adducens cõcordantes, more suo. Ciriac. controu. 30. n. 7. vbi dicit, quod dos est debitum, quod habet annexum interesse, vt ibi per eum, & debentur, tam ex dispositione iuris ciuilis, quam canonici d. cap. salubriter. 16. de vsur. & tradunt Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. num. 1. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 143. num. 2. par. 1. & nos habemus statutũ d. interusuria concedens lib. 2. rub. 47.

46 Dos enim non debet esse sterilis, propter onera matrimonij, quæ supportantur a marito. Rim. Sen. cons. 398. num. 10. lib. 2. Neguf. Iun. resp. 183. num. 65. Ciriac. d. controu. 30. num. 6. latè Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 3. glos. 5. num. 14. & seq.

47 Neque affert impedimentum, quod exaduerso dicitur, quod prædicta non habent locum, quando interusuria non debentur iure actionis, sed officio Iudicis, quo casu durius dicitur debitum sortis, & ideò ad computum dotis dicitur facta solutio. Surd. d. cons. 290. n. 61. lib. 2.

48. Quia respondeo dupliciter, & primò, quod d. conclusio, quod fructus dotis non debeantur iure actionis, non est tuta, cum contrarium teneant quamplures Doctores, & precipuè Rom. in l. si marito. 32. §. si fundum, & ibi etiam Castr. ff. solut. matr. Ripa in rub. ff. solut. matr. n. 45. & ibi etiam Ruin. n. 72. & seq. Bald. Nouel. de dote par. 2. num. 6. & 10. vbi dicit, hanc esse veriorem opinionem, Rimin. Sen. cons. 184. num. 56. lib. 1. Magon. decis. Floren. 83. per tot. Theod. Rubr. in singul. Rota Rom. tom. 2. circa statutorum interpretationem ad cap. 137. lib. 1. Statuti Vrbis n. 15. & benè comprobat D. Andreol. contro. 135. num. 27. & seq. & controu. 247. num. 1. Rota apud Greg. XV. decis. 93. n. 2. & apud Fenzo ad Stat. Vrb. decis. 82.

Secundò, quia, admisso etiam, citra veri præiudicium, quod interusuria dotis debeantur officio Iudicis, in casu tamen nostro debentur iure
49 actionis ex duobus, & primò † cum illi debeãtur ex dispositione Statuti, de quo supra, & ideò dicuntur deberi condictione ex Statuto Paul. de Monte Pico cons. 19. n. 13. Gratia. discep. foren. cap. 130. in fin. & cap. 143. num. 17. par. 1. & cap. 244. n. 39. par. 2. D. Andreol. d. contro. 135. num. 31. benè Rota apud Greg. XV. d. decis. 93. num. 3.

Secundò, quia dicti fructus in Instrumento dotali fuerunt expresè promissi ibi et residuum d. dotis, videlicèt florenos ducentum quinquaginta, promisit soluere d. Morco infra tres annos proximos quolibet anno tertiam partem dictorum florenorum 250. liberè, & sinè exceptione, Aliàs &c.

50 † Quæ clausula Aliàs &c. extenditur aliàs teneri voluit ad omnia damna, expensas, & interesse, vt tradunt Marta de claus. par. 1. clau. 6. quam refert, & sequitur Giurb. decis. 114. n. 3. benè Rot. decis. 315. num. 56. par. 4. rec. tom. 2.

51 † & sic d. interusuria, vti expresè promissa in Instrumento, debentur iure actionis Card. Mant. de tacit. lib. 12. tit. 30. num. 38. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 43. nu. 8. & seq. Hodiern. ad Surd. decis. 140. num. 19. Gratian. decis. March. 126. num. 15. Io: Franc. a Ponte cons. 64. num. 18. lib. 1. benè Posti. resolut. 58. num. 153. Scip. Theod. allega. 7. num. 16. & seq. Merlin. de pigno. lib. 3. quæst. 51. numer. 68. Merlin. Pignatel. contro. foren. cap. 28. num. 10. & seq. Rot. apud Greg. XV. decis. 93. n. 2. & d. decis. 315. num. 56. & 57. par. 4. rec. tom. 2.

52 Neque obstat pariter si dicatur, quod dicta conclusio desumpta ex d. l. 1. C. de solut. cum alijs supra adductis num. 42. quod solutio cedat prius in extinctionem vsurarum, & postea sortis, non procedat, quando sors est certa, vsuræ autem sunt incertæ, vt exaduerso prætenditur esse in casu nostro ad not. per Gratia. discep. foren. cap. 224. nu. 44. par. 2. & volunt aliqui relati per Capic. Latro. post hec scripta visum

decis.

decis. 21. *num.* 4. *lib.* 1. quos sequitur *Gizz. ad d. decis.* 21. *num.* 4. *& seq.*

53 Quia, omisso quod d. opinio non est tuta, cum contrarium teneant Doct. quamplures, & præcipuè *Surd. cons.* 290. *nu.* 61. *lib.* 2. *Molin. de contract. disput.* 565. *n.* 3. *Scacc. de commer. & camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.*99. *Hodier. ad Surd. decis.* 180. *num.* 12. & latè comprobat per plura fundamenta *D. Capic. Latr. d. decis.* 21. *n.* 5. *& seq.* dicens, ita pluries fuisse per Sac. Cons. iudicatum.

54 Quia, inquam, interusuria dotalia sunt certa, & clara in casu nostro, quia licèt de iure communi illa debeantur ad rationem quatuor pro centenario. *d. l. fin. §. præterea. C. de iure dot.* ibi *Ad tertiam partem centesimæ*, hoc est ad quatuor pro centum, cum vsura centesima sit ad rationem duodecim pro centenario, vt declarant *Thesa. decis.* 43. *num.* 5. & post eum *Fachin. contro. iur. lib.* 5. *cap.* 14. Tamen nos habemus statutum *lib.* 2. *rub.* 47. quod taxat, & determinat, d. interusuria deberi viro sustinenti onera matrimonij ad rationem sex pro

55 centenario, † Vbi autem reperitur statuti dispositio, res clara redditur, ita vt cesset omnis dubitatio. *Corn. cons.* 166. *in fin. lib.* 3. *Aldoin. cons.* 65. *num.* 4. *dixi ego alleg.* 1. *n.* 71.

56 Neque vllius momenti est fundamentum ex aduerso adductum, quod pro vsuris dotalibus non datur hypotheca, & ideò durius dicitur debitum fortis, & sic pro illa debet cedere solutio ex *Bald. Nouel. in l.* 1. *n.*108. *ff. solut. matr. & in tract. de dot. par.* 6. *priuil.* 7. *post n.* 4. quia

57 eius opinio non est vera, & testantur *Neguf. de pigno. in* 4. *membr.* 2. *par. num.* 55. *& in* 1. *membr.* 5. *par. n.* 10. *Card. Mant. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 18. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 43. *n.* 16. *Merli. de pign. lib.* 3. *q.* 51. *n.* 57. 58. *& seq. Ciria. contro.* 430. *n.* 6. *&* 7. *Gratia. discep. foren. cap.* 634. *nu.* 4. *et seq. par.* 4. vbi testatur de veriori, & magis communi opinione, *Pacif. de Salman. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 170. Rot. *apud Merlin. de pign. decis.* 119. *num.* 20. *& seq.* vbi hanc opinionem dicit æquiorem, & veriorem, & ab ea non esse in iudicando recedendum, *& decis.* 145. *num.* 3.

58 Quod est expeditum in casu nostro, in quo interesse fuit in Instrumēto promissū, vt probaui *supra n.*48. quo casu pro illo dari hypothecam nemo dubitat, cum illa legatur in Instrumento, & admittit *idem Bald. Nouell. ex aduerso allegatus in d. tract. de dot. par.* 6. *priuil.* 7. *sub n.* 4.

59 Quibus eò magis locus esse debet, cum in dubio pro dote sit iudicandum. *l. in ambiguis.* 71. *ff. de iur. dot. l. in ambiguis.* 86. *ff. de reg. iur. Bald. Nouel. de dote part.* 9. *priuil.* 2. *in prin.* Quare &c. Saluo &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit ad fauorem Actoris ex voto Illustrissimi Domini mei Comitis Io. Francisci Andreoli Iur. Cons. Engubini clarissimi, ac eruditissimi de anno 1635. *quæ sententia fuit in gradu appellationis confirmata per Excellentissimum D. Alexandrum Marinum Perginensem Locumtenentem Ciuitatis Engubij de anno* 1636. *Laus Deo, & Virginis &c.*

ARGVMENTVM.

Quarta, de qua in *Auth. præterea C. vnde vir, & vxor*, quando debeatur vxori pauperi ex bonis viri diuitis prædefuncti, & an illa debeatur etiam mulieri dotatæ cum parua dote. Vxor quando dicatur pauper, ad effectum consequendi dictam quartam, & quænam dos dicatur parua, & si possit consequi alimenta a patre, vel a fratribus, excludatur a quarta. Quænam sit ratio finalis dispositionis d. *Auth. præterea*, & an mulier habens dotem, cum qua alium virum inuenire potest, excludatur a dicta quarta. Congruitas dotis ad dictum effectum an attendatur de tempore contracti, vel soluti matrimonij. Remedia plura subsidiaria an dentur vnum magis, vel minus subsidiarium, quàm alterum, & quodnam ex eis in concursu præferatur.

SVMMARIVM.

1 Auth. præterea C. vnde vir, & vxor *materia est valdè difficilis.*

2 Auth. præterea *loquens de vxore indotata habet locum etiam in dotata cum parua dote.*

3 *Quarta vxori non debetur ex bonis viri, nisi illa nupserit sine dote, vel cum parua dote. n.* 16.

Dos verò parua in d. casu dicitur, quæ est ita parua, vt ferè nulla sit. n. 4.

5 *Quarta fuit concessa vxori pauperi ex bonis viri, ne illa mendicare cogatur in opprobrium benè transacti matrimonij.*

6 *Appratiatum mulieris attenditur quando quæritur an vxor sit pauper ad effectum consequendi quartam ex bonis viri.*

7 *Vxor vt consequatur quartam ex bonis viri, requiritur, quod sit in extrema inopia.*

8 *Vxores in pluribus casibus a quarta fuisse exclusas recensentur.*

9 *Alimenta ad excludendam vxorem a quarta cōsiderantur, quod sint sufficientia ad necessitatē, non ad condecentiam.*

Quicquid contrarium voluerit Merlin. de legit. relatus. num. 16.

11 *Quarta debetur vxori inopi in bonis viri in subsidium, & miserationis causa.*

12 *Vxorem dici pauperem ad consequendam quartam*

tam, quando eius dos non sufficit pro alimentis, volunt aliqui Doct.

Et quando dos non sufficit pro alimentis, quæ ex quodam honesto viduitatis statu sunt sufficientis, sentiunt alij. n. 13.

Et quando dos non sufficit pro alimentis, ita vt aliàs mendicare cogatur, volunt alij. n. 14.

15 *Vxor, quando a principio fuit congruè dotata, nõ potest consequi quartam in bonis viri, licèt non sit sufficiens dos pro alimentis tempore soluti matrimonij.*

17 *Dos ad iudicandũ an sit congrua, attenditur tempus dotationis, non quid postea superuenerit.*

18 *Dotis congruitatem esse attendendam de tempore soluti matrimonij, vt habeatur quarta, volunt aliqui Doct.*

Maximè cum Auth. præterea *fundetur non in deficientia dotis, sed in insufficientia alimentorum. num. 19.*

Quæ opinio procedere potest, quando vxor in opprobrium viri defuncti mendicare cogeretur. num. 21.

20 *Opinio magis cõmunis est sequenda in iudicando.*

22 Auth. præterea *dispositio est correctoria, odiosa, & ideò restringenda.*

Quicquid contrarium senserint Rola. & alij Doct. *num. 23.*

24 *Experientia est rerum magistra.*

25 *Dos constituta a patre filiæ præsumitur congrua.*

26 *Præsumptio transfert onus probandi contrarium in aduersarium.*

27 *Quartæ beneficium non datur, nisi mulieri, quæ sit ita pauper, vt mendicare cogatur.*

28 *Quarta non debetur vxori, quæ habet fratres diuites, a quibus consequi potest alimenta.*

29 *Quarta fuit concessa mulieri pauperi ne in opprobrium transacti matrimonij cogatur mẽdicare.*

30 *Remedium* Auth. præterea C. vnde vir, & vxor *est subsidiarium.*

31 *Cessante ratione finali legis, cessare debet etiam lex.*

32 *Actionem habens ad rem consequendam, rem ipsam habere videtur.*

33 *Quarta non debetur vxori pauperi, quæ habet patrem diuitem a quo ali potest.*

34 *Hæres est eadem persona cum defuncto, & illius personam repræsentat.*

35 *Quartam deberi vxori pauperi, etiam si habeat fratres diuites, sentiunt aliqui, qui reprobantur.*

36 *Causa dispositionis* Auth. præterea C. vnde vir, & vxor. *non est sola paupertas vxoris, sed etiam præsumptus viri affectus.*

Contrarium, vti verius, tenet Author num. 37. & 38.

39 *Quarta, de qua in* Auth. pręterea *debetur vxori pauperi contra voluntatem viri.*

40 *Alimenta, quæ petuntur officio Iudicis, debentur in subsidium.*

41 *Remedium quartæ est magis subsidiarium, quàm remedium petendi alimenta officio Iudicis.*

42 *Remedijs duobus subsidiarijs cõcurrentibus, præualet quod est minus subsidiarium.*

43 Remedia *plura subsidiaria dantur vnum magis subsidiarium quàm alterum.*

44 *Alimenta debita conditione ex statuto dicuntur debita iure actionis.*

45 Conditio *ex statuto fortior est officio Iudicis, & efficacius prouidet.*

46 Dictio possit *inducit arbitrium, & electionem concedit.*

47 *Quarta vt debeatur vxori, paupertas debet esse extrema, ita vt mendicare cogatur.*

48 *Mulier habens dotem sufficientem pro alimentis non dicitur pauper ad effectum consequendi quartam.*

49 *Mulieri pauperi debetur quarta ex bonis viri, licèt habeat filios diuites, a quibus possit consequi alimenta.*

50 *Mulier pauper vt excludatur a quarta, requiritur, quod habeat aliundè, quàm ex substantia viri.*

51 *Maritus non potest excludere vxorem pauperem a quarta, legando ei alimenta.*

Contrarium tenent aliqui Doct. num. 53.

52 *Vxorem excludit a quarta solum ius creatum ante mortẽ viri consequendi alimenta ab alio, quàm ab ipso viro, non autem ius creandum tempore mortis viri.*

54 *Promissio hominis non tollit prouisionẽ legis iam factam, sed solùm fatiendam.*

55 *Mulier, quæ habet talem dotem, cum qua secundò nubere potest, excluditur a quarta consequẽda in bonis mariti diuitis prædefuncti.*

ALLEGATIO IX.

D. Hieronymus dell' Huomo de Vrbino aliquibus ab hinc annis accepit in vxorem D. N. de Lieris de eodem cum dote florenorum mille monetæ Vrbini, qui, cum in Mercatura per annnos plures se exercuerit in dicta Ciuitate, auxit propterea eius patrimonium ad summam bonorum admodũ considerabilem, & cum ambo Iugales modò sint valdè senectuti proximi, & liberis careant, oritur propterea dubitatio, vtrum dicta vxor D. Hieronymi diuitis, vti pauper, post illius obitum possit iure meritò consequi quartam partem bonorum ipsius viri, iuxta dispositionem *Auth. præterea C. vnde vir, & vxor,*

1 In qua quæstione, quam valdè difficilem, ob varias Doctorum, qui circa dictam materiam responsa reddiderunt, opiniones, appellat *Fontanell.*

tancl. de pact nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 9. n.5.
reſolutiuè procedendo, ac admiſſa opinione
2 *Bald. in d. Auth. præterea* volentis, † diſpoſi-
tionem d. *Auth.* quæ loquitur de vxore indo-
tata, habere locum etiam in vxore maritata
cum parua dote, quem ſequuntur *Salic. Caſtr.*
Roma. Alex. Iaſ. & alij Doct. communiter in
dicta *Auth. præterea*, & tradunt etiam *Viui.*
Ludou. Rolan. Duran. Craſs. Crau. Natt. Cæph.
Gabr. & alij quamplures, quos refert, & ſequi-
tur *Surd. deciſ. 61. in prin. nec non Fontanel. de*
pact. nupt. d. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 9. num. 3.
Gratian. diſcept. foren. cap. 120. num. 2. part. 1.
Mangil. de imput. quæſt. 158. num. 4. vbi dicit,
de hac opinione hodie non eſſe dubitandum,
Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 23. num. 21.
Merlin. Pignattel. controu. foren. cap. 47. nu. 3.
cent. 2 et Rot. *deciſ 202. num. 11. et ſeq. par. 2.*
diuerſ. et deciſ. 174. num. 5. et ſeq. apud Pacif.
de Saluzan. et in Imolen. ſucceſſionis Quartæ 18.
Aprilis 1625. coram R. P. D. Coccin. Decano §.
neq. officit etc.

Cenſeo vxori prædictæ D. Hieronymi, quæ ei nu-
pta fuit cum dote florenorum mille monetæ
Vrbini, nullam deberi quartam in bonis ſui viri
3 poſt illius mortem, per iura infraſcripta, † Et
primò quia in ea non verificatur verba *d. Auth.*
præterea, quæ requirunt, matrimonium fuiſſe
contractum ſine dote, neq; verificatur extenſio
Bald. et ſequacium, qui volunt, idem eſſe, quan-
do vxor paruam habuit dotem, vt tradunt *Surd.*
d. deciſ 61. num. 8. ver. Re tamen etc. et Mangil.
de imput. quæſt. 160. num. 4.

4 Quod quidem apertè demonſtratur, quia ex-
tenſio *Bald. et ſequacium* de vxore, quæ nullam
habuit dotem ad eam, quæ habuit paruam do-
tem, habet locum in illa dote tantùm, quæ eſt
ita parua, vt ferè nulla dici poſſit, dum arguunt
ex eo, quod paruum, & nihil æquiparantur,
ita vt vxor laboret nouiſſima inopia, & ferè
mendicare cogatur, quia tunc dos ita exigua
comparatur nulli doti, & habetur ac ſi nulla eſ-
ſet conſtituta dos, & intrat diſpoſitio *d. Auth.*
præterea, vt poſt *Corn. Soc. Iun. et Purpur.* per
eum relatos tradit *Surd. d. deciſ. 61. num. 9. &*
ſeq. & in tract. de alim. tit. 9. quæſt. 37. num. 8.
& ſeq. & num. 19. Gabr. conſ. 142. num. 3. vol. 1.
Barz. deciſ. 129. num. 11. Hond. conſ. 93. n. 24.
lib. 1. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8.
par. 9. num. 16. alios adducens *Merlin. Pignatel.*
d. cap. 47. num. 9. Gratia. diſcept. foren. cap.
120. num. 2. 3. & ſeq. part. 1. vbi teſtatur de
veriori opinione, quam ſequitur *Mangil. de im-*
put. quæſt. 159. num. 4. alios adducens ita ſen-
tientes, & teſtatur de communi opinione, &
nouiſſimè *Paul.* Rube. *de teſtam. cap. 25. n. 134.*
poſt hæc ſcripta viſus, & tenuit *Rot. deciſ. 202.*
num. 13. & ſeq. par. 2. diuer. & in Imolen. ſuc-
ceſſionis quartæ 18. Aprilis 1625. coram R. P. D.
Coccino Decano, & apud Duran. deciſ. 42. n. 2.
& in Roman. Quartæ 24. Aprilis 1651. coram
R. *P. D. Celſo. ver. & ideo &c.* Quicquid vi-
deatur ſenſiſse *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 23.*
num. 26. & ſeq.

5 Ratio enim, ex qua motus fuit Imperator ad
conſequendam quartam vxori in bonis viri di-
uitis, fuit ipſa inopia vxoris, ne illa mendicare
cogeretur in opprobrium benè tranſacti ma-
trimonij, vt expreſsè habetur *in §. quoniam ve-*
rò Auth. de exhib. reis, ex quo deſumpta fuit d.
Auth. præterea, ibi *Quia non fuit facta dos &c.*
& ibi *Hac dicimus, ſi coniunctorum alter &c.* &
ibi, *& inopia coniugis per diuitias ſaluetur alte-*
rius, & in d. *Auth. præterea* ibi *Coniux autem*
præmoriens &c. & ibi hoc not. *Bald. n. 7. Alex.*
num. 4. Caſtr. num. 5. Iaſ. n. 9. Deci. n. 3. & alij
Doct. communiter, & tradunt etiam *Rolan. conſ.*
14. num. 26. & 27. & conſ. 15. num. 4. & 5.
lib. 3. Hond. d. conſ. 93. num. 18. Surd. d. deciſ.
61. num. 1. et ſeq. Mangil. de imput. quæſt. 137.
n. 1. vbi teſtatur de communi opinione *Merlin.*
Pignatel. d. cap. 47. num. 10. et 11. Imò non
contentus Imperator in d. *§. quoniam verò* di-
xiſſe de inopia, addidit *Nouiſſima*, ideſt extrema,
vt benè conſiderat *Surd. d. deciſ. 61. ſub n. 11.*
et ſub num. 15.

Quæ certè non poſſunt concurrere in terminis ca-
ſus noſtri, in quo vxor D. Hieronymi ei nupta
fuit cum dote florenorum mille monetæ Vrbi-
6 ni, & vlterius cum ſolito appretiato, † quod
in hoc caſu eſſe attendendum, & de eo eſſe ha-
bendam rationē, ita vt in calculo ſit ponendum,
voluerunt *Corn conſ. 49. num. 5. vol. 3. Gabr. d.*
conſ. 142. num. 25. & Mangil. de imput. quæſt.
140. num. 5. quod mihi ſupponitur, eſſe valo-
ris vltra florenos centum, qui floreni mille, &
centum ſi in cenſibus implicentur, vt conſide-
rat *Surd. d. deciſ. 61. nu. 9.* redderent ipſi vxori
florenos nonaginta circiter, qui conſtituunt
ſummam ſcutorum ſexaginta annua, quæ cer-
tiſſimum eſt, eſſe ſufficientia cuilibet mulieri
ſuæ conditionis pro ſe ſubſtentando, & ſic eius
dotem non eſſe ita exigui valoris, vt dici valeat,
illam eſſe in nouiſſima, & extrema inopia, ita
7 vt ferè mendicare cogatur, † vt requiritur ad
effectum, vt conſequi valeat quartam, vt benè
declarant *Doct. ſupradicti*, & præcipuè *Surd. d.*
deciſ. 61. num. 9. & ſeq. Barz. deciſ. 129. num.
10. Mangil. de imput. quæſt. 159. num. 4. & 5.
Fontanel. d. par. 9. num. 19. & ſeq. Paſcal. de
patr. poteſt. par. 4. cap. 10. num. 16. Paul. Rube.
de teſtam. d. cap. 25. n. 134. & Rot. *in d. Imolen.*
ſucceſſionis quartæ §. aut verò &c. vbi dicit, ad
denegandam quartam ſufficere, quod mulier
tempore obitus viri poſſit quoquo modo ſe
alere, dummodò non mendicet, cum beneficio

quartæ fruatur solùm mulier illa, quæ in extrema reperitur inopia, vt ibi per eam, & idem dixit *eadem Rot. in d. Rom. quartæ coram R. P. D. Celso, ver. & ideò &c.* Quod, vt dixi, verificari nullo modo potest in vxore habente scuta sexaginta annua, vt patet, & considerant Doctores supra proximè adducti.

8 Hinc videmus, quod mulier humilis conditionis, & quæ laborare proprijs manibus poterat, & quæ habebat dotem scutorum centum octuaginta, non fuit reputata pauper, & ideò fuit à consequutione quartæ exclusa per *Rotam, vt in d. decis. 202. par. 2. diuer.* Et habenti dotem librarum trecentum fuisse pariter denegatam quartam, dixit ex *Rim. Sen. in cons. 114. per eum relato Mangil. de imput. q. 159. num. 5.* & alia mulier, quę habebat dotem scutorum octingentorum, vt in casu nostro, non fuit habita pro paupere à Consilio Neapolitano, & ideò fuit à quarta exclusa, vt testatur *Vinc. de Franch. decis. 410.* & similiter alia mulier nobilis vxor cuiusdam Comitis, cuius dos erat scutorum mille ducentorum, non fuit habita pro paupere ad dictum effectum à Senatu Mantuano, & sic ei fuit quarta denegata, vt testatur *Surd. d. decis. 61. in fin. & Ciriac. contr. 221. n. 42.* Et ideò idem venit iudicandum in casu nostro, in quo vxor D. Hieronymi habet dotem florenorum mille, & centum cum appretiato, & sic dici non potest versari in extrema inopia, imò ex illorum fructibus benè potest se sustentare, vt supra dixi, & quilibet vir prudens rectè poterit arbitrari, vt benè considerat etiam *Merlin. Pignatel. d. cap. 47. num. 12. & 13.*

9 Alimenta enim, ad excludendam vxorem à quarta, considerantur quæ sunt sufficientia ad meram necessitatem, non autem ad condecentiam, vt post *Calcan. Cassan. Felin.* per eum adductos tradit *Gabr. d. cons. 142. num. 26. Ciriac. d. contro. 221. num. 43. Barz. d. decis. 129. num. 10. & seq. Surd. d. decis. 61. num. 9. & 15. & Fontal. d. glos. 8. par. 9. num. 16. & seq.* vbi dicit, ita pluries in illo Senatu Cataloniæ fuisse iudicatum, nec non *Mangil. de imput. quæst. 139. num. 6. & seq. & Rot. in d. Rom. quartæ coram R. P. D. Celso §. nec huiusmodi &c.*

10 Quicquid contrarium, pacificando paupertatem, & inopiam, voluerit *Merlin. de legit. d. q. 27. num. 30.* cuius opinio posset procedere quando lex requireret paupertatem simpliciter, secus tamen quando illam requirit cum illo adiuncto *Nouissima*, vt in casu nostro, quia tunc non sufficit simplex paupertas, sed requiritur extrema, ita vt omnia desint, vt declarat *Surd.*

11 *d. decis. 61. sub num. 15.* Cum remedium *Auth. præterea* sit concessum vxori in subsidium, & miserationis causa, vt not. *Calcan. Felin. Cassan. Gabr. & Barz.* relati per *Fontanel. d. par. 9. num.* 17. & voluit *Mangil. de imput. quæst. 139. nu. 6.* & ideò non est ferendum subsidium, nisi quatenus vrget necessitas, & sic pro necessitate, non autem pro honorificentia *Alciat. cons. 252. n. 5.* & post eum tradunt *Surd. d. decis. 61. num. 15. & Fontanel. d. par. 9. num. 17. nec non Mangil. d. q. 139. num. 6. & seq. & Paul. Rubc. d. cap. 25. num. 33.*

12 Secundò principaliter, quia licèt Doct. quamplures scriptum reliquerint, vxorem dici pauperem ad effectum consequendi quartam in bonis viri diuitis prædefuncti, quando illius dos non est sufficiens pro alimentis ipsius vxoris, inter quos fuerunt *Bald. Deci. & Fabia. de Pepis in d. auth. præterea. Decia. cons. 170. num. 12. vol. 2. Rola. cons. 14. num. 21. lib. 3. Vinc. de Franch. decis. 410. num. 2. Dilec. de arte testa. de legat. caut. 20. num. 1. Craff. de success. §. successio ab intest. quæst. 35. n. 4.* & alij quos referunt *Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 9. num. 10. & Mangil. de imput. quæst. 159. num. 2.* quos sequuta fuit *Rota apud Pacif. de salvia. decis. 174. num. 15.* Quam opinionem extendunt aliqui, vt alimenta debeant esse talia, vt sint sufficientia ad conseruandum illum statum, in quo vxor manebat viuente viro, & secundùm dignitatē viri prædefuncti, inter quos fuerunt *Menoch. Rim. Biscia, & alij,* qui responsa reddiderunt pro vidua de Lucatellis, quos refert *Fontanel. d. par. 9. num. 12. & Merlin. de legit. d. q. 23. n. 26.* contra quos tenent *Alcia. Gab. Barz. Surd. Ciriac. Fontanel. Mangil. & Rot. in loc. adduct. sup. num. 9.*

13 Et dotem dici paruam, quæ non est sufficiens ad alimenta pinguia, quæ vxori præstabantur à viro diuite, sed ad ea, quæ ex quodam honesto viduitatis statu sunt sufficientia, ita vt per dictam dotem habeat mulier quo statum vidualem, pro vt decet viduam à tali viro relictam, conseruare valeat, scripsit *Scott. resp. 5. num. 32. tom. 1. lib. 3.* quem refert *Fontanel. d. par. 9. num. 15.*

14 Et alij in ea fuerunt sententia, quod dos dicatur parua ad effectum consequendi quartam, quando illa non est sufficiens pro alimentis, quibus vxor indiget, vt necessitati naturæ succurrat, & vitam cum parsimonia traducat, ita vt fame pereat, & victum mendicando quærere habeat, inter quos fuerunt *Alciat. cons. 252. tom. 3. lib. 9. Gabr. cons. 142. num. 26. lib. 1. Barz. decis. 129. num. 26. Surd. d. decis. 61. n. 9. & seq. Hond. cons. 93. n. 24. vol. 1.* concludens, ad quartæ consequutionem non sufficere simplicem paupertatem, sed illam requiri, quæ vxorem ad mendicandum compelleret, & alij quos refert *Fontanel. d. glos. 8. par. 9. num. 16.* cum quibus pertransit *Paul. Rub. de testam. d. cap. 25. num. 134.* alios adducens, & est de mente

mente Rot. d. decis. 202. num. 10. & seq. par. 2. diuers. & expresse tenuit eadem Rot. in d. Rom. quartæ. coram R. P. D. Celso. §. & ideo &c.

15 Verior tamen, & magis recepta per Doct. videtur opinio, quod si vxor a principio matrimonij fuit congruè dotata, attentis facultatibus viri illius temporis, qualitate ipsorum iugalium, & consuetudine regionis, vt in casu nostro d. vxorem fuisse congruè dotatam infra ostendetur, non possit dos prædicta dici parua, & ideò excludat omninò vxorem a consequutione quartæ, licet d. dos non sit sufficiens pro alimentis ipsius vxoris de tempore soluti matrimonij, vt scripserunt Fabia. de Pep. in d. auth. præterea num. 110. & ibi Rimi. num. 6. vers. & aduerte &c. Socc. Sen. cons. 130. num. 10. & seq. vol. 4. Decian. cons. 661. num. 4. Alcia. d. cons. 252. alias 18. num. 11. lib. 9. vbi dicit, d. opinionem non habere contradictorem in dictis terminis, & in practica ab ea non esse recedendum, Gabr. d. cons. 142. num. 13. & seq. vol. 1. vbi testatur, hanc esse communẽ Doct. opinionem, & verissimam, ac indubitatam sententiã, Hond. cons. 93. num. 13. vol. 1. Colleg. Bonon. in tract. Rotæ Bonon. contra viduam de Luccatellis num. 11. & ibi Card. Manti. num. 36. Pancirol. num. 12. & seq. Caph. cons. 671. num. 26. & 27. lib. 5. Barz. decis. 128. num. 39. & seq. latè comprobans Rot. Bonon. in d. lib. adito contra dictam viduam quæst. 3. num. 55. vbi habetur, contrarias Doct. opiniones esse reprobatas, Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glos. 8. par. 9. num. 18. & seq. hanc opinionem latè, & doctè comprobans, & dicens, ab ea non esse in iudicando recedendum, & disputationem Doctorum an dos sit sufficiens pro alimentis intrare tantùm, quando vxor a principio non fuit congruè dotata, non autem in casu, de quo agitur, quam opinionem tenuerunt etiam Mangil. de imput. quæst. 160. num. 3. & seq. vbi illam benè tuetur, contrarijs respondet, & testatur, illam esse communem, & receptam. Surd. cons. 216. num. 4. lib. 2. vbi dicit, hanc esse veriorem opinionem, & in tract. de alim. tit. 9. quæst. 37. n. 8. & seq. vbi pariter testatur de veriori opinione, & ita fuisse decisum in Senatu Mantuano, Gratian. discep. foren. cap. 120. num. 64. par. 1. vbi hanc opinionem dicit veriorem esse, Vinc. de Franch. decis. 410. vbi dicit, ita fuisse iudicatum in Sac. Cons. Neapolitano, nempè mulierem dotatam in scutis octingentis dici condecenter dotatam, & ideò non potuisse prætendere quartam: eandemq; opinionem sequitur, & dicit esse veriorem, & substentabiliorem Hodier. ad Surd. d. decis. 61. num. 1. ipsamque benè tuetur, & Merlin. Pignatel. d. cap. 47. num. 16. cent. 2. in quam opinionem inclinauit Rot. d. decis. 202. par. 2. diuer. & firmauit expressè eadem Rot. decis. 230. per tot. par. 4. rec. tom. 2. in qua respondet decis. 174. apud Pacif. de Saluian. & idẽ sentit in eadem causa coram Reuerendissimo Decano in Imolen. successionis quartæ 18. Aprilis 1625. §. his tamen minimè &c.

16 Ratio autem huius opinionis apertè desumitur ex verbis d. auth. præterea, in qua Imperator noluit beneficium d. quartæ concedere, nisi mulieribus indotatis, & puro affectu ductis, & illis, quæ sunt ita tenuè, & incongruè dotatæ, vt verè dotatæ dici non possint, secundùm extensionem Bald. de qua supra, dum ibi habetur Præterea si matrimonium sit absq. dote, coniux autem præmoriens locuples sit, superstes verò laboret inopia &c. ex quibus apparet, quod si vxor sit congruè dotata, non potest dici sine dote, & puro affectu ducta, in quo est fundata dispositio d. auth. præterea, & sic cessat causa inopiæ, quæ pendet a non constituta dote congrua, & ideò opinio Bald. & sequacium, qui volunt, dispositionem d. Auth. habere locũ, quando vxor habet paruam dotem, non debet intelligi de illa dote, quæ est sufficiens pro sustentatione personæ, sed de illa, quæ est parua, & incongrua de tempore constitutionis, & promissionis ipsius, vt tradunt Fontanel. d. par. 9. num. 22. Hodier. ad Surd. decis. 61. n. 2. Mangil. de imput. d. quæst. 160. num. 3. & seq. & Rot. d. decis. 230. num. 5. & 6.

Maximè, quia vt vxor consequi possit quartam in bonis viri, requiratur, quod illa, vel sit indotata, vel, secundùm extensionem Bald. habeat paruam dotem, quæ ferè nulla sit, & sic sit incongrua, vt dixi supra, & notat Surd. d. decis. 61. num. 8. vers. Re tamen &c. & in tract. de alim. tit. 9. quæst. 37. num. 19. & Mangil. de imput. d. quæst. 160. num. 4. cum alijs adductis supra

17 num. 4. † Ad iudicandum autem, an dos sit congrua, attenditur tempus, quo mulier nupta fuit, non autem casus superueniens l. quæro 61. ff. de iur. doti. & notatur in auth. res, quæ C. commu. de lega. & tradunt Mangil. in d. quæst. 160. num. 4. & Fontanel. in d. par. 9. num. 29. & seq. vbi alias quamplures rationes ad d. conclusionem confirmandam non minus doctè, quàm subtiliter adducit, prout facit pariter Barz. d. decis. 129. per tot. contrarijs benè respondens Rot. d. decis. 202. num. 20. par. 2. diuer.

18 Neque obstant Doct. contrarium volentes, nempè modicitatem, seù congruitatem dotis, ad effectum consequendi quartam, esse attendẽdam non de tempore constitutionis dotis, seù de tempore obitus mariti, inter quos fuerunt Corn. cons. 4. num. 7. lib. 4. Deci. cons. 24. in prin. vers. secundò nam si &c. & sub n. 5. Rolan. cons. 15. per tot. lib. 3. Menoch. cons. 433. per tot. qui testatur de communi opinione, Ludou. in suis concl. concl. 38. in 3. ampl. & Merlin. de legit.

legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 23. num. 19. vbi hanc appellat æquiorem opinionem, *Rot. apud Duran. decis. 42. num. 10.*

19 Maximè cum d. *auth. præterea*, & cætera iura circa quartam disponentia non fundentur præcisè in deficientia dotis, sed in insufficientia alimentorum, cum pro ratione finali considerent inopiam vxoris, cui prouidere voluerunt de alimentis necessarijs, ne cum dedecore mendicare cogatur, vt colligitur ex *auth. de exhib. reis. §. fin.* ibi *Vt inopia coniugis per diuitias saluetur alterius*, vt tradunt *Doct. allegati in priu. num. 3. & Rot. apud Paeif. de saluia. decis. 174. num. 6. & apud Duran. decis. 42. n. 2. & seq.*

Quia respondeo, omisso, quod contraria opinio, imò esse attendendum tempus contractì matrimonij, est verior, & magis recepta per Doct. vt probaui *supra num. 15.* vt testantur *Doct. ibi*

20 *adducti.* † & ideò sequenda in iudicando *Ciriac. contro. 269. num. 2. & 3. & contro. 399. nu. 2. Rot. decis. 704. num. 6. par. 4 rec. tom. 2.* Responsio, inquam, quod d. opinio non est sim-

21 pliciter vera, † sed illi solùm locus esse potest fortasse, quando mulier in coniugis prædefuncti ignominiam mendicare cogeretur, vt sentiunt Doct. illam tenentes, & præcipuè *Corn. d. cons. 4. num. 7. Menoch. d. cons. 433. num. 4. vers. eandem sententiam &c. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 9. num. 24. Rot. d. decis. 202. num. 17. par. 2. diuer. & in d. Imolen. successionis quartæ 18. Aprilis 1625. §. aut verò petitur &c. & §. neq; dicatur &c.* vbi habetur, beneficium *d. auth. præterea* ad eas tantùm vxores pertinere, quæ in extrema degunt inopia. *eadem Rot. apud Duran. decis. 42. num. 10.* Quod non potest verificari in casu nostro, in quo dicta mulier, cum habeat dotem, & apprætiatum ascendentem ad scuta octingenta, non solùm dici non potest in extrema versari inopia, sed imò cum illorum fructibus potest optimè se sustentare, & decenter viuere, vt patet, ita vt ad consequutionem quartæ merito aspirare non valeat.

22 Quod eò magis est dicendum, cum dispositio d. *Auth. præterea* sit correctoria, exorbitans, & odiosa, vti admittens vxorem ad successionem viri extantibus liberis, vt not. *Soc. Sen. cons. 108. num. 6. lib. 1.* vbi dispositionem *d. Auth. præterea* irrationabilem appellat, *Alcia. d. cons. 252. alias 18. num. 16. in fin. lib. 9.* vbi dicit, dispositionem *d. Auth.* esse extraordinariam, & nulla aliqua bona ratione fundatã *Fontanel. d. par. 9. num. 33.* alios adducens *Surd. de alim. tit. 9. quæst. 37. n. 21. Balth. Tomas. in suis tract. var. decad. 2. de tuto. & curat. tit. 19. num. 646. amplia. 360. lim. 1. Rot. d. decis. 202. num. 6. & seq. par. 2. diuer. & apud Duran. decis. 42. nu. 15.* vbi testatur de communi opinione, & in d. *Imolen. successionis quartæ coram* Reuerendissimo *Coccino Decano §. hinc etiam &c. & in d. Romana Quartæ coram R. P. D. Celso §. ni-*

23 *hilominus &c.* † Ideò venit restringenda quantum potest, non autem amplianda, vt tradunt omnes *Doct. supradicti* Quicquid contrarium senserint *Rolan. cons. 15. num. 37. lib. 3. Costa remed. subsid. 2. num. 1. & Merlin. de legit. d. quæst. 23. sub. num. 55.*

Maximè, quia si dos mulieris ad hoc, vt veniat exclusa a consequutione quartæ, deberet esse sufficiens pro alimentis ad decentiam, nũquã ferè daretur casus, in quo non esset locus consequutioni ipsius quartæ, cum ex centum dotibus vix vna reperiatur sufficiens pro integris ali-

24 mentis vxoris, vt experientia, † quæ est rerum magistra. *cap. quam sit 6. de elect. in 6. §. qua omnia. Inst. de fideiuss.* benè docet, & aduertunt in proposito *Barz. decis. 128. n. 131. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 37. num. 20. Fontanel. d. glo 8. par. 9. num. 33. & 35. vers. hac ita &c. & Mangil. de imput. quæst. 139. num. 6.*

Quod verò dos vxoris D. Hieronymi, ascendens ad quantitatem florenorum mille monetæ Vrbini, fuerit congrua, attentis facultatibus Patris ipsius, quæ non erant exuberantes, & numero filiorum, quo erat grauatus, & qualitate ipsius D. Hieronymi, qui tempore contractì matrimonij erat simplex Mercator, & cum paruis facultatibus, & attenta etiam consuetudine regionis, est ita clarum, quàm quod clarissimum, & facile erit probare, maximè cum dos mille scutorum illis temporibus re, & nomine magna diceretur, eratq; digna quolibet magno Comite, ne dum simplice Mercatore *Decian. cons. 26. num. 3. lib. 1. Surd. d. decis. 61. n. 9. Amat. decis. Mareb. 28. n. 23. Barz. decis. 127.* qui loquitur de dote etiam minoris summæ, *Peregr. decis. Patau. 62. n. 2.* benè *Rot. apud Merlin. de pigno. decis. 137. num. 8.*

25 Imò neq; necesse est id probare, cum præsumptio sit pro D. Hieronymo, quod dos constituta a Patre filiæ sit sufficiens, & congrua, vt not. *Deci. cons. 26. sub. num. 3. Menoch. de arbitr. casu. 146. num. 6. Amat. d. decis. 28. n. 1. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 8. par 1. n. 28.*

26 *Rot. decis. 398. num. 4. par. 5. rec.* † Quæ præsumptio transfert onus probandi contrarium in aduersarium *Soc. Iun. cons. 2. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 33. num. 1. & seq. Crau. cons. 60. num. 7. Franc. Becci. cons. 47. num. 27.* & in terminis, quod vxor agens ad quartam vigore *d. Auth. præterea* teneatur probare nupsisse sine dote, vel cum dote incongrua, vti fundamentum suæ intentionis, tradunt *Capb. cons. 671. in prin. et n. 24. et Mangil. de imput. q. 161. n. 2. et seq.*

Cum igitur dos d. mulieris fuerit congrua, vt supra, nulla ei debetur quarta, vt tradunt magis comm-

communiter Doct. & *Rota Rom. in locis supra relatis*, quod est certum in casu nostro, cum illa habeat scuta sexaginta annua, cum quibus potest sibi benè de alimentis prouidere,
27 cum conclusio sit certa, † beneficium quartæ non competere, nisi mulieribus, quæ in extrema reperiuntur inopia, ita vt ferè mendicare cogantur, vt tradunt *Doct. relati supra num.* 5. & præcipuè Mangil. *de imput. d. quæst.* 139. *nu.* 4. *Pascal. de patr. potest. par.* 4. *cap.* 10. *num.* 16. *Rot. d. decis.* 202. *num.* 15. *par.* 2. *diuer.* & *in d. Imolen. success. quartæ coram* R. P. D. *Coccino Dec.* §. *aut verò petitur* &c. & *in d. Romana Quartæ coram* R. P. D. *Celso*.

28 Tertiò d. mulier non potest consequi quartã vigore *d. Auth. præterea C. vnde vir.* & *vxor.* quia ipsa habet fratres diuites, a quibus consequi potest alimenta necessaria, frater enim diues tenetur alere sororem pauperem, vt post *Alberi. Fulgo. Ias. Ruin. Alcia. Tiraq. Gomez. Silu. Padill.* & alios per eum relatos tradit *Cordub. in l. si quis a liberis.* §. §. *idem rescripsit n.* 83. *ff. de lib. agnos. Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 25. *num.* 3. *Mangil. de imput. quæst.* 169. *num.* 5. Et ideò, cum illa non possit dici reperiri in extrema inopia, quæ est necessaria ad effectum consequendi quartam, nil mirum, si illam consequi non valet in casu prædicto, vt voluerunt *Barz. decis.* 130. *per tot. Colleg. Floren. Colleg. Bonon. Card. Mantic. Panciro l. Spannoch. Burgba.* & *alij*, quos refert, & sequitur *Fontanel. de pact. nupt. d. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 9. *num.* 44. & *seq.* nec non etiam *Surd. de alimen. tit.* 9. *quæst.* 35. *n.* 9. *Costa remed. subsid.* 2. *n.* 6. *in fin.* & *remed.* 108. *in fin.* & hanc opinionem veriorem dicit *Ludou. concl.* 35. *lim.* 2. *vers. sed prior* &c. *Natt. cons.* 648. *num.* 13. *Gabr. d. cons.* 142. *n.* 30. & *seq. lib.* 1. *Gallia. ad consuet. Alex. ver. solidos quæst.* 6. *num.* 26. *Hond. cons.* 93. *n.* 29. *lib.* 1. & *cons.* 79. *per tot. lib.* 2. vbi testatur, hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, & ita in *Rot. Bononien.* fuisse decisum, & alios adducit concordantes, *Rolan. cons.* 14. *n.* 19. & 53. *lib.* 3. quam opinionem sequuntur *Gratia. discept. foren. cap.* 120. *num.* 52. & *seq. par.* 2. *Pascal. de patr. potest. par.* 4. *cap.* 10. *n.* 16. *Ricat collect.* 4. *in prin. Mangil. de imput. quæst.* 169. *num.* 5. & *seq.* vbi illam latè comprobat, contrarijs respondet, & testatur de veriori opinione, *Hodier. ad Surd. d. decis.* 61. *num.* 3. alios adducens concordantes, & ita sentit *Rot. apud Dura. d. decis.* 42. *num.* 7. vbi dicit, quod quando mulier de alimentis potest aliundè sibi subuenire, cessat remedium quartæ, ex quibus negari non potest, hanc esse magis communem Doct. opinionem.

29 Ratio autem est patens, quia Imperator motus fuit ad concedendum vxori pauperi beneficium quartæ, de quo in d. *Auth. præterea*, ne in opprobrium benè transacti matrimonij cogeretur mendicando victum quærere, quæ est ratio finalis d. dispositionis, vt not. *Bald. Salic. Castr. Alex. Socc. Capb. Bursatt.* & *Rolan.* quos refert, & sequitur *Hond. d. cons.* 93. *n.* 23. & *Rim. Sen. Cordub. Mantic. Purp. Colleg. Bonon. Colleg. Floren. Surd.* & *alij*, quos pariter refert, & sequitur idem *Hond. d. cons.* 79. *num.* 17. & *seq. lib.* 2. & tradit etiam *Fontanel. d. par.* 9. *num.* 19. &
30 *dixi supra num.* 4. † Ita vt dictum remedium *Auth. præterea* sit subsidiarium, & competat vxori, quando non potest aliundè habere alimenta, sed cogitur mendicando victum quærere, vt testantur *Soc. Sen. Caph. Gabr. Deci. Corn. Cuma. Rot. Florent.* & alij relati per *Hond. d. cons.* 79. *num.* 19. & *Fontanel. d. part.* 9. *nu.* 4. *Costa d. remed.* 2. *in prin. Mangil. de imput. quæst.* 139. *num.* 6. & *seq.* & *quæst.* 169. *num.* 5. & *seq.* & *Rot. in d. Romana quarta coram* R. P. D. *Celso* §. *nec conceditur* &c. Quando igitur mulier consequi potest alimenta a fratribus, ita vt victum ostiatim quærere non cogatur, vt in casu nostro, & sic cessat ratio finalis *d. Auth. præ-*
31 *terea*, † cessare etiam debet remedium prædictum. *l. adigere.* 6. §. *quamuis. ff. de iure patr. l. quod dictum.* 33. *ff. de pact. l. fin. ff. ad Sillan. cap.* & *si Christus.* 26. *de iureiur.* & not. *Hond. in d. cons.* 93. *num.* 24. & *seq. lib.* 1. & *in d. cons.* 79. *num.* 20. *lib.* 2. vbi addit, id habere etiam locum in fortioribus terminis, nempè quando mulier nullam habuisset dotem, & testatur, hanc esse receptiorem Doct. opinionem, & *Mangil. de imput. d. quæst.* 169. *num.* 5. & *seq. Rot. d. decis.* 202. *num.* 16. *par.* 2. *diuer.*

32 Maximè quia, si vxori tempore mortis viri competit actio, vel officium Iudicis pro consequendis alimentis contra fratrem, perinde est, ac si illa haberet cum effectu ad. tex. in *l. qui actionem.* 15. *ff. de reg. iur. l. rem in bonis.* 52. *ff. de acq. rer. dom. l. is apud se.* 143. *ff. de verb. signif. Bertaz. in l. si quis maior. num.* 612. *C. de transact. Gratian. discep. foren. cap.* 136. *n.* 5. *par.* 1. *Barbos. axioma.* 9. *n.* 10. & *post Rot. Bononien.* & *Surd.* per eum relatos in terminis aduertit *Hond. d. cons.* 79. *num.* 23. vbi addit, ad effectum excludendi mulierem a quarta, sufficere ius consequendi alimenta potentialiter, non autem requiri, quod illa actualiter habeat, vt ibi per *eum num.* 22. & idem scribit *Mangil. de imput. d. quæst.* 169. *num.* 7. Et ideò, cum in dicto casu mulier habeat vnde viuere possit, & mendicare non cogatur, cessare meritò debet remedium d. *Auth. præterea*.

33 Addo prædictis, quod communiter receptũ est inter Doct. quod si mulier habet patrem diuitem, a quo possit recipere alimenta, non potest dici pauper, & ideò est exclusa a quarta,

Alex.

Alex. in d. auth. praeterea nu.11. & ibi Iaf.n.6. Curt. Iun. num. 9. Corn. num. 29. Gozad. num. 76. Fabia.de Pep. num.22.Mant. num. 45. Ceph. conf. 244. num. 20. & seq. lib. 2. & conf. 671. num. 21. lib. 5. Gabr.d. conf.142. nu. 30. Hond. d. conf. 93. num. 26. vol. 1. & d. conf. 79.num. 24. lib. 2. vbi quamplures adducit Doctor. authoritates *Gallia ad Consuet. Alex. quaest. 6. num. 26. Hodier. ad Surd. d. decis. 61. num. 3. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 8. par. 9.nu. 42. Gratian. discep. foren. d. cap. 120. num. 50. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quaest. 23. num.50. Pascal. de patr. potest. par. 4. cap. 10. num. 16. Mangil. de imput. quaest 168. num. 3. & seq. & quaest. 169. num. 8.* vbi testatur de magis communi opinione,& hoc non habere difficultatem, dicit *Hond. d. conf.79.num. 24. latè Paul.Rube. de testam.quaest. 25. num. 137. &* Rot. *apud Pacif. de saluit.decis. 174. num. 48. & apud Duran. decis. 42. num.* 5. Quicquid contrarium dixerit Senatus Neapolit. apud *Merli. Pignatell. d. cap. 47. num. 23. cent. 2.* Pari ergo ratione debet mulier esse exclusa a consequutione quartę quãdo potest habere alimenta a fratribus, vt post *Cuman. & Ias.* per eum adductos argumentantur *Hond. d. conf. 79. num. 25. & Mangil. d. q. 169. num.* 8.

Quod quidem redditur manifestum in casu nostro, quia cum dicta vxor D.Hieronymi possit in casu viduitatis redire ad domum paternam, & ibi consequi alimenta a fratribus hæredibus patris, conferendo eius dotes vigore Decreti q. Serenissimi ducis Vrbini exclusiui fęminarum, idem est, ac si alimenta consequi posset a patre,

34 † cum hæres personam defuncti repræsentet, & sit eadem persona cum defuncto, §. 1. *Auth. de iureiu. a morien. praest. Gabr. conf. 155. num. 4. vol. 1. Hond. conf. 3. num. 51. lib. 1. Grat. discep. foren. cap. 203. num. 2. par. 2. Ciriac. controu. 170. nu. 59. Rot. apud Greg. XV. decis. 535. num. 5.* vbi dicit, quod hæres non potest dici persona diuersa ab authore; Sed sic est, quod quando mulier potest consequi alimenta a patre, ei non debetur quarta, vt supra probaui per authoritates ibi adductas; meritò neque illam consequi valet, quando potest consequi alimenta a fratribus hæredibus patris, qui sunt eadem persona cum patre, vt in terminis nostris argumentatur *Hond. d. conf. 79. num. 35. & seq.* vbi subiungit, conclusionem, quod mulier, quæ potest habere alimenta a patre, non potest consequi quartam, de qua in *Auth. praeterea*, comprædendere etiam casum, quando illa potest consequi ab hæredibus, vt ibi per eum, & idem in casu simili, quando pater grauauit filium, vt filiam in domum reciperet, & ei præstaret alimenta, scripsit *Mangil. de imput. quaest. 171. per tot.*

35 Neq; obstat, quod aliqui Doct. teneant contrarium, quod imò vxori debeatur quarta, etiã si habeat fratres diuites, & præcipuè *Soc. Sen. conf. 30. n. 8. lib. 4. Menoch. conf. 433. nu. 16. lib. 5. Rim. Iun. conf. 657. n. 60. & seq. lib. 6.* quos refert, & sequitur *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 23. n. 53. & seq. & Merlin. Pignatel. d. cap. 47. n. 24.* Primò, quia contra eos adest verior, & magis communis opinio Doct. de qua testantur *Hond. & alij Doct. adducti supra nu. 28.* & ideò eorum opinio non est attendenda *Lazar. de blasph. quaest. 13. num. 17.* alios adducens, *Ciriac. controu. 269. num. 2. & 3. & controu. 299. num. 2.* Rot. *decis. 704. n. 7. par. 4. rec. tom. 2.*

Secundò, quia Doct. prædicti loquuntur simpliciter, quando mulier potest consequi alimenta a fratribus ex eorum propria persona, non autem, quando illa potest consequi a fratribus, vti hæredibus Patris ex dispositione statori, vt in casu nostro, vt benè probat *Hond. in d. conf. 79. num. 35. & seq.* cum firmis in diuersis, & fortioribus terminis, vt patet.

36 Maximè, quia rationes eorumdem adductæ per *Merlin d. q. 23. num. 53. & seq.* non subsistunt, & primò, quod causa finalis dispositionis *d. auth. praeterea* non sit sola paupertas mulieris, sed etiam præsumptus viri affectus, & ideò, cessante ratione inopiæ ob ius consequendi alimenta a fratribus, remanet tamen alia ratio affectus maritalis, ob regulam, quod, concurrẽtibus duabus rationibus finalibus, vna cessante, & altera remanente, non cessat dispositio. *§. affinitatis. Inst. de nupt. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vacut. muner. l. assiduis. 12. C. qui potio. in pign. hab.* cum alijs relatis per *Tiraq. in tract. cessan. cau. limit. 22. num. 1.*

37 Quia respondo, negando, præsumptum viri affectum erga vxorem esse etiam causam finalem dictæ dispositionis, cum causa finalis illius sit sola paupertas vxoris, ad hoc, ne illa vxorẽ cogat ad mendicandum in opprobrium benè transacti matrimonij, vt tradunt *Bald. Salic. Castr. Alex. & alij in d. auth. praeterea. Soc. Sen. conf. 121. num. 32. vol. 4.* dicens, ita tenere omnes Doctores *Rolan. conf. 14. num. 27. vol. 3. & alij*, quos refert, & sequitur *Hond. conf. 93. num. 23. lib. 1. & conf. 79. n. 18. lib. 2. Gratian. d. cap. 120. num. 6. in fin. par. 1. & Mangil. de imput. quaest. 169. ante finem ver. Quoniam respondetur &c.* vbi dicit, solam rationem mendicitatis, & inopiæ esse attendendam, vti moderantẽ, ampliantẽ, & restringentẽ dispositionem prædictam, & non aliam, vt ibi per eum, & sic cessat d. argumentum, quod si esset verum, sequeretur, quod mulier posset consequi quartam, etiam quod posset consequi alimenta a patre, quod est falsum, vt probaui *sup. nu. 33.* & latè

compro-

comprobat *Paul. Rube. in dict. cap. 25. num. 127.* vbi id extendit etiam ad matrem, Ac etiam si illa haberet de proprio, ex quo posset se alere, quod est contra mentem omnium Doctorum, vt pariter probaui *supra num. 5.* meritò, &c.

38 Neque assumptum *Merlin.* quod præsumptus affectus viri sit causa finalis dispositionis *d. auth. præterea* vllo modo probatur ex dicto §. *quia verò auth. vt matr. & auiæ &c.* ibi *Vxorem per affectum solum acceperit &c.* quia appposita sunt ad demonstrandum, Imperatorem concedere voluisse beneficium quartæ mulieribus, quæ solo affectu ductæ sunt, idest quæ nullam habuerunt dotem, non autem mulieribus dotatis, & sic illis, quæ solo affectu ductæ non sunt, sed propter dotem, vt clarè cantant verba d. §. *quia verò*, & alia posita in d. §. *præterea*, & declarat *Fontanel. in d. clau. 5. glo. 8. par. 9 n. 20.* vbi dicit, mulieres dotatas dici propter dotem viro coniunctas esse, indotatas verò per affectum illius, & sic non probatur, affectum viri esse causam finalem dictæ dispositionis, cum vxor per affectum ducta, dicatur illa, quæ ducta fuit sine dote, vt habetur in dict. *auth. præterea*, & declarant *Fontanel. vbi supra*, *& Mangil. de imputat. quæst. 158. numer. 1. vers. præterea &c.*

Imò ego considero, esse incompatibile, præsumptum viri affectum esse causam finalem dispositionis d. *Auth. præterea*, quæ concedit quartam

39 vxori pauperi, † & d. quartam vxori deberi contra voluntatem viri, vt volunt *Bald. Castr. Ias. Roma. Corn. & alij in d. auth. præterea. Hond. d. cons. 93. num. 8. vol. 1. Gratian. d. cap. 120. num. 34.* & ferè in his terminis *Mangil. de imput. quæst. 139. n. 7.*

Neque melior est alia ratio *Merli. in d. quæst. 23.* desumpta ex eo, quod mulier, dum habet ius formatum ad consequendam quartam statim mortuo viro in eius bonis, non valeat prætendere alimenta a fratribus, qui tenentur tantùm in subsidium, quatenus ipsa non habet aliundè

40 facultatem se alendi, † cum alimenta, quæ debentur officio Iudicis, debeantur in subsidium, vt post *Castr. Alex. Aug.* & alios per eum relatos scripsit *Costa remed. subsid. 106. num. 1. & Hond. d. cons. 79. n. 11. lib. 2.*

Quia respondeo dupliciter, & primò concedendo, remedium competens sorori consequendi alimenta a fratribus esse subsidiarium, sed conside-

41 rando, † remedium quartæ competens vxori vigore d. *auth. præterea* esse magis subsidiarium, vt not. *Barz. decis. 130. num. 100. Mangil. de imput. quæst. 169. num. 11. & 12.* benè comprobans, *Costa. remed. subsid. 108. n. 18. Fontanel. de pact. nupt. d. glo. 8. par. 9. num. 45. &* sentit *Rot. apud Durani decis. 42. num. 6. & 7.*

42 † Concurrentibus autem duobus remedijs subsidiarijs, seu extraordinarijs, prævalet id, quod est minus subsidiarium, quale est remedium alimentorum, vt not. *Alex. in l. in prouinciali 3. §. 1. num. 7. ff. de nou. oper. nuncia. Barz. d. decis. 130. num. 87. & seq. Mangil. d. quæst. 169. num. 11. Fontanell. d. par. 9. nu. 45.* vbi dicit, remedium alimentorum esse minus subsidiarium esse, clarum *Calui. de æquit. cap. 134. num. 23.*

43 Quod verò dentur plura remedia subsidiaria, vnum magis, vel minus subsidiarium, quam aliud, probant *Corn. cons. 87. n. 2. vol. 1. Barz. d. decis. 130. num. 121. & seq. Costa. de remed. subsid. in prælud. prælu. 3. num. 1. & seq. & remed. 108. num. 15. & seq.* vbi loquitur in terminis nostris *Mangil. de imputat. d. quæst. 169. nu. 11. & seq. Fontanel. & Calui. in loc. proximè adductis.*

Neque obstat, quod, concurrentibus duobus remedijs subsidiarijs, veniat præferendum quod pinguius prouidet, quale est remedium quartæ, quod tribuit vxori etiam proprietatem bonorum viri *Menoch. cons. 433. nu. 16. in fin. Merli. Pignatel. d. cap. 47. num. 24.* Quia, omissa responsione *Barz. d. decis. 130. & Fontanel. d. par. 8. glo. 9. num. 45.* remedium quartæ tribuit proprietatem vxori non vniuersaliter, sed solùm quandò non adsunt liberi, vt habetur in *d. auth. præterea*, & not. *Merli. de legit. d. q. 23. num. 34.* & ideò d. motiuum, & d. ratio, cum non sit generalis, & non comprehendat omnes casus, quandò scilicet extant liberi, & quandò non extant, non est bona, & non venit attendenda. *Ias. in l. creditori 9. num. 7. ff. de noui. oper. nunc. Surd. cons. 551. num. 27. lib. 4. Gionagn. cons. 26. num. 8. lib. 1. Altogra. cons. 62. num. 10. lib. 2.*

Secundò quia d. motiuum *Merli.* quatenus esset verum, posset fortasse habere locum, quandò mulier prætenderet consequi alimenta a fratribus officio Iudicis ex mera dispositione iuris communis, cuius vigore alimenta ei debentur in subsidium, secùs tamen est quandò illa debentur mulieri vigore decreti exclusiui fœmina-

44 rum, de quo supra, † quia tunc alimenta ei debentur non officio Iudicis, sed conditione ex statuto, vel decreto, & sic iure actionis, & non in subsidium, sed etiam si aliundè habeat, vndè viuere possit, vt tradunt *Alcia. cons. 138. n. 1. Menoch. cons. 8. num. 20. lib. 1. Surd. de alim. tit. 3. quæst. 6. num. 1. & seq.* vbi dicit, hoc procedere sine dubio quandò statutum dirigit verba ad partem, vt in casu nostro, & in terminis nostris tradunt *Hond. d. cons. 79. num. 37. lib. 2. Michalo. de fratr. par. 3. cap. 32. num. 24. & 27. & Hodier. ad Surd. decis. 240. n. 24.*

45 Condictio autem ex statuto fortior est offi-

cio Iudicis, & efficacius prouidet. *l. cum postulassem* 44. *in prin. ff. de damn. infect. Castr. in l. si socer.* 45. *in fin. prin. ff. solu. matr. Alex. cons.* 7. *sub. num.* 11. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 27. *lib.* 3. quos referendo sequitur *Surd. de alim. d. tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 8. & ideò cum simus in diuersis terminis cessat argumentatio prædicta *l. Papinianus exuli.* 21. *ff. de minor. l. inter stipulantem* 83. *§. sacram. ff. de verb. oblig. l. fin. in fine, & ibi Bart. ff. de calumni. cum simil.*

46 Maximè attentis verbis Decreti ibi *Possit redire ad domum, & ibi consequi alimenta &c.* quod verbum *Possit* affirmatiuè positum inducit arbitrium, & electionem concedit, vt post *Ferrer. in Constit. Catalo. glo.* 1. *num.* 322. per eum relatum not. *Barbo. de dict. dictio.* 226. *sub. num.* 1. & inducit potentiam nulli necessitati suppositam. *Caroc. decis.* 36. *num.* 3. *Grat. de dictio. dict.* 169. *circa medium.*

Neq; obstat pariter tertium fundamentum, quod alimenta, quæ consequi potest mulier a fratribus, non sint sufficientia ad illam excludendam a quarta, cum adhuc valeat dici pauper, & laborare inopia, & ideò adhuc satisfiat menti d. *auth. præterea*, quæ loquitur de muliere inope secundùm *Merlin. in d. quæst.* 23. *num.* 54. *vers. tertiò &c.* Quia respondeo, quod licet mulier, quæ habet, seù habere potest alimenta, non possit dici diues, vt considerat *Fontanel. de pact. nuptia. d. par.* 9. *num.* 44. non tamen dici potest esse in extrema paupertate, quæ est necessaria ad consequendam quartam, & est ratio finalis dispositionis d. *auth. præterea*, vt not. *Barz. d. decis.* 130. *per tot. Fontanel. d. par.* 9.
47 *num.* 44. *& Hond. d. cons.* 93. *num.* 24. † Cum non omnis paupertas sit sufficiens vxori ad obtinendam quartam, sed requiratur, quod sit extrema, & nouissima inopia, ita vt mendicare cogatur. *Barz. d. decis.* 130. *Fontanell. d. par.* 9. *num.* 23. & 44. & probat *Hond. d. cons.* 93. *num.* 24. alios adducens, & *Mangil. de imput. q.* 169. *num.* 12. *& alij allegati supra num.* 7. quod verificari certè non potest, quandò mulier habet alimenta ad vitæ substentationem necessaria a fratribus.

48 Hinc videmus, mulierem, quæ habet dotem sufficientem pro alimentis, non dici pauperem, & ideò non posse aspirare ad d. quartam, ad not. per *Bald. Deci. Cels. Vgo. Soc. Sen. Decian. Vinc. de Franc. Rolan. Dilec. Crau. Fontanell. Mangil. &* Rot. *Rom. relatos supra num.* 12. Et sic potentia consequendi alimenta excludere debet vxorem a consequutione quartæ, contra opinionem *Merli.* de qua supra.

49 Neq; nocet si dicatur, quod mulier, quæ potest consequi alimenta a filijs, non excluditur a consequutione quartæ, & sic alimenta non excludunt vxorem a quarta, vt considerant *Ias. Rimi. & Gozadi. in d. auth. præterea*, quos referendo sequitur *Merli. d. quæst.* 23. *nu.* 55. Quia, omissis responsionibus, quas adducunt *Barz. decis.* 128. *num.* 58. *& seq. Hond. d. cons.* 79. *nu.* 29. *lib.* 2. *Fontanel. d. par.* 9. *num.* 47. *& seq. & Mangil. de imput. quæst.* 145. *per tot. & quæst.* 169. *nu.* 12. *vers. nec obstat &c.* illa magis placet, quod alimenta a filijs præstanda non excludunt matrem a quarta, quia vsusfructus quartæ, quæ soli matri debetur, salua filijs proprietate, præstatur in compensationem alimentorum, & in illorum locum quodammodo subrogatur, vt quasi non quarta, sed alimenta magis præstari videantur, vt dicit *Fontanel. d. par.* 9. *n.* 49. & ante eum *Hond. d. cons.* 79. *n.* 31. *in fin. lib.* 2. dicens, ita tenuisse etiam *Rot. Florentinam, & Rot. Bononien.* in locis per eum adductis.

50 Maximè cum ad effectum, vt vxor non dotata, vel minus congruè dotata, excludatur a beneficio quartę, requiratur, quod aliundè habeat, quam ex substantia viri. *§. quoniam verò vers. nam si aliundè auth. de exib. reis Mangil. de imput. quæst.* 145. *num.* 7. *Hond. d. cons.* 79. *n.* 30. Verùm si a filijs mater esset alenda, non aliundè, sed ex ipsa substantia viri alimenta consequeretur, quod quartæ consequendæ impedimento esse non debet, sed in casu nostro mulier aliundè, quam ex substantia viri est perceptura alimenta, nempè a fratribus diuitibus, ideò nil mirum, si quarta, in bonis viri consequi non possit, vt not. *Hond. d. cons.* 79. *nu.* 29. *& seq. Mangil. d. quæst.* 145. *num.* 7. *& d. quæst.* 169. *sub. n.* 12. *ver. aliter respondet &c. & Fontanel. d. par.* 9. *num.* 50.

51 Neque aduersatur postremò, quod maritus non potest vxorem excludere a consequutione huius quartæ, legando ei alimenta, vt habetur dispositum in d. *auth. præterea*, ex quo sequitur, quod habere alimenta non est causa exclusiua d. quartæ, vt arguit *Merlin. d. quæst.* 23. *n.* 56.

52 Quia respondetur, quod solum ius creatum ante mortem viri consequendi aliméta ab alio, quam ab ipso viro, excludit mulierem a consequutione quartæ, non autem ius creandum, & producẽdum in esse tempore mortis viri, quale esset ius consequendi alimenta vigore legati relicti a viro, vt post *Card. Mantic. Colleg. Bononien. Rot. Floren.* Rot. *Bonon.* per eum adductos tradit *Hond. d. cons.* 79. *num.* 29. *& Costa remed. subsid.* 2. *num.* 3. Ne sit in facultate viri in fine eius vitæ indirectè auferre vxori beneficiũ d. quartæ ficta quadam liberalitate, conferendo dispositionem in tempus, quo iam sua bona incipiunt esse obnoxia huic oneri præstationis quartæ, vt not. *Salic. Gozad. Decian. & alij*, quos refert, & sequitur *Fontanel. de pact. nup. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 9. *num.* 52. & post *Colleg.*

Bononien.

Bononien. Colleg. Florent. & Rotam Bononien. per eum relatos tradit *Hond. d. consi. 79. num. 33. lib. 2. & Rot. apud Duran. decis. 42. sub n. 12.*

53 Secundò, quia, omisso, quod non est ponere os in Cælum asserere, quod legatum relictum per virum vxori quando est sufficiens pro alimentis, illam excludat a quarta, cum tunc cesset ratio extremæ paupertatis, ob quam lex illã cõcedit, vt voluerunt *Rim. Sen. consi. 114. per tot. Ceph. consi. 244. per tot. lib. 2. & consi. 671. n. 21. lib. 5. & alij relati per Rot. Bononien. in lib. adito in materia d. quartæ occasione causæ Viduæ de Lucatellis, quæst. 5. num. 62. per Barz. decis. 129. num. 70. & decis. 130. num. 62. & seq. &* per *Mangil. de imput. quæst. 175. n. 2. & 3.* & non dissentit *Rot. decis. 202. num. 16. & seq. par. 2. diuer.* Non nocet, inquam, quia, licèt propter legatum factum vxori per virum dicatur cessare inopia vxoris, cessat tamen ob prouisionem viri, quæ non venit attendenda, cum lex consideranerit, an vxor possit consequi alimenta, & sit pauper tempore mortis viri, non autem habuit respectũ ad id, quod ei possit pro-

54 uenire ex testamento viri, † cum prouisio hominis non tollat prouisionem legis iam factã, & natam, sed solùm faciendam, secundùm *Bald. in l. fin. in 3. not. C. de pact. conuen. Neguf. de pign. par. 2. memb. 4. num. 87. & seq.* & in terminis respondet *Gratia. d. cap. 120. n. 39. ver. ratio est &c.* & sic corruit d. ratio *Merlin. & sequacium*, maximè cum illius opinio sit contra magis communem Doct. opinionem, de qua *supra num. 28.* & de qua testatur *Hond. d. consi. 79. num. 35. vol. 2.* &, vti in rationibus admodum tenuibus fundata, nõ veniat attendenda, & attento etiam, quod dispositio d. *Auth. præterea* sit exorbitans, & odiosa, & ideò, quantùm fieri potest, restringenda, vt probaui *supra num. 22.*

55 Postremò non potest d. vxor D. Hieronymi prætendere quartam vigore d. *Auth. præterea*, cum vxor, quæ reperitur habere talem dotem, cum qua secundò nubere possit, consequi non valeat dictam quartam, vt nos docuerunt *Gabr. consi. 142. num. 19. lib. 1. Hond. consi. 93. n. 31. lib. 1. Gratian. discep. foren. cap. 120. in fin. par. 1. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 8. par. 9. num. 28.* & sentit *Rot. in d. Imolen. successionis quartæ 18. Aprilis 1625. coram Reuerendissimo Coccino Decano §. hac etiam &c.* Certo tamen certius est, vxorem D. Hieronymi cum dicta dote florenorum mille monetæ Vrbini, & cum alijs bonis, quæ habere reperitur, benè posse inuenire alium virum einsdem qualitatis, qualis erat D. Hieronymus de tempore, quo illam in vxorem accepit, vt quilibet vir prudens facili negocio poterit arbitrari, & ideò cessare debet remedium dictæ quartæ.

Quare &c. saluo semper &c.

Mulier supradicta mortuo D. Hieronymo viro, agnoscens ius non fouere super dicta quarta, iudicium contra hæredes viri non instituit, sed omninò acquieuit, vt audiui. Laus Deo, & Virgini Deiparæ. &c.

ARGVMENTVM.

Mulier pro Quarta, quæ ei debetur ex dispositione *Auth. præterea C. vnde vir, & vxor* ex bonis mariti diuitis prædefuncti, an possit accipere possessionem bonorum viri ptopria authoritate, & an liceat id filio pro consequenda eius legitima, & quid quando possessio non est vacans. Argumentum ab æquiparatis quando habeat locum, & clausula *Constituti* apposita in testamento ad fauorem hæredum institutorum an transferat in eos possessionem bonorum, ipso viuente.

SVMMARIVM.

1 *Vxori non licet pro quarta ei debita in bonis viri diuitis accipere possessionem bonorum illius propria authoritate.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 13. qui reprobantur per Authorem.

2 *Quarta, de qua in* Auth. præterea, *non debetur, nisi mulieribus indotatis, vel dotatis cum parua dote.*

3 *Quartam, de qua in* Auth. præterea, *vt consequi valeat mulier, plura debent concurrere requisita.*

4 *Fundans se in dispositione requirente aliquam qualitatem tenetur probare concursum d. qualitatis.*

Plenè, & concludenter, non autem præsumptiuè. num. 5.

6 *Qualitas dispositionis vbi deficit, deficit etiam ipsa dispositio.*

7 *Iudicium non est incipiendum ab executione, cum illa non sit facienda ante sententiam.*

8 *Absurda sunt euitanda.*

9 *Alimenta sunt subministranda per diuitem pauperi secum litiganti, constito de eius bono iure.*

Etiamsi per pauperem non agatur ad vniuersitatem bonorum. num. 10.

11 *Quarta, de qua in* Auth. præterea, *debetur vxori detractis prius debitis viri.*

12 *Mulier pro quarta ei debita in bonis viri diuitis non potest accipere possessionem bonorum viri propria authoritate, quando possessio non est vacans, & num. 27.*

14 *Doctoris opinio, qui articulum non examinat, sed perfunctoriè aliquid asserit, non est attendenda.*

X 2 Quar-

15 *Quarta, de qua in* Auth. præterea *debetur mulieri iure hareditario.*
Contrarium tenent aliqui Doct. ibi. n. 16.
Prima opinio procedit quo ad effectum, vt mulier teneatur ad solutionem debitorum viri pro rata, non autem quod possit accipere possessionem bonorũ viri propria authoritate. n. 17
18 *Filius pro legitima potest accipere possessionem bonorum patris propria authoritate, saltem pro indiuiso.*
Contrarium tenent plures Doct. num. 20.
19 *Quarta, de qua* in Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, *& legitima in multis æquiparantur.*
21 *Argumentum ab æquiparatis habet locum quando æquiparatio est facta in omnibus, & per omnia.*
22 *Quarta, de qua in* Auth. præterea, *& legitima licet in aliquibus conueniant, in multis tamen differunt.*
23 *Argumentum ab æquiparatis non procedit stante diuersitate rationis.*
24 Auth. præterea *dispositio est exorbitans, & odiosa.*
Et ideò est restringenda, non autem amplianda. num. 25.
26 *Clausula constituti apposita in testamento transfert possessionem in hæredes testatore viuente.*
27 *Possessio si non sit vacans, sed plena accipi non potest non citato possessore.*
28 *Mulier pro sua quarta an possit capere possessionem bonorum viri defuncti propria authoritate stante statuto continuante possessionem defuncti in hæredes, remissiuè.*

ALLEGATIO X.

OCcasione præcedentis allegationis
redditæ ad fauorem D. Hieronymi
dell' Huomo de Vrbino in materia
quartæ debitæ vxori in bonis mariti
diuitis prædefuncti, de qua in
Auth. præterea C. vnde vir, & vxor.
fuit vlterius per eundem D Hieronymum a me
quæsitum, vtrum mulier, quæ consequi prætendit
d. quartam valeat marito prędefuncto accipere
possessionem bonorum illius pro rata
1 ipsius quartæ propria authoritate, in qua quæstione
respondendum censui negatiuè, id vxori
non licere, sed vxorem illam consequi debere
de manu hæredis viri, secundum opinionem,
quam tenuerunt *Curt. Iun. in d. Auth. præterea.*
num. 40. C. vnde vir, & vxo. Alex. Trentacinq.
cons. 60. sub num. 14. vbi dicit ita fuisse iudicatum
in Sacro Consilio renocata sententia Curiæ
Aquilanæ, in qua fuerat iudicatum contrarium,
quam sequuti sunt etiam *Costa de ratio.*
ratæ quæst. 84. num. 18. & Mangil. de imput.
quæst. 156. num. 4. vbi testatur hanc esse veriorem
opinionem, & illam benè comprobat, &
ita sentit etiam *Merli. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst.*
23. sub. num. 16.
2 Ratio autem fundamentalis est, quia dicta
quarta non debetur omnibus mulieribus indifferenter,
sed illis tamen, quæ nuptæ fuerunt sine
dote, vt habetur in d. *Auth. præterea, & ibi*
tradunt scribentes, seu quæ nuptæ fuerunt cum
parua dote, secundum extensionem *Bald. in d.*
Auth. præterea in fin. quem sequuti sunt ibi *Salic.*
Castr. Roma. *Alex. Ias. & alij Doct. communiter*,
nec non voluerun. *Surd. decis. 61. in prin.* Fontanell.
de pact. nupt. clau 5. glo. 8. par. 9. n. 3.
Gratia. discep. foren. cap. 120. num. 2. par. 1.
Mangil. *de impu. quæst. 158. num. 4. Merli. de*
legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 23. num. 21. Rot. decis.
202. num. 11. & seq. par. 2. diuer. cum alijs
per me adductis *allegat. præced. num. 2.* Et ideò
3 ad hoc vt mulier consequatur quartam, de qua
supra plura requiruntur, & quatuor requisita
recenset *Mangil. de imput. quæst. 137. num. 7.*
& octo enumerant *Gratia. d. cap. 120. per tot. &*
Costa remed. subsid. 2. num. 4. & seq. Nempè
quod mulier non sit dotata, vel dotata sit cum
dote ita exigua, vt perinde habeatur, ac si non
esset dotata, ita vt ferè mendicare cogatur,
quod mortuus sit eius vir diuitijs affluens, quod
illius diuitiæ perdurent etiam post illius mortẽ.
quod matrimonium verè, realiter, & legitimè
fuerit contractum, cum alijs relatis per Doct.
in loc. supra adductis; quæ omnia antequam
sit locus consequutioni ipsius quartæ veniunt
verificanda, & sic requirunt causæ cognitionem,
& negocij discussionem, & ideò impediunt, quod
mulier non possit ex abrupto occupare bona
mariti prædefuncti propria authoritate, vt animaduertunt
Curt. Iun. in d. Auth. præterea num.
40. & Mangil. de imput. d. q. 156. n. 4. in fin.
4 Et ratio rationis est, quod fundans se in dispositione,
quæ loquitur, vel requirit aliquam
qualitatem, vt valeat obtinere debet prius probare
concursum d. qualitatis, & illam verificare
l. 1. §. quod autem ait Prætor. & ibi Bart. ff. ne
quid in flum. publ. l. Prætor. ait. 4. vers. Docere.
ff. de vi bon. rapt. Surd. cons. 45. n. 14. & seq.
vol. 1. & cons. 440. n. 18. lib. 3. Paitel. exped.
ciuil. 12. num. 19. Graff. de excep. excep. 2. n. 3.
& seq. Franc. Becci. cons. 53. num. 5. Rota decis.
603. num. 1. par. 4. & decis. 725 nu. 9. par. 4.
recen. tom. 3. & in Senogallien. supplementi legitimæ
10. Iunij 1641. coram R. P. D. Merlino §. non
5 *obstat statutum &c.* & quidem plenè, & concludenter,
non autem præsumptiuè. *Alex. cons. 27.*
num. 7. lib. 7. Rota apud Put. decis. 375. nu. 2.
lib. 2. in correct. & decis. 469. num. 2. par. 3. &
decis. 128. num. 49. par. 4. recen. tom. 2.

Qua-

6 Qualitas enim dispositionis vbi deficit, deficit etiam ipsa dispositio *l. 4. §. toties . ff. de damn. infec. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & æstiu. c. indemnitatibus. 43. §. pen. de elect. in 6. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 15. num. 47. Pacia. de prob. lib. 2. cap. 14. num. 8. Barbos. axiom. 196. num. 7.* alios adducens *Ciriac. controu. 248. num. 5. Rot. decis. 225. num. 2. par. 4. & decis. 110. num. 16. par. 7. rec.* sed sic est quod d. *Auth. præterea* concedit quartam vxori cum bis qualitatibus, quod non sit dotata, vel sit dotata cum parua dote secundum extensionem *Bald.* & sequacium, de qua supra, & quod maritus præmortuus fuerit diues, & alijs de quibus supra, ideò vt illius consequutioni locus esse possit, debet prius doceri per vxorem de existentia dictarum qualitatum, & illæ debent in iudicio verificari citato hærede viri, & postea bonorum viri possessio accipi, vt tradunt Doct. supradicti, quæ quidem ratio est ita manifesta, vt crediderim vix ei sine cauillatione posse respōderi.

Secundò, quia si mulieri liceret accipere possessionem bonorum viri pro dicta quarta propria authoritate non probatis requisitis, de quibus supra, & absque causæ cognitione duo resultarent

7 absurda satis euidentia, & primum esset quod mulier inciperet iudicium ab executione, & executio fieret ante latam sententiam, quod omni iure est prohibitum *l. si cum nulla . 58. ff. de re iudic. l. 1. C. de exec. rei iudic. Alex. conf. 163. num. 3. lib. 6. Post. de manut. obseru. 107. num. 46. Thoma. decis. Marcb. 12. n. 14. Rot. apud Card. Mantic. decis. 202. num. 2. & seq. & decis. 654. num. 1. par. 2. & decis. 234. num. 12. par. 5. recen.*

Alterum verò, quia si id liceret vxori, esset in facultate cuiuscumque mulieris, etiamsi euidenter ei quarta non deberetur, ingrediendi in possessionem bonorū viri prædefuncti sub dicto prætextu consequendi quartam, & possessionem bonorum illius per annos integros retinendi, litem interim cum hæredibus viri sustinendo cum fructibus bonorum ipsius viri, & ipsos heredes viri indebitè inquietando, quod quidē

8 non paruum esset inconueniens, & absurdum, quod nullo modo est dicendum ad tex in *l. nam absurdum 7. ff. de bon. liber. l. scire etiam oportet 15. §. aliud. ff. de excusat. tuto. l. siuè hæreditaria. 23. in fin. ff. de nego. gest. l. 1. § vnde queritur ff. de publie. l. ita vulneratus 52. vers. Quod si quis absurde. ff. ad leg. Aqui.* cum alijs relatis per *Euer. r. in sua Topic. lega. in loco ab absurdo in prin. & per Barbos. in loc. commu. loc. 2. in prin.*

Neque obstat si replicetur, quod imò admissa dicta opinione, quod mulier mortuo viro non possit accipere possessionē bonorum illius pro sua quarta, sequeretur aliud absurdum, quod mulier pauper cui ideò debita esset d. quarta, si inquam non posset accipere possessionē bonorū viri propria authoritate, sed ei necesse foret prius in iudicio docere de dictis requisitis, & illa verificare, cogeretur longam litem per annos integros super dicta prætensione sustinere cum hæredibus viri, & interim mendicare cogeretur, contra dispositionem d. *Auth. præterea, & not. ibi per Doct.* & in proposito filij agentis ad legitimam in bonis paternis considerat *Cas. Argel. de legit. contradic. quæst. 13. artic. 6. n. 42.* quod pariter non videtur dicendum per iura supra proximè adducta.

Quia respondeo, quod ex supradictis nullum resultare potest inconueniens, cum illi benè occurri possit per mulierem petendo interim, dum lis agitur sibi vti pauperi subministrari alimenta

9 per hæredes viri diuitis, qui ad illa tenentur subministranda, maxime si concurrat præsumptio bonis iuris ad not. per *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 120. num. 1. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 55. num 49. par. 1. & cap. 954. num. 27. par. 5. Gabr. cons. 29. num. 19. vol. 1.* vbi dicit hanc esse receptissimam opinionem, & eandem esse veram, communem, & cōprobatam ab omnibus opinionem testatur *Decia. conf. 66. n. 2. in fin. lib. 2. Paitel. exped. ciuil. 44. in prin.* vbi alios adducit ita sentientes, & dicit hoc habere locum etiam in prima instantia, & ante latam sententiam, & ibi hoc tradunt etiam *Adden. num. 4. Adden. ad Greg. XV. decis. 189. nu. 7. Theod. Rube. in sing. Rot. Rom. tom. 2. part. 2. Circa obseruat. Rotæ . verbo Alimenta. num. 3.* vbi testatur de obseruantia eiusdem Rotæ, *Rot. apud Verall. decis. 20. num. 2. lib. 1. & apud Card. Seraph. decis. 426. num. 1. & decis. 1098. num. 2. & apud Buratt. decis. 15. n. 1. & decis. 261. in prin. & decis. 707. in prin. & ibi Adden. litera A. eadem Rot. decis. 748. num. 1. par. 2.*

10 *rec.* † Etiam si non agatur ad vniuersitatem bonorum, vt reprobato *Surd.* contrarium tenente not. *Add. ad Greg. d. decis. 189. n. 7. & Adden. ad Buratt. d. decis. 707. in prin.* se retractans, *Rota d. decis. 748. num. 5.* & sic cessat inconueniens prædictum.

11 Tertiò, quia quarta, de qua in d. *Auth. præterea* debetur mulieri dictis pro debitis viri, vt voluerunt *Barz. decis. 128. nu. 5. Fontanel. de pact. nupt. clauf. 5. glos. 8. par. 12. num. 47. & Merlin. de legit. d. quæst. 23. num. 15.* Quæ cum sint soluenda per hæredem. *l. fin. §. cum igitur, & ibi Doct. C. de iur. delib. l. si cum dotem. 23. §. transgrediamur. in fin. & ibi not. pariter Doct. ff. solut. matr.* supponitur fuisse aditam hæreditatem, hærede autem possiden-

12 te, † & sic possessione non vacante, non potest mulier accipere possessionem bonorū propria authoritate *Burs. cons. 9. num. 20. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 542. num. 1. par. 3. Merlin. de legit.*

legit. lib. 5. tit. 4. quæst. 8. num. 2. Adden. ad Cæs. Argel. de legit. contrad. d. quæst. 13. artic. 4. vers. nam prædicta &c. Posti. de manut. obser. 13. num. 4. & seq. Rota apud eum decis. 294. n. 3. alios adducens, cum alijs infra relatis *n. 26.*

13 Neque venit attendenda opinio Doct. contrarium sentientium, nempè mulierem posse pro sua quarta ingredi in possessionem bonorum viri diuitis prędefuncti propria authoritate, quam tenuerunt *Corn. consil. 4. vol. 4. Natt. cons. 605. lib. 4. Surd. de alim. tit. vlt. quæst. 35. num. 23. Viui. concl. 1055. num. 13.* vbi dicit, ita in facto fuisse iudicatum, *Gratian. d. cap. 120. num. 44.* cum quibus videtur sentire *Rota apud Pacif. de Saluian. decis. 174. num. 37.* Cum contraria opinio, de qua supra in principio id negans, sit verior, per iura supra adducta, & testatur *Mangil. de imput. d. quæst. 156. num. 4.* & cum sententia, de qua testatur *Viui.* vbi supra, in gradu appellationis fuerit reuocata in Sacro Consilio, vt testatur *Alex. Trentacinq. in d. cons. 60. num. 14. & Mangil. d. quæst. 156. in fin.* Neq;
14 veniunt attendendæ authoritates *Surd. & Gratian. vbi supra*, cum ipsi articulum non examinent, sed id tantùm asserant perfunctoriè, referendo opinionem *Corn. in d. cons. 4.* vt post *Abb. & Fulgo.* ab eo adductos docet *Soc. Iun. cons. 1. n. 143. lib. 1.* & post eum *Thob. Noni. cons. 104. num. 16. & Adden. ad Rot. decis. 378. num. 16. par. 4. rec. tom. 2.*

15 Neq; pariter contrarium suadere valet, quod mulieri debeatur dicta quarta iure hæreditario, & vti hæredi eius viri pro rata, vt tradunt *Gratian. d. cap. 120. num. 67. Mangil. de imput. quæst. 141. per tot. Costa de ration. ratæ. quæst. 84. n. 6. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 12. in fin. Merlin. de legit. d. quæst. 23. n. 7. & Hodier.*
16 *ad Surd. decis. 8. in prin.* † Quia dicta opinio non est tuta, & illam valdè dubiam appellat *Fabian. de Pep. in d. Auth. præterea. num. 111.* & illam deberi vt quotam bonorum tenet *Crass. de success. §. successio ab intest. quæst. 39. num. 7.* & quam videri communem esse opinionem, dicit *Fabian. de Pep. in d. auth. præterea d. n. 111.* licèt ipse contrariam sequatur sententiam.

17 Secundò, quia illa procedit, & venit intelligenda, vt, quatenus mulier habuisset quartam non soluto prius ære alieno, ipsoque non deducto, ipsa teneatur ad solutionem æris alieni ipsius viri pro rata ipsius quartæ, non autem quod pro dicta quarta valeat accipere possessionem bonorum viri prædefuncti propria authoritate, ob rationes supra allatas, & præcipuè quia, cum debeatur vxori quarta cum tot requisitis, de quibus supra, teneatur ante omnia illa verificare, & circa illa præcedere debeat causæ cognitio, vt benè adnot. *Cur. Iun. in d. auth. præterea. num. 40. & Mangil. in d. q. 156.*

num. 4. & sentiunt etiam *Fontanel. in d. par. 12. num. 37. & Merliu. in d. quæst. 23. sub num. 16.*

18 Neque contra prædicta allegari potest, quod filius pro sua legitima potest accipere possessionem bonorum patris propria authoritate, saltem pro indiuiso, vt voluerunt *Cæs. Argel. de legit. contrad. quæst. 13. art. 4. num. 36. & seq. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 4. quæst. 8. n. 1. & seq.* cum quibus pertransit *Giurb. ad consuet.*
19 *Messan. par. 1. cap. 5. glos. 6. num. 18.* † & ideò idem licere debeat mulieri agenti ad d. quartam, cum illa, & legitima in multis æquiparentur, vt tradunt *Simon. de Præt. cons. 9. n. 22. & Costa de ratio. ratæ quæst. 84. num. 18.*

20 Quia obiectum euitatur duplici medio, & primò quia dicta opinio *Argel. & sequacium, vbi supra*, non est tuta, cum contrarium teneant quamplures Doct. & præcipuè *Bart. in l. 2. C. quan. et quibus quarta pars etc. lib. 10. Pic. in l. in quartam 90. num. 159 ff. ad leg. falcid.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem, *Alex. cons. 134. lib. 4. per tot. Gabr. commun. concl. de legit. concl. 4. num. 4. Crass. de success. §. legitima quæst. 16. num. 3. Peregr. cons. 5. num. 7. lib. 5.* quem refert, & sequitur *Paitel. in annot. ad exped. 15. sui Patris num. 110.* & scripsit etiam *Mangil. de imput. quæst. 9. n. 61. et seq.*

21 Secundò quia argumentū ab æquiparatis tunc habet, locum, quando æquiparatio est facta per omnia, siuè in omnibus, & per omnia, vt tradunt *Grat. cons. 26. num. 64. lib. 1. Rusti. ad l. cum anus lib. 2. cap. 13. num. 50. ff. de cond. et demon. Euerar. in Topic. legal. in loco a simil. num. 11. vers. quartò non procedit etc. Barbos. in loc. commun. loco. 6. num. 2.* Quod non verificatur in casu nostro, quia licet legitima, & dicta quarta in aliquibus æquiparentur, vt not. *Simon. de Præt. d. cons. 9. nu. 22 et Costa de ratio. ratæ d. quæst. 84. num. 18.* differunt tamen in
22 multis, † cū legitima sit relinquenda filio titulo institutionis, quod non accidit in hac quarta: legitima est aucta ad semissem, hæc semper est quarta, non extantibus liberis: legitima debetur iure naturæ, illa iure honestatis: legitima semper debetur filio, etiam diuiti, illa non semper debetur, sed certis tantùm casibus, nempè quādo matrimonium est sine dote, seù cum dote exigui valoris, vt benè aduertit *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 23. num. 13.* meritò cessat argumentum.

Quod eò magis est dicendum, quia, vt mulier consequi valeat d. quartam, tenetur probare quamplura, nempè ipsam nuptam fuisse sinè dote, vel fuisse dotatam cum dote ita tenui, vt ei non sufficiat ad alimenta: quod maritus mortuus fuerit diues, & alia, de quibus supra num. 3. quæ requirunt discussionem in iudicio, & causæ cognitionem, vt supra probaui, quæ tamen non

requi-

requiruntur in filio agente ad legitimã in bonis
23 patris, vt patet, † vnde, stante diuersitate rationis, d. argumentum ab æquiparatis non procedit. *Rom. cons.* 120. *nu.* 5. *vers. vltimo etc. &* *cons.* 179. *sub num.* 12. *Surd. cons.* 50. *num.* 25. *lib.* 1. *Euerar. in d. loco a simil. num.* 31. *vers. quartò non procedit etc. Barbos. d. loco* 6. *num.* 3. alios adducens.

24 Et stante etiam, quod dispositio d. *Auth. præterea* sit correctoria, secundùm aliquos, seù limitatoria, secundùm alios, seù saltem exorbitans iuris communis, & odiosa, vti admittens vxorem ad successionem viri, stantibus filijs *Soc. Sen. cons.* 108. *num.* 6. *vol.* 1. vbi dispositionem d. *Auth. præterea* irrationabilem appellat, *Euerar. Iun cons.* 22. *nu.* 8. *lib.* 2. *Alcia. cons.* 252. *aliàs* 18. *num.* 16. *in fin. lib.* 9. vbi dicit, dispositionem *d. Auth. præterea* esse extraordinariam, & nulla aliqua bona ratione firmari, *Federic. Scot. cons.* 5. *num.* 20. *lib.* 3. *tom.* 1. & alij, quos sequitur, ac refert *Fontanel. de pact. nupt. d. par.* 9. *num.* 33. *Surd. de alim. tit.* 9. *quæst.* 37. *n.* 21. Rota *decis.* 202. *num.* 6. *& seq. par.* 2. *diuer. & apud Duran. decis.* 42. *n.* 15. vbi de communi,
25 cum alijs relatis in *allegat. præceden. num.* 22. & ideò venit restringenda, non autem amplianda *cap. odia.* 15. *de reg. iur. in* 6. *l. cum quidam* 19. *ff. de. libe. & posth. cap. renouantes* 6. 22. *distin. Federic. de Sen. cons.* 25. *num.* 4. *in fin. Mangil. de imput. quæst.* 52. *num.* 19. *latè Barbos. axiom.* 166. *num.* 1. *& seq.*

Omnem autem auferret difficultatem in hoc casu, si maritus, ex cuius bonis vxor pretendit con-
26 sequi d. quartam, in eius testamento apponeret clausulam *constituti* præsentibus hæredibus institutis, quia tunc vigore d. clausulæ in hæredes prędictos transferretur possessio bonorum testatoris ipso viuente, vt tradit *Mart. de claus. par.* 1. *claus.* 20. *sub num.* 8. *vers. sed Rota &c.* quem refert, & sequitur *Post. de manuten. obseru.* 20. *num.* 7. & ante eum latè scripsit *Tiraq. de iure constit. ampliat.* 23. *num.* 1. *& seq.* vbi refert alios ita sentientes, & firmauit Rota *decis.* 549. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diuers.* Maximè si sit apposita clausula *ex nunc prout ex tunc*, vt dicit *Post. ibi num.* 7. *& Rota d. decis.* 549. *num.* 1.

Quo casu cum possessio bonorum viri non sit vacans tempore eius mortis, sed illa sit penes hæ-
27 redes viri vigore d clausulæ *constituti*, sequitur, quod mulier non valeat accipere possessionem bonorum viri propria authoritate, & non citatis hæredibus viri, vt tradunt *Bursatt. cons.* 9. *num.* 20. *lib.* 1. *Farinac. de furt. quæst.* 175. *num.* 3. *& seq. & cons.* 169. *num.* 16. *lib.* 2. *Post. de manut. obseru.* 13. *num.* 4. *& seq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam stante facultate accipiendi possessionem propria authoritate, *& obseru.* 12. *num.* 57. *& seq.* alios cumulans sectatores, in terminis nostris *Merlin. de legitim. lib.* 5. *tit.* 4. *quæst* 8. *num.* 2. *Adden. ad Cæsar. Argel. de legit. contrad. quæst.* 13. *art.* 4. *vers. nam prædicta &c.* Rota *decis.* 294. *num.* 3. *apud Post. de manut. & apud Greg. XV. decis.* 6. *num.* 1. *& decis.* 9. *num.* 7. *& decis.* 40. *num.* 4. *& decis.* 69. *num.* 1. *& decis.* 138. *num.* 2. & alibi passim, & præcipuè in *Romana de Cecchinis. coram R. P. D. Coccino apud Marches. de commiss. par.* 3. *fol.* 257. *n.* 1. quam refert etiam *Post. d. obseru.* 12. *sub nu.* 57. vbi habetur, possessionem captam de bonis, quorum possessio non erat vacans, sed illa erat penes hæredes possidentes, dici improbam, vitiosam, & non manutenibilem, vt ibi per eam, alas decisiones, & authoritates cumulat *Post. ibi num.* 57. *& seq.*

28 Verum verò idem sit tenendum stante statuto continuante possessionem defuncti in eius hæredes differit *Merlin. de legit. d. lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 8. *num.* 3. *& seq.* & melius, iudicio meo, *Post. de manut. obseruat.* 55. *num.* 54. cum pluribus sequen.

Quare &c. saluo semper &c.

De exitu huius causæ fuit facta mentio in fine allegationis præcedentis. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Statutum inducens præscriptionem contra creditorem non petentem creditum per spatium quindecim annorum an sit validum, & habeat locum in debito iurato, & quando dictum Statutum procedat cum mala fide, & an liget creditorem forensem, & restitutio in integrum an detur ex capite ignorantiæ contra dispositionẽ dicti Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum inducens præscriptionem cõtra non petentem creditum per quindecim annos est validum.*

Et ab illius dispositione non est recedendum. num. 2.

Ita vt debitor conuentus a creditore post d. tempus, vti docens de solutione ex præsumptione statuti, sit a petitis absoluendus. n. 3.

4 *Iuramentum perpetuat actionem vsque ad quadraginta annos.*

5 *Statutum non comprahendit casum iuratum.*

6 *Statutum super præscriptione tollens fidem Instrumentis cõprahendit etiam debitum iuratũ.*

7 *Statutum de præscriptione disponens non procedit cum mala fide.*

Contrarium tamen tenent plures Doct. n. 10.

Prima opinio procedit in præscriptione fundata

data in solo cursu temporis. n. 11.

Secunda verò quandò statutum, stante negligentia creditoris in non petendo debitum per quindecim annos, inducit præsumptionem solutionis. num. 12.

Quicquid distinguere videantur Adden. ad Rot. decis. 6. par. 3. rec. num. 133. *vt n. 13.*

8 *Mala fides probari dicitur ex scientia debiti.*

9 Gratian. discept. foren. cap. 42. num. 37. & cap. 52. num. 30. par. 1. *declaratur.*

14 *Statutũ de præscriptione si inducat præsumptionem solutionis, creditor tenetur probare, debitorem fuisse in mala fide.*

15 *Statuto de præscriptione quindecim annorum eò magis locus esse debet, si solutioni debiti non sit apposita dies.*

16 *Causa qualibet in materia præscriptionis est sufficiens ad excludendum malam fidem.*

17 *Mercator non est credendum, quod diù distulerit sui crediti exactionem.*

18 *Solutio præsumitur facta a viro ingenuo, & soluendo, & qui est solitus debita tempore conuento persoluere.*

19 *Solutio probatur præsumptionibus, & cõiecturis.*

Et duæ coniecturæ sufficiunt. num. 20.

21 *Statutum inducens præscriptionem contra non petentem debitum, non ligat forensem.*

Contrarium est verius. num. 22.

Etiam si Instrumenta sint alibi confecta, si petitio fiat in loco statuti. num. 23.

Quicquid sit quandò solutio est destinata extra locum statuti. num. 24.

25 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ non solet denegari.*

Quæ tamen opinio non est tuta, cum plures contrarium teneant. num. 26.

Ignorantia in d. casu debet esse probabilis, & sine ruga. num. 27.

Cum non omnibus ignorantia sit sufficiens ad obtinendam restitutionem in integrum n. 28.

29 *Statuta inducentia præscriptionem contra non petentem debitum certo tempore adsunt ferè in tota Italia.*

30 *Iudicandum est in dubio ad fauorem rei.*

ALLEGATIO XI.

EXcellentissime Domine. Per Illustris D. N. de Benamatis de Terra Cantiani, qui conuenitur a Domino de Valentinis Mercatore de Ciuitate Perusiæ pro quodam credito eius apotecæ, est tutus aduersus eum exceptione præsumptæ solutionis vigore statuti Eugubini sub rub. 30. lib. 2. disponentis creditorem ex causa partitarum non audiri post lapsum decennium, vel vigore Instrumenti post lapsum quindecim annorum, sed quod præsumatur iuris præsumptione debitum solutum, nisi contrarium legitimè probetur, vel de iudiciali, vel extraiudiciali interpellatione creditor docuerit, vel nisi alia præsumptio præualens adduceretur, & quod, durante dicta præsumptione, instrumenta quęcumque nullã fidem faciant, & exequi non valeant, & prout latius
1 in eo, † Quod quidem statutum cum sit de iure
validum tamquã ex rationabili causa factum, vt tradunt *Gratian. discep foren. cap. 994. num. 7. par. 5. Dom. Andreol. controu. 135. num. 11. Thoma. decis. March. 155. num. 4. & decis. 222. num. 1. par. 2. Altogra. cons. 53. num. 14. & seq. lib. 2.* & tanquam inducens nouam formã probandi solutionem *Magon. decis. Lucen. 60. n. 1. & seq. Thom. d. decis. 155. n. 4. Altogr. vbi sup.*
2 Meritò ab illius dispositione non est receden-
dum *Bald. in l. Gallus 29. §. si eius in 2. not. ff. de lib. & posth. Surd. decis. 195. num. 2. Thoma. decis.* March. 28. *num.* 11. & in terminis huius Statuti *D. Andreol. d. controu. 135. n. 11. Adden. ad Rot. decis. 6. num. 18. & seq. par. 3. rec. Rota decis. 346. in prin. par. 6. rec. addo Altogra. d. cons. 53. num. 14 & seq.*
3 Et Dominus de Benamatis, cum de lapsu tem-
poris non sit dubitandum, vti docens de solutione ex iuris præsumptione, ex dispositione d. Statuti, quæ est species liquidissimæ probationis, vt dicit *Rota apud Merlin. decis. 124. n. 18.* dum exaduerso non probatur contrarium, solutionem, inquam, non esse factam, per legitimas probationes, vel per aliquam contrariam pręsumptionem præponderantem pręsumptioni solutionis, nec de iudiciali, seù extraiudiciali interpellatione docetur, venit a petitis omninò absoluendus, vt tradunt *Gabr. cons. 145. nu. 10. & seq. lib. 2. Bon. de Stat. Vrb. præscrip. glos. 24. n. 3. Thom. d. decis. 222. in fin. par. 2. Adden. ad Rot. d. decis. 6. n. 18. Rot. decis. 764. in fin. par. 4. diuer. & apud Merlin. d. decis. 124. n. 18.*
Quod quidem Statutum habet locum etiam in
credito iurato, & obligatione camerali vallato,
4 non obstante, † quod iuramentum perpetuet
actionem vsq; ad quadraginta annos, *Seraph. de priuil. iura. priuil. 22. num. 53. & priuil. 51. num. 1. & seq. Marescot. varia. resol. lib. 2. cap. 67. num. 33. Thoma. d. decis. 222. n. 5. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 8. num. 202.* & habeat vim litis contestatæ, quæ vel præscriptionem interrumpit. *Surd. decis. 3. num. 1. & 13. & seq. & decis. 64. num. 33. Thoma. d. decis. 222. nu. 6. Rota decis. 199. num. 3. par. 4. diuer.* vel perpetuat actionem vsq; ad triginta annos *l. nam, & postea 9. §. is qui, & ibi Bart. & alij ff. de iureiur. Marescot. var. resol. d. cap. 67. num. 10.*
5 Et quod Statutum non compræhendat casum
iuratum. *Ceph. cons. 170. num. 34. lib. 2. Thob.*

Non.

Non. conſ. 14. *n.* 16. *Thoma. deciſ. March.* 177. *num.* 31. in terminis *Surd. deciſ.* 158. *in fin. Illuſtriſſimus Sperell. deciſ.* 47. *num.* 3. alios adducens quamplures, & tradit *Rota* plenè diſcuſſo articulo *in Bononien. cenſus 4. May 1643. coram R. P. D. Ghiſilerio §. hoc tamen &c.*

6 Quia, cum d. Statutum tollat fidem Inſtrumentis, & ſcripturis, ex quibus creditum probari poteſt, deficit probatio aſſiſtentiæ iuramenti, & iuramentum ex eis non probatur, & ideò nullum effectum poteſt operari. *Surd. conſ.* 361. *num.* 12. *vol.* 2. *Gratian. diſcept. foren. cap.* 52. *num.* 21. *par.* 1. *& cap.* 490. *num.* 14. *& ſeq. par.* 3. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 98. *num.* 5. *D. Andreol. contro.* 135. *num.* 11. *Thoma. d. deciſ.* 222 *n.* 7. *par.* 2. *Mareſcot. d. cap.* 67. *n.* 37. *Theod.* Rube. *in ſingul. Rot. Rom. tom.* 2. *circa interpr. Stat. ad Stat. Vrb. cap.* 158. *lib.* 1. *num.* 1. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi, & tutiori opinione *Rota deciſ.* 104. *num.* 2. *par.* 2. *diuer. & deciſ.* 199. *num.* 4. *&* 5. *par.* 4. *& d. deciſ.* 346. *num.* 4. *par.* 6. *rec. Pract. Ridolphi. d. cap.* 8. *num.* 204.

7 Neque obſtat, quod diſpoſitio d. Statuti non procedat cum mala fide, vt tradunt *Surd. deciſ.* 158. *num.* 6. *& ſeq. Gratian. diſcep. foren. d. cap.* 52. *num.* 3. *& ſeq. par.* 1. & de veriori, & magis communi opinione teſtatur *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 6. *num.* 102. *& ſeq. par.* 3. *rec.* & pluries tenuit Rot. & præcipuè in *Romana canonum* 15. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Vbaldo, & in Romana palatij* 31. *Ianuar.* 1624. *coram R. P. D.*

8 *Remboldo*, † De qua ſatis conſtare dici poteſt ex ſcientia debiti. *Hond. conſ.* 80. *num.* 73. *vol.* 2. *D. Andreol. contro.* 142. *n.* 5. *Thoma. deciſ. March.* 194. *num.* 6. *par.* 2. *Rota apud Merlin. deciſ.* 124. *num.* 12. *& deciſ.* 686. *num.* 13. *&* 24. *& apud Buratt. deciſ.* 505. *num.* 6. *apud Duran. deciſ.* 401. *num.* 14. *& deciſ.* 426. *num.* 25. *& apud Poſti. de ſubhaſtat. deciſ.* 119. *in prin.*

9 † Quicquid contrarium tenere videatur *Gratia. diſcep. foren. cap.* 42. *num.* 37. *& cap.* 52. *n.* 30. *& ſeq. par.* 1. cuius ſententia fortaſſe poteſt habere locum, quandò dies ſolutioni non eſt appoſita, & ſic debitor non eſt in mora, aliàs ſecùs, vt declarant *Adden. ad Rot. d. deciſ.* 6. *num.* 133. *par.* 3. *recen.*

10 Quia reſpondeo, omiſſo, quod dicta opinio non eſt omninò tuta, cum contrarium teneant quamplures Doct. magni nominis, & præcipuè *glo. Bart. Bald. Ang. Caſtr. Iaſ. Cumu. Guid. Pap. Aret. Corn. Felin.* Rip. *Barba*, quos refert, & ſequitur *Boui. de Statut. Vrb. praſcr. glo.* 1. *n.* 12. *& ſequen.* hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & illam eſſe veriſſimam tenent *Caſtr. in l. ſequitur 4. §. ſi viam in fin. ff. de vſucap. & Bertazo. conſ. ciuil.* 118. *n.* 29.

11 Reſpondeo, inquam, quod obiectum procedere poteſt in terminis Statuti inducentis præſcriptionem in ſolo temporis curſu fundatam, vt puta, quod creditor, qui intra certum tempus non petierit creditum, cadat a iure ſuo, & amplius nō audiatur, vel quod actio certo temporis ſpatio tollatur, & ſimilia, quo caſu Statutum, vti inducens præſcriptionem cum mala fide, non valeret, vt tradunt *Pariſ. conſ.* 87. *n.* 13. *& ſeq. vol.* 1. *D Andreol. d. contro.* 178. *num.* 2. *verſ. nam Statutum &c. Thoma. d. deciſ.* 222. *num.* 9. *& ſeq. &* Rota *apud Merlin. d. deciſ.* 124. *num.* 12.

12 Secùs tamen eſt dicendum quando Statutum non tollit immediatè ius, & actionem creditori competentem, vt ſupra, ſed, ſtante illius negligentia, & taciturnitate per quindecim annos, inducit præſumptionem ſolutionis, qua præſumpta, tollit fidem Inſtrumentis, & ſcripturis, ita vt nullam poſſint facere probationem, vt in caſu noſtro, quia tunc, cum poſt d. tempus ex iuris præſumptione per Statutum inducta debitor, qui illam allegat, ſit ſimilis illi, qui probat effectualiter debitum perſoluiſſe, certum eſt, non poſſe amplius conſiderari malam fidem, ſed illam penitus excludi, prout excluderetur, ſi ex publica, ſeù priuata ſcriptura, vel ex teſtium depoſitionibus, vel ex alio probationū genere, quàm ex ſola iuris præſumptione, ſolutio ipſa, & ſatisfactio probata fuiſſet, vt tradunt *Gratian. diſcep. foren. cap.* 52. *num.* 18. *par.* 1. *Thom. d. deciſ.* 155. *num.* 4. *& d. deciſ.* 222. *num.* 2. *D. Andreol. d. contro.* 171. *ſub num.* 2. *Altograd. d. conſ.* 53. *num.* 24. *& ſeq. lib.* 2. *Theod.* Rube. *ad d. Stat. Vrb. cap.* 158. *lib.* 1. *num.* 5. *Rot. in Romana tutelæ* 29. *Ianuar.* 1588. *coram* R. P. D. *Orano, quæ eſt deciſ.* 6. *in fin. par.* 3. *rec. & in Romana pecuniaria* 20. *Nouembris coram Eminentiſſimo Card. Sacrato*, quas refert, & ſequitur eadem *Rota apud Merlin. d. deciſ.* 124. *num.* 12. *addo Poſti. reſol.* 127. *num.* 16.

13 Quicquid diſtinguere videantur in propoſito *Adden. ad d. deciſ.* 6. *par.* 3. *rec. num.* 133. inter debitum, cuius ſolutioni dies non eſt appoſita, & tunc ſit locus ſtatuto, & debitum, cuius ſolutioni dies eſt appoſita, & tunc non ſit locus ſtatuto, cum videatur conſtare de mala fide ex mora, quæ contrahitur per interpellationem diei, cum dicta diſtinctio clarè conuincatur ex ſupra deductis, quæ breuitatis gratia non refero; & contrarium teneat indiſtinctè *Rota in deciſ. proximè adductis*, *nec deciſ.* per eum allegata *coram R. P. D. Vbaldo in* Romana *canonum* 15. *Aprilis* 1622. *quæ eſt deciſ.* 372. *par.* 4. *rec. tom.* 2. vllo modo probat eius intentionem, vt exerceſt videre.

14 Quæ in tantum vera ſunt, vt, ſtante dicto ſtatuto, creditor, qui ſuum creditum per quindecim annos petere diſtulit, vt valeat obtinere, teneatur ipſemet probare debitoris malam fi-

dem non solùm ex eo, quod debitor habuerit
scientiam debiti, sed etiam docendo, illum
sciuisse, obligationem suam perdurasse, nec
fuisse in rei veritate per solutionem extinctam,
aliàs, sicuti post dictum quindecim annorum
lapsum vigore statuti præsumitur facta solutio,
ita etiam præsumatur adesse bonam fidem, vt
post *Gabr. com. concl. de præscr. concl. 4. n. 27.*
& 28. & Rot. in d. Rom. pecuniaria coram Emi-
nentiss. Card. Sacrato per eam relatos benè de-
clarat *eadem* Rot. *apud Merlin. d. decis. 124. nu.*
14. vers. verissima igitur & not. etiam *Adden. ad*
d. decis. 6. par. 3. rec. nu. 117.

15 Cuius statuti dispositioni ad fauorem D. de
Benamatis eò magis locus esse debet, cum so-
lutioni debiti, de quo agitur, nulla sit apposi-
ta dies, vt ex partitis in iudicio exhibitis vide-
re est, quo casu, cum debitor non teneatur of-
ferre debitum, sed esset interpellandus, non
dicitur esse in mora, nec habuisse mentem cor-
ruptam, cessat prorsus mala fides, vt tradunt
Deci. cons. 554. num. 4. Tiraq. in l. si vnquam
in vers. reuertatur num. 390. C. de reuoc. donat.
Vasq. quæst. Illust. cap. 76. num. 8. Boui. de
Stat. Vrb. præscr. glos. 2. num. 16. Surd. decis. 3.
num. 12. Gratian. discep. foren. cap. 52. num. 30.
& seq. par. 1. Thom. d. decis. 222. n. 14. Adden.
ad Rot. *d. decis. 9. par. 3. rec. num. 118. & seq.*
latè comprobantes. *Rot. apud Card. Seraph.*
decis. 769. num. 7.

Debitor enim in d. casu dum videt, quod creditor
non facit id, quod tam anxiè per creditores
fieri solet, potuit credere, quod creditor vo-
luerit creditum remittere, vel condonare. & sic
dicta causa imaginaria sufficit ad excludendam
16 malam fidem, † cum in materia præscriptio-
nis quælibet causa, etiam colorata, sit sufficiens
ad excludendam malam fidem, vt declarant
Adden. ad d. decis. 6. par. 3. recen. num. 130.
& seq. & dixit *Rot. decis. 11. n. 10. par. 5. rec.*
& in Rom. diuisionis 15. Iunij 1640. corã R. P. D.
Bichio §. nec desunt &c.

Et eò quidem magis, cum non solùm in casu no-
stro non concurrat aliqua coniectura ad fauo-
rem creditoris præponderans in contrarium,
sed imò præsumptio solutionis a statuto indu-
cta alijs præsumptionibus adiuuetur, & prima
quidem desumitur ex qualitate personæ credi-
17 toris, qui est Mercator, † & ideò non est cre-
dendum, quod tam diù sui crediti exactionem
distulisset, vt not. *Paris. cons. 83. nu. 27. lib. 1.*
& cons. 137. num. 3. lib. 4. & ponderat in pun-
cto *Rota apud Merlin. d. decis. 124. num. 19.* Ma-
ximè stante infortunio, quod ei in mercatura
contigisse fertur, vt post *Alex. Afflict. & Surd.*
per eam adductos aduertit pariter *Rot. loc. cit.*
num. 20.

18 Secunda verò elicitur coniectura ex qualitate
personæ debitoris, qui est vir ingenuus, summæ
probitatis, & soluendo, & qui eius debita
statuta die soluere consueuit, vt notorium est,
vt ponderant in his terminis *Paris. d. cons. 83.*
num. 29. Bertaz. cons. ciuil. 118. num. 3. Surd.
decis. 105. in prin. Menoch. de præsumpt. lib. 3.
præsump. 135. num. 15. & Rota apud Merlin. d.
decis. 124. num. 22.

19 In materia autem solutionis coniecturas plu-
rimù n valere, imò solutionem coniecturis, &
præsumptionibus probari, in confesso est apud
omnes, vt not. *Surd. d. decis. 105. num. 10. Me-*
noch. d. præsump. 135. per tot. lib. 3. Mascard.
de prob. concl. 1325. num. 26. vol. 3. Pattel. ex-
ped. ciuil. 61. in prin. Altogr. cons. 53. num. 30.
& seq. lib. 2. Maximè quando Iudex iudicat so-
la facti veritate inspecta, vt fit in casu nostro vi-
gore Decreti super abbreuiatione litium in
prin. *Franc. Becc. cons. 47. num. 15. lib. 1. Surd.*
d. decis. 105. num. 10. & cons. 54. num. 3. &
20 *seq. lib. 1* † & duas coniecturas sufficere, scri-
pserunt *Felic. alleg. 41. num. 3. & Menoch. de*
præsump. lib. 1. quæst. 40. num. 1.

21 Neque obstat postremò, quod statutum præ-
dictum non compræhendat D. Valentinum
agentem, vti forensem, vt not. *Boui. de Stat. Vrb.*
præscr. glos. 19. n. 156. & seq. Gratian. discep.
foren. cap. 994. num. 9. par. 5. & Rota apud Ca-
putaq. decis. 207. par. 3.

22 Quia respondeo, quod contrarium est ve-
rius, quod imò statutum prædictum loquens
de præscriptione compræhendat etiam foren-
ses, quando petitio fit in loco statuti, vt in casu
nostro, vt tradunt *Bart. in l. cunctos populos. 1.*
num. 19. & ibi Salic. num. 6. Ias. num. 20. in
prima lectura, & in secunda lectura n. 66. Fulgo.
num. 18. Caccialup. num. 121 Purpu. num. 154.
& alij Doct. communiter C. de Sum. Trin. & Fid.
Cath. & post. Ancar. Corn. Barba. Ruin. Ang.
Merlin. & alios per eos relatos latè compro-
bant *Adden. ad Rot. d. decis. 6. num. 51. & seq.*
par. 3. rec. Surd. decis. 158. in fin. Theod. Rub.
in singul. Rota Rom. par. 6. circa Stat. interpret.
ad Stat. Vrb. cap. 158. lib. 1. n. 13. vbi quam-
plures adducit Rotæ decisiones, *Pract. Ridolph.*
d. cap. 8. num. 205. & signanter tenuit *eadem*
Rota in Rom. mercedis 17. Martij 1578. coram
Bubalo, quæ est apud *Fenzon. ad Stat. Vrb. decis.*
158. num. 2. & decis. 364. par. 4. diuer. & apud
Merlin. d. decis. 124. n. 3. & in Rom. pecuniaria
16. Ianuar. 1632. coram R. P. D. *Pirouano §. &*
tamen, &c, & in Maceraten. census 4. Ianuar.
1638. coram Eminentiss. Card. Verospio seniore,
quæ est decis. 3. par. 8. rec. & in Sulmonen. pe-
cuniaria 10. Iunij 1624. coram R. P. D. Dunozet-
to seniore, quæ est decis. 555. par. 4. rec. tom. 3.
in prin. vbi dicit *Rotam* recessisse a d. decisione
Caputaq. 207. par. 3. supra adducta.

Quæ

23 Quæ habent locum, etiam si Instrumenta, seù chirographa crediti sint alibi confecta, si tamen petitio fiat in loco statuti, quia adhuc dictum statutum de præscriptione ligat forenses, vt scripserunt *Gratia. discep. foren. cap. 994. num. 7. & seq. par. 5. Thoma. decis. March. 155. in fin. par. 2. & Rota d. decis. 555. in prin. par. 4. rec. tom. 3. Pract.* Ridolph. *d. cap.* 8. *num.* 205.

24 Quicquid dicendum sit, † quandò contractus est celebratus in loco statuti, & solutio alibi est destinata, quo casu statutum loci, vbi est destinata solutio, non autem statutum loci contractus esse attendendũ voluerunt *Bart. Caccialup. Purpur. & alij in d. l. Cunctos populos 1. C. de Summ. Trin. & Fid. Cath.* & latè comprobant *Adden. ad d. decis. 6. num. 53. & seq. par. 3. rec.* quamplures adducentes Rota Rom. decisiones, *Theod. Rub. ad d. Stat. Vrbis cap. 158. lib. 1. sub num.* 13. benè Rota *in d. Maceraten. census, quæ est decis. 3. par. 8. rec. nu. 10. & decis. 64. num. 11. ead. par. 8. rec.* & benè declarat *Pract.* Ridolph. *d. cap. 8. num. 206. & seq.*

Neque dictus D. Valentinus, vti forensis potest iustè prætendere aliquam restitutionem in integrum ex capite probabilis ignorantiæ erga

25 dictum statutum, † quæ quidem restitutio ex d. capite non solet denegari, vt tradunt *Maresc. var. resol. d. cap. 67. n. 38. & seq. lib. 2. Odd. de restit. in integ. par. 2. quæst. 90. art. 4 n. 15. & seq.* vbi testatur de magis communi Doctor. opinione *D. Andreol. controu. 145. in prin.* & latissimè comprobant *Adden. ad* Rot. *decis. 3. num. 7. & quampluribus seq. par. 3. rec.* quamplures adducentes concordantes, & testantes de magis communi, & æquiori opinione *Theod. Rub. ad d. Stat. Vrb. cap. 158. lib. 1. num. 20.* & sequitur Rota *d. decis. 3. par. 3. recen. & d. decis. 555. n. 6. par. 4. rec. tom. 3. & decis. 360. n. 11. par. 6. rec. & apud Merlin. de pigno. decis. 44. n. 4. & decis. 77. nu. 9. & decis. 106. in fin.*

26 Quia respondeo, omisso quod d. opinio non est tuta, cum contrarium teneant quamplures Doct. de communi, & magis communi etiam opinione testantes, vt videre est ex *Odd. in loc. supra cit.* quamplures referente, ex *Thesa. decis. Pedem. 134. per tot. ex Fachin. controu. iur. lib. 1. cap. 69.* & quamplures Doct. ita sentientes refert *Altogra. cons. 94. num. 71. lib. 1.* & admittunt ijdem *Adden. ad* Rot. *d. decis. 3. n. 2. & seq.* dicentes articulum esse valdè inuolutum, & quod in eo summi etiam legum Vertices sibi contrariantur, & idem confirmat *Illustrissimus D. meus Sperell. decis. 135. n. 138. par. 2.*

27 Respondeo, Inquam, quod ignorantia ex dicto capite, & ad dictum effectum debet esse ex omni parte probabilis, sine ruga, & non labefactata aliqua scientiæ præsumptione, aut suspicione negligentiæ, vt in terminis tradunt *Marescot. d. cap. 67. num. 40. lib. 2. Hond. cons. 83. num. 69. vol. 1. & cons. 80. num. 62. vol. 2. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 38. art. 6. num. 60. Giurb. decis 91. num. 23. Alba. cons. 18. num. 1. 5. & seq. Theod.* Rub. *ad Stat. Vrb. cap. 158. lib. 1. num. 21. in sing.* Rot. Rom. benè *Altograd. d. cons. 94. num. 14. & 29. lib. 1. Adden. ad* Rot. *d. decis. 3. num. 67. & seq.*

28 Cum non omnis ignorantia sit sufficiens ad obtinendam restitutionem in integrum, sed illa debeat esse talis, quæ prorsus excludat omnem præsumptionem scientiæ, vel negligentiæ, vt post *Bardello. cons. 111. n. 64. & Merlin. decis. Lucen. 70. num. 49.* per eum relatos tradit *Altograd. d. cons. 94. n. 41. in fin.* & scribit etiam *Illustriss. Sperell. d. decis. 135. num. 149.*

29 Qualis dici nullo modo potest in casu nostro, † cum ferè per totam Italiam, & in eademmet Ciuitate Perusiæ, vndè Aduersarius est oriundus, vt audio, adsint similia statuta, quæ præscriptionem 30. vel 40. annorum redigunt ad breuiorem terminum, vt aduertunt *Barbat. cons. 16. n. 16. et 17. lib. 2. Odd. de restit. in integ quæst. 8. art. 12. nu. 98.* & in terminis nostris *Adden. ad* Rot. *d. decis. 6. num. 60. et 61. par. 3. rec. et* Rota *d. decis. 555. n. 6. et seq. par. 4. rec. tom. 3.*

Quæ licet satis clara, & manifesta, locum tamen habere debent, etiamsi aliqua adesse posset dubicatio, quod nullo modo credo per supradi-

30 cta, † cum in dubio iudicandum sit ad fauorem rei, ad tex. in *l. fauorabiliores 168. et ibi not. Deci. et Cagnol. ff. de reg. iur.* & post eos *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 119. num. 32. et Altograd. cons. 43. num. 71. lib. 2.*

Quare &c. saluo &c.

Causa, de qua supra, non fuit per sententiam terminata, quia Aduersarius visa hac allegatione non fuit vlterius causam prosequutus. Laus Deo, et Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Hypotecha dotis quando incipiat, an tempore confessionis illius, vel tempore promissionis, & quid si maritus tempore confessionis erat grauatus magno ære alieno, maximè concurrentibus coniecturis fraudem suadentibus, & plures coniecturæ recensentur, coniecturæ plures quando vincant pauciores, & an iudicandũ sit ad fauorẽ habentis pro se plures cõiecturas.

SVMMARIVM.

1 *Dotis hypotheca incipit a die promissionis, non autem à die solutionis.*

2 *Hypothecæ anterioritas attenditur.*

3 *Confessio dotis facta à viro debitis inuoluto præ-*

 sumitur

sumitur facta in fraudem creditorum, licèt promissio dotis præcedat.

Maximè stantibus coniecturis fraudem suadentibus num. 4.

5 *Obligatio quod sit extincta per solutionem, & quod creditor agat in iudicio ad consequendum quod est in obligatione contentum, est incompatibile.*

6 *Scriptura in parte non vera redditur valdè suspecta.*

7 *Testis depositio in parte falsa in omnibus præsumitur falsa.*

8 *Solutio notabilis summæ non est verisimilis sinè quietantijs.*

9 *Instrumentum confectum extra locum, vbi degunt contrahentes, est valdè suspectum.*

10 *Præsumptio insurgit contra eum, qui non vtitur probationibus, quas de facili habere potest.*

11 *Confessio inuerisimilis aliundè debet iustificari.*

12 *Verisimile quod non est, non est credibile.*

13 *Verisimile semper venit attendendum.*

14 *Homines pro alijs malè libenter soluunt.*

15 *Verisimilitudo in materia probationum multùm attenditur.*

16 *Hæres tenetur soluere debita defuncti pro rata, pro qua est hæres.*

17 *Solutio anticipata non est verisimilis.*

18 *Confessio dotis probat numerationem, etiam si sit facta a viro debitis grauato concurrentibus coniecturis.*

19 *Coniectura præstationis alimentorum satis debilis iudicatur per Doct. ad iustificandam confessionem dotis.*

Prout est etiam coniectura desumpta ex iuramento num. 20.

21 *Coniecturæ plures præferuntur, et tollunt pauciores.*

22 *Coniectura fortiores veniunt attendendæ.*

23 *Iudicandum est ad fauorem habentis plures coniecturas.*

24 *Coniectura plures requiruntur, quando iudicandum est ex coniecturis.*

ALLEGATIO XII.

EXcellentissime Domine. In iudicio concursus bonorum instituto pro parte Domini N. de Terra Cantiani hæredis beneficiati q. Domini N. sui fratris cum creditoribus eiusdem, Domino N. de eodem creditori occasione fideiussionis per eum factæ pro d. N. prædefuncto ad fauorem Dominorum N.N. pariter de dicta Terra in contractu census, vt patet ex Instrumento desuper celebrato, & in actis exhibito, assignari debet locus ante Dominam N. vxorem relictam d. N. prædefuncti assertam creditricem pro suis

1 dotibus, † Quia licèt quo ad hypothecam ipsius Dominæ N. vxoris non veniat attendendum tempus solutionis dotium, & confessionis illarum, quæ est longè posterior credito ipsius D.N. sed veniat attendendum tempus promissionis illarum, vel matrimonij sequuti inter ipsā Dominam N. & d. Dominum N. eius virum, & ad d. diē promissionis, vel matrimonij illius hypothecam retrahendā esse voluerint *communiter Doctores ad tex. in l. 1. & ibi glos. Bald. Ang. & alij ff. qui potio. in pign. hab.* & tradunt *Neguf. de pigno. in 4. membr. 1. par. n. 71. & seq. & 1. membr. 5. par n. 5. Costa de retrotrac. cap. 8. casu 31. in prin. Gratia. discept. foren. cap. 804. n. 1. par. 5. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 10. num. 12. & tit. 26. n. 12. Gait. de credit. cap. 4. n. 1594. Fontanel. de pact. nupt. clau. 47. glo. 2. par. 1. n. 27. Merlin. de pigno. lib. 3. quæst. 74. in prin. & Rot. in Firmana prælat. dotis 1. Martij 1607. coram R. P. D. Manzanedo.*

2 Et sic videatur anterior in hypotheca ipsi Domino N. creditori, & ideò sit ei præferenda *Neguf. de pign. in 2. membr. 5. par. n. 2. Gait. de cred. cap. 4. quæst. 11. num. 1195. Roderic. de concur. credit. par. 2. art. 4. num. 8.*

3 Cum tamen dicta confessio dotium Dominæ N. facta fuerit per Dominum N. eius virum tēpore, quo ipse erat grauatus magna mole æris alieni, vt apparet ex Instrumētis per creditores in iudicio exhibitis, ex quibus colligitur manifestè, illum tempore d. cōfessionis reperiri grauatum tot debitis, quæ absorbebant non solùm dimidium suorum bonorum, sed ferè integrum eius patrimonium, ideò confessio prædicta præsumitur facta in fraudem ipsorum creditorum, & ipsis creditoribus, licèt stante promissione dotium præcedente contra d. confessionem non competat exceptio præsumptæ donationis inter virum, & vxorem, neque exceptio non numeratæ dotis, competit tamen exceptio fraudis commissæ in præiudicium eorumdem met creditorum, itaut hypotheca dotis in casu prædicto non incipiat a die promissionis dotis, vel matrimonij contracti, sed a die factæ confessionis tantùm, & sic ipsa Domina N. remanet posterior, vt tradunt *Bald. Nouel. de dote par. 10. n. 18. vers. nam eo tempore &c. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 13. n. 24. & 29. Vrsill. ad Afflic. decis. 204. num. 2. Gratian. discep. foren. cap. 362. num. 21. par. 2. & cap 489. num. 22. par. 3.* alios quamplures adducens ita sentientes, *& decis. Marcb. 103. num. 3. & seq. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. nu. 36. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 9. num. 53. vers. nisi fieret etc. Adden. ad Buratt. decis. 108. littera D. Fontanel. de pact. nupt. claus. 14. glos. vnic. par. 1. num. 48.*

num. 48. latè *Hodier. ad Surd. decis.* 55. *num.* 17. *& 18*, vbi testatur de communi opinione, & ita fuisse decisum in Magna Curia Vicariæ, & in Sac. Consilio *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst.* 17. *num.* 14. *& in tract. de pigno. lib.* 3. *q.* 58. *num.* 32. *& 40.* benè *Rot. decis.* 683. *n.* 5. *par.* 2. *& decis.* 239. *n.* 9. *par.* 4. *recen. tom.* 3. *& apud Burat. decis.* 108. *num.* 7. *& ibi Adden. & in Rom. dotis* 27. *Iunij* 1629. *coram* R. P. D. *Merlino vers. prima coniectura &c.*

4 Quæ eò magis locum habere debent stantibus quampluribus coniecturis fraudem prædictam apertè demonstrantibus, quæ maximè veniunt attendendæ ad illam detegendū *glos. Cin. Bart. Angel. Salic. Fulgo. et alij in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Alex. cons.* 86. *n.* 1. *lib.* 7. vbi testatur de magis communi Doctor. opinione, *Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 37. *Rot. decis.* 485. *num.* 6. *par.* 3. *diuer. et decis.* 683. *num.* 4. *par.* 2. *recen.*

Et prima quidem coniectura est, & illa certè magna, nempè, quia parcella solutionis scutorum septuaginta duorum, quæ in Instrumento confessionis dotis asseritur facta Domino N. Aromatario pro prætio ceræ habitæ a Domino N. viro, non est vera, vt apparet ex libro Giornali, & Magistrali Aromatariæ d. Domini N. & ex illorum partita formiter extractis, & in iudicio exhibitis, in quibus d. partita scutorum septuaginta duorum non est cassa, sed reperitur accensa contra d. Dominū N. virum, & sic non potest dici illam fuisse solutam.

Quæ benè confirmantur ex petitione facta in iudicio de prætio d. ceræ Domino N. viro per dict. Dominum N. Aromatarium duobus annis post confessionem prædictam, vt videre est ex actis in iudicio exhibitis, ex quibus apparet dicta scuta septuaginta duo non fuisse soluta pro cera per Dominos NN. debitores dotiū d. Domino N. Aromatario pro Domino N. viro Dominæ N. & sic d. partitam appositam in Instrumento cōfessionis dotiū factæ per virū non

5 fuisse verā, † cū sic incōpatibile, quod obligatio fuerit extincta per solutionē, & quod quis agat vti creditor ad consequendum, id quod est in dicta obligatione contentum, vt benè argumētatur *Rot. in Tiburtina redditionis rationis* 28. *Iunij* 1645. *coram Eminentiss. Card. Ottbobono* §. *& ad huc visum fuit, &c.*

6 Quod certè reddit dictam confessionem valdè suspectam ad not. per *Paris. cons.* 23. *n.* 253. *& cons.* 90. *num.* 26. *lib.* 1. *per Rim. Iun. cons.* 489. *num.* 35. *lib.* 5. *per Adden. ad Buratt. decis.* 344. *littera A. & per Rot. decis.* 743. *num.* 3. *& seq. par.* 4. *diuer.* Ita vt nulla fides sit ei adhibenda, vt not. *Doct. in l. si ex falsis* 42. *C. de transac. Innoc. in cap. fraternitatis* 3. *in prin. de haret. Ias. in l. admonendi* 31. *num.* 128. *ff. de iureiu. Gabr. cons.* 148. *num.* 8. *lib.* 1.

7 Sicuti videmus in depositione testis, † quæ si sit in parte non vera, in totum præsumitur non vera, vt tradunt *Clar. in prac. crim.* §. *fin. quæst.* 53. *vers. sed quaro,* & ante eum scripserunt *Bald. in l. fin. n.* 18. *C. de edict. D. Adrian. tollen. Gandiu. de malef. in tit. de fals. n.* 26. *Farinac.* latè comprobans *de testib. quæst.* 67. *num.* 111. *& cons.* 169. *num.* 9. *lib.* 2. plenè *Giurb. cons.* 91. *num.* 25. *Caren. de offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 72. *Caball. resol. crim. casu.* 287. *num.* 33. *centur.* 3.

Secunda adducitur coniectura desumpta ex eo, quod dicta confessio dotis continet partitas notabilis summæ etiam scentorum ducentorum solutorū DominoN. viro, quę, si essēr verę, de eis appareret speciales quietationes, & recepu-

8 ta, † Cum solutio notabilis summæ non sit verisimilis sinè quietantijs, vt in puncto tradit *Merlin. de pign. lib.* 3. *quæst.* 58. *num.* 51. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 188. *num.* 3. *& decis.* 239. *num.* 13. *par.* 4. *recen. tom.* 2. *& apud Salga. in laberin. credit. decis.* 22. *num.* 9. *& seq.*

9 Tertia est coniectura præsumptæ fraudis, quia Instrumentum d. confessionis dotium confectū fuit in Ciuitate N. & sic extra Terram Canriani, in qua adsunt quamplures Notarij, & sic clandestinè, quod reddit illud maximè suspectum, *Odd. cons.* 100. *num.* 7. benè *Houd. cons.* 46. *num.* 19. *& seq. vol.* 1. *Ciriac. contron.* 10. *num.* 86. *Merli. d. quæst.* 58. *num.* 45.

Quarta, quia facilè fuisset Dominę N. vxori iustificare cōfessionē in illa parte, in qua asseritur fuisse soluta per Dominos N. N. eius fratres Mercatoribus Aneonæ pro Lana ab eis habita per Dominum N. virum, ostendēdo partitas libro-

10 rum ipsorū Mercatorum, † præsumptio autem insurgit contra eum, qui non vtitur probationibus, quas de facili habere potest ad not. per *Crauet. cons.* 134. *n.* 7. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 188. *n.* 5. *& decis.* 55. *n.* 20. *par.* 6. *recen.* quæ suspicio magis augetur, dum datur fides dictorum Mercatorum Aneonæ, quod ipsi nullum habuerunt negocium pluribus abhinc annis cū d. Domino N. viro.

Quinta desumitur coniectura ex eo, quia non est verisimile, quod Domini NN. fratres ipsius Dominæ N. vxoris soluere voluerint debita Domini N. viri eorū Cugnati, seū Affinis absq; eo, quod reportare curauerint quietātias a credi-

11 toribus, vt dixi supra, † vndè cum confessio reddatur inuerisimilis, illa debet aliundè iustificari. *Paris cons.* 131. *num.* 23. *lib.* 1. *Surd. decis.* 291. *num.* 28. *Rota decis.* 239. *num.* 11. *& 12. par.* 4. *rec. tom.* 2.

Sexta coniectura elicitur, quia cum Dominus N. vir reperiretur quampluribus debitis inuolutus, vt notorium erat, & apparet ex actis, non est verisimile, quod Domini NN. fratres Dominę N. vxoris

N. vxori viri prouidi, & sagaces vuluerint dotē ei debitam persoluere creditoribus eius viri,& nō collocare eā in tuto ad effectū, vt illa deseruire posset pro oneribus matrimonij, & post mortem ipsius Dominæ N. eorum sororis, quę prole carebat, ad eos reuerteretur, vt benè considerat *Rota d. decis. 239. num. 14. par. 4. rec. tom. 2.*

12 Quod autem non est verisimile, non est credibile, *Purpur. cons. 279. lib. 16. lib. 1. Aldoni. cons. 74. num. 7.* Cum inuerisimile falsitatis habeat imaginem *Bald. in l. 1. C. de furt. Menoch. de arbitr. casu. 85. in prin. Tiraq. in l. si vnq. in præfat. num. 57. C. de reuocan. donat. Farina. cons. 100. num. 35. Aldoni. cons. 13. num. 19.*

13 Et ideò quod est verisimile venit semper attendendum *l. 3. et l. Ob carmen. 21. §. fin. ff. de testibus, Butiglier. de success. cap. 1. theore. 6. num. 21.* Rota in Rom. *depositi. 15. Decembris 1645. coram Eminentissimo Card. Corrado §. tùm quia etc.* Maximè in materia solutionum, vt in casu nostro Rot. *apud Merli. decis. 75. in fin. post. tract. de pigno.*

Septima insurgit coniectura ex assertione solutionis scutorum sexcentum facta per Dominum N. in dicto Instrumento confessionis dotium vnum ex tribus hæredibus q. Domini N. promissoris dotis ex proprijs pecunijs, dum ipse non erat obligatus, nisi pro tertia parte, vt
14 supra † Quod quidem est admodum inuerisimile, cum homines pro alijs malè libenter soluant, vt tradunt *Pir. Maur. de solut. cap. 19. n. 5. et Gratia. discep. foren. cap. 150 num. 25. par. 1.* Maximè in Mercatore, qualis erat Dominus N. frater, qui non solet tenere pecunias otiosas Rot. *apud. Merli. de pigno. decis 44. n. 7.*

15 Verisimilitudo autem in materia solutionum multùm attenditur, vt dixi supra, & tradunt *Gratian. discep. foren. cap. 224. num. 95. par. 2. et* Rot. *apud Merli. de pign. decis. 75. in fin.*

Octaua desumitur coniectura ex promissione de soluēdo scuta ducenta pro residuo dotis facta per Dominos NN. in d. Instrumento quietationis, quæ est ex duplici capite inuerisimilis, primò quia Dominus N. se obligauit ad solutionem scutorū ducentorū, pro quibus non tenebatur, nisi pro sexta parte, cum scuta centum fuerint promissa Domino N. viro in apoca matrimoniali per admodum Reu. Dominū N. fratrem, & per Dominam N. Matrem, & scuta centum per Dominū N. Patrem, cuius Dominus N. qui promisit soluere dicta scuta ducenta fuit hæres ex tertia parte tantùm, & sic non
16 tenebatur, nisi pro sexta parte in totum, † cum hæres non teneatur soluere debita defuncti, nisi pro rata, pro qua est hæres *l. 2. C. de Hæred. actio. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 10. num. 3. Pattel. expedit. ciuil. 83. num. 52. Ant. Monac. decis. Floren. 33. in prin. Cene. de cens. quæst. 96. num. 4. et quæst. 97. num. 4.* Rot. *apud Greg. XV. decis. 442. in prin. et num. 8. et ibi Adden.* Quod quidem non est vllo pacto verisimile ex adductis *supra num. 15.*

Secundò quia scuta quinquaginta ex d. scutis ducentis erant soluenda post mortem Dominę N. matris, prout in apoca matrimoniali, quæ
17 adhuc viuebat tempore d. confessionis, † solutio autem anticipata non est verisimilis *Grat. cons. 131. num. 8. et seq. lib. 1.* Rot *apud Merlin. de pign. decis. 44. num. 6.* meritò &c.

18 Quibus nod obstat, quod confessio dotis probet numerationem, etiam si sit facta per maritum ære alieno grauatum concurrentibus coniecturis id suadentibus Rot. *apud Salga. in laberi. credit. decis. 3. num. 5.* vbi tres enumerantur coniecturę ad casum nostrum facientes, nempè promissio dotis præcedens, præstatio alimentorum, & iuramentum, addo *Massin. de confisc. bon. quæst. 31. num. 19.*

Quia illæ vti numero pauciores, & leuissimæ non
19 nocent in casu nostro, † cum coniectura præstationis alimentorum satis debilis, & parum vrgens reputetur à Doct. & præcipuè à *Soce. Bald. Nouell. Bello. & Menoch.* quos refert, & sequitur *D. Andreol. controu. 135. nu. 10. & contro. 136. n. 3. & à Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 58. num. 113. & seq. nec non à* Rota *decis. 683. n. 13. par. 2. recen. & decis. 23. num. 18. apud Merli. de pignor.*

Cum experientia doceat, plerunq; homines solere præstare alimenta vxoribus etiam dote non habita, vel ducti amore maritali, vel quia considerent, nihil posse imputari vxori, vel alias ob causas, quas considerant *D. Andreol. &* Rot. *in loc. proximè adductis.*

Maximè cum non cōllet, quod Dominus N. vir retinuerit vxorē apud se, vt ei tanquā dotatæ subministrauerit alimenta. Rot. *apud Greg. XV. decis. 62. num. 5. et decis. 55. n. 21. par. 6. rec.*

20 Et talis est etiam coniectura desumpta ex iuramento, cum eadem facilitate, qua quis motus fuit ad confitendum, eadem quoq; moueatur ad iurandum, vndè merito quidem d. coniecturam, vti leuem, improbant Merli. *de pignor. d. quæst. 58. n. 105. et seq. et* Rota *d. decis. 55. num. 14. et decis. 259. num. 9. par. 6. recen. et in Bononien. dotis 2. May 1627. coram* R. P. D. *Merlino.*

Itaut remanere videatur sola coniectura promissionis dotis, cui longè præponderant octo coniecturæ supra in contrarium pro fraude commissa adductæ, Nemini autem dubium est,
21 coniecturas plures præferri, & tollere pauciores *Surd. cons. 7. num. 50. lib. 1. Caball. resol. crim. cent. 3. casu 287. nu. 44.* Rota *apud Buratt. decis. 480. num. 7. & decis. 744. num. 15. et*

decis.

decis. 683. sub num. 13. par. 2. rec. Cum con-iecturæ coniecturis elidantur *Leotar. de vsur. quæst. 93. num. 40.*

22 Et validiores, & vehementiores esse attendendas *Caball. d. casu. 287. num. 44. Merlin. de pigno. lib. 3. d. quæst. 58. nu. 7 & seq. Rota decis. 239. num. 8. par. 4. rec. tom. 2.*

23 Ita ut iudicandum esse ad fauorem habentis plures coniecturas, vt in casu nostro, dixerint *Gratian. discep. foren. cap. 570. num. 32. par. 3. & D. Andreol. d. contro. 135. num. 5. 6. & seq.*

24 Et quoties iudicandum est ex coniecturis, plures requirantur *l. procula 26. ff. de proba. l. instrumenta 5. & l. fin. C. de proba. Ciriac. consult. 35.* quem refert, & sequitur *Leotar. de vsur. q. 9. num. 11.*

Quare &c. Saluo &c.

Causa, de qua supra, non fuit adhuc per sententiam terminata. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta in casu, quo aliquis non superuixerit, an dicatur vulgaris, vel compendiosa. Conditio, *si non superuixerit*, indeterminatè facta an intelligatur, si non superuixerit tempore mortis testatoris, vel quandocumq; Fideicommissarius an possit accipere possessionem bonorum fideicommisso subiectorum propria authoritate quando habet licentiam a testatore, & quando dicatur illam habere, & quid, si sint faciendæ detractiones. Hæres si adiuit hæreditatem sinè beneficio inuentarij, & alienauit bona, an præsumatur satisfactus de detractionibus, vel præsumatur surripuisse tot bona, quæ sufficiant pro detractionibus.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio quando est clara, illa dicitur literalis, et de ea dicitur cõstare ex lectura testamenti.*

2 *Substitutio facta post mortem alicuius* quandocumque sinè filijs *dicitur compendiosa.*

Quæ continet fideicommissariam. num. 3.

4 *Substitutio vulgaris expirat per aditionem instituti.*

5 *Substitutione expirata per deficientiam conditionis, expirant substitutiones illi subordinatæ.*

6 *Substitutio facta per verba directa ciuilia dicitur directa.*

7 *Verba directa ciuilia non possunt obliquari.*

8 *Substitutio facta in casu, quo quis hæres esse non possit, dicitur vulgaris.*

9 *Substitutio in dubio potius iudicatur directa, quam obliqua.*

10 *Substitutio conditionalis deficit, si non eueniat conditio.*

Et deficit etiam substitutio illi subordinata num 11.

12 *Conditio non superueniente indeterminatè apposita, indeterminatè est accipienda, vt comprehendat omnia tempora.*

Licèt contrariũ teneant aliqui Doctores n. 13

Quicquid dicendum sit, quando d. conditio non superuiuentiæ esset determinatè apposita num. 15.

14 *Indeterminata æquipollent vniuersalibus.*

16 *Verbum* superesset, vel superesset *est indeterminatè accipiendum, vt comprehendat omnia tempora.*

17 *Verbum* si non viueret *intelligitur tam de tempore mortis testatoris, quàm postea quandocumque.*

Et idem important verba, & non extantibus viuis *num. 18.*

Et verba non extantibus *num. 19.*

20 *Substituto aliquo per fideicommissum, ita censentur substituti alij magis dilecti.*

21 *Verba* illo non superuiuẽte *resoluuntur in* cum, & quando non superuixerit.

22 *Verba, seù conditio, si non viueret, intelliguntur tam tempore mortis testatoris, quam postea quandocumque.*

23 *Onus perpetuum impositum hæredibus non potest verificari in primo hærede.*

24 *Onus perpetuum iniunctum à testatore arguit vocationem filiorum in conditione positorum.*

25 Gratia. discep. foren. cap. 536. par. 3. & Rot. decis. 519. par. 1. recen. *declarantur, & n. 26.*

27 *Verba directa apposita in substitutione facta puberi obliquantur.*

28 *Verba*, & hæredem esse voluit, *sunt communia, & obliqua.*

29 *Verba communia quando sunt addita verbis directis, non est inconueniens si substitutio obliquetur.*

30 *Verba directa obliquantur stante clausula codicillari concepta per verbum futuri temporis.*

31 *Fideicommissum factum fauore piæ causæ dicitur fauorabile.*

Et ideò non venit strictè interpretandum. num. 32.

33 *Fideicommissarius non potest capere possessionem bonorum fideicommissariorum propria authoritate. Fallit, si fideicommissarius habeat licentiam à testatore num. 34.*

Prout contingit stante clausula omni meliori modo *num. 35.*

Ita ut, si paratus sit docere incontinenti de iure suo, dicatur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi num. 36.

Quæ tamen non habent locum, quando hæredi competunt detractiones num. 38.

37 *Fideicommissarius vt dicatur incontinenti docere de iure suo, fideicommissum debet esse clarũ, & non*

& non debet requirere altiorem indaginem.

39 *Legitima non debetur nisi illis, qui possunt contratabulare testamentum.*

40 *Trebellianica non deducitur aduersus piã causã.*

41 *Hæres extraneus tenetur imputare fructus in Trebellianicam.*

42 *Hæres, qui non fecit inuentarium, & bona alienauit, præsumitur de detractionibus satisfactus, vel tot bona subtraxisse, quæ sufficiant pro detractionibus.*

ALLEGATIO XIII.

Reuerendissime Domine. Difficilis videtur articulus, qui modò in controuersiam venit inter Venerabile Monasterium Monialium S. Benedicti Ciuitatis Vrbini ex vna, & DD. hæredes q. D. Federici Brandani de eodem ex altera, occasione fideicommissi instituti per q. D. Iulium Brandanum, qui in eius vltimo, sub quo decessit, testamento instituit, fecit, & eius hæredem esse voluit D. Henricum Brandanum eius consobrinum, &, ipso non superuiuente, filios masculos eiusdem, & non extantibus filijs masculis eiusdem, & illis quandocumque decedentibus sinè filijs, substituit in scutis mille filiam fœminam eiusdem, & in reliquo suorum bonorum substituit Monasterium prædictum Sancti Benedicti cum aliquibus oneribus perpetuis, prout latius habetur in dicto testamento.

Defuncto testatore, illius hæreditatem adiuit D. Henricus hæres institutus, & post illius mortem bona hæreditaria peruenerunt ad D. Federicum Brandanum eius filium in dicto testamento substitutum, qui mensibus elapsis ex hac vita migrauit sinè filijs, & sic prætenditur, fuisse factum locum substitutioni Monasterij prædicti in dicto casu decedentię D. Federici filij quando-
1 cumque sine filijs expresse vocati, † Quæ quidem substitutio, cum non controuertatur de filiatione D. Federici, dicitur esse literalis, & de illa dicitur constare ex lectura ipsius testamenti ad not. per *Peregr. de fideic. art. 43. num. 2. & per Rotam decis. 468. num. 7. par. 5. recen. lib. 2. & in Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februar. 1650. coram Reuerendissimo Decano in prin. & in Bononien. fideicommissi 28. Iunij 1651. in prin. coram* R.P.D. *Celso*, & alibi passim.

2 Cum enim dicta substitutio sit concepta in casum mortis filiorum D. Henrici quandocumque sine filijs, dicitur compendiosa. *Peregr. de fideicom. art. 34. num. 4. Card Manti. de coniect. lib. 7. tit. 4. num. 6.* latè *D. Andreol. contro. 29. num. 3. & seq. Careu. resol. 154. num. 3. Rota decis. 579. num. 7. par. 4. recen. tom. 3. & decis. 28. num. 12. par. 8. recen.*

3 Et sic continet fideicommissariam ad fauorem Monasterij prædicti latè *Fusar. de subst. quæst. 260. num. 28. & seq. D. Andreol. d. contro. 29. num 2. 3. & seq. Ciriac. contro. 8. num. 63. Careu. d. resol. 154. num. 3. Altograd. cons. 92. num. 2. vol. 1. Rota decis. 300. numer. 13. par. 1. & decis. 656. numer. 2. par. 4. & d. decis. 579. num. 8. par. 4. tom. 3. rec.* de qua vocatione non dubitatur.

Difficultas tamen articuli reducitur, an vocatio filiorum D. Henrici, & sic D. Federici modò defuncti facta in casu non superuiuẽtiæ D. Henrici, dicatur facta per vulgarem, seù per fideicommissariam, quia si vocatio D. Federici est
4 facta per vulgarem, † illa expirauit per aditionem D. Henrici ad tex. in l. *post aditam 5. C. de impub. & alijs subst. Crau. de success. §. substitutio quæst. 15. in prin. Fusar. de subst. quæst. 65. per tot. Merlin. Pignatel. contro. Foren. cap. 23. num. 6. cent. 1. Rota apud Greg. XV. decis. 371. num. 8. & apud Card. Caualer. decis. 496. n. 1.*

5 Illa autem expirata per deficientiam conditionis, expirata etiã dicitur substitutio de Monasterio prędicto illi subordinata, vt post quamplures ab eo adductos tradit *Fusar. de substit. quæst. 469. num. 79.* & post eum *Ciriac. contro. 281. n. 64. & Rota. decis. 519. n. 2. par. 1. recen.*

In qua quæstione, quæ, vt dixi supra in prin. difficilis appellatur per Doctores, & præcipuè per *Gabr. cons. 117. post prin. lib. 1.* plura suadere videntur, vocationem prædictam factam fuisse
6 per vulgarem, † Et primò quia illa facta fuit per verba directa ciuilia, ibi *instituit hæredem &c. Odd. de compen. par. 4. quæst. 2. art. 5. in verbo instituit Gratia. discep. foren. cap. 774. in*
7 *prin. par. 4.* † Quæ verba non possunt obliquari per reg. *l. verbis ciuilibus 7. ff de vulg. & pup. Gratia. d. cap. 774. post prin. Fusar. de subst. quæst. 479. num. 15.* Neque illa trahi possunt ad fideicommissum *Socci. Iun. cons. 3. n. 12. lib. 1. Rota d. decis. 519. n. 5. & 6. par. 1. recen.* meritò &c.

8 Secundò quia, cum vocatio filiorum D. Henrici facta fuerit in casu non superuiuentiæ ipsius Henrici, dicitur facta in casu, quo ipse hæres esse non posset, & sic per vulgarem, non autem per fideicommissariã, vt post *Bart. Bald. Alex. Deci. Bero. & Menoch.* per eam allegatos firmat *Rota d. decis. 519. num. 2. par. 1. rec.* & ante eam *Gratia. discep. foren. cap. 434. per tot par. 3.* qui in d. causa fuit Aduocatus, & voluit etiam *D. Andreol. contro. 100. in prin.*

9 Tertiò quia in dubio substitutio censenda est potius directa, quam obliqua *Aldoni. cons. 89. num. 17. Adden. ad Greg. XV. decis. 132. n. 11. Rota apud eundem Grego. decis. 207. in fin.*

Et ideò vel per aditionem D. Henrici illa expirauit *d. l. post aditam 5. C. de impub. & ali. subst.* & tradunt *Crass. Fusar.* Merlin. *Pignatel. et. Rota in loc.*

10 *in loc. adductis supra num.* 4. † Vel per superui-
uentiam D. Henrici defecit conditio substitu-
tioni adiecta, & sic illi locus esse non potest *Pe-
regr. de fideicom. art.* 16. *num.* 115. *Aldoni. cons.*
94. *num.* 11. *Fusar. cons.* 64. *num.* 3. *& cons.* 69.
num. 24. *& in tract. de subst. quaest.* 454. *in prin.*
vbi quamplures cumulat ita sentientes. *Rota
decis.* 230. *n.* 1. *par.* 2. *diuer.*
11 Et ideò expirasse etiam dicendum est substi-
tutionem de Monasterio illi subordinatam, vt
tradunt *Gratian. discep. foren. cap.* 774. *num.* 5.
& seq. par. 4. *Fusar. de subst. quaest.* 496. *n.* 79.
Ciriac. contro. 281. *num.* 64. *&* Rota *d. decis.*
519. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*
Contrarium verò, imò vocationem filiorum D.
Henrici factam fuisse per substitutionem fidei-
commissariam, non autem per vulgarem, & sic
illam non expirasse, sed Monasterium esse ad-
mittendum, suadent plura, & quidem magis vr-
12 gentia, & primò, † Quia quando conditio non
superuiuentiae non est restricta ad tempus mor-
tis testatoris, sed est indeterminatè apposita,
vt quia sit institutus Titius, & ei substitutus sic
Seius, & si ille non extet, vel superstit, vt in ca-
su nostro, sit vocatus Sempronius, illa accipien-
da venit indeterminatè, vt comprehendat om-
nia tempora, tàm si Seius substitutus non supe-
resset tempore mortis testatoris, & sic in vim
vulgaris, quàm postea quandocumque, & sic in
vim fideicommissariae, vt voluerunt *Imol. Socc.
sen. Alex. Gratian. Decia. Ruin. Paris. Calcan.
Craue. Veggi. Socc. Iun. Menoch. Pedroc. Odd.
Peregr. Gabr. Card. Manti. Crass. Gail. Bello.
Treutacinq. Pret.* Rot. Rom. *& alij*, quos refert,
& sequitur *Fusar. de subst. quaest.* 480. *num.* 89.
& seq. vbi testatur, ita in causa grauissima fuisse
iudicatum in Ciuitate Brixiae, & dictam senten-
tiam fuisse confirmatam, & latè idem compro-
bat in *cons.* 69. *vol.* 1. *per tot.* cum quibus per-
transeunt *Altogra. cons.* 89. *num.* 59. *lib.* 2. *&*
Rota *decis.* 209. *in prin. par.* 8. *recen.* vbi aliae re-
censentur decisiones post haec scripta visa.
13 Quicquid contrarium voluerint Doctores re-
lati per *Fusar. loc. cit. num.* 94. *& per Ciriac.
contro.* 522. *num.* 93. quorum maior pars non
loquuntur in terminis casus nostri, in quibus
allegantur, vt ex eis clarè est videre.
Et ratio est, quia sicut in conditione liberorum
affirmatiuè prolata respectu temporis, quan-
documq; liberos extare sufficit, sic etiam idem
dicendum est in conditione negatiua, vt con-
trariorum eadem sit disciplina *l.* 1. *ff. de his qui
sunt sui, vel alie. iur.* benè *Fusar. vbi supra nu.*
92. *ver. ratio est &c.* Rota *decis.* 58. *num.* 4. *par.*
14 8. *rec.* Et quia indeterminata equipollent vni-
uersalibus *l. si pluribus* 33. *ff. de lega.* 1. *l. si do-
mus* 20. *ff. de seru. vrba. prad. Menoch. cons.* 4.
num. 18. *lib.* 1. *Cenc. de cens. quaest.* 66. *n.* 129.

in terminis *Fusar. in loc. proximè adducto, & in
cons.* 69. *in prin. lib.* 1. Nec non etiam cum in-
terpraetatio capienda sit, quod testator in omni
casu voluerit prouidere, & sic non solum in ca-
su non superuiuentiae tempore suae mortis, sed
etiam quandocumque *Alex. cons.* 101. *num.* 12.
& 13. *lib.* 7. *Casanat. cons.* 53. *num.* 73. et cum
esset contra mentem testatoris verba non de-
terminata, nec restricta velle determinare, &
restringere, vt dicit *Casanat. cons.* 4. *num.* 105.
& seq. & in terminis nostris Rota *d. decis.* 209.
num. 2. *par.* 8. *recen.*
15 Quicquid etiam dicendum, quando conditio
praedicta non superuiuentiae, vel non superexi-
stentiae esset determinatè apposita ad tempus
mortis testatoris, vel substituti, quia tunc, illo
extante, vel superuiuente, fideicommissum ex-
pirasset, vt benè declarat *Fusar. d. quaest.* 480.
num. 89. alios adducens sectatores, & *Ciriac.
d. contro.* 522. *num.* 94.
Quibus non obstat, quod verbum, *superuixerit*, de
sui natura videtur intelligendum determinatè
ad tempus mortis testatoris, & sic non debeat
accipi indeterminatè, vt comprehendat omne
tempus tàm ante, quàm post mortem testato-
ris, quia negari certè non potest, quin verba
superuixerit, & *supererit*, & *superuiueret*, &
superesset sint sinonima, & idem omninò im-
16 portent, vt patet, † & tamen quod verbum
supererit, vel *superesset* non sit accipiendũ de-
terminatè ad tempus mortis testatoris, sed in-
determinatè, vt comprehendat omne tempus,
& sic importet fideicommissũ, voluerunt quam-
plures Doctores, & praecipuè *Soc. Sen. in l. so-
lemus* 9. *in fin. ff. de cond. & demonst.* vbi dicit,
ita consuluisse vnà cum Alexandro, *idem Alex.
d. cons.* 101. *num.* 13. *lib.* 7. *Gabr. cons.* 117.
ante num. 1. *lib.* 1. *Odd. cons.* 66. *num.* 69. *Card.
Manti. de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *n.* 7. & doctrinam
Socc. in d. l. solemus cõmuniter esse receptam, di-
xit Rota *d. decis.* 209. *in prin. par.* 8. *rec.*
17 Et de verbo, *si ille non viueret*, quod impor-
tet omne tempus tàm ante mortem testatoris,
quàm postea quandocumque, & sic substitutio-
nem fideicommissariam tradunt *Alciat. in l.
gallus* 29. *§. quidam rectè in prima lectura n.* 47.
ff. de lib. & posth. Corn. cons. 226. *num.* 4. *lib.* 4.
Menoch. de praesump. lib. 4. *praesump.* 71. *nu.* 6.
Fusar. de subst. quaest. 479. *num.* 10. alios addu-
cens, *Gratian. discep. foren. cap.* 536. *num.* 35.
par. 3. *&* Rota *d. decis.* 519. *n.* 4. *par.* 1. *rec.* &
18 dicam latius *infra num.* 22. Et ante eos quod
verbum, *non extantibus viuis*, intelligatur quan-
documque non extent viui, & sic importet sub-
stitutionem compendiosam, in qua continetur
fideicommissaria, latè firmauit antiquus *Doct.
Franc. Capilist. inter cons. Calcan. cons.* 105. *vers.
respondeo duobus &c.*

M Et de

Et de verbo, *non extantibus*, quod pariter intelligatur indeterminatè, & comprehendat omne tempus, & sic importet substitutionem compendiosam, & inde fideicommissariam, voluerunt *Imol. Soc. Sen. Gabr. Alex. Grat. Deci. Ruin. Parif. Calca. Crau. Veggi. Soccin. Inn. Decian. Menoch. Pedroc. Odd. Peregr. Card. Manti. Crass. Gail. Bello. Trentaeinq. Prat.* Rot. Rom. *& alij*, quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. d. quaest.* 480. *num.* 89. *& seq.* vbi dicit, ita fuisse in causa grauissima iudicatum, & *in conf.* 69. *lib.* 1. *per tot.* & benè comprobat *Altograd. conf.* 89. *num.* 59. *lib.* 2. alios quamplures adducens ita sentientes, & post *Soc. Sen.* communiter receptum *Ruin. Deci. Craue. Menoch. Surd. Casanat. Molin.* per eum relatos dicta verba, *Non extantibus*, esse accipienda indeterminatè de omni tempore tenuit Rota *decis.* 209. *in prin. par.* 8. *rec.* post haec scripta visa, vbi alias eiusdem *Rotae decisiones* recenset. Et ideò dicendum est, ita de omni tempore intelligendum esse dictum verbum, *& eo non superuiuente*, hoc est vel tempore mortis testatoris, vel postea quandocumque, & sic non importare simplicem substitutionem vulgarem, sed substitutionem compendiosam, in qua fideicommissaria continetur iuxta tradita per *Doct. in locis supra adductis.*

20 Secundò quia, cum d. Testator non extantibus filiis masculis D. Henrici, substituerit Monasterium per fideicommissum, vt dixi supra, ita etiam per fideicommissum censeri debent vocati filij D. Henrici praedilecti ab ipso testatore *Bald. conf.* 398. *in prin. lib.* 3. *Menoch. conf.* 24. *num.* 2. *&* 3. *& conf.* 633. *num.* 20. quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. quaest.* 479. *num.* 12. *Rota decis.* 495. *num.* 2. *vers. quarta fuit &c. par.* 4. *diuer.*

21 Tertiò quia dicta verba, *& illo non superniuente*, in ablatiuo absoluto resoluuntur in *cum*, *vel quando non superuixerit*, & ideò quandocumque non superuixerit, veniunt filij per compendiosam, in qua continetur fideicommissaria, vt benè declarat antiquus *Doctor Franc. Capilist. inter conf. Calcan. d. conf.* 105. *col.* 2. *vers. respondeo duobus &c.*

22 Quartò probatur per id, quod not. quamplures Doct. ferè in puncto casus, de quo agitur, nempe quod si testator instituit filium, & si ille non viueret, nepotem, dicta conditio *si non vixerit* intelligitur quandocumque, & sic tàm ante, quàm post obitum testatoris in vim substitutionis compendiosae, sub qua continetur fideicommissaria, vt tradunt *Alciat. in l. gallus* 29. §. *quidam rectè in prima lect. num.* 47. *ff. de liber. & posthum. Corn. conf.* 226. *n.* 4. *lib.* 4. *Menoch. de praesump. lib.* 4. *praesump.* 71. *nu.* 6. *Intriglio. de subst. cent.* 3. *quaest.* 81. *n.* 4. *Fusar. de subst. quaest.* 479. *num.* 20. & admittit *Gratian. discep. foren. cap.* 536. *num.* 35. *par.* 3. licèt insulsam afferat rationem differentiae, & *Rota d. decis.* 519. *num.* 4. *par.* 1. *rec.* cum nulla adsit probabilis differentia inter conditionem *si non superuixerit*, & *si non vixerit*, vt in casu nostro, & ponderant *Doct. supra adducti*, quae satis benè probant intentionem Monasterij S. Benedicti, vt patet.

23 Quibus eò magis locus esse debet stante onere perpetuo imposito eius haeredibus per testatorem, quod non potest verificari in solo D. Henrico primo haerede, sed comprehendit omnes directè, & indirectè substitutos *l. ex illa parte* 227. *& l. sciendum* 70. *ff. de verbor. signif. l. id tempus* 14. §. *in re legata ff. de vsucap. Rota decis.* 538. *in fin. par.* 2. *rec.* & ex quo resultare perpetuum fideicommissum, voluerunt Doct. quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. quaest.* 382. *nu.* 64. Nec non etiam ex eo resultat coniectura, quod testator superuiuente D. Henrico senserit, quod substitutio facta de eius filiis non euanesceret, ne bona ipsius ad haeredes sibi incognitos transirent, sed illa deuenirent ad dictum Monasterium, vt pium opus ab eo demandatum implere posset, vt arguunt *Decian. conf.* 1. *num.* 19. *& seq. vol.* 1. *Rota apud Buratt. decis.* 379. *num.* 3. optimè eadem *Rota decis.* 149. *nu.* 7. *par.* 7. *rec.*

24 Et ex onere perpetuo à testatore imposito ob rationes supradictas desumi coniecturam vocationis filiorum in conditione positorum, post *Rusti. Simon. de Prat. Ciriac. Intriglio. & Rotam* per eam adductos firmauit eadem Rota *in Vrbinaten. praedij* 3. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. Bichio* §. *quarta coniectura &c.* quicquid contrarium dixerit quoad extensionem fideicommissi *Altograd. conf.* 66. *num.* 121. *lib.* 1.

Quibus obstare non videtur, quod onus impositum Monasterio habeat locum, quatenus bona haereditaria ad eum peruenirent, & non aliàs, vt tradit *Rota decis.* 348. *num.* 3. *par.* 6. *recen.* Quia id habet locum, quando onus esset simpliciter impositum Monasterio vltimo loco vocato, secùs tamen est, quando illud fuit impositum etiam haeredibus, vt in casu nostro, quia tunc ex eo benè infertur ad substitutionem fideicommissariam, in quibus terminis loquuntur Doctores, quos refert, & sequitur *Fusar. in d. quaest.* 328. *num.* 64. & sentit *Rota in d. Vrbinaten. praedij* §. *quarta &c. coram R. P. D. Bichio.*

25 Neque vllum fieri potest considerabile fundamentum super authoritate *Gratian. discep. foren. cap.* 536. *par.* 3. *& Rota decis.* 519. *par. recen.* volentium, vocationem filiorum factam in casu, quo pater non superuixerit, censeri factam per vulgarem, & ideò patre superuiuente expirasse substitutionem de filiis, quia in casu *Gratian. & Rota* institutus fuerat Nerua frater

ter

ter, si post obitum testatoris superuixisset, & eo præmortuo eius filios, & sic, cum verbum, *superuixisset*, fuerit appositum determinate ad tempus mortis testatoris, nulli dubium est, si illud importet vulgarem tantùm substitutionē, & admittit etiam *Fusar, d. quæst.* 480. *n.* 90.

26 Secùs tamen est, quando d. verbum fuit appositum indeterminatè, vt in casu nostro, quia tunc refertur tàm ad tempus mortis testatoris, quàm ad tempus post illius mortem, & sic importat substitutionem compendiosam, in qua continetur fideicommissaria, vt benè comprobant *Alciat. Corn. Menoch. Intrigliol. & Fusar. adducti supra n.* 22. & admittunt etiam *Gratian. & Rota* exaduerso adducti, *ille d. cap.* 536. *nu.* 35. *& seq.* licèt insulsam afferat differentiam intet vnum casum, & alium, vt etiam dixi supra, & ista *d. decis.* 519. *num.* 4.

Sicut etiam non obstat, quod substitutio, de qua agitur, facta dicatur per verba directa ciuilia, quæ inducunt substitutionem directam, & ad fideicommissariam trahi non possunt, vt tradunt *Gratian. Fusar. & alij Doct. adducti supra in prin. num.* 6.

27 Quia respondeo dupliciter, & primò, quod dicta substitutio, cum facta fuerit puberi, dicta verba obliquantur, vt voluit *glo. in d. l. verbis ciuilibus* 7. quam Doct. communiter sequuntur ibi *ff. de vulg. & pupill. & in l. centurio.* 15. *ff. eod. tit. & in l. præcibus* 8. *C. de impub. & aliјs subst. & in cap. Rainutius* 16. *de testam.* & in puncto tradit *Corn. d. cons.* 226. *n.* 4. *lib.* 4.

28 Secundò quia testator in casu nostro vsus fuit non solum verbo directo *instituit*, sed etiam verbis communibus, & obliquis, prout sunt illa *Et esse voluit*, quæ sunt verba communia, & obliqua fideicommissum importantia *l.* 2. *C. commu. de lega. l. & eo modo* 121. *ff. de lega.* 1. *§. fin. inst. de sing. reb. per fideic. reli.* & tradunt *Deci. cons.* 38. *num.* 3. *Paris. cons.* 55. *in prin. lib.* 2. benè *Fusar. de subst. quæst.* 688. *num.* 34. *Rota decis.* 495. *num.* 2. *vers. nec dicatur par.* 4. *diuer.* & latius *decis.* 139. *num.* 6. *& seq. apud Merlin. de legit.* vbi firmat, d. verba, *Esse voluit*,

29 esse obliqua; † Quia tunc non erit inconueniens, si substitutio obliquetur, tanquam in ea adsint verba apta recipere talem formam, quæ fideicommissum inducat, vt post *Rim. Iun. Sim. de Prat. Berret. & Deci.* per eum relatos benè in terminis declarat *Gratian. discep. foren. cap.* 774. *num.* 30. *&* 31. *par.* 4. & in puncto pariter *Rot. d. decis.* 495. *n.* 2. *ver. Nec dicatur, etc.* & optimè declarat eadem *Rot. d. decis.* 139. *num.* 6. *& seq. apud Merlin. de legit.* Cum tunc non tendatur directò ad impropriandam naturam verborum, vt dicit *Gratian. vbi supra num.* 31.

Quod eò magis est dicendum, cum d. verbum directum, *Instituit*, non stet de per se, sed regatur ab alijs verbis sequentibus *Et eius hæredem esse voluit*, quæ sunt communia, & obliqua, & ideò non debet retinere significationem directam, vt animaduertit *Altogra. cons.* 91. *n.* 49. *&* 50. Quicquid sit, quando verba directa, quibus addita sunt communia, stant de per se, quo casu importare posse substitutionem directam, & etiam fideicommissariam post *Bart. Alex. Imol. Deci. Odd. Trentacinq. Decian. & alios* per eum relatos, scripsit *Altograd. d. cons.* 91. *num.* 43. *& seq. lib.* 1.

30 Maximè stante clausula codicillari concepta per verba futuri temporis, vt in casu nostro, ob quam verba directa obliquantur, si substitutio non est facta expressè in casum vulgaris, sed indeterminatè, vt in casu nostro, licèt possit importare etiam vulgarem, vt in terminis declarant *Gratian. discep. foren. d. cap.* 774. *num.* 32. *& seq. & Fusar. de subst. quæst.* 8. *nu.* 49. qui alios adducunt ita sentientes.

Non nocet postremò, quod substitutio iudicari debet potius directa, & sic vulgaris, quam obliqua, & sic fideicommissaria, vt latè habetur per *Fusar. de subst. quæst.* 7. *in prin. Adden. ad Greg. XV. decis.* 132. *num.* 11. cum alijs adductis *sup. num.* 9. Quia hoc non habet locum in casu nostro in quo verba, *Et eo non superuiuente*, resoluuntur in *quando non superuixerit*, vt tradit *Franc. Capilist. cons.* 105. *inter cons. Calcan.* & sic important substitutionem compendiosam, in qua continetur fideicommissaria, vt fuit supra probatum in prin. Maximè cum dicta verba fiat indeterminatè prolata, & ideò indeterminatè veniunt accipienda tàm de tempore mortis testatoris, quàm postea quandocumq; vt tradunt omnes *Doctores relati per Fusar. de subst. quæst.* 480. *n.* 89. *& seq.* vbi dicit, non obstantibus prædictis, ita fuisse in causa grauissima iudicatum.

31 Quod eò magis est dicendum, cum agatur de fideicommisso fauorabili, vti facto fauore piæ causæ, ad vsus pios, & etiam pro salute animæ Testatoris, vt post *Cephal. Peregri. Card. Mant. Gratian. & Rotam* per eam adductos tradit eadem *Rota decis.* 149. *num.* 15. *& seq. par.* 7. *re-*

32 *cent.* † Quod non veuit strictè interpretandū *Menoch. cons.* 432. *n.* 35. *& seq. Rota d. decis.* 149. *num.* 15. & ante eos tradit *Calcan. d. cons.* 102. *littera F. & Franc. Capilist. d. cons.* 105. *inter cons. Calca. ver. secunda ratione &c.* & in conflictu coniecturarum, illam amplectendam esse, quæ animæ testatoris suffragatur, scripserunt *Card. Mant. de coniect. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 31. *& Merli. Pignat. contro. foren. cent.* 2. *cap.* 5. *n.* 14.

33 Neq; obstare videtur, quod Monasterio non licuerit capere possessionem bonorum fideicōmisso subiectorum propria authoritate, cum illa accipienda sit de manu hæredis. *D. Andreol.*

contron. 23. num. 24. & controu. 63. num. 14. & seq. & controu. 69. num. 11. 12. & seq. Rota apud Post. de manuten. decis. 485. num. 4. aliàs illa dicitur vitiosa, vt tradunt *Doct. supradict.*

34 Quia id non habet locum, quando Monasterium fideicommissarium habet a testatore facultatem capiendi possessionem propria authoritate. *Peregr. de fideic. art. 47. nu. 41. Fusar. de subst. quæst. 605. num. 59. Argel. de legit. contract. quæst. 10. art. 11. num. 18.* alios adducens *Rot. decis. 115. num. 17. par. 1. recen. & in Reatina successionis 21. Maij 1642. coram R. P. D. Peutingerio §. non obstat &c.*

35 Prout contingit in casu, de quo agitur, stante clausula *omni meliori modo* in testamento apposita *Hond. cons. 28. num. 26. vol. 2. Fusar. d. quæst. 605. num. 44. Argel. d. art. 11. n. 11. Ciriac. controu. 12. num. 27.* optimè *Rota in d. Reatina successionis d. §. non obstat* vbi aliæ quamplures recensentur Doct. authoritates, & admittit etiam *D. Andreol d. controu. 69. nu. 19.*

36 Ita vt, si Monasterium sit paratum docere incontinenti de iure suo, dicatur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, vt post *Bart. Alberi. Deci. Crau. Soccin. Imn. Bero. Rolan. Menocch. Gabr. Fusar. & Rot.* per eum relatos firmat eadem *Rota in d. Reatina*

37 *successionis post prin. coram R. P. D. Peuting.*† Licèt ad dictum effectum debeat de iure fideicommissarij apparere clarè, & concludenter, & quod fideicommissum non exposcat altiorem indaginem in iure, vel in facto, vt voluerunt *Deci. Euge. Bursatt. Ceph. Rolan. Bero. Gozad. Osasch. & alij*, quos refert, & sequitur *D. Andreol. contro. 63. num. 17. & Rota decis. 36. in priu. par. 1. recen.* Quia licèt substitutio filiorum Henrici prima fronte aliquam pati videatur controuersiam, vt dixi supra in prin. cum tamen illa facta fuerit indeterminatè ad omnes casus, satis apertè continere dicitur substitutionem compendiosam, & sic fideicommissariam, vt supra latè comprobaui, & fuit aliàs in facto decisum, meritò &c.

38 Quibus non obstat, quod prædicta non habent locum, quando hæredi competunt detractiones, vt not. idem *D. Andreol. d. contro. 63. num. 18 & contro. 148. num. 16. & Rota apud Merlin. de Pigno. decis. 78. num. 11. & decis. 90. num. 2.*

Quia in casu, de quo agitur, nullæ competunt detractiones: non quidem legitima, cum simus in fideicommisso instituto a transuersali, vt pa-

39 tet ex testamento, † legitima verò non debetur, nisi illi, qui potest contratabulare testamentum. *Peregr. de fideic. art. 36. nu. 6. Rota apud Buratt. decis. 922. nu. 5. & apud Greg. XV. decis. 135. num. 8.* & in puncto, quod legitima non debeatur ex fideicommisso instituto a transuersali *Rota in Bononien. de Bologninis 2. Martij 1653. §. nam in bonis etc. coram R. P. D. Celso.*

40 Neque debetur trebellianica, tum quia illa non deducitur aduersus piam causam *Doct. in l. Marcellus 3. ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 3. num. 63. & art. 12. num. 34. vers. & pro ista sententia &c. Fusar. de subst. quæst. 299. num. 7. Massin. de confisc. quæst. 30. nu. 12.* latè *Caren. resol. 249. per tot. Rota decis. 27. n. 11. par. 5. recen. & apud Merlin. de pigno. decis. 90. num. 7. & in Romana fideicommissi 27. Ianuar. 1642. coram R. P. D. Cerro. §. nec dicti hæredes &c.* Et si illa fuisset detracta cum cautione de illâ restituendo eueniente casu substitutionis de pia causa, esset restituenda ad not. per *Rot. d. decis. 27. n. 11. par. 5. rec.*

41 Tum etiam quia illa remansit consumpta ex perceptione fructuum totius hæreditatis per spatium annorum quadraginta, & vltra, quos vti extraneus D. Henricus, & eius filius tenentur in illam imputare *l. in fideicommissariam 18. & ibi Ripa. & l. deducta 58. §. ante diem ff. ad Trebell. l. iubemus 6. C. eod. tit. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 62. Fusar. cons. 5. n. 36. & cons. 106. num. 12. Massin. d. quæst. 30. n. 23. Rota decis. 152. numer. 3. in fin. par. 1. & decis. 88. num. 23. par. 5. recen. & in d. Bononien. de Bologninis 2. Maij. 1653. coram R. P. D. Celso §. Trebellianica verò &c.* vbi aliæ decisiones recensentur.

Neque aliæ competere possunt detractiones, & hoc habet locum etiam quo ad detractiones le-

42 gitimæ, & trebellianicæ, † quia cum pro parte D. Henrici hæredis institut nullum fuerit confectum inuentarium, & quamplura bona fideicommissi fuerint alienata, vt mihi in facto supponitur, intrat præsumptio, quod illæ vel fuerint factæ, vel quod fuerint subtracta bona, ex quibus potuerint fieri, vt tradunt *Gratian. discep. foren. cap. 570. num. 19. & 20. par. 3.* alios adducens, & pluries censuit *Rota, & præcipuè decis. 77. numer. 3. & 4. par. 5. & decis. 88. num. 23. & seq. & decis. 126. num. 28. & seq. par. 7. rec. & apud Merlin. decis. 265. n. 9. & decis. 338. num. 15. & 16. & in Auximana fideicommissi 13. Ianuar. 1640. & 31. Ianuar. 1642. coram Reuerendissimo Decano, & in Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram R. P. D. Celso, & in d. Bononien. de Bologninis 2. Maij 1653. coram eodem §. in bonis &c.* vbi aliæ recensentur.

Non obstante, quod de contrario exaduerso doceri possit per contrarias probationes, & ideò detractionum incompetentia non possit dici certa, & indubitata, prout est probandum pro parte fideicommissarij, nullas nempè competere posse detractiones hæredi, vt valeat illius immissionem impedire, & ideò prædicta, vti re-

quiren-

quirentia altiorem indaginem, non admittantur in hoc iudicio; sed ad petitorium sint reijcienda, vt dicit *Rota decis.* 115. *num.* 12. *par.* 1. *recent.* & *apud Ciriac. post controu.* 12. *num.* 2. & *in Roman. fideicommissi de Casijs* 14. *Martij* 1657. *coram* Reuerendissimo Dunozetto Decano *§. quoniam satis &c.* vbi aliæ recensentur. Cum in casu, de quo agitur, satis constare dicatur, nullas alias competere posse detractiones ex confessione ipsius hæredis, vt mihi supponitur, meritò, &c.

Maximè cum simus in loco pio, qui non tenetur capere bona fideicommissaria de manu hæredis, si vera est opinio *Rotæ decis.* 96. *num.* 27. *par.* 8. *rec.*

Quare &c. Saluo semper &c.

Causa, de qua supra, pendet adhuc indecisa inter d. partes. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Emphiteuta Ecclesiæ an teneatur soluere collectas impositas per laicos. Dominium vtile bonorũ Ecclesiæ existens apud Emphiteutam laicum, an dicatur laicale, vel ecclesiasticum. Statutum laicorum an liget, & comprehendat dominiũ vtile bonorum Ecclesiæ existens apud laicum, Iudex laicus an sit competens, quando disceptatur de re emphiteotica, etiam inter solos laicos. Immunitas aduersus solutionem collectarum an acquiratur per lapsum longissimi temporis, seu requiratur tempus immemorabile, & an sufficiat lapsus temporis, seu requiratur, quod debens soluere fuerit interpellatus. Consuetudo quando inducatur ex actibus difformibus, & quando est contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ illa sit valida.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta Ecclesiæ an teneatur soluere collectas impositas per Laicos quæstio est maximè controuersa.*
Opinionem affirmatiuam tenent quamplures Doct. num. 2.
Contrariam verò sequuntur alij, vti veriorẽ, & magis communem num. 3.
4 *Collectas quoties non tenetur soluere dominus, neque tenetur emphiteuta.*
5 *Ecclesia non tenetur ad solutionem collectarum.*
6 *Collectas soluere non tenetur qui possidet rem immunem a collectis.*
7 *Collecta, quæ imponitur regulariter per æs, & libram, non potest imponi, nisi ratione directi dominij, & proprietatis.*
8 *Ecclesia, & Fiscus æquiparantur.*
9 *Fiscus non tenetur ad solutionem collectarum.*
10 *Ecclesiam, & Fiscum non esse æquiparatos, nisi in casibus a iure expressis tenent aliqui Doctor.*
Contrarium, imò illos esse æquiparatos in omnibus, & dispositum in vno procedere in alio tenent alij. num. 11.
12 *Emphiteuta Ecclesiæ si teneretur soluere collectas pro bonis Ecclesiæ, illa per indirectum grauarentur.*
13 *Ecclesiæ immunitas nec directè, nec indirectè lædi potest, nec primariò, nec secundariò.*
14 *Nemo debet pro eadem re duplici onere grauari.*
15 *Dominium vtile penes Emphiteutam Ecclesiæ existens non est quid ecclesiasticũ, sed profanũ.*
Contrarium est verius ratione connexionis, quam dominium vtile habet cum directo n. 16.
17 *Vna, & eadem res potest diuerso iure censeri.*
Declaratur. num. 18.
19 *Iudex Laicus ratione connexitatis dominij vtilis cum directo non est Iudex competens dum disceptatur de dominio vtili Ecclesiæ, etiam si agatur inter solos emphytebentas.*
20 *Onus soluendi collectas spectat ad possessorem habentem ius in re, & percipientem fructus.*
Procedit quando collecta imponitur ab habente ius collectandi. num. 21.
Vnde non procedit in emphyteuta Ecclesiæ, qui, si solueret collectas, redundaret in damnum Ecclesiæ. num. 22.
23 *Collectis non supponuntur fructus, sed prædia ratione fructuum.*
24 *Statutum Laicorum licèt non liget bona Ecclesiæ, ligat tamen vtile dominium penes emphyteutam laicum existens.*
Contraria opinio est verior. num. 25.
26 *Possessor rei emphyteoticæ non potest ab onere tributorum se excusare.*
Procedit in tributo, quod, cum sit onus reale, reiq; affixo, transit in quemcunque possessorem. num. 27.
Item procedit in tributo, & onere imposito antequam bona transirent ad Ecclesiam. n. 28.
29 *Collectas non tenetur soluere qui non est descriptus in æstimo.*
30 *Opinio æquior, & benignior est amplectenda.*
31 *Rota Romana facit communem opinionem.*
32 *Immunitas a solutione collectarum præscribitur spatio quadraginta annorum, dum per tempus collectæ non fuerunt solutæ.*
Et eò magis si non fuerunt solutæ per tempus immemorabile. num. 33.
34 *Præscriptio immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij.*
35 *Præscriptione immemorabili præscribuntur etiã regalia.*
Et ea, quæ sunt de iure gentium. num. 36.
Et in d. præscriptione præsumitur titulus, & bona fides, etiamsi non allegetur num. 37.

Immu-

38 *Immunitas a solutione collectarum, vt acquiratur, vltra lapsum temporis, requiritur, quod fuerit interpellatus ad soluendum, & fuerit recusatum.*

Quæ opinio reprobatur communiter per Doctores. num. 39.

40 Lex cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 10. *declaratur.*

41 *Præscriptio in iuribus negatiuis non currit sinè interpellatione.*

Procedit quando per præscriptionem quis vult acquirere nouum ius, secùs quando vult se defendere contra alterius actionem. n. 42.

43 *Præscriptio quadragennaria currit ex sola negligentia non petentis, absque aliquo facto præscribentis.*

44 *Præscriptio immemorabilis non requirit possessionem.*

45 *Communitas, non exigendo collectas ab aliquo per longissimum tempus, amittit ius illas exigendi.*

46 *Priuilegium amittitur per non vsum.*

47 *Consuetudo in materia collectarum maximè est attendenda.*

48 *Consuetudo non inducitur quando obseruantia est difformis.*

49 *Vsus vbi est varius, tunc est inhærendum dispositioni iuris communis.*

50 *Communitas, quæ acquisiuit præscriptione, vel consuetudine ius collectandi contra aliquos, non potest illa vti contra alios, qui non soluerunt.*

51 *Consuetudo est stricti iuris.*

52 *Consuetudo non extenditur de re ad rem, nec de persona ad personam.*

53 *Consuetudo, quæ est contra libertatem, et immunitatē Ecclesiæ, est inualida, et non attēdenda.*

54 *Opinio, quæ fauet ecclesiæ, in dubio est amplectēda.*

55 *Iudicandum in dubio est pro immunitate.*

Et contra collectam, vti odiosam. num. 56.

ALLEGATIO XIV.

REuerendissime Domine. Perillustr.
D. Robertus Benamatus de Cantiano indebitè molestatur a Domino Exactore Illustrissimę Communitatis Callj pro solutione collectarum pro bonis emphyteoticis per
eum possessis in Territorio d. Ciuitatis in vocabulo Valpiana, seù &c. sub directo dominio
Venerabilis Collegij Germanici de Vrbe ex duo-
1 bus, Et primò quia, † licèt admodū controuer-
sa sit quæstio inter Doctores, An emphyteuta
Ecclesiæ teneatur soluere collectas impositas a
laicis, itaut d. quæstionē proeardicam appella-
2 uerit *Ouid. de Amic. de iure emphyt. q. 80. in prin.*
& partem affirmatiuam sequuti fuerint Doctores quamplures, & præcipuè, relictis antiquioribus, *Crauet. cons. 599. num. 6. vol. 4. Valasc. de de iure emphyt. quæst. 17. num. 11. & seq. Menoch. de arbitr. casu. 562. num. 22. & seq. Surd. cons. 338. num. 13. vol. 3. Vulpell. de liber. Eccles. par. 3. num. 22. Thesaur. Iun. ad decis. 116. sui Patris littera A. Ouid. de Amic. de iure emphyt. d. quæst. 80. per tot. Sola ad Constit. Sabau. de iure emphyt. quæst. 3. glos. 2. nu. 26. P. Less. de iustit. & iure lib. 2. cap. 24. dubio 8. ver. secundò sequitur &c. Mascar. de gener. stat. interp. concl. 1. num. 248. Festas. de collect. in tit. qui soluant an possess. vel descript. n. 24.* qui alios adducunt.
3 Contrariam tamen opinionem, quod imò em-
phyteuta Ecclesiæ non valeat a laicis ad collectas vrgeri, veriorem, & magis receptam esse sentio, quam firmarunt Doctores numero, & grauitate longè maiores, & præcipuè, quampluribus relictis, *Petr. de Vbald. in cons. 2. post tract. de collect. per tot.* latè comprobans, *Euge. cons. 96. num. 23. lib. 1. Menoch. sibi contrarius cons. 444. num. 27. lib. 5.* plenè *Odd. cons. 70. per tot. vbi num. 31.* dicit, hanc opinionem veriorē, solidioribus rationibus fundatam, & magis æquam, & securam, & illam esse communiter receptam, latissimè *Silua. cons 9. per tot.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & contrarijs respondet, *Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 91. per tot.* vbi dicit, hanc esse veriorem opinionem. *Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 218. num. 55. lib. 2. Felicia. de cens. tom. 2. in addit. lib. 1. in præfat. num. 1. & seq.* vbi dicit, ita pluries fuisse iudicatum, & hanc opinionem latissimè firmat *Io. Franc. Leo in Thesa. fori eccles. part. 4. cap. 1. num. 77. & seq.* vbi dicit, quod hæc opinio est communis, & pluribus, & grauioribus rationibus fulcita, & quod contraria opinio procedit in emphiteusi priuata, in quibus terminis plures Doctores illam tenentes loquuntur, vt ibi per eum alios plures adducentē concordantes. *P. Dian. resol. moral. par. 3. de immun. eccles. resol. 24. ver. contrariam &c. Ciarlin. contro. foren. cap. 17. num. 108. Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 4. de immun. eccles. n. 161. et 258.* illamq; latè comprobat *Fulgin. de iur. emphit. in tit. de melior. quæst. 10 num. 17. et seq.* alios referens ita sentientes *Adden. ad Buratt. decis. 780. ver. Quinimò ne dum etc.* vbi alias adducit Doct. authoritates, & hanc opinionem, vti veriorem, & magis communem, latissimè comprobat, & a contrarijs tuetur *Illustrissimus Dominus meus Sperellus Episcopus Eugubinus meritissimus* post hæc scripta visus *decis. 121. per tot. par. 2.* alios quamplures adducens sectatores, itaut nullum reliquerit addendi locum, & huic opinioni adhæsit *Rot. apud Pacif. de Saluia. decis. 238. n. 29. et ferè per tot. et decis. 42. n. 17. par. 6. rec.*

Quo-

4 Quoties enim Dominus ad collectas non te-
netur, neq; teneri debet emphyteuta illius *l.*
priuata. 11. *C. de excus. mune. lib.* 10. *Petr. de*
Vbal. d. cons. 2. *n.* 8. *vers. quartò deducitur &c.*
Enge. d. cons. 96. *num.* 23. *Fachin. controu. iur.*
5 *d. cap.* 91. *vers. ego puto &c.* † Sed Ecclesia non
tenetur ad collectas *cap. non minus* 4. *cap. aduer-*
sus 7. *de immun. Eccles. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *&*
cap. granamen. 53. *de sent. excom. l. placet* 5. *C.*
de sacros. Eccles. auth. item nulla Communitas.
C. de Episc. & Cler. & tradunt *Surd. cons.* 301.
num. 61. *& seq. lib.* 3. *Io. Franc. Leo in Thesa.*
fori eccl. d. cap. 1. *num.* 88. *Barbos. de iure eccles.*
cap. 39. §. 5. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. *Balth. Tomas.*
in d. tit. de immunit. Eccles. num. 242. *& seq.*
Dominus meus Sperell. d. decis. 121. *num.* 1. *&*
seq. latè comprobans, *Rot. decis.* 159. *num.* 4.
& decis. 339. *num.* 1. *& seq. par.* 6. *decis.* 149.
num. 3. *&* 5. *par.* 7. *rec.* meritò &c.
6 Secundò, quia quotiescumq; quis possidet rem
immunem a collectis, & tributis, is collectas,
& tributa soluere non tenetur *l.* 1. *C. de impon.*
lucra. descrip. lib. 10. *Petr. de Vbal. d. cons.* 2.
num. 8. *Fachin. d. cap.* 91. *ver. ego puto &c. Io.*
Franc. Leo in Thesa. fori eccles. part. 4. *cap.* 1.
n. 102. *& seq.* vbi dicit, quod immunitas præ-
diorum ecclesiasticorum est realis, & ideò ad
quemcunq; transit vnà cum illis, sed emphy-
teuta Ecclesiæ possidet rem immunem a colle-
ctis, cum Ecclesia illas soluere non teneatur *d.*
l. placet 5. *C. de sacros. Eccles. d. cap. non minus*
4. *d. cap. aduersus* 7. *de immun. Eccles. d. cap.* 1.
eod. tit. in 6. cum alijs supra adductis, & not.
præcipuè *Io. Franc. Leo in d. cap.* 1. *num.* 102.
& 103. meritò &c.

Neque obstat, quod cum ratione vtilis dominij,
quod transit in emphyteutã laicum, res emphy-
teotica mutet conditionem ob personam ipsius
laici, in quem transit, qui cum teneatur ad so-
lutionem collectarum, ideò d. dominium vtile,
tanquam proprium laici, oneri collectarum sit
suppositum, vt not. *Menoch. de arbitr. d. casu*
562. *num.* 27. *vers. tertio sic &c. & Fulgin. in*
d. quæst. 10. *num.* 22.

Quia, omissa responsione *Silua. d. cons.* 9. *num.* 22.
quod argumentum procedit in re exempta, &
immuni solius personæ possidentis contempla-
tione, tunc enim, cum mutata persona cesset
immunitatis respectus, æquum est, vt priuile-
gium etiam cesset ex iuribus exaduerso addu-
ctis, sed bona Ecclesiæ sunt immunia non solũ
ratione personæ illa possidentis, sed etiam ip-
sorum bonorum, cum illa, vti Deo dicata, sint
sacra. §. *sacra. Inst. de rer. diuis. cum simil.*
Nauar. de reddit. eccles. quæst. 1. *monit.* 40. *n.* 4
& seq. meritò d. realis immunitas concomita-
tur rem, & ad quemcumq; transit, vt ibi per
eum, maximè cum Ecclesia in dominio vtili
retineat quamplura iura, nempè ius præeminẽ-
tiæ, ius prælationis, & aliud ratione præiudi-
cij, vt considerat *Bero. in cap. quæ in ecclesiarum*
7. *sub num.* 9. *&* 10. *de constit.* itaut non possit
verè dici esse penes laicum, & absolutè mutata
personæ conditio.

7 Respondeo, inquam, quod collecta, quæ per
æs, & libram regulariter imponitur, non potest
imponi, nisi ratione proprietatis, & dominij di-
recti; quod per æstimum, & descriptionem in
eo factam de bonis subditorum reperitur esse
apud vnum, secundùm cuius æstimi qualitatem
regulatur maior, vel minor portio collectæ, non
autem ratione dominij vtilis, cum attendatur
æstimum, & non possessio. *Deci. cons.* 286. *n.*
5. *& seq. Odd. d. cons.* 70. *num.* 7. *&* 27. & ante
eum *Silua. d. cons.* 9. *num.* 16. & benè declarat
Sperell. d. decis. 121. *n.* 104. *& seq. & n.* 111.
& ideò cum dominium directum bonorum em-
phyteuticorum penes Ecclesiam reperiatur, &
illud in æstimo describi non valeat ex iurisdi-
ctionis defectu, vt supra dixi, sequitur, quod
laicus ratione suæ personæ pro huiusmodi bo-
nis, quorum proprietas est penes Ecclesiam, ad
soluendum collectas adstringi non valeat, sicut
nec alij ciues subditi pro rebus sitis extra iuris-
dictionem Principis collectantis *l. forma* 4. *ff. de*
cens. l. fin. C. sine cens. vel reliq. Ceph. cons. 515.
num. 1. *&* 2. *lib.* 4. *Odd. d. cons.* 70. *num.* 27.
Fulgin. d. quæst. 10. *num.* 22. *& seq.*
8 Tertiò confirmatur opinio supradicta, quia
fiscus, & ecclesia æquiparantur, itaut dispositum
in fisco habeat etiam locum in Ecclesia, &
alijs locis pijs *l. fin. C. de Sacros. Eccl. Tiraq. de*
priuil. piæ causæ priuil. 143. *Odd. d. cons.* 70.
num. 21. *Thesa. Iun. quæst. foren.* 93. *num.* 3. *lib.*
3. *Ceph. cons.* 255. *num.* 49. *lib.* 2. *Barbos.* alios
9 cumulans in *loc. commun. loco* 49. *num.* 1. † sed
emphyteuta fisci non tenetur soluere collectas.
l. pen. §. *conductores. ff. de iure immun. d. priua-*
ta, 11. *C. de excusat. mune. l.* 1. *C. de priuileg.*
dom. August. quod argumentum in proposito
magni facit *Ceuall. in spec. commun. contra com-*
mun. quæst. 726. *num.* 11. meritò &c.
10 Neque obstat, quod Ecclesia non sit in om-
nibus fisco æquiparata, & ideò argumentũ tantũ
procedere debeat in casibus a iure expressis, nõ
autem in alijs ad not. per *Peregr. de iure fisci.*
lib. 6. *tit.* 2. *num.* 1. *& seq.* & in specie tradit
Brun. de stat. exclus. fæmin. art. 8. *quæst.* 22. *sub*
11 *num.* 110. † Quia imò fiscus, & Ecclesia sunt
æquiparati in omnibus per modum regulæ, ita
vt omnia priuilegia, quæ fisco concessa fuere,
consequatur, & Ecclesia, datis terminis habili-
bus, & nisi contrarium à iure sit statutum, vt
tradunt *Tiraq. d. priuil.* 143. *per tot. Euerar. in*
loco a fisco ad Ecclesiam nu. 1. *&* 18. *Alba. cons.*
108. *in fin. Cepha. d. cons.* 255. *num.* 49. *Card.*

Manti.

Mantica de tacit. lib. 22. *tit.* 28 *n.* 58. & hanc opinionem communem esse, dicit *Fachin. contro. iur. lib.* 11. *cap.* 21. licèt ipse contrarium sentire videatur, & benè declarat *D. Andreol. controu.* 9. *n.* 20. *& seq.* & in puncto tradit *Silua. d. cons.* 9. *num.* 11. vbi alteri motiuo per *Brun. vbi supra*; in contrarium allato benè satisfacit, quæ hic breuitatis gratia non refero, & quod Fiscus, & Ecclesia sint a iure æquiparati in materia solutionis collectarum tradunt *Balb. de præscrip. in prima part.* 5. *part. prin. quæst.* 5. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. d. casu* 562. *num.* 25. *& Dominus meus Sperell. d. decis.* 121. *num.* 9. *qui num. seq.* benè respondet motiuo in contrarium adducto per *Menoch.* vt ibi per eum.

12 Quartò, quia si emphyteuta Ecclesiæ posset collectari ratione bonorum Ecclesiæ, ipsa Ecclesia per indirectum grauaretur, quia non reperiret emphyteutas, qui tam pinguia laudemia persoluerent, prout facerent, si bona essent a collectis immunia, vt considerant *Silua. d. cons.* 9. *num.* 12. *Odd. d. cons.* 70. *num.* 24. *& seq. & sub num.* 39. *& Menoch. d. cons.* 444. *n.* 27. *&* 28. quod est contra tex. *in Auth. cassa. C. de sacros. Eccles. & in cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de*

13 *constit.* & ibi not. *Canonistæ*; † Cum immunitas Ecclesiæ nec directè, nec indirectè lædi possit, nec primariò, nec secundariò, cum vtroque casu eadem militet ratio ex regula; Quod ea, quæ directè concedi nequeunt, non debent per indirectum permitti. *l. Seius, & Augerius* 27. *& ibi Bart. ff. ad l. fale. l. scire oportet* 21. §. *si mater ff. de tuto. & cura. cap. cum quid* 84. *& ibi Diu. de reg. iur. in* 6. *Barbos. axiom.* 193. *n.* 5. & in terminis nostris tradunt *Surd. cons.* 301. *num.* 77. *vol.* 3. *Farinac. de immun. Eccle. num.* 295. *P. Dian. resol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 52. *Io. Franc. Leo in Thesa. fori. Eccle. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 113. in puncto *Silua. d. cons.* 9. *sub num.* 12. *Dominus meus Sperell. decis.* 100. *n.* 28. *par.* 1. *& d. decis.* 121. *num.* 101. *& seq.* vbi dicit, hoc esse dispositum in Bulla Cœnæ can. 15. latè *Balth. Tomas. in d. tit. de immun. Eccl. num.* 394. Rot. *decis.* 339. *num.* 44. *par.* 6. *rec.* Per quæ tolluntur obiecta *Valas. de iure emph. d. q.* 17. *sub num.* 15. *& Menoch. d. casu.* 562. *n.* 31. volentium, interesse Ecclesiæ secundarium non esse attendendum, vt ibi per eos.

14 Postremò, alijs posthabitis, adducitur, quod nemo debet pro eadem re duplici onere grauari. *l. nauis onusta* 4. §. *cum autem ff. ad leg. rodi. de iact. l. vitia cum testamento* 35. §. *qui in vita. ff. de lega.* 2. & in terminis collectarum not. *Paris. cons.* 25. *num.* 84. *lib.* 1. *Gail. obseru.* 53. *nu.* 6. *&* 10. *lib.* 2. *Vinc. de Franch. decis.* 87. *nu.* 5. *Barbos. axiom.* 169. *num.* 1. *Rot. decis.* 672. *in fin. par.* 1. *rec.* Sed d. emphyteuta, si cogeretur soluere collectas laicis, duplici onere grauaretur, primò onere laudemij, & canonis domino directo, ac oneri collectarum per Summum Pontificem super d. bonis imponendo, & postea laicis, ita vt deterioris conditionis esset, quàm emphyteuta laici, qui vni tantùm Principi collectas persoluit, vt considerant *Bart. in d. l. priuata* 11. *num.* 2. *C. de excus. mune. lib.* 10. *Petr. de Vbald. in d. cons.* 2. *n.* 4. *& Odd. cons.* 70. *num.* 27. meritò &c.

15 Neque obstant adducta in contrariũ, & præcipuè, quod dominium vtile penes emphyteutam Ecclesiæ existens non dicitur res ecclesiastica, licèt rei Ecclesiæ cohæreat, sed priuata propria ipsius emphyteutæ, & laicalis, vt scripserunt *Ancar. cons.* 125. *sub num.* 2. *Bald. in l. lex vectigali.* 31. *sub num.* 2. *ff. de pigno. Valasc. de iure emphit. d. quæst.* 17. *num.* 12. *Surd. decis.* 160. *num.* 17. in quo stat tota vis contrariæ opinionis.

16 Quia respondeo, quod dominium vtile emphyteuticum est ita connexum, & complicatum cum dominio directo Ecclesiæ, & dominio directo, vti ei prædominanti, subalternatur, vt ratione d. connexitatis idem iudicandum fit de dominio vtili, quod de directo. *l.* 3. §. *iudicio contrario ff. de contr. act. tute. l. cum actum* 18. *ff. de nego. gest. cap. translato* 3. *de constit. cap. præterea* 5. *de offic. deleg. Surd. cons.* 169. *nu.* 9. *lib.* 2. *& cons.* 338. *n.* 3. *lib.* 3. *Gratian. discept. foren. cap.* 851. *num.* 21. latè *Barbos. axiom.* 51. *num.* 1. Et cum subiectum bonorum materialiter sit semper ecclesiasticum, ita vt non possit dominium vtile a directo, saltem actualiter, separari, cum dominium vtile dicatur qualitas quædam ipsius dominij directi inseparabilis, quæ non potest stare sine subiecto, ideò dominium vtile dicitur verè, & propriè vna, & eadem res cum dominio directo, vt probant *Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum* 7. *num.* 10. *& seq. de constit. Silua. d. cons.* 9. *num.* 23. plenè *Rot. apud Pacif. de Saluia. d. decis.* 238. *num.* 3. *& seq. & decis.* 42. *n.* 6. *& seq. par.* 6. *rec. & apud Merlin. de pigno decis.* 152. *num.* 5. alias referens decisiones, & benè declarat *Sperell. d. decis.* 121. *n.* 6.

Neque prædictis nocet quod exaduerso affertur, nempè quod licèt dominium vtile a directo dicatur inseparabile, illud tamen possit diuerso

17 iure censeri, sicuti vna, eademque res diuersis respectibus, & ratione diuersarum personarum diuersimodè iudicari potest, vt argumentantur *Surd. d. cons.* 338. *num.* 20. *& Ouid. de Amic. d. quæst.* 80. *num.* 9.

18 Quia respondeo, quod licèt vna, eademque res possit aliquando diuerso iure censeri, id tamen procedit, quando respectu diuersæ personæ, vel ex diuerso respectu concurrit diuersitatis ratio, secùs tamen est quando eadem ratio versatur, vt in casu nostro, vt not. *Abb. in cap. cum in*

cum in tua 30. *sub. num.* 7. *de decim.* & in puncto respondet Rot. *apud Pacif. d. decis.* 238. *n.* 17. *&* 18. Dominium autem vtile non potest diuersimodè considerari respectu Ecclesiæ, & laici, cum semper remaneat annexum, & complicatum cum directo, per concessionem enim factam laico ab Ecclesia de dominio vtili, illud actualiter non separatur a directo, sed per quādam fictionem intellectus ad similitudinem iurispatronatus, quæ operatur, vt laicus sit capax dominij vtilis non autem, quod illud fiat laicale, & ideò non potest diuerso iure censeri, vt benè declarant Dominus meus *Sperell. d. decis.* 121. *num.* 8. 9. *&* 10. *&* Rot. *d. decis.* 238. *num.* 17. 18. *& seq.*

19 Hinc videmus, quod ratione d. inseparabilitatis, & connexionis dominij directi cum dominio vtili Iudex laicus non est Iudex competens, dum disceptatur de re emphyteotica, licèt quæstio sit solū inter laicos de dominio vtili tantùm contendentes, vt magis communiter tenent *Abb. Deci. Bero. & alij in d. cap. quæ in Ecclesiarum* 7. *de constit. Silua. d. conf.* 9. *n.* 23. *Graff. de effec. cleric. effec.* 1. *num.* 605. *Mar. Anton. var. resol. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 9. *& seq. Dominus meus Sperell. d. decis.* 121. *n.* 20. plenè *Rot. apud Pacif. de Salui. d. decis.* 238. *num.* 6. *& decis.* 472. *num.* 2. *par.* 2. *rec. & decis.* 42. *n.* 8. *& seq. par.* 6. *rec. & apud Merlin. de pigno. decis.* 72. *num.* 1. *& decis.* 122. *in prin. & decis.* 152. *num.* 5. *& decis.* 80. *num.* 14. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& decis.* 712. *num.* 5. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *& decis.* 326. *num.* 6. *par* 6. *rec. & apud. Duran. decis.* 30. *num.* 2. *& decis.* 70. *in prin.* Itaut de hoc non sit vlterius dubitandum, quicquid contrarium dixerit *Balth. Tomas. in d. tit. de Iudic. Eccl. in secul. cogno. n.* 304 qui perperàm de receptissima opinione testatur, motus ex eo, quod dominium vtile emphyteutæ sit laicale, quod non est vllo pacto dicendum ex rationibus adductis supra *n.* 16. *& seq.*

20 Neque obstat secundò, quod onus soluendi collectas non spectet ad dominum directum, sed ad possessorem habentem ius in re, & fructus percipientem ad tex. *in l. si pendentes* 27. *§. si quid ff. de vsufr. & in l.* 2. *& fin. C. de anno. & trib. lib.* 10. *et in l. fin. et ibi glo. Bart. et alij C. sine cens. vel reliq.* & voluerunt *Purpu. conf.* 332. *sub num.* 2. *lib.* 1. *Surd. conf.* 146. *num.* 6. *lib.* 1. *Gratian. decis. March.* 26. *num.* 4.

21 Quia ius d. argumentationis euitatur multipliciter, & primò omissa responsione *Odd. d. conf.* 70. *sub num.* 37. qui illa potest procedere, si onus collectarum imponeretur ab habente potestatem collectandi emphyteutam, quod in terminis casus nostri omninò negatur, vt tradit *Silua. d. conf.* 9. *nu.* 21. *vers. potest etiam &c.* & latius dicetur infra *num.* . .

22 Secundò id non habet locum in emphyteutā Ecclesiæ, qui si collectas soluere cogeretur, id in damnum ipsius Ecclesiæ redundaret, & ideò ad eas soluendas non tenetur, & qui contemplatione directi dominij Ecclesiæ immunis ab illis reperitur, vt tradit *Silua. d. conf.* 9. *n.* 19. *vers. nec obstat &c. & dixi supra num.* 12.

23 Tertiò quia collectis non supponuntur fructus, sed prædia ratione fructuum secundùm *Petr. de Vbal. de collec. num.* 17. & tradit Dominus meus *Sperell. decis.* 44. *num.* 3. *par.* 1. *& decis.* 121. *num.* 131. vbi illam irrefragabilem appellat, vt ibi per eum.

24 Neque obstat tertium Doctorum contrariū sententium argumentum, quod statutum laicorum, licèt non liget bona Ecclesiæ, ligat tamen quo ad vtile dominium bonorum ipsius Ecclesiæ apud laicum existens, vt tradit *Ancar. conf.* 125. *sub num.* 7. *& conf.* 433. *num.* 3. quem sequuti sunt *Felin. in d. cap. quæ in Ecclesiarum* 7. *col. fin. de constit. Alex. conf.* 27. *num.* 4. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. casu.* 180. *num.* 11. *Valasc. de iure emphyt. d. quæst.* 17. *num.* 12. *Surd. conf.* 338. *num.* 15. *& seq. lib.* 3. *& alij.*

25 Quia respondeo duplici medio, & primò quod dicta opinio non est tuta, cum contrarium, quod imò Princeps non possit quidquam disponere super dominio vtili, quod ab Ecclesia Laicus recognoscit, teneant Doct. numero, & grauitate maiores, & præcipuè *Abb. in d. cap. quæ in Ecclesiarum* 7. *sub num.* 2. *& ibi Deci. n.* 6. *Bero. num.* 8. *& alij Canonistæ de consti. Bald. in auth. si quas ruinas num.* 9. *C. de Sacros. Eccles. Card. conf.* 2. *post prin. vers. item in hæreditate &c. idem Abb. conf.* 72. *post prin. par.* 1. *Campeg. inter conf. Brun. conf.* 2. *num.* 3. vbi testatur de veriori opinione, latè *Silua. d. conf.* 9. *num.* 25. *Franc. Becci. conf.* 3. *num.* 60. *lib.* 1. *Gratian. discep. foren. cap.* 447. *num.* 20. *& seq. par.* 3. vbi dicit propter *Rotæ Rom.* authoritatem difficile esse ab hac opinione discedere, *Ciriac. contro.* 12. *num.* 67. plenè *Rot. apud Pacif. d. decis.* 238. *num.* 4. *& seq.* benè comprobans, eadem *Rot. apud Ciriac. post contro.* 205. *num.* 19. *& decis.* 42. *num.* 11. *par.* 6. *rec.* itaut dubitandum non sit, hanc opinionem esse communiter receptam per Doctores.

Secundò quia dicta argumentatio fundatur in eo, quod dominiū vtile existens penes emphyteutā Ecclesiæ sit quid profanum, & laicale, & prorsus ab omni iure Ecclesię separatum, quod certè ratione connexionis, dependentiæ, & inseparabilitatis, quam habet cum dominio directo, nullo modo dici potest, vt firmat *Rot. apud Pacif. d. decis.* 238. *per tot. & d. decis.* 42. *num.* 6. *& seq. par.* 6. *rec. & d. decis.* 152. *apud Merlin. de pigno. num.* 5. cum alijs supra adductis *num.* 16. *& seq.*

N Neque

Neque quartò vllum huic contrariæ sententiæ aliquod potest afferre detrimentum dispositio
26 tex. *in l. 1. C. de indict. lib.* 10. vbi habetur, † possessorem rei emphyteoticæ a solutione tributorum nullo modo posse se excusare, quia
27 d. *tex.* loquitur de tributo,† quod,cum sit onus merè reale,reiq; affixum, ideò transit in quemcumque possessorem etiam in Ecclesiam bona ei obnoxia acquirentem ad tex. *in can. tributum 23. quæst.* 8. *& in can. si tributum 11. quæst.* 1. *& not. Ceuall. in spec. commu. contra com. quæst.* 899 *num.* 106. & declatat Rot. *in Brundusina Gabella* 13. *Februarij.* 1604. *coram R.P.D. Penia §. sed hoc motiuum &c. & in Alben. Gabella* 28. *Iunij* 1630. *coram* R.P.D. *Merlino*, quæ est *decis.* 339. *num.* 55. *& seq. par.* 6. *recen.* & admittit etiam *Sperell. d. decis.* 121. *sub num.* 34.
28 Secundò, quia motiuum posset procedere respectu tributi, & onerum realium impositorum antequam bona peruenirent ad Ecclesiã, quia tunc bona transeunt in Ecclesiam illa acquirentem cum d. onere ex regula, quod res transit cum onere suo cõcurrentibus requisitis, de quibus supra, & prout habetur per *Rot. in d. Brundusina gabella §. sed hoc motiuum &c. & in d. Alben. gabella num.* 55. *& seq.* quod non verificatur in casu nostro: si verò esset impositum postquam bona peruenerunt ad Ecclesiam, dispositio *d. l.* 1. *C. de indict. lib.* 10. non haberet locum, cum dominium vtile emphyteutæ Ecclesiæ ratione d. connexitatis, dependentiæ, & inseparabilitatis cum directo, tale reputandum sit, quale est directum, & vnà, ac eadem res cum directo, vt probaui *sup. num.* 16. *& seq.* Et ideò, vti Ecclesiasticum, & immune illud non, valet ad solutionem tributorum subijci tàm de iure Diuino, vt habetur *Esdr. lib.* 1. *cap.* 7. quàm de iure canonico *d. cap. non minus* 4. *& d. cap. aduersus* 7. *de immun. Eccles. & d. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *& d. cap. grauamen,* 53. *de sent. excom. & cap. quamquam* 4. *de cens. in* 6. & de iure ciuili in *l. placet.* 5. *C. de sacros. Eccles. & d. auth. item nullu Communitas, C. de Episc. & Cler.* cum alijs adductis *sup. num.* 5. & dixit latè *Rot. decis.* 159. *num.* 1. *par.* 7. *rec.*

Ex quibus,omissis breuitatis gratia responsionibus alijs argumentis in contrarium exaduersò adductis,cum illis satis abundè satisfactum appareat per *Silua. in d. cons.* 9. *per tot. per Odd. in d. cons.* 70. *per tot. per Io: Franc. Leo. in Thesa. fori. Eccles. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 90. *& seq. per Fulgin. de iure. emphyt. in d. tit. de meliora. quæst.* 10. *num.* 17. *& seq.* & per Dominum meum *Sperell. d. decis.* 121. *per tot.* qui nihil intactum reliquit, apparet manifestè,hanc contrariam opinionem negatiuam,nempè Emphyteutam Ecclesiæ non teneri ad solutionem collectarum, esse magis communem, de iure veriorem, æquiorem, & omninò sequendam in iudicando, & consulendo.
29 Quæ eò magis locum habere debet in casu nostro, in quo bona emphyteotica possessa per D. Robertum non reperiũtur descripta in æstimo Ciuitatis Callij, quo casu emphyteuta nullo modo tenetur ad solutionem collectarum, cum attendendum veniat potius æstimum, quàm bonorum possessio *Craue. cons.* 111. *n.* 13. *&* 17. *Silua. d. cons.* 9. *num.* 16. *Odd. d. cons.* 70. *num.* 7. *Menoch. cons.* 75. *num.* 10. *lib.* 1. cum quibus pertransit Dominus meus *Sperell. d. decis.* 121. *num.* 133. alios adducens concordantes.
30 Nec non eò magis est amplectenda dicta opinio, cum illa sit æquior, & benignior. *Thob. Noni cons.* 31. *num.* 11. vbi dicit,hoc habere locum,etiamsi opinio contraria esset magis communis *Hond. cons.* 65. *num.* 27. *lib.* 1. benè *Lazar. de Blusph. quæst.* 13. *num.* 40. vbi dicit,opinionem benigniorem dici, quæ fauet iuramento, testamento, libertati, matrimonio, Religioni. Ecclesiæ, & simil. *Gratian. discep. foren. cap.* 88. *num.* 6. *& cap.* 13 *num.* 2. *par.* 1. *Io. Franc. Leo. in Thesu. fori Eccles. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 40. Et vti fauens Ecclesiæ *Fulgin. d. quæst.* 10. *num.* 28.
31 Et cum illam sequatur Rot. *Rom.* quæ dicitur facere communem opinionem, vt post *Barba. & Imol.* per eum relatos dicit *Gomes.* ad Reg. *Cancell. quæst.* 21. *& §. Lazar. in d. quæst* 13 *n.* 45. vbi dicit, nullum Iudicem a Rotæ decisionibus recedere debere, & quod,vbi adest *Rota Rom.* authoritas, non sit vlterius quærendum, dixit *Corn. cons.* 16. *sub num.* 5. *lib.* 1. & post eum *Paul. Rube. in discur. ad studiosos in prin* 7. *par. decis. recen. num.* 242. *& seq.* latè comprobans, &cum in dubio iudicandum sit contra collectã, vti odiosam, & pro immunitate, vti fauorabili, vt dicetur in fine.
32 Secundò principaliter D. Robertus cogi non valet ad solutionem dictarum collectarum, quia quoties Communitas coacta fuit collectas imponere pro oneribus publicis sustinendis, & aliquorum prædiorum possessores nunquã fuerunt collectati, vt in casu nostro, exaduersò non vsu inducta fuit præscriptio libertatis aduersus talia onera, si sit elapsum longissimum tempus quadraginta annorum, itaut amplius ad illa subeunda cogi non valeat, vt not. *Bart. Bald. Ang. Castr. & alij in l. licitatio* 9. *§. earum ff. de publi. Corn. cons.* 43. *col.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 21. *col.* 5. *lib.* 3. *Alex. cons.* 30. *num.* 12. *& ibi Adden. lib.* 5. *Deci. cons.* 495. *num.* 6. *& seq.* qui tamen loquitur de tempore immemorabili, latèque tuetur *Craue. cons.* 111. *ferè per tot. & in tract. de antiq. tempo. par.* 4. *§. circa præmissa num.* 36. *& seq. Balb. de præscrip. in* 2. *par.* 5.

par.

par. prin. quæst. 2. per tot. Curt. Iun. conf. 42.
num. 6. Ceph. conf. 96. num. 22. & conf. 129.
per tot. vol. 1. Thob. Noni. conf. 47. num. 1. &
seq. vbi hoc latè comprobat Farinac. de Furt.
quæst. 173. num. 101. Conar. in cap. possessor.
par. 2. §. 2. num. 8. de reg. iur. in 6. benè Cancer.
var. resol. par. 3. cap. 4. num. 135. & seq. alios
adducens ita sentientes, Dominus meus Sperel.
d. decis. 121. num. 74. itaut meritò hæc opinio
dici possit communiter recepta per Doctores.
Quod quidem certissimũ redditur in casu nostro,
cum D. Robertus, & eius authores possessores
dictorum bonorum emphyteoticorum non so-
lùm non soluerint aliquas collectas, per spatiũ
temporis quadraginta annorum, verùm etiam
33 neque per tempus immemorabile, † per quod
tempus nulla cadit dubitatio, quin acquiratur
immunitas, vt non teneatur ad solutionem di-
ctarum collectarum, vt tradunt Corn. cons. 264.
lib. 4. per tot. Deci. d. cons. 496. num. 6. & seq.
Vrsil. ad Affl. decis. 227. in fin. Craue. d. cons. 111.
num. 12. 20. & 25. alios adducens Ceph. cons.
129. num. 3. & seq. vol. 1. Thob. Noni. d. cons.
47. num. 3. qui alios pariter adducunt sectato-
res, & Gratian. discept. foren. cap. 89. in fine
par. 1.
34 Præscriptio enim immemorabilis habet vim
tituli, & priuilegij, & perinde est, ac si Prin-
ceps priuilegium, & immunitatem circà d. one-
ra expresè concessisset l. hoc iure 3. §. ductus
aquæ ff. de aqua quoti. & æsti. cum adductis per
Balb. de præscrip. in 2. par. 3. part. princ. quæst.
6. num. 12. & seq. Craue. d. cons. 111. in prin.
Surd. cons. 262. num. 22. & seq. vol. 2. alios re-
ferens, Ciriac. contro. 2. num. 103. plenè Caren.
35 resol. 8. num. 8. † Per dictam enim præscriptio-
nem immemorabilem præscribuntur etiam re-
galia, & ea, quæ non possunt, nisi ex priuilegio,
competere cap. super quibusdam 26 §. præterea
& ibi glo. & Canonistæ de verb. signif. & post
Bertacch. de Gabell. per eum relatum not. Balb.
36 in d. quæst. 6. num. 13. † Et ea, quæ sunt de iure
gentium, vt de dominio maris, & littoris di-
xit Io. Solorza. de iure Indiar. lib. 3. cap. 3. n. 74.
quem refert, & sequitur Caren. d. resol. 8. n. 8.
37 † In qua præscriptione semper præsumitur ti-
tulus, & bona fides, etiam si non allegetur, vt
post Bald. & Innoc. in cap. si diligenti 17. de
præscrip. per eum relatos tradit Balb. in d. quæst.
6. num. 18. Imò d. præscriptioni innitens po-
test allegare quem titulum malit, quique sibi
magis expedit Peregr. de iure fisc. lib. 6. tit 8.
num. 16. & seq. & cons. 8. num. 1. lib. 6. quem
referendo sequitur Caren. d. resol. 8. num. 8. vbi
subiungit, d. præscriptionem immemorabilem
tantum posse, quantum Rex, & Imperator, &
idem ante eum dixit Balb. in d. quæst. 6. nu. 17.
cum alijs latè ad hunc propositum adductis per
Peregr. in d. tit. 8. num. 10. & pluribus seq. &
per Rot. decis. 642. num. 4. par. 4 diuer.
Neq; prædictis obstare possunt adducta per Alex.
cons. 136. n. 19. vol. 2. cum alijs, qui eum se-
quuntur, quos ex additione ibi posita videre
38 est, vbi habetur, † quod ad effectum, quod quis
acquirat immunitatem non soluendi collectas,
necesse est, quod aliquandò fuerit interpellatus
ad illas soluendum, & quod postea estluxerit
tempus ad præscribendum necessarium ex duo-
39 bus, & primo, † quia dicta opinio Alex. in d.
cons. 136. non est vera, & communiter repro-
batur per Doctores, vt tradunt Craue. d. cons.
111. per tot. & in tract. de antiq. tempo. par. 4.
§. circa præmissa &c. num. 36. et seq latè com-
probans Natt. cons. 406. per tot. et cons. 446.
num. 15, et cons. 486. num. 11. et seq. Cephal.
cons. 129. num. 6. et seq. lib. 1. Conar. in d. cap.
possessor par. 2. §. 2. num. 8. Thob. Noni. d. cons.
47. num. 3. et seq. Rolan. cons. 5. num. 61. lib. 1.
latè Ludo. decis. Perus. 3. n. 1. 2. et seq. Gratian.
discep. foren. cap. 89. in fin. par. 1. vbi dicit opi-
nionem Alex. procedere solum in actibus merè
voluntarijs, in quibus non acquiritur possessio,
nisi postquam interpellatus recusauit soluere,
& benè declarat Cancer. var. resol. d. par. 3. cap.
4. num. 138. et seq. Rot. decis. 45. num. 8. et seq.
apud Posth. de manut. ita vt negandum non sit,
hanc opinionem esse magis communiter rece-
ptam per Doctores, quicquid dixerit nouissi-
mè Cobel. ad Bull. bon. regim. quæst. 50. num.
268. et seq. qui sequitur Alex. vbi supra post
hæc scripta visus.
40 Neque obstat tex. in l. cum scimus 21. et ibi
Bart. C. de Agric. et Cens. lib. 10. in quo se fundat
Alex. in d. cons. 136. Quia ideò in d. tex. filius
coloni, licèt se gereret pro libero, viuente patre,
non præscripsit libertatem, quia dominus eius
opera non indiguit, quia pater, quæ necessaria
essent, faceret, & sic, quia non euenit casus, &
hoc dicit ibi Bart. in exemplis per eum addu-
ctis, non autem, quod requiratur interpellatio,
sed solùm quod casus euenerit, quod eo iure
vti quis possit, vt dixi, vt declarat Craue. d. cons.
111. num. 21. & post eum Cancer. in d. cap. 4.
nu. 139. Quod non potest verificari in casu no-
stro, in quo casus pluries euenit, cum collectæ
fuerint impositæ per d. Communitatem, & fue-
rint annuatim exactę ab alijs, non pulsato D.
Roberto emphyteuta possessore.
41 Neque pariter quicquam facit aliud motiuũ
Alex. in d. cons. 136. quod in iuribus negatiuis
non currit præscriptio sinè interpellatione, ex
qua causatur quasi possessio, quia, omissis re-
sponsionibus allatis per Cancer. in d. cap. 4. num.
42 143. et seq. † id procedit, quando quis mediante
-te præscriptione vult acquirere nouum ius, se-
cùs tamen, quando quis vtitur præscriptione ad

extinguendum ius alteri competens, & ad se
defendendum contra alterius actionem, quia
tunc præscriptio perficitur absque aliqua pos-
sessione ex solo cursu temporis, & negligentia
non petentis, vt tradunt *Abb. in cap. cum non*
liceat 12. num. 15. et ibi Felin. col. 4. circa me-
dium de præscrip. Oldra. cons. 254. in prin. Crane.
d. cons. 111. num. 20. et de antiq. tempo. d. par.
4. §. circa etc. n. 36. et seq. benè *Surd. cons. 73.*
num. 48. vol. 1. Caren. resol. 234. sub num. 13.
& sequitur Rot. *apud Posth. de manut. decis. 45.*
num. 9. Alias nunquam præscriberetur contra
actionem, vt considerant *Crane. loc. cit. Surd.*
d. num. 48. et Rot. d. n. 9.
Secundò quia tunc est necessaria possessio in
præscriptione, quando sumus in præscriptione
43 decem, & viginti annorum, † secùs tamen si
agatur de præscriptione longissimi temporis
triginta, vel quadraginta annorum, vt in casu
nostro, quia hæc inducitur ex sola negligentia
non petentis absque aliquo facto, & ministerio
præscribentis *Bart. in l. fin. in prin. ff. de eo, per*
quem fact. erit. Ias. in l. petens 27. num. 9. in fin.
C. de pact. & ibi etiam Deci. n. 6. in prin. Crane.
d. cons. 111. num. 20. Surd. d. cons. 73. num. 49.
Rot d. decis. 45. in fin.
44 Et eò minus est necessaria in præscriptione
tanti temporis, cuius initij memoria non extat,
vt in casu nostro, cum lapsus tanti temporis ha-
beat vim tituli, & priuilegij, & perinde sit, ac
si Princeps priuilegium, & titulum immunita-
tis concessisset, ad tex. *in d. l. hoc iure 3. §. du-*
ctus aquæ ff. de aqua quot. & æsti. & in d. cap.
super quibusdam 26. §. præterea ff. de verbo. signif.
& ita in terminis tenent *Deci. in d. cons. 496. n. 5.*
et seq. Crane. d. cons. 111. num. 25. & latè com-
probat *Thob. Noni. d. cons. 47. num. 3. Ceph. d.*
cons. 129. per tot. vol. 1. qui plura ad id confir-
mandum adducit fundamenta, vt ibi per eum.
45 Accedat prædictis, quod d. Communitas non
exigendo collectas a possessoribus dictorum
bonorum emphyteuticorum per tanti tempo-
ris spatium, maximè dum ab alijs exegit, ami-
sit ius, & priuilegium, si quod habebat, illas exi-
gendi, vt voluerunt in his terminis *Bald. cons.*
257. lib. 2. Corn. cons. 268. sub num. 20. lib. 4.
46 *& Thob. Noni. d. cons. 47. num. 9.* † cum pri-
uilegium amittatur per non vsum, vt post *Abb.*
Felin. Deci. Balb. Pute. & Verall. per eum ad-
ductos scribit *Menoch. de præsump. lib. 6. præ-*
sump. 41. num. 16. Paitell. ad expedit. 83. sui
Patris num. 24. alios adducens concordantes,
latèque prosequitur *Barbos. de offic. Episc. alleg.*
26. num. 11. et seq. Surd. cons. 419. n. 5. vol. 3.
Rot. *apud Buratt. decis. 704. num. 12.*
Neque prædictis aliquod potest afferre detrimen-
tum consuetudo, quæ asseritur vigere in Ciui-
tate Callij, & eius territorio, collectandi em-
47 phyteutas Ecclesiæ, † quam in materia one-
rum, & collectarum maximè attendendam di-
xerunt *Osach. decis. Pedem. 83. in fin. Thesa. decis.*
116. sub num. 10. Franc. Becc. cons. 73. num. 7.
lib. 1. ex duobus, & Primo, quia illa non est vni-
formis, sed varia, cum plures reperiantur em-
phyteutæ Ecclesiæ, vt mihi supponitur, qui di-
ctas collectas nō soluunt, inter quos est D. Ro-
48 bertus, † ex difformi autem obseruantia nulla
potest induci cōsuetudo considerabilis, vt notat
Bart. & alij in l. 2. ff. solu. matr. Deci. cons. 8. sub
num. 4. & cons 215. sub n. 2. latè *Cranet. cons.*
95. n. 5. & cons. 313. n. 4. Mising. obseru. 4. centu. 6.
Paitell. exped. ciuil. 71. n. 8. benè *Aldou. cons. 9.*
n. 4. & seq. alios adducens ita sentiētes, *Gratian.*
discept. foren. cap. 679. n. 12. par. 4. Ciriac. contro.
523. n. 42. Maresc. var. resol. lib. 7. cap. 100. n.
5. Rot. decis. 4. num. 2. & 3. par. 4. diuer. & apud
Greg. XV. decis. 162. n. 8. et decis. 280. num. 3.
par. 3. et decis. 336. num. 7. par. 5. recen.
49 Vsus namque vbi est varius, tunc est inhæren-
dum dispositioni iuris communis *l. nemo alieno*
166. & ibi glos. ff. de reg. iur. Alex. cons. 5. n. 7.
lib. 5. Deci. cons. 8. sub num. 4. ver. secundo,
quia etc. Mising. d. obser. 42. cent. 6. Rot. d. decis.
4. num. 3. par. 4. diuers.
50 Et in terminis, quod Communitas, quæ ac-
quisiuit consuetudine, vel præscriptione ius col-
lectandi contra aliquos, non possit illo vti con-
tra alios, qui non soluerunt, cum consuetudo,
& præscriptio non recipiant extensionem, te-
nuerunt *Bald. cons. 227. lib. 2. Natt. cons. 555.*
num. 5. Cranet. d. cons. 111. nu. 15. Deci. cons.
215. nu. 5. vbi dicit, quod ex pluribus actibus
exactionis factæ contra aliquos non est indu-
cta consuetudo exigendi contra omnes, & ple-
nè scribit *Franc Becc. cons. 73. num. 14. vol. 1.*
51 Consuetudo enim est stricti iuris. *Bart. in l.*
1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priu.
Franc. Becc. d. cons. 73. num. 14. Menoch. cons.
226. num. 40. & 41. lib. 3. quem refert, & se-
quitur *Caren. resol. 32. n. 6. Thom. decis. March.*
52 *131. numer. 39. et decis. 240. numer. 4.* † Et
ideò non extenditur de re ad rem, nec de perso-
na ad personam. *Franc. Becc. d. cons. 73. n. 14.*
Menoch. d. cons. 226. num. 40. et 41. Vinc. de
Franc. decis. 253. num. 10. et decis. 489. num. 8.
Aldon. cons. 35. n. 45. Ciriac. controu. 22. n. 23.
Caren. d. resol. 32. n. 6. Thomat. d. decis. March.
131. num. 39. et d. decis. 240. num. 4. Rot. decis.
94. num. 3. et seq. part. 4. recen. tom. 2. et decis.
732. num. 28. d. par. 4. recen. tom. 3. dixi ego
alleg. 14. num. 41. et alleg. 81. num. 22.
53 Secundò, quia, quatenus d. consuetudo adesset, illa, vti immunitati Ecclesiasticæ contraria
ob connexitatem, & inseparabilitatem, quam
habet dominiū vtile cum directo, vt supra dixi,
non esset attendenda, vti a iure ciuili reprobata,
per tex.

per tex. *in auth. cassa. C. de Sacros. Eccles.* nec non a iore caoonico per tex. *in cap. clerici* 8. *de indic. in cap. ad nostram* 3. *in cap. cum inter* 5. *de consuet. in cap. quanquam* 4. *de ceasi. in* 6. &, vti sacris canonibus contraria, & ab eis reiecta, nullius est roboris, nec momenti ad tex. *in cap.* 1. *de consuet. & in cap. qualiter, & quando* 17. *de iudic.* & scripserunt ex Neotericis *Surd. cons.* 301. *num.* 52. *& seq. lib.* 3. *Thesa. decis.* 234. *num.* 7. vbi quamplures adducit ita sentientes, & testatur de magis communi Doctorum opinione *Rolan. cons.* 71. *num.* 4. *lib.* 4. *Barbos. de iure eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 59. *P. Azor. Inst. Moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quaest.* 1. *ver. sed dubitari &c.* vbi testatur de cōmuoi opinione tàm Theologorum, quàm Canonistarum latèque comprobat *Balth. Tomas. in d. tract. de immun. eccles. num.* 423. *& seq. Gratian. discep. foren. cap.* 94. *in fin. par.* 1. *et cap.* 340. *n.* 36. *par.* 2. quam conclusiooem latè firmat Dominus meus *Sperell. d. decis.* 121. *num.* 77. *et seq.* vbi dicit, quamcumque consuetudioem, etiam immemorabilē, esse inualidam, præcipuè stante Bulla in Cæna Domini, & per alias ratiooes ibi per eum adductas, & doctè, & subtiliter, vt semper solet ille insignis Iur. Consultus, & Prælatus vigilantissimos, qui rursus prædicta latissimè confirmat, & tuetur contra *Ausald.* oppositiones *decis.* 181. *par.* 2. *per tot.* vbi probat, neque sufficere consuetudinem immemorabilē, vt ibi per eum, *addo* Rot. *decis.* 10. *de consuet. in antiq. et d. decis.* 238. *apud Pacif. de Saluian.* n. 29. vbi dicit, d. coosuetudinem esse proximam sacrilegio, & *decis.* 265. *n.* 14. *et seq. par.* 5. *rec.* Quibus omnibus supra deductis eo magis locus
54 esse debet, † cum in dubio illa opioio sit sequenda, quæ fauet Ecclesiæ, de cuius iure, ratione connexitatis dominij vtilis cum directo, de qua supra, in hoc casu agi dicitur ad tex. *in l. sunt personae* 43. *ff. de relig. et sump. fune.* & di-
55 xi supra *num.* 30. † & cum io dubio prò immunitate sit iudicandum *Grat. cons.* 61. *num.* 55. *lib.* 1. *Osasch. decis. Pedem.* 95. *num.* 18. *Tanciol. cons.* 158. *n.* 13. *Ciriac. controu.* 222. *n.* 17. Maximè pro immunitate Ecclesiæ *Tiraq. de priuil. piae caus. priuil.* 101. *Siluan. d. cons.* 9. *sub n.* 18. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de meliora. quaest.* 10. *num.* 28. Rot. *decis.* 25. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*
56 Et cum interpretatio sit facienda contra collectam, vti odiosam *Corn. cons.* 194. *num.* 8. *lib.* 4. *& cons.* 199. *col.* 4. *sub nu.* 25. *lib.* 1. *Abb. cons.* 20. *num.* 3. *par.* 2. *Craue. d. cons.* 111. *num.* 26. *Franc. Becci. d. cons.* 73. *in fin. Marc. Anton. var. resol. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 8.

Quare &c. saloo &c.

D. Robertus supradictus non fuit vlterius molestatus pro solutione dictarū collectarū bonorū emphyteuticorum, de quibus supra, pro parte dictae Illustris. Communitatis. Laus Deo, & Virgini Deip. &c.

ARGVMENTVM.

Renooatio emphyteusis ex quibus causis sit faciēda, & quando quo ad illam dicatur mutata persona emphyteutæ. Laudemium domino directo an sit soluendum, quando per emphyteutam alienātur solùm fructus rei emphyteoticę. Fructus bonorum emphyteoticorum an possint alienari per emphyteutam sine consensu domini directi. Immissus in possessionem super commoditate percipieodi fructus ex bonis emphyteoticis ex Saluiano an possit cogi per Dominum directum ad accipiendum inuestituram de bonis prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio bonorū emphyteuticorum fit ex quatuor causis.*

2 *Consuetudo, vti quid facti, non praesumitur, sed est probanda.*

Et est probanda in indiuiduo casus controuersi. num. 3.

4 *Consuetudo est stricti iuris, & ideò non extenditur de casu ad casum.*

5 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione est in iure validum.*

6 *Inuestitura noua non est facienda, quando non adest mutatio personae.*

Mutatio personae adesse non dicitur quandò datur immissio creditori super commoditate percipiendi fructus ex Saluiano. n. 7.

8 *Creditor immissus ex Saluiano non auocat dominium, neque possessionem, sed tantum detentationem.*

Itaut ipse debitor dicatur possidere quoad omnes effectus. num. 9.

Et creditor dicatur possidere non sibi, sed pro debitore. num. 10.

11 *Creditor immissus in possessionem ex Saluiano non potest expellere Colonum.*

12 *Creditoris ius immissi in possessione ex Saluiano durat, donec de eius credito sit satisfactus.*

13 *Creditoris ius immissi in possessionem ex Saluiano est resolubile per oblationem crediti.*

14 *Inuestitura non potest concedi per dominum directum in praeiudicium habentis inuestituram antiquiorem.*

15 *Dominus directus non potest primo emphyteutae praeiudicare.*

16 *Creditoris ius super bonis emphyteoticis durat tantùm durante vita emphyteutae sui debitoris.*

17 *Inuestitura quando est mutata persona emphyteutae fit ex tribus tantùm causis.*

18 *Laudemium soluitur quando alienantur bona emphyteotica.*

Non

Non autem quando alienantur tantùm fructus. num. 19.

20 *Laudemium soluitur domino directo pro consensu, quem præstat pro alienatione rei emphyteoticæ.*

21 *Fructus rei emphyteoticæ non sunt emphyteotici, & dominus directus super eis nullum ius habet.*

22 *Emphyteuta potest alienare fructus rei emphyteoticæ sine consensu domini directi.*

23 *Laudemium, vti odiosum, non extenditur de casu ad casum.*

24 *Laudemium non debetur domino directo pro locatione commoditatis percipiendi fructus.*

25 *Laudemium non debetur domino directo ex actu, per quem emphyteuta non cadit a iure suo.*

26 *Canonem non tenetur soluere creditor percipiens fructus rei emphyteoticæ sui debitoris.*

27 *Argumentum a feudo ad emphyteusim est in iure validum.*

28 *Canon non soluitur propter fructus, sed in recognitionem dominij.*

29 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*

30 *Inuestitura est facienda creditori subhastare facienti emphyteusim hæreditariam, & transitoriam ad hæredes extraneos pro eius credito.*

ALLEGATIO. XV.

Reuerendissime Domine. D. Andreas Sauinus de Cantiano, qui, vti creditor Federici Saluatoris, & D. Gentilis iugalium vigore rei iudicatæ, est immittendus in possessionem super commoditate, & iure percipiēdi fructus ex bonis emphyteoticis ad ipsos iugales spectantibus, per eum detinēdis donec, & quousque fuerit de eius credito integraliter satisfactus, non potest de iure cogi per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum meum Episcopum Calliensem Dominum directum ad accipiendam inuestituram de dictis bonis em-
1 phyteoticis, † Quia renouatio emphyteusis fit ex quatuor causis: primò ratione vetustatis: secundò ratione necessitatis: tertiò ratione obscuritatis: quartò ratione mutationis personæ, vt magistraliter docet *Bald. in Auth. si quas ruinas num. 4.* quem sequuntur *Fulgo.* ibi hoc multùm commendans *C. de Sacros. Eccl. Ancar. in clem. 1. de pæn. & Ias. in l. fin. sub num. 33. C. de iure emphyt.*

Quarum causarum nulla concurrit in casu, de quo agitur: non prima ratione vetustatis, de qua habetur etiam per *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de renouat. q. 10. per tot.* quia cum Inuestituræ dictorum Iugalium sint modernæ, vti in eorū personas factæ, vt ex eis est videre, ideò nulla indigent renouatione.

Neq; secunda ratione necessitatis, quæ oritur ex pacto de renouando, quod in casu nostro non adest, vel ex consuetudine, quæ pariter deficit
2 in casu, de quo agitur, † cum consuetudo, vti quid facti, non præsumatur, sed sit probanda. *Crauet. cons. 96. num. 4. & cons. 241. num. 20. Surd. cons. 74. n. 13. lib. 1. Franc. Becc. cons. 2. num. 12. & cons. 7. num. 26. lib. 1. Thoma. decis. March. 36. num. 12. Ciriac. controu. 67. num. 43.* Rota *apud Card. Mant. decis. 284. n. 7. & apud Durau. decis. 453. num. 2. & apud Buratt. decis. 383. num. 13. & ibi Adden. litera A. & decis. 895. num. 4.*

3 Et sit probanda in indiuiduo casus controuersi, nempè de renouatione facienda quando creditor immittitur in possessionem commoditatis fructuum ex Saluiano *Franc. Becc. cons. 96. num. 7. lib. 1. Surd. d. cons. 74. nu. 13. Thoma. d. decis. March. 36. num. 12. Aldou. cons. 9. n. 10. & cons. 35. num. 37. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 4. Ciriac. controu. 13. num. 65. & controu. 23. num. 23. Caren. resol. 32. num. 6. Rota apud Durau. d. decis. 453. num. 2. & apud Buratt. decis. 373. num. 13. & ibi Adden.*

Ita vt non sufficiat consuetudo renouandi, quādo creditor subhastare facit vtile dominium rei
4 emphyteoticæ, † cum illa sit stricti iuris, & ideò non extendatur de casu ad casum, nec de loco ad locum. *Cæph. cons. 26. n. 17. lib. 1. Franc. Becc. cons. 73. n. 14. lib. 1.* plenè *Surd. cons. 138. n. 7. vol. 1.* vbi probat, hoc habere locum etiam stante maioritate rationis, vt ibi per eum *Menoch. cons. 226. n. 40. & 41. lib. 3. Caren. d. resol. 32. n. 6.* Rota *decis. 214. in fin. par. 7. recen.*

Cessat etiam tertia causa renouationis faciendæ, nempè causa tollendę obscuritatis, de qua meminit etiam *Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de renouat. quæst. 9. per totum*, cum ex modernis inuestituris dictorum Iugalium benè appareat de cōfinibus bonorū emphyteoticorum, ita vt necesse nullo modo sit ad nouam, & clariorem illorum expressionem deuenire, vt post *Hiero. de Monte de finib. regen. cap. 22. num. 4.* per eum relatum argumentatur etiam *Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de renouat. d. quæst. 9. in fin.*

Postremò cessat vltima causa renouationis faciendæ proueniens ex mutatione personæ, cum illa non dicatur mutata in casu, de quo agitur,
5 vt infra probabo, † & ideò arguendo a sufficienti partium enumeratione ad not. per *Eugen. cons. 90. num. 43. lib. 1. per Euerar. in sua Topic. legali in loc. a suffic. par. enum. in princ. & per Barbos. in suis loc. commu. loco 108. n. 1.* nullo modo locus esse potest prætensæ renouationi, & inuestituræ in personam d. D. Andreæ, & in ter-
6 minis, † quod non sit locus nouæ inuestituræ

qoando

quando non adest mutatio personæ tradit *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de laudem. quæst. 10. num. 2.*

Quod verò in casu nostro, in quo datur immissio
solùm super commoditate, & iure percipiendi
fructus ex bonis emphyteoticis donec, & quo-
usque creditor ex illis sit satisfactus de suo cre-
dito, non dicatur mutata persona, optimè in
puncto probat *Rota apud Merlin. de pigno. decis.*
57. num. 6. vbi dicit, quod immissio in hoc ca-
su non datur in ipsa re, vt tangatur eius substan-
tia, aut vtile dominium, ad hoc, vt domino di-
recto inuito alter introducatur, sed ad effectum
tantùm percipiendi commoditatem, per quam
Domino directo nullum præiudicium infertur,
vt ibi per eam.

8 Quod etiam suadetur, quia creditor immissus
in possessionem vigore Saluiani non auocat do-
minium, neque possessionem rei, sed simplicem
detentationē tantùm *Ridolph. in sua pract. iudic.*
par. 2. cap. 6. num. 96. Rota apud Buratt. decis.
240. num. 11. & apud. Card. Seraph. decis. 725.
num. 14. & decis. 407. num. 5. par. 5. recen.

9 † Ita vt ipse met debitor dicatur possidere quo
ad omnes effectus, qui concernunt dominij, &
fructuum acquisitionem. *Natt. cons. 535. n. 5.*
lib. 3. Caph. cons. 63. num. 21. lib. 1. Pract. Ri-
dolph. vbi sup. num. 96. Rota apud *Duran. decis.*
70. num. 5. & decis. 179. num. 10. par. 7. recent.

10 Et ipse creditor immissus dicatur possidere
non sibi, sed pro debitore, & ad vtilitatem de-
bitoris *Ias. in lib. 1. §. per seruum corporaliter.*
in fin. & ibi Alex. num. 5. & seq. ff. de acquir.
possess. Salust. Tiber. in pract. Aud. Cam. lib. 2.
cap. 2. num. 36. Pract. Ridolph. *d. cap. 6. n. 95.*
Rota decis. 172. num. 8. par. 5. & d. decis. 179.
num. 10. par. 7. recen.

11 Quę adeo vera sunt, vt immissus in possessio-
nem ex dicto remedio Saluiani neque possit ex-
pellere colonum in re appositum per debitorē.
Pacif. de Saluian. inspet. 4. cap. 1. num. 6. Rota
apud Greg. XV. decis. 68. num. 6. meritò &c.

Addo prædictis, quod si aliquo modo dici posset,
citra veri prȩiudicium, quod fuisset mutata per-
sona emphyteutæ, adhuc tamen in casu, de quo
agitur, non potest esse locus renouationi, & no-
uæ inuestituræ in personam D. Andreæ credi-
toris ex duobus, & primò, quia cum creditor
immissus in possessionem vigore Saluiani Inter-
dicti non auocet dominium, neq; possessionem
rei, sed tantùm simplicem detentationem, vt
ex *Pract. Ridolph. & Rota probaui supra num. 8.*
& dicatur possidere non sibi, sed pro debitore,
vt tradunt, *Ias. Alex. Pract. Salust. Pract. Ri-*
dolph. & Rot. *in loc. sup. adductis num. 10.* imò
ipse debitor dicatur possidere, vt pariter ex
Natt. Caph. Pract. Ridolph. *&* Rota *probaui pa-*
12 *riter sup. d. num. 11.* † & cum ius creditoris im-
missi non sit perpetuum, sed duret tantùm,
quandiù de eius credito sit satisfactus, vt can-
tant verba sententiæ, & tradit *Tiraq. de retract.*
lign. §. 1. glos. 7. num. 47. & seq. & in termi-
nis dicit *Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de alien.*
quæst. 1. num. 161. & in tit. de diuer. quæst. 4.
num. 4. Rota *apud Coccin. decis. 56. num. 4.*
13 † & sic etiam resolubile per oblationem debiti
ad nutum tertij possessoris, debitoris, & al-
terius cuiuscunq; Rolan. *cons. 14. nu. 9. lib. 1.*
Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. num. 18.
Gratian. decis. March. 215. n. 1. & seq. Scapuc.
de Saluian. lib. 2. quæst. 3. num. 1. & seq. vbi
dicit, id fieri posse etiam post sentētiam, *Pract.*
Ridolph. par. 2. cap. 6. num. 103. Rota apud Pa-
cif. de Saluian. decis. 78. num. 1. & decis. 207.
num. 8. cum quibus pertransit etiam *Ciriac.*
controu. 195. num. 5. & seq. Et sic Federicus, &
D. Gentilis emphyteutæ, & debitores D. An-
dreæ per dictam immissionem adhuc remaneāt
emphyteutæ, & in possessione ipsorum bono-
rum emphyteuticorum, sequitur, quod Domi-
14 nus directus non possit nouam inuestituram
concedere D. Andreæ in præiudicium ipsorum
emphyteutarum, & illorum filiorum, & nepo-
tum in Inuestitura eis prius concessa vocatorū,
vt not. *Fulgin. de iure emphyt. in tit. de renouat.*
quæst. 1. num. 76. Caldas. de renouat. emphyt.
quæst. 3. n. 7. Rota decis. 176. n. 38. par. 5. rec.

15 Cum dominus directus non possit primo em-
phyteutæ præiudicare *Afflict. decis. 286. nu. 3.*
Rolan. cons. 63. num. 51. lib. 4. Caldas. d. q. 3.
num. 7. de iure emphyt. in tit. de alien. quæst. 1.
num. 234. in fin. & quæst. 9. nu. 3. & quod do-
minus directus non possit emphyteusim vni cō-
cessam alteri in eius præiudicium concedere
scripsit *Corbol. de emphyt. in tit. de caus. priu. ob*
tempus fini. num. 11. cum quibus pertransit *Ro-*
ta d. decis. 176. num. 38. & seq. par. 5. recen.

16 Maximè cum ius D. Andreæ creditoris du-
ret tantùm durante vita Federici, & D. Gentilis
iugalium, & eorum filiorum, qui ad eius fauo-
rem se se, & eorum bona obligauerunt per re-
gulam, Quod resoluto iure datoris resoluitur
ius acceptoris. *l. lex vectigali 31. ff. de pigno.*
l. si ex duobus 6. §. 1. ff. de in diem adiect. cap.
nuper 6. de donat. inter vir. & vxor. Bertaz. de
claus. instru. clau. 15. glos. 2. n. 16. cum alijs re-
latis per *Barbos. axiom. 135. num. 6.* Ita vt, ip-
sis deficientibus, ad bona prædicta admitti de-
beantur eorum nepotes in Inuestitura eis con-
cessa vltimo loco vocati, in quorum præiudi-
cium nullo modo Dominus directus nouam In-
uestituram D. Andreæ concedere potest, vt tra-
dunt *Corbol. in d. tit. de cau. priuat. ob tempus*
finit. n. 11. Fulgin. in d. tit. de renouat. q. 1. n. 76.
& Rota d. decis. 176. num. 38. & seq. part. 5.
recent.

Secundò quia, quatenus etiam aliquo modo dici
posset, fuisse mutatam personam emphyteutæ,
quod non credo per iura supra adducta, quia,
17 inquam, † ex tribus tantùm causis tunc deue-
nitur ad renouationem inuestituræ: primò ad
hoc vt dominus directus consequatur laude-
mium: secundò vt nouus emphyteuta teneatur
soluere canonem: tertiò ad effectum, vt atten-
datur eius persona, & suorum successorum
quo ad deficientiam generationis, vt magistra-
liter docet *Ias. in l. fin. num. 33. C. de iur. em-
phit.* & sequitur *Ouid. de Amic. de iure emphyt.
quæst. 96. num. 5.* quarum tamen nulla verifica-
ri potest in casu nostro: Non prima vt domino
18 directo soluatur laudemium, quia † laude-
mium soluitur, quando alienantur bona emphy-
teotica, vt tradunt *Doct. communiter in l. fin. C.
de iure emphyt. Clar. in §. emphyteusis quæst. 23.
in prin. Cephal. cons. 699. num. 31. lib. 5. Valasc.
de iure emphyt. quæst. 29. per tot. Fulgin. de iure
emphyt. in tit. de laude. quæst. 8. num. 1. et seq.
et quæst. 2. num. 2. et quæst. 7. num. 20. et quæst.
10. num. 2. Rota in Portuen. stagni. 19. Iunij
1637. in fin. coram Eminentissimo Card. Panzi-
rolo*, Et in his terminis, quando scilicet dătur in
solutum, seù subhastantur bona emphyteotica,
hoc est vtile dominium, ita vt dicatur fieri alie-
nario dominij vtilis, loquuntur *Ouid. de Amic. de
iure emphyt. quæst. 96. per tot. Post. de subhast.
inspec. 48. per tot. et Fulgin. de iur. emphyt. in
tit. de laudem. quæst. 8. num. 4. et seq.* & melius
in tit. de alien. quæst. 1. num. 161.
19 Non autem quando solùm alienantur fructus,
vt in casu nostro, vt tradunt *Doct. in d. l. fin. C.
de iure emphyt. Redoan. de reb. Eccles. non alien.
quæst. 11. de laude. pro alien. et inuest. soluen.
num. 1. et seq.* quem refert, & sequitur *Corbol.
de iure emphyt. in tit. de can. priuat. ob alienat.
ampl. 49. num. 8. Caldas de emphyt. extinc. lib.
4. cap. 16. n. 72.* quem refert, & sequitur *Fulgin.
de iure emphyt. in tit. de laude. q. 16. n. 2. in fin.*
20 Et ratio est, quia † laudemium soluitur do-
mino directo propter laudationem, seù appro-
bationem, quam præstat alienationi rei emphy-
teoticæ, super qua habet directum dominium.
*Ias. in d. l. fin. num. 39. C. de iure emphyt. Valasc.
d. quæst. 29. per tot. Alciat. in lib. 1. Parergon.
cap. 45. num. 6.* vbi ideò dicit, illud esse appel-
21 landum laudatitium, *Ceph. d. cons. 699. n. 31.*
sed fructus rei emphyteoticæ, cum non sint em-
phyteotici, sed proprij ipsius emphyteutæ, &
super eis dominus directus nullum ius habeat.
*Gratian. discep. foren. cap. 43. num. 11. & seq.
par. 1. et cap. 580. num. 18. et seq. par. 3. Merlin.
de pignor. lib. 2. quæst. 8. num. 61. et seq.* Rota
22 *apud eum decis. 57. num. 5. et seq.* † Emphyteuta
illos alienare potest absque consensu domini
directi, vt tradunt *Doct. supradicti*, & præcipuè
*Fulgin de iur. emphyt. in tit. de var. caduc. q. 6.
num. 6. et in tit. de laudem. quæst. 35. num. 8.* Et
ideò nil mirum, si illi in d. casu nullum debeatur
laudemium, vt tradunt *Rolan. cons. 59. num. 13.
lib. 2. Cepha. d. cons. 699. num. 31. et Fulgin.
de iure emphyt. in tit. de alien. quæst. 1. nu. 237.
& nu. 279. et in tit. de laudem. quæst. 8. n. 24. et
d. quæst. 16. num. 2. in fin.*
23 Maximè cum laudemium, vti odiosum, non
sit extendendum de casu ad casum, neque ex
identitate rationis. *Schrad. de feud. par. 10. sect. 2.
num. 49. Gratian. discept. foren. cap. 784. n. 4.
part. 4.* & sic cessat prima causa renouationis fa-
ciendæ, de qua supra.
24 Quæ confirmari possunt ex eo, † quod laude-
mium non debetur domino directo, quando
emphyteuta locat commoditatem percipiendi
fructus etiam ad longum tempus cessante frau-
de, cum illa fieri possit in requisito domino *Sal-
son. de laudem. prælud. 4. num. 25. Amad. de
Ponte de laudem. q. 34. ver. quinimmò etc. Burgi.
de laudem. par. 2. inspec. 58. in fin.* quos refert,
& sequitur *Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de laude.
quæst. 16. n. 2. Caldas de emphyt. extinc. lib. 4.
cap. 16. num. 73.*
25 Neq; debetur ex actu, per quem emphyteu-
tà non cadit a iure suo *Fulgin. de iur. emphyt. in
tit. de laude. quæst. 8. num. 12. & quæst. 9. in prin.*
sed emphyteuta alienando commoditatem non
cadit a iure suo per iura supra adducta num. 21.
& tradit in terminis *Fulgin. de iur. emphyt. in
tit. de laude. quæst. 20. num. 1.* meritò &c.
Cessat etiam secunda causa renouationis faciendæ,
ad hoc scilicet, vt nouus emphyteuta teneatur
26 ad solutionem canonis, † quia canonem non
tenetur soluere creditor, qui percipit fructus ex
re emphyteotica ad eius debitorem spectante,
vt tradunt *Alex. cons. 11. num. 5. lib. 5. Fulgin.
de iure emphyt. in tit. de solut. cano. q. 1. n. 284.
et in tit. de diuer. quæst. q. 4. num. 11.* & in ter-
minis feudi post *Bart. Specul. Imol.* Roma. *Ruin.
Affl. et Cancer.* per eum relatos tradunt Menoch.
*de arbitr. casu. 560. num. 23. et 24. et Gratian.
discep. foren. cap. 43. num. 16.* qui testatur de
veriori opinione.
27 Valet autem argumentum a feudo ad em-
phyteusim. *Gabr. cons. 70. n. 1. lib. 2. Argel.
de legit. contrad. quæst. 16. num. 18.* latè *Barbos.
in suis loc. commun. argum. loco 47. num. 2.* &
quando non adest diuersa ratio *Fulgin. de iure
emphyt. in prælud. quæst. 10. num. 1. et seq.*
28 Maximè cum canon non soluatur propter
fructus, sed in recognitionem dominij *Bald. et
Salic. in l. 1. n. 3. C. de iur. emphyt. Surd. decis.
180. num. 9. Corbol. de emphyt. in tit. de can.
priu. ob non solu. can. ampl. 11. n. 2. Gratia. discep.
foren. cap. 703. num. 16. par. 4. Fulgin. de iure
emphit. in prælud. quæst. 1. num. 12.*

Postre-

Postremò cessat vltima causa faciendę renouationis, scilicet ad effectum, vt quoad deficientiã emphyteusis attendenda sit persona ipsius creditoris, non autem debitoris, quia, cum ius D. Andreæ creditoris immissi in possessionẽ commoditatis bonorum emphyteuticorum, non sit perpetuum, sed tamdiù duret, donec de eius credito sit satisfactus, vt cantat sententia, & dixi *supra num.* 12. & cum agatur de emphyteusi ex pacto, & prouidentia, & D. Sauino creditori liceat tantùm consequi fructus bonorum emphyteuticorum durante vita Federici, & D. Gentilis Iugalium, & illorum filiorum debitorum ipsius D. Andreę, ita vt, illa deficiente,
29 illius ius resoluatur,† ex regula, quod resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, de qua in *l. lex vectigali* 31. *ff. de pign.* & tradunt in terminis *Menoch. de arbitr. d. casu.* 560. *num.* 17. *Gratian. discep. foren. d. cap.* 43. *num.* 11. *& seq. Fulgin. de iure emphyt. in tit. de diuer. quæst quæst.* 4. *num.* 4. *Posti. de subhas. inspec.* 66. *n.* 9. *Rota apud Duran. decis.* 445. *num.* 30. Necessariò sequitur, quo ad deficientiam generationis attendendam omninò esse generationem Federici, & D. Gentilis iugalium debitorum D. Andreæ, non autem generationem ipsius D. Andreæ creditoris, & sic cessat etiam vltima causa renouationis faciendæ, de qua supra.
30 Quicquid esset dicendum, quando ageretur de emphyteusi hæreditaria, & transitoria ad extraneos, quo casu locus esse posset renouationi faciendæ in personam creditoris, qui pro suo credito ad illius subhastationem deueniret, vt tradit *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 61. *vers. & retinere &c. & Rota decis.* 381. *in fin. par.* 5. *recen.*

Ex quibus apparet manifestè, non fore, nec esse locum in casu, de quo agitur, prætensæ renouationi, & inuestituræ.

Quare &c. saluo &c.

D. Andreas supradictus obtinuit, quia Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus meus Frater Pacificus Trastus Episcopus Calliensis dominus directus, visa allegatione prædicta, acquieuit, eidem immissionem concedendo, & vlterius illum ad accipiendam inuestituram d. bonorum non molestauit. Laus Deo &c. & Virgini Deiparę &c.

ARGVMENTVM.

Hypotheca super bonis emphyteoticis an nascatur a die obligationis illorum, vel a die impetratæ licentiæ a domino directo, & ideò qui licentiam impetrauit, an sit potior, licèt alius prius habeat bona obligata sine licentia. Licentia obligandi bona emphyteotica an sit strictè, vel largè interpretanda. Bona emphyteotica quando possint per creditorem subhastari. Fructus bonorum emphyteuticorum, vt veniant in generali bonorum obligatione, an sit necessaria licentia domini directi.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca super bonis emphyteoticis non oritur a die obligationis illorum, sed a die obtentæ licentiæ a domino directo.*
Item posterior in obtinenda licentia sit potior illi, cui bona fuerunt obligata sine licentia. d. num. 1.
2 *Licentia, vti in facto consistens, non præsumitur, sed est probanda.*
3 *Dominus directus, concedendo inuestituram bonorum emphyteuticorum, censetur solùm ius prælationis remittere, & alienationẽ approbare.*
4 *Alienandi licentia non extenditur ad ius hypothecandi.*
5 *Licentia strictè interpretatur, & non extenditur ad id, quod est minus.*
6 *Licentia nullam recipit extensionem.*
7 *Contractus emphyteoticus est contractus stricti iuris.*
In quo sit stricta interpretatio, ita vt nihil extrinsecus intelligatur, quod non fuit expressum. num. 8.
9 *Licentia vendendi Titio non extenditur, si vendatur Sempronio.*
10 *Licentia data Titio alienandi bona emphyteotica non extenditur ad illius hæredem.*
11 *Licentia vendendi non extenditur ad permutationem.*
12 *Licentia alienandi concessa Titio, & Sempronio non operatur, si solus Titius alienet.*
13 *Licentia alienandi non extenditur ad illam, quæ prouenit ex delicto.*
14 *Creditori licet obtinere executionem contra bona emphyteotica, & illam supra dictis bonis consumari facere, & post secundum decretum obtinere adiudicationem bonorum, saltem cum consensu domini directi ad effectum consequendi fructus.*
15 *Bona emphyteotica ex pacto, & prouidentia non possunt subhastari, nisi pro fructibus.*
16 *Bona emphyteotica non possunt hypotecari sine licentia domini directi, stante pacto.*
17 Corbol. de emphyt. in tit. de cau. priu. ob non solu. can. quæst. 4. num. 9. & 10. *& alij ibi adducti, in quibus terminis loquantur.*
18 *Fructus bonorum emphyteoticorum possunt obligari sine licentia domini directi.*
19 Ratio *vbi est diuersa, diuersa debet esse iuris dispositio.*

20 *Qui prior est in tempore potior est in iure.*
21 *Alteri non potest per alterum inferri iniqua conditio.*
22 *Inuestitura semper censetur concessa sine praiudicio tertij.*
23 *Quod facto est sine facto nostro non potest nobis auferri.*

ALLEGATIO. XVI.

Illustrissime Domine. Doctrina ex adverso allata per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum meum Episcopum Callien. dubitandi gratia in causa D. Andreæ Sauini de Cantiano cũ D. Andrea Pacio filio, & hærede q. D. Iosephi Pacij de
1 eodem, † Quod hypotheca creditoris super bonis emphyteoticis non oritur a die obligationis, sed a die impetrationis consensus Domini directi, ita vt si plures adsint creditores, & posterior in obligatione sit prior in impetrando assensu, & licentia Domini directi, is sit etiam potior in iure, & anterior in hypotheca ex *Merlin. de pigno. lib. 2. quæst. 8. num. 65. & seq.* quam sequitur etiam *Post. de subhast. inspect. 41. num. 33. & seq. & Fulgin. de iure emphyt. in tit. de contra. emphyt. quæst. 38. n. 17. & in tit. de aliena. quæst. 3. sub num. 4.* qui alios adducunt concordantes, corruit in facto, & non potest applicari terminis causæ, de qua agitur ex pluribus.

Et primò, quia deficit prætensa licentia, & assen-
2 sus Domini directi, † quæ vti in facto consistens non præsumitur, sed est probanda *l. verius 21. ff. de proba. l. si emancipati 9. C. de collat. l. 1. C. de proba. Corbul. de emphyt. in tit. de caus. priua. ob alien. quæst. 4. num. 2. Ciriac. controu. 235. num. 2. Merlin. de pigno d. quæst. 8. num. 69. Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de aliena. quæst. 3. in prin.*

Neq; vice d. licentiæ suffragari potest inuestitura concessa per Illustrissimum Episcopum Dominum directum D. Iosepho Pacio oblatori bonorum emphyteuticorũ, cum illa non importet dictam licentiam neque tacitè, neque expresè; non expresè quidem cum id expresè in ea non legatur ad not. per *Bald. in cap. Rodulphus 35. de rescrip. & in cap. venerabilem 34. col. penul. de elect.*

3 Non tacitè, quia dominus directus concedendo Inuestituram censetur tantum ius prælationis quod habet in re emphyteotica remittere, & alienationem illius approbare vt post *Amad. a Ponte Cald. Grat. Mastril.* per eum relatos fir-
4 mat *Ciriac. contro. 309. num. 15. & seq.* † sub concessione vero alienandi non venit concessio hypothecandi in casu nostro, in quo sumus in dispositione hominis, & in materia stricti iuris, vt latè comprobat *Corbul. de emphyt. in tit. de cau. priu. ob alien. quæst. 6. per tot.* vbi etiam contrarijs respondet, *Simoncel. de decre. lib. 1. tit. 1. num. 95. Pacif. de Saluia. inspec. 3. cap. 2. num. 56. Surd. decis. 254. num. 5. Vinc. de Franch. decis. 71. num. 16. Ciriac. contro. 189. num. 22. & 23.* & hanc esse commmunem opinionem testatur *Merlin. de pigno. lib. 2. quæst. 11. num. 11. Rot. apud Duran. decis. 145. post prin. vers. & chirographum &c.*

Quicquid contrarium tenuerint *Molin. de iure primog. lib. 4. cap. 5. num. 15. & Caldas. de iure emphyt. lib. 4. cap. 15. num. 17.* contra quos adest communis opinio de qua supra.

Et hoc, vltra alias rationes per supradictos Doct.
5 adductas, propter naturam licentiæ, † quæ strictissimè interpretatur, & non extenditur ad id quod est minus, sed seruanda est in propria forma, vt benè declarant *Marin. Frecc. de sub feud. Bero. quæst. 7. lib. 2. Corbul. in d. quæst. 6. per tot. Surd. d. quæst. 254. num. 27. & Merlin. d. lib. 2. quæst. 11. num. 15.*

6 Nec vllam recipit extensionem. *Deci. cons. 395. num. 2. Bero. cons. 123. num. 17. lib. 1.* vbi dicit id fieri non posse, neque ex maioritate rationis *Simoncel. de decre. lib. 1. tit. 1. num. 92. & seq. Corbul. de emphyt. in tit. de cau. priu. ob alien. ampl. 8. post prin. & in d. quæst. 6. num. 9. & seq. Ciriac. contro. 178. num. 65.* qui alios adducunt concordantes.

7 Maximè cum simus in contractu emphyteotico, & sic stricti iuris. *Cuma. cons. 166. in prin. Valas. de iure emph. quæst. 5. num. 12. Corbul. de emphyt. in tit. de cau. priua. ob lin. fin. num. 4. Fulgi. de iur. emphyt. in prælud. quæst. 17. num. 4. Altogr. cons. 13. num. 29. lib. 2.*

8 In quo fit stricta interpretatio ad limites verborum, ita vt nihil extrinsecus intelligatur, quod non fuerit expressum *Menoch. cons. 474. num. 3. & cons. 905. n. 30. Vuesemb. cons. 60. num. 11. & seq.* & latè comprobat *Altogr. d. cons. 13. num. 30. lib. 2.*

9 Hinc videmus quod licentia concessa emphyteutæ vendendi Titio non extenditur neq; operatur si vendatur Sempromio, vt post *Io. Andr. Aluar. & Bero.* per eum adductos scribit *Corbul. de emphyt. in tit. de cau. priu. ob alien. ampl. 8. per tot. Surd. d. decis. 343. num. 5. Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de alien. quæst. 1. num. 56.*

10 Et licentia data Titio emphyteutæ alienandi non extenditur, vt possit alienare illius hæres. *Natt. cons. 164. num. 7. & cons. 165. n. 3. Corbul. in d. tit. de cau. priuat. ob alien. ampl. 11. per tot. Fulgin. in d. tit. de alien. quæst. 1. n. 59. Rot. apud Duran. dict. decis. 145. vers secundo quia &c.*

Et non

11 Et non defunt Doct. volentes quod licentia vendendi non extendatur ad permutationem, inter quos fuerunt *Castr. in l. quicumq. 5. §. non tamen num. 2. ff. de inst. actio. & Corn. conf. 166. num. 14. vol. 2.*

12 Et licentia alienandi concessa Titio, & Sempronio, si Titius folus alienet cadit a iure fuo. *Ronchegal. in l. eadem 9. num. 140. ff. de duobus reis. Corn. conf. 320. vol. 3. per tot. Corbul. in d. tit. de cau. priu. ob alien. ampl. 4. in prin.* benè
13 comprobans, † & licentiam alienandi non extendi ad illam, quæ prouenit ex delicto, cum illa non sit propria alienatio voluerunt *Bald. in cap. feudum si de feud. fuer. controu. int. domi. & agna. Tiraq. de legib. connub. glos. 5. num. 158. & Corbul. de emphyt. in tit. de cau. priu. ob mortem ciuil. num. 41. & seq.* cum alijs pluribus similibus, quæ adduci possunt.

14 Secundò principaliter non obstat motiuum exaduerso adductum, quia licèt D. Bartholomeo Vanuo creditori Federici, & D. Baptistæ iugalium, licèt bona emphyteotica non venirent in generali obligatione stante pacto, licuerit obtinere executionem contra d. bona tanquam contra rem fuorum debitorum illamq; in dictis bonis consumare capiendo tanq; pignus iudiciale feruata forma *l. a diuo pio. 15. §. in venditione ff. de re iudic.* & post fecundum decretum obtinere illorum adiudicationem faltē cum confensu domini directi ad effectum confequendi fructus ad vitam Federici, & D. Baptistæ emphyteutarum, vt voluerunt *Corbul. de emphyt. in tit. de cau. priua. ob alien. limit. 19. num. 2. Gratian. discep. foren. cap. 43. num. 11. par. 1. Fulgin. de iure emphyt. in tit. de diuer. quæst. q. 4. n. 12. Merlin. de pigno. lib. 2. quæst. 8. n. 61. & Rota apud Card. Canal. decis. 290. n. 6.*

15 Cum tamen fimus in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, non transitoria ad extraneos hæredes, non potuit illa fubhastari nisi fortasse pro fructibus durante vita inuestiti, & ideò non potuit dominus directus concedere inuestiturā D. Iofepho Pacio oblatori de ipsis bonis, vt dicit Rota *decis. 381. num. 16. par. 5. recen* & sic vti concessa contra iuris dispositionem, & nulliter illa nullũ potuit afferre præiudicium D. Andreæ Sauino creditori anteriori ex regula *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & l. non dubium 5. C. de legib.* quam latè exornant *Barbo. axiom. 164 in prin. & Adden. ad Rot. decis. 1. num. 90. par. 8. rec.*

Tertiò non nocet d. motiuum, quia admissa citra veri præiudicium d. licentia, doctrina *Merlin.* ex aduerso allegata, quod attenditur quis primo ex creditoribus obtinuerit licentiā obligandi bona emphyteotica habet locum quādo agitur de hypotheca imponenda fuper ipsis bonis
16 emphyteoticis, & illorum proprietate, quia cum dicta bona non potuerint hypothecari fine licentia domini directi, vigore pacti in Inuestitura appositi. *Pacif. de Saluian. inspec. 3. cap. 2. num. 45. Gratian. discep. foren. cap. 855. n. 10. par. 5. Adden. ad Buratt. decis. 749. num. 27. Merlin. de Pigno. lib. 2. quæst. 8. num. 27. Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de alien. quæst. 1. num. 242. Rota apud Merlin. de pigno. decis. 59. num. 8. & decis. 69. n. 4.*

Ideò non mirum si non nascitur hypotheca fuper d. bonis ad fauorem creditorum nisi a die ob-
17 tentæ licentiæ a dominio directo, † in quibus terminis loquuntur *Corbol. de emphyt. in tit. de cau. priua. ob non folu. can. q. 4. n. 9. & 10. Ciriac. contro. 119. num. 10. & contro. 328. in prin. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1852. & Merlin. in d. quæst. 8. num. 65. & seq.* & expressè quando res non poterat hypothecari fine licentia domini directi *Fulgi. in d. tit. de alien. q. 3. num. 4. Rota apud Merlin. decis. 21. n. 6. & seq.*

Nos verò non fumus in d. terminis, fed in longè diuersis, quia D. Andreas non prætendit habere hypothecam fuper ipsis bonis emphyteoticis, & fuper illorum proprietate, in quo casu est necessaria licentia, fed fuper illorum fructibus, & illorum commoditate tantum, vt ex il-
18 lius libello videre est, † qui fructus cum non fint emphyteotici, fed mere allodiales, & fint proprij ipforum debitorum, & ideò possunt per debitores hypothecari, & obligari absque aliqua licentia domini directi, & sic veniunt in generali hypotheca bonorũ ad fauorem creditoris, ita vt pro illis ei detur Saluianum, vt tradunt *Gratian. discep. foren. d. cap. 43. num. 11. par. 1. & cap. 580. num. 18. & seq. par. 3.* benè *Posti. de fubhast. inspec. 18. num. 223.* alios adducens concordantes *Giurb. ad confuet. Messan. cap. 1. glo. 2. par. 1. num. 110. Merlin. d. quæst. 8. nu. 36.* & declarat *Salgad. in laber. credit. par. 2. cap. 21. nu. 55.* vbi dicit, quod conclusio quod ille creditor est potior in re emphyteotica, qui prius obtinuit licentiam obligandi rem a domino directo procedit quando prima obligatio fine confensu domini fuit nulla, fecus tamen quando primus creditor validè contraxit, vt in casu nostro, in quo licentia obligandi fructus non erat necessaria *Capic. Latro. decis. 26. n. 7. & 8. Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de var. caducit. quæst. 6. num. 6. & in tit. de diuer. quæst. quæst. 4. num. 12. Rota apud Cenc. de cens. decis. 403. num. 3. & seq. & apud Merlin. de pigno. decis. 57. num. 4. & decis. 82. num. 12. Merlin. d. decis. 21. num. 6. & seq.*

Et ideò cum pro obligatione dictorum fructuum, in quo stat ratio, & tota vis conclusionis exaduerso allatæ nulla requiratur licentia domini directi, fed fructus veniant ipso iure in generali bonorum obligatione, vt tradunt Doct. vt fu-

pra proximè adducti, & præcipue *Gratian d. cap.* 580. *num.* 18. *& seq.* & in terminis nostris *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1856. *Rot. in Roman. censuc seu Saluiani* 27. *Iulij* 1653. *coram R. P. D. Bichio §. quodq;* necessariò sequitur, quod quo ad hypotecam ipsorum fructuum non habeat locum conclusio exaduerso
19 adducta ex regula. Quod vbi est diuersa ratio, diuersa etiam esse debeat iuris dispositio. *l. adigere.* 6. *§. quamuis cum ibi not. ff. de iurepatr. l. cum pater* 79. §. *dulcissimus ff. de lega.* 2. *cum alijs adduct. per Barbo. axiom.* 197. *num.* 5. *& per Altogra. cons.* 69. *nu.* 80. *lib.* 2. Sed locum
20 habere debeat regula, † Qui prior est in tempore potior est iure *cap. qui prior.* 54. *de reg. iur. in* 6. cum alijs apud eundem *Barbos. axiom.* 188. *in prin. & apud Thoma. decis. March.* 174. *num.* 4. *& decis.* 186. *in priu. par.* 2. & in puncto tradunt *Gratian. d. cap.* 580. *nu.* 20. *par.* 3. *Salgad. & Fulgin. in loc. sup. proximè adductis*. Quicquid sit quò ad acquirendam hypothecam super proprietate bonorum emphyteuticorum, in quibus terminis procedit conclusio, & motiuum exaduerso allatum.

Quod quidem eo magis est dicendum, quia cum D. Andreas vigore pacti, & generalis hypotecæ in eius Instrumēto crediti appositæ acquisierit ius, & hypotecam super fructibus bonorum emphyteuticorum, vt supra probaui. *n.* 18.
21 licentia domini directi postea subsequens ad fauorem secundi creditoris quatenus adesset, non potuisset eius ius antea quęsitum super fructibus tollere, nec circa illud ei aliquod præiudicium afferre *Melch. Præb. decis. lusit.* 28. *n.* 12. *tom.* 1. in terminis nostris *Surd. decis.* 189. *n.* 18. Rota in Bononien. *fideicomm.* de Rubeis 30. *Maij* 1646. *coram Eminentissimo Card. Corrado §. quia pro congrua &c.*
22 Maximè cum Inuestitura, ex qua prætenditur desumi assertam licentiam, semper censeatur concessa sine præiudicio iurium tertij. *Card. Mant. de tacit. lib.* 23. *tit.* 19. *num.* 20. alios adducens concordantes, *Ciriac. controu.* 36. *nu.* 5. *Fulgin. de iur. emphyt. in tit. de var. caducit. quæst.* 12. *num.* 36. *Rota decis.* 231. *n.* 2. *par.* 4. *diuer.*

Quibus non obstat si dicatur, quod in contrarium facit d. doctrina *Merlin. in d. quæst.* 8. *num.* 65. quod licentia concessa per dominum directum secundo creditori nocet primò, quia primus qui non habuit licentiam nullum ius, & nullam hypotecam acquisiuit super re emphyteotica, vt tradunt *Merli. & alij Doct. ab eo adducti*, & ideò nil mirum si dominus directus concedendo licentiam secundo potuit præiudicium afferre primo, secus tamen est in casu nostro, in quo D. Andreas primus creditor acquisiuit ius anterius non super re emphyteotica, sed super illius fructibus, vt ex *Gratian. Post. Giurb. Merli. & Rot.* probaui *sup. num.* 18. cui dominus directus per licentiam postea concessam secundo creditori super dicto iure super fructibus acquisito nullo modo potuit præiudicare ex regula.
23 Quod nostrum est sine facto nostro nobis auferri non potest *l. id quod nostrum* 11. *ff. de reg. iur. cum alijs apud Barbo. axiom.* 163. *num.* 2. *Bello. cons.* 29. *num.* 2. Quod quidem nullam censeo habere difficultatem.

Quare &c. saluo &c.

Dominus Andreas Sauinus actor obtinuit, vt habetur in fine allegationis præcedentis. Laus Deo, & Virginis &c.

ARGVMENTVM.

Quæ nam veniant necessario probanda ad obtinēdam immissionem in iudicio Vtilis Saluiani Interdicti, & de illorum probatione, successor singularis quando possit vti iuribus sui Authoris, in iudicio Saluiani quando possit excipi de hypotheca alterius, actio hypotecaria quando dicatur extincta per aditionem hæreditatis debitoris sine beneficio inuentarij, exceptio turbida an impediat immissionem in Saluiano.

SVMMARIVM.

1 *In Saluiani iudicio docendum est de credito cum hypotheca, possessione debitoris tempore obligationis, vel post, & possessione rei contenti.*
2 *Creditum cum hypotheca probatur ex publicis Instrumentis.*
3 *Possessio debitoris probatur ex depositionibus testium.*
4 *Possessio rei contenti probatur ex sustentatione litis.*
Concurrentibus adminiculis. num. 5.
6 *Mors probatur ex fide Parochi formiter extracta.*
7 *Mulier non agit ad restitutionem dotis non probata morte viri.*
8 *Dotis actio non datur constante matrimonio.*
9 *Successor singularis potest se tueri hypotheca anteriori sui Authoris.*
10 *Saluianum non datur, contra habentem anteriora seu potiora iura.*
11 *Tertij ius allegari non potest ab eo, qui ab illo tertio causam non habet.*
Maximè quando illud non est exclusiuum intentionis agentis. num. 12.
13 *In iudicio Saluiani non potest dari de hypotheca alterius ad impediendam immissionem.*
14 *Hypothecæ alterius discussio respicit petitorium, & reseruatur in plenario iudicio.*

15 Ex-

15 *Exceptio dolo facis petere, quod alteri restituturus es non obstat in summarijs.*
16 *Causam habere ab aliquo non præsumitur, sed id est probandum.*
17 *Legitimatio personarum est facienda in omni iudicio executiuo, summario, & ordinario.*
18 *Actio hypothecaria competens creditori confunditur per aditionem hæreditatis debitoris sine inuentario.*
19 *Hæres per aditionem hæreditatis fit dominus bonorum defuncti.*
20 *Hypothecam quis habere nō potest in re propria.*
21 *Hypothecaria actio extinguitur per aditionem hæreditatis debitoris quando dominium bonorum defuncti acquiritur irreuocabiliter, secus si reuocabiliter.*
Declaratur. num. 22.
23 *Hæres adendo hæreditatem sine inuentario tenetur satisfacere de proprio creditoribus hæreditarijs.*
24 *Hæres tenetur habere ratam hypothecam constitutam per defunctum.*
25 *Hæres sine inuentario non potest de eius credito excipere contra creditores defuncti posteriores.*
Procedit si ipse conueniatur a creditoribus defuncti, secus si conueniatur ille qui emit ab ipso hærede. num. 26.
Contrarium firmatur. num. 27. & seq.
28 *Hypotheca ad repellendum agentem Saluiano debet esse anterior, seu potior.*
29 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.*
30 *Authoris ius transit in successorē cum omnibus suis vitiis.*
31 *Successor non potest esse melioris conditionis, quā sit eius author.*
32 *Successorem singularem contra obijci possunt omnia quæ obijci possunt contra illius authorē.*
33 *Probatio quæ fit per duos testes reputatur a iure sufficiens.*
34 *Testis vnicus contra producentem plenè probat. Maximè si eius depositio reproducatur in iudicio. num. 35.*
36 *Immissi in Saluiano nō retardatur per exceptiones dubias.*
37 *Dotis fauore in dubio est iudicandum.*

ALLEGATIO XVII.

Excellentiss. Domine. D. Bartholomea vxor relicta q. Lucæ Bugatti de Villa Palcani egit in iudicio contra Bartholomeū, & D. Clementiā filios q. Io: Baptistæ Pacceschi de Cantiano vti tertios possessores vnius petij terræ aratiuæ, & arboratæ, de quo in processu olim possessi a q. Euangelista Bugatto eius Socero, & Patre q. Lucæ Bugatti eius viri remedio vtilis Saluiani interdicti pro recuperatione suarum dotium solutarum d. Euangelistæ, vt constat publicis instrumentis in iudicio exhibitis sub rogitu q. D. Ludouici Ricciatti Notarij publici Cantianensis, de quibus in processu; In quo iudicio cum pro parte ipsius Actricis fuerint probata omnia requisita ad obtinendū io dicto remedio vtilis Saluiani interdicti, nempè creditum dotis in summa florenorū septemcentum monetæ Eugubinæ cum hypotheca omnium bonorum d. Euangelistæ debitoris, possessionem d. arbusti eiusdem Euangelistæ tempore obligationis, vel postea, & possessionem eiusdem de præsenti ipsorum reorum conuentorum, immissio in dicto arbusto eidem venit omninò concedenda *Rolan. cons. 14. n. 1. & seq. lib. 1. Hond. cons. 17. num. 1. & seq. lib. 2. Scappuc. de Saluia. lib. 1. quæst. 25. per tot. Thoma. decis. March. 13. num. 13. Cenc. de cens. quæst. 98. num. 16. Pacif. de Saluia. inspec. 1. cap. 5. nu. 1. & seq & cap. 6. D. Andreol.* post hæc scripta visus *contro. 170. num. 1. Rota apud Duran. decis. 401. in prin. & decis. 294. num. 3. & decis. 307. num. 4. par. 1. recen.*

2 De credito autem cum hypotheca constat ex publicis Instrumentis possessionis, & receptionis dotium factæ per d. Euangelistam cum promissione illas restituendi soluto matrimonio ipsi D. Bartholomeæ sub obligatione omnium bonorum, de quibus in processu fol. 7. *Thoma. d. decis. 13. num. 10. Cenc. de cens. d. quæst. 98. num. 17. Pacif. de Saluia. d. inspec. 1. cap. 5. num. 4. Rota apud Pacif. vbi supra decis. 13. n. 1. & apud Duran. d. decis. 401. num. 3. & d. decis. 294. n. 1. in fin. par. 1. rec.*

3 De possessione vero Euangelistæ debitoris d. arbusti de tempore obligationis, vel postea plenè constat ex depositionibus testium examinatorum super primo, & secundo articulo ad not. per *Scappuc. de Saluia. lib. 1. quæst. 25. num. 2. per Thoma. d. decis. Marsh. 13. num. 11. per Rot. apud Grego. XV. decis. 160. n. 2. & apud Duran. decis. 458. num. 3.* Qui deponunt de visu, & reddunt bonam rationem de actibus possessorijs. *Afflic. decis. 325. num. 2. Deci. cons. 307. num. 17. Thoma. d. decis. 13. num. 11. Rota apud Grego. XV. d. decis. 160. num. 2. & decis. 307. num. 1. & 2. par. 1. rec.*

4 Et de possessione eiusdem arbusti in corpore, & substantia de præsenti ipsorum reorum conuentorum constat ex substeotatione litis. *Soc. Iun. cons. 18. num. 17. lib. 2. Scappuc. d. quæst. 25. num. 9. Cenc. d. quæst. 98. num. 19. Thoma. d. decis. 13. num. 12. Rota apud Cenc. de cens. decis. 77. num. 5. & decis. 80. num. 5. & decis.*
5 *261. in fin. & apud Buratt. decis. 693. num. 5. & ibi Adden. litera A. & decis. 728. num. 3.*

Additis

Additis depositionibus testium examinatorum
super 3. & 4. articulo, quæ superant adminicu-
la ad id necessaria, vt volunt Doct. supradicti,
& præcipuè Rota apud Cæs. de Grass. decis. 4.
de restit. spol. & apud Cenc. de cens. decis. 488.
num. 8. & decis. 532. num. 4.

Sicut etiam apparet de dissolutione matrimonij,
per mortem Lucæ viri ipsius D. Bartholomeæ
6 Actricis ex fide Parochi formiter extracta. Ro-
ta apud Greg. XV. decis. 78. n. 2. & ibi Adden.
litera A. & decis. 321. nu. 3. & decis. 700. n. 4.
par. 1. recen. & decis. 605. num. 4. par. 2. &
in Portnen. Stagni. post hæc scripta visa. 7. Apri-
lis 1640. coram Eminentissimo Panzirolo §. quod
autem, & in eadem causa 10. Iunij 1641. coram
7 eodem §. quod vero &c. Quo non probato agi
non potest per mulierem ad restitutionem do-
tium Alex. cons. 153. num. 7. lib. 6. Asin. de
execut. §. 1. cap. 29. num. 13. & §. 2. cap. 14.
nu. 6. Carauit. super Ritu Regn. Neap. ritu 267.
num. 5. quos refert, & sequitur Grass. de excep.
except. 36. num. 2. Giurb. ad consuet. Messa. par.
1. c. 1. glos. 11. num. 1.

Cum constante matrimonio non competat regu-
8 lariter actio de dote l. 2. ff. solut. matr. not. Din.
Bart. & communiter Doct. in l. si constante 25.
§. 1. ff. solut. matr. Alex. cons. 106. nu. 3. lib. 5.
& d. cons. 103. ante fin. lib. 6. Negus. de pign.
in 1. membr. 5. par. num. 30. Io. Campeg. de
dote par. 3. quæst. 17. per tot. Adden. ad Thesaur.
decis. 207. ante fin. vbi dicunt constante matri-
monio neq; esse natam actionem de dote, & te-
stantur de magis communi opinione, cum qui-
bus pertranseunt. D. Andreol. contron. 162. in
fin. & Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 73. in prin.
post hæc scripta visi.

Neq; Aduersarij vllum possunt facere fundamen-
tum in prætensa anteriori hypotheca superdi-
cto arbusto competente Lucæ filio Euangelistæ
pro dotibus maternis ex persona adm. Reuer.
q. D. Augustini Paceschi, qui emit d. arbustum
a dicto Luca, & sic fuit illius singularis succes-
9 sor, † qui ideò potest se tueri anterioritate d.
Lucæ venditoris Morot. cons. 8. num. 4. Pacif.
de Saluian. inspec. 2. cap. 2. num. 229. Rot decis.
10 33. num. 9. & 10. apud Merlin. de pign. † cum
remedium Saluiani non detur contra creditorē
habentem anteriora, seu potiora iura Pacif. de
Saluiano inspec. 3. cap. 2. num. 165. & inspec. 5.
cap. vni. num. 6. Scappuc. de Saluia. lib. 2. q. 6.
num. 1. & seq. & ibi Adden. Rota apud Card.
Mant. decis. 69. n. 1. & apud Buratt. decis. 844.
n. 1. & apud Merlin. de pigno. d. decis. 33. n. 10.

Non inquam possunt se tueri d. anteriori hypo-
theca, quia ipsi non docuerunt esse successores
vniuersales, neque singulares d. D. Augustini,
neque ab eo vllam causam habere, ius autem
11 tertij allegari non potest ab eo, qui ab illo ter-
tio causam non habet. Bart. in l. 2. ff. de excep.
rei iudic. Tiraq. plene in l. si vnquam in verbo re-
uertatur num. 356. C. de reuoc. donat. Crauett.
cons. 826. nu. 1. Hond. cons. 30. num. 45. vol. 1.
Thoma. decis. March. 39. num. 24. Rota apud
Card. Seraph. decis. 649. num. 2. & apud Cenc.
de cens. decis. 331. num. 1. & 2. & decis. 265.
num. 3. par. 1. rec. alios adducens.

12 Maximè cum illud in casu nostro non sit ex-
clusiuum iuris agentis cum anterior hypotheca
alterius tunc impediat immissionem in Saluia-
no quando est coniuncta cum possessione, ita
vt illa competat possessori conuento ex perso-
na sui authoris, vel quia ei sit cessa ab alio, &
simil: quia tunc hypotheca causat possessori
retentionem, & impedit immissionem, in qui-
bus terminis loquuntur Doct. volentes hypo-
thecam anteriorem alterius impedire immis-
sionem, vt videre est ex Scappuc. de Saluian. lib.
2. quæst. 6. ex March. de Saluian. par. 2. cap. 9.
ex Rota apud Merlin. de pignor. d. decis. 33. n. 9.
& 10. & decis. 50. num. 10. addo eandem Rot.
in Rom. Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. co-
ram R. P. D. Cerro post hæc scripta visam §. nec
minus acceptatio &c. secus tamen est, quando
hypotheca alterius nō est cōiuncta cum posses-
sione, sed allegatur ex persona alterius, a quo
possessor non habet causam, quia tunc illa non
potest ei parere retentionem, & ideò non po-
test immissionem impedire, & non est exclusi-
ua iuris agentis vt patet. & benè declarat Scap-
puc. de Saluian. d. lib. 2. quæst. 7. num. 4. ver.
Neq; ad rem pertinet &c.

13 Et in terminis nostris quod in iudicio Saluia-
ni Interdicti ad retardandam immissionem non
liceat dare de hypotheca alterius scripserunt
Paul. March. de Saluian. par. 4. cap. 8. per tot.
Scappuc. de Saluian. lib. 2. q. 7. per tot. Amat.
decis. March. 27. n. 6. Thom. decis. March. 39.
num. 22. & decis. 109. num. 5.

14 Maximè quia discussio hypothecæ alterius
concernit petitorium, & reseruatur in plenario
iudicio, & ideò de illa non est habenda ratio,
cum vtile Saluianum nihil commune habeat
cum proprietate. Bart. in l. 1. C. de praca. &
Salu. interd. Rolan. cons. 14. num. 3. lib. 1. Paul.
March. de Saluian. par. 2. cap. 8. Scappuc. d. quæsit.
7. num. 2. Amat. d. decis. March. 27. num. 6.

15 † Et in summarijs non obstat exceptio dolo fa-
cis petere, quod alteri restituturus es. l. si socer.
45. §. Lucius ff. solu. matr. l. ille a quo 13. §. si de
testamento ff. ad Trebell. Alex. in l. fin. sub num.
23. C. de edic. D. Adria. tollen. Peregr. de fideic.
art. 48. num. 46. vbi subiungit in iudicio pos-
sessorio adipiscendæ non releuare possessorem
exceptionem de iure tertij, cum quibus per-
transit Scappuc. de Saluian. d. quæst. 7. in prin.

16 Quod verò rei conuenti habuerint causam
ad d. D.

a d. D. Augustino non præsumitur, sed erat per eos probandum *Mascar. de prob. concl.* 1254. *in prin. lib.* 3. *Grass. de excep. excep.* 4. *num.* 87. benè *Thoma. decis. March.* 100. *num.* 1. *& seq. Peregr. de fideic. art.* 43. *num.* 60. in terminis *Ciriac. contro.* 329. *n.* 20. *Rota apud Greg. XV. decis.* 233. *num.* 2.

Maximè cum id fuerit pro parte D. Bartholomeæ specificè in actis oppositum, & ideò cessat omnis dubitatio cum in quolibet iudicio ordinario, summario, & executiuo personæ sint legi-
17 timandæ parte opponente. *Salust. in prac. A. C. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 4. latè *Posth. de manut. obser.* 87. *num.* 1. 2. *& seq. Gratian. discep. foren. cap.* 486. *n.* 6. *&* 7. *par.* 3. *D. Andreol. controu.* 79. *n.* 17. *& seq. Ciriac. controu.* 384. *in prin. Rota apud Greg. XV. decis.* 88. *in prin. & apud Buratt. decis.* 785. *num.* 2. *& decis.* 307. *num.* 7. *par.* 1. *recen.*

Secundò nullum possunt facere fundamentum in anteriori hypotheca d. Lucæ filij Euangelistæ pro dotibus suæ matris quatenus etiam haberent causam a D. Augustino, quod tamen negatur, quia Lucas fuit hæres Euangelistæ patris absq; beneficio inuentarij, vt infra dicetur, vndè per dictam aditionem, seu immixtionem ab eo factam hæreditati paternæ absque inuen-
18 tario actio hypothecaria ei competens contra bona paterna pro dotibus maternis fuit confusa, seu extincta *l. stichum* 96. *§. aditio ff. de solut. l. Vranius* 72. *ff. de fideiuss. l. debitori tuo* 7. *C. de pact. l. licet* 14. *C. ad leg. falcid. l. si adultera* 6. *de hæred. actio*, & tradunt *Afflic. decis.* 237. *num.* 4. *& ibi Vrsill. num.* 3. *&* 4. *Io. Franc. de Ponte cons.* 8. *num.* 23. *& seq. Maur. de fideiuss. par.* 2. *sect.* 10. *cap.* 14. *nu.* 9. *& seq. Surd. decis.* 244. *num.* 7. 8. *& seq. Menoch. cons.* 89. *num.* 153. *lib.* 1. *Pacif. de Saluian. inspec.* 5. *cap.* 1. *num.* 138. *D. Andreol. contro.* 313. *n.* 44. post hæc scripta visus. *Thoma. decis. March.* 99. *num.* 48. *& seq. Merlin. de pigno. lib.* 5. *q.* 14. *num.* 1. *vsq; ad* 15. *Rota decis.* 560. *nu.* 7. *par.* 1. *& decis.* 450. *num.* 2. *recen. & decis.* 4. *num.* 34. *par.* 5. *recen. & apud Merlin. de pign. decis.* 105. *num.* 18. post hæc scripta visæ.

19 Per aditionem enim hæreditatis hæres fit dominus rerum, & bonorum defuncti *l. cum hæres* 52. *& ibi not. Doct. ff. de acqui. hæred. Bart. & alij in rub. ff. eod. tit. Ciriac. contro.* 4. *n.* 81. *&* 82. *Peregr. decis.* 21. *num.* 4. ideò in eis debet omninò cessare hypotheca, cuius conseruatio non est possibilis in bonis, quæ effecta sunt
20 creditoris, & vnum patrimonium, † cum in re sua non possit hæres habere hypothecam *l. neq; pignus* 46. *ff. de reg. iur.* & benè probat *tex. in d. l. Vranius* 72. *§. de fideius.* & not. *Io. Franc. de Ponte d. cons.* 8. *num.* 2. *& seq. Menoch. d. cons.* 89. *num.* 153. *Merlin. d. quæst.* 14. *nu.* 2. *& alijs Doct. supra adductis, adde Posth. resol.* 17. *num.* 62. *&* 85. *& resol.* 43. *num.* 31. *&* 32.

Et ex successione inducitur solutio debiti, quasi quod debitor instituendo hæredem creditorem ei soluere dicatur ex hæreditate. *l. si debitori* 51. *ff. de fideius.* vel quia hæreditas fingatur soluere hæredi. *l. si ei* 41. *ff. de euict. Barbos. in l. quæ dotis* 34. *num.* 6. *ff. solut. matr. Merli. d. quæst.* 14. *num.* 4. *& seq.*

21 Neq; obstat, quod prædicta habeant locum quando hæres acquisiuit dominium rerum hæreditariarum irreuocabiliter, secus si reuocabiliter, vt quia res ei auocari possint per creditores posteriores defuncti, vt in casu nostro, quia per tale dominium non extinguitur hypotheca, vt tradunt *Cin. Bart. Cuman. & Castr.* quoa refert, & sequitur *Neguf. de pigno. in* 1. *membr.* 5. *par. num.* 52. *& seq.*

22 Quia respondeo id habere locum quādo dissoluitur principium formale ipsius consusionis actionum, vt puta si creditor qui succedit debitori est grauatus restituere hæreditatem alicui, cum in dicto casu restitutio quæ fit ex Trebellianico destruat quo ad iuris effectum aditionem hæreditatis, quæ est principium formale ipsius consusionis, cum in dicto casu hæres remaneat potius nomine, quam effectu, *Peregr. de fideicom. art.* 2. *num.* 44. *D. Andreol. d. controu.* 313. *num.* 49. secus tamen est quando hæreditas nullum habet onus restitutionis, vt in casu nostro, quia tunc manente hæreditate apud hæredem licèt adsint creditores posteriores frustra agendum est de existentia, vel reuiuiscentia actionum, quæ iam fuerunt extinctæ per confusionem, seu per fictam solutionem vt supra vt declarant *Ant. Fabr. in suo Cod. in tit. qui potio. in pign. hab. diffin.* 11. *per tot.* & post eum *D. Andreol. d. controu.* 313. *num.* 49. post hæc scripta visus.

23 Quod eo magis est dicendum cum d. Lucas adeundo, seu se immiscendo hæreditati Euangelistæ patris sine beneficio inuentarij teneatur de proprio satisfacere creditoribus paternis, vt in terminis nostris tradunt *Neguf. in d. membr.* 5. *par. num.* 53. *ver. quintus casus, Vrsil. ad Afflic. decis.* 8. *post prin. & decis.* 237. *num.* 3. *&*
24 *seq. & Vinc. de Franch. decis.* 80. *num.* 7. ac etiam teneatur habere ratam hypothecam constitutam ipsi secundo creditori per defunctum, *l. cum a matre* 14. *C. de rei vendic. Neguf. Vrsill. & Vinc. de Franc. loc. proximè adduc. Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæst.* 14. *num.* 95. et ideò illius hypotheca vel remanet extincta, vt supra, vel remanet inutilis, & inefficax apud eum, ita vt illa vti nullo modo possit contra D. Bartholomeam posteriorem creditricem, vt not. *Fulg. in l. debitor.* 59. *num.* 19. *&* 20. *ff. ad Trebell.* & voluit cum effectu *Alex. in d. l. debitor num.* 12. *&* 16. & benè declarat *Neguf. in d.* 1. *memb.* 5. *par.*

par. nu. 53. *ver. quintus casus &c.* vbi dicit, hoc
esse extra difficultatem, & idem voluerunt *Vrsil.*
ad Afflic. decis. 8. *per tot.* vbi testatur de verio-
ri opinione *& decis.* 237. *num.* 3. 4. *& seq.* be-
nè comprobans *Phanuc. de inuent. par.* 7. *n.* 93.
& seq. quibus addo *Merlin. de pignor. d. lib.* 5. *q.*
14. *num.* 95. *&* Rot. *decis.* 4. *nu.* 35. *par.* 4. *rec.*

25 Et ideò quod creditor defuncti, qui illius hę-
reditatem adiuit sinè beneficio inuentarij, non
possit illius creditum deducere, & de illo exci-
pere contra alios creditores hereditarios, qui-
bus tenetur satisfacere de proprijs bonis, est
tex. in *l. fin.* §. *sin verò postquam. et ibi not. Doct.*
C. de iur. delib. et in §. *hinc nobis. ver. sin verò*
non fecerint. Auth. de hæred. et falci. & scripse-
runt *Castr. in l. ita tamen* 2. §. *ex Trebelliano*
num. 2. *ff. ad Trebell. Rolan. de inuent. par.* 5.
ver. Pone hæres grauatus &c. n. 6. *et seq. Neguf.*
in d. 1. *membr.* 5. *par. num,* 53. *vers. quintus ca-*
sus. Surd. cons. 7. *num* 24. *vol.* 1. *Vinc. de*
Franch, decis. 80. *n.* 7. *ver. Item dicebatur etc.*
Mangil. de euict. quæst. 49. *num.* 12. *Hodiern. ad*
Surd. decis. 170. *num.* 9. *ver.* Responde *etc. Mer-*
lin. d. quæst. 14. *num.* 95. *Rot. decis.* 39. *nu.* 5.
et 6. *par.* 6. *rec. et apud Merlin. de pign. d. decis.*
105. *num.* 19. post hæc scripta visis.

26 Neque obstat si replicetur, quod prædicta
locum habere possunt quando hæres defuncti,
qui habet bona ab eo obligata pro eius credito,
cõuenitur a creditore posteriore eiusdem defun-
cti, quo casu, cum ipse hæres sinè beneficio in-
uentarij teneatur soluere de proprio debita de-
functi, & teneatur etiam habere ratam hypo-
thecam constitutam a defuncto ad fauorem po-
sterioris creditoris, ideò eius hypotheca, ex prę-
dictis, reddita fuit adeò inutilis, & inefficax, vt
posteriorẽ creditorem repellere nõ valeat, vt su-
pra: Secùs tamen sit dicendum, quando hæres
creditor defuncti vẽdidit bona hypothecata per
defunctum alicui tertio, vt in casu nostro, in
quo arbustum hypothecatum vẽditum fuit per
Lucam hæredem D. Augustino Pacesco, & post
dictam venditionem creditor defuncti, & po-
sterior hærede vult per Saluianum molestare
possessorem, & emptorem d. arbusti acquisiti
ab hærede, quia tunc, cum d. tertius possessor
non teneatur soluere debita defuncti, neq; illius
hypothecam approbare, cum non sit hæres de-
functi, & sic cessent rationes supradictæ mili-
tantes in hærede, ideò videtur dicendum, quod
ipse possit repellere dictum posteriorem credi-
torẽ defuncti, vt videtur sentire *Vinc. de Franch.*
d. decis. 80. *num.* 18. quam sequitur *Hodier. ad*
Surd. d. decis. 170. *num.* 12.

Quia, omisso, quod hypotheca Lucæ est extincta
per imixtionem factam per eum hæreditati pa-
ternæ, vt dixi supra, & quod rei conuenti nul-
lam habentes causam a D. Augustino eius iuri-
bus vti non possunt, vt pariter dixi *sup. num.* 11.
27 quia, inquã, pace excelsi Cons. Neapol. dixe-
rim, dictã opinionẽ non credo veram, quod qui-
dem apertè demonstratur, quia aut d. D. Au-
gustinus possessor, qui acquisiuit arbustum a Lu-
ca hærede, conuentus Saluiano a D. Bartholo-
mea creditrice posteriore d. Lucæ hæredis, vult
d. arbustum defendere iure proprio, & id face-
re non potest, cum nullam, vti talis, habeat hy-
pothecam anteriorem ipsa D. Bartholomea,
quæ est necessaria ad repellendam ipsam credi-
tricem posteriorem in Saluiano. *Neguf. de pi-*
gno. in 2. *membr.* 5. *par. n.* 2. *D. Andreol. con-*
trou. 170. *num.* 7. Rota *decis.* 303. *num.* 2. *et* 3.
par. 4. *rec. et decis.* 412. *num.* 1. *apud Duran.*

Aut vult vti, & se tueri cum hypotheca competen-
te ex persona Lucæ sui Authoris, & hæredis
Euangelistæ, quæ est anterior pro dotibus ma-
ternis ipsa D. Bartholomea, & cum d. hypo-
theca, ex eo, quia Lucas, vti hæres, tenetur sol-
uere debita defuncti, & hypothecam ab eo cõ-
stitutam ad fauorem D. Bartholomeæ secundæ
creditricis approbare, saltem reddita fuerit inu-
tilis, & inefficax, ita vt ipse hæres conuentus
Saluiano non valeret secundum creditum poste-
riorem repellere, vt supra probaui *nu.* 24. sic,
si non poterit suffragari ipsimet hæredi, ita
neque suffragari poterit D. Augustino empto-
29 ri, & successori, & ab eo causam habenti, cum
nemo plùs iuris in alium transferre possit, quàm
ipse habeat. *l. nemo plus iuris* 51. *ff. de reg. iur.*
Natt. cons. 398. *n.* 5. *Gratia. discep. foren. cap.*
777. *num.* 6. *par.* 4. & in terminis dixit *Rota*
decis. 450. *num.* 2. *par.* 2. *recen.* & cum ius au-
30 thoris transeat in singularem successorem cum
omnibus suis vitijs *l. apud celsum* 4. §. *quis au-*
tem, et ibi glos. in verbo exceptionem ff. de dol.
mal. & met. except. l. Pomponius 13. §. *cum quis*
& ibi glos. in verb. siuè reale ff. de acqui. possess.
Ciriac. contro. 531. *n.* 65. benè *Rota apud Merlin.*
de pignor. decis. 42. *in fin.* post hæc scripta visa.

31 Successor enim non potest esse melioris con-
ditionis, quàm sit illius author. *Gratian. discep.*
foren. cap. 643. *nu.* 73. *par.* 4. *Ciriac. contro.* 5.
num. 91. *D. Andreol. contro.* 12. *n.* 6. & contra
32 singularem successorem possunt obijci omnia,
quæ obijci possunt contra illius authorem. *l. in*
hoc iudicium 14. §. *impendia, et ibi Bart. et alij*
ff. commi. diuid. Roman. *singul.* 174. *Tiraq. de re-*
trac. lignag. §. 12. *glos.* 1. *n.* 18 *et seq.* quos refert,
& sequitur *Franc. Becc. cons.* 97. *n.* 21. *lib.* 1.

Quod verò Lucas prædictus fuerit hæres Euange-
listæ sui patris, benè probatur in processu ex de-
positionibus Cæsaris, Petri Antonij, & Seraphi-
ni Antonij de Villa Palcani *sup.* 7. *et* 8. *art.* &
33 super interrogatorijs dicta articula concernẽ-
tibus, quæ sufficiens a iure reputatur probatio.
l. vbi numerus 12. *ff. de testi. cap. si quis testes.*

§. *vbi*

§. vbi num. 4. quæst. 3. Ceph. conf. 651. num. 12.
lib. 5. latè *Farin. de testibus quæst. 63. n. 232.*
34 Maximè cum idem deponat Andreas Euan-
gelistæ testis partis super 8. *artic.* qui, licèt vni-
cus, contra inducentem plenè probat *Gabr. cōm.*
concl. de testi. concl. 1. num. 13. vbi alios addu-
cit, & testatur de communi opinione *Ceph. conf.*
435. num. 60. lib. 3. Gratian. discep. foren. cap.
468. num. 47. par. 3. Morot. conf. 35. num. 12.
35 alios adducens, stante præsertim reproductio-
ne facta exaduerso de illius depositione. *Hond.*
conf. 84. num. 50. & seq. vol. 2. Farin. de testi.
quæst. 62. num. 243. Adden. ad Grego. XV. decis.
215. num. 9. & decis. 455. num. 17. Rot. in Bo-
nonien. tutelæ prima Iunij 1615. coram Card. Ve-
rospio.
Ex quibus videtur penitus excludi exceptio reten-
tionis ex dicta anteriori hypotheca Lucæ hære-
dis, aut saltem negari non potest, quin rema-
neat valdè turbida, & offuscata, quod sufficit,
36 vt D. Bartholomeæ non possit impediri immis-
sio in Saluiano, quæ in hoc iudicio per huius-
modi exceptiones dubias non retardatur. *Rota*
apud Card. Seraph. decis. 372. num. 1. vers. nec
exceptio solutionis &c. & apud Buratt. decis. 858
num. 3. vers. & hæc exceptio satisfactionis &c. &
decis. 704. in prin. par. 3. recen. addo eandem
Rot. *apud Merlin. de pigno. decis. 144. num. 16.*
& decis. vlt. in fine.
37 Maximè cum simus in causa dotis, pro qua
in dubio est respondendum. *l. in ambiguis 71. ff.*
de iure dot. l. in ambiguis 86. ff. de reg. iur. Bald.
Nouel. de dot. par. 9. priu. 1. in prin.

Quare &c saluo &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine Allegationis sequentis. Laus Deo &c. Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Assertio mariti de emptione facta cum pecuniis dotalibus, quando dicatur facta in fraudem donationis inter virum, & vxorem, Donatio inter virum, & vxorem quando firmetur iuramento, vel morte donantis. Emptum ex pecunia dotali quando fiat dotale, & de pluribus coniecturis suadentibus, non esse effectum dotale. Dos constituta in pecunia quando conuerti possit in fundo, & subrogationi in vniuersalibus quando sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Emptum ex pecunia dotali fit dotale.*
2 *Dotalis res non potest per virum obligari.*
3 *Saluianum non datur sinè hypotheca.*
4 *Fundamentum intentionis est probandum per allegantem.*
5 *Mariti assertio, se emisse de pecunijs dotalibus, censetur facta in fraudem donationis inter virum, & vxorem.*
6 *Donatio inter virum, & vxorem est probibita.*
Donatio inter virum, & vxorem firmatur iuramento;
Fallit, quando Statutum præsumit iuramentum metu, & dolo extortum. num. 8.
Secundò iuramentum non firmat donationem fictam ex sola confessione viri resultantem. n. 9.
Quod, licèt transeat cum difficultate, quando iuramentum est promissorium tantùm. num. 10.
Procedit tamen, quando adest iuramentum assertorium, & promissorium simul. num. 11.
Quicquid contrarium sentiant Doct. num. 12.
13 *Donatio inter virum, & vxorem morte donantis confirmatur.*
Procedit, interueniente traditione vera, vel ficta, & donatario superstite. num. 14.
Maximè si dicta donatio non sit iuramento confirmata. num. 15.
16 *Emptum ex pecunia dotali fit dotale, interueniente consensu, & vtilitate vxoris.*
17 *Mulier non potest constante matrimonio conditionem dotis facere deteriorem.*
18 *Emptum ex pecunia dotali fit dotale in subsidiū, viro existente non soluendo.*
19 *Emptum ex pecunia dotali, vt fiat dotale, sufficit consensus tacitus vxoris.*
Contrarium tenent aliqui Doct. num. 20.
Solus tamen consensus vxoris non est sufficiens. num. 21.
22 *Periculum rei emptæ per virum cum pecunijs dotalibus spectat ad virum.*
Si tamen res sit effecta dotalis, periculum spectat ad vxorem. num. 23.
24 *Vxori non est vtile, quod res empta ex pecunia dotali fiat dotalis.*
25 *Emptum ex pecunia dotali fit dotale, quando tacitè, vel expressè id actum fuit.*
Contrarium est dicendum, stante clausula pro se, & suis hæredibus. *num. 26.*
Et stante clausula Ad habendum, quicquid &c. *num. 27.*
Ac etiam stante clausula, Iure proprio, & in perpetuum. *num. 28.*
29 *Promissio restitutionis dotis est superflua quando fundus est dotalis.*
30 *Dos consistens in pecunia non potest permutari in fundum sinè consensu, & vtilitate vxoris.*
31 *Emptum ex pecunia dotali fit dotale ex vi tacitæ subrogationis.*
Quæ opinio reprobatur. num. 32. & seq.
33 *Subrogatio vnius rei in locum alterius, quando fiat, est controuersum inter Doctores.*
34 *Dos ex parte vxoris est ius vniuersale sicut hæredi-*

reditas , & peculium.
35 *Res specialiter hypothecata pro dote dicitur dotalis.*
Quæ opinio reprobatur. num. 36.
37 *Exceptiones requirentes altiorem indaginē non retardant immissionem in iudicio Saluiani.*

ALLEGATIO. XVIII

EXcellentissime Domiue. Adhuc co-
natur Dominns exaduerso scribens
impedire immissionem D. Barto-
lomeæ Bugattæ per eam petitam
vigore vtilis Saluiani interdicti su-
per arbusto, de quo in processu, pro
recuperatione suarum dotiū, ad quem effectum
modò confugit ad aliud fundamentum, propo-
nendo, dictum arbustum fuisse fundum dotalem
D. Eleonoræ vxoris Euangelistæ Soceri D. Bar-
1 tolomeæ, † vti emptum ab eo ex pecunijs do-
talibus ipsius D. Eleonoræ ad tex. in *l. res quæ*
55. & ibi not. Doct. ff. de iur. doti. Card. Manti.
de tacit. lib. 12. tit. 27. num. 4.
2 Quod cum vti tale non potuit obligari per
Euangelistam virum. *l. lex. iulia. 4. ff. de fund.*
dota. l. vni. §. & cum lex iulia. C. de rei vxo. act.
l. si sine 5. & auth. siuè a me C. ad velle. l. cum vir
prædium 42. ff. de vsucap. Pacif. de Salui. inspec.
5. cap. vni. num. 120. Rot. apud eum decis. 30.
3 *num. 2.* † Ideò cessante hypotheca, cessat etiam
Saluianum, quod sinè hyipotheca, non datur
Scappuc. de Salui. lib. 1. quæst. 25. num. 7. in
fin. Pacif. in eod. tract. inspec. 1. cap. 4. n. 107.
Surd. decis. 174. num. 17. Thoma. decis. March.
101. num. 1. & decis. 113. num. 5.
Quibus tamen non obstantibus, non potest retar-
dari immissio D. Bartholomeæ actrici ex plu-
ribus, & primò quia non constat; arbustum
emptum fuisse ex pecunijs dotalibus D. Eleo-
4 noræ vxoris Euangelistæ, quod, vti fundamen-
tum intentionis, erat exaduerso probandum
Bart. & alij in l. in illa 8. ff. de verb. oblig. Ludo-
vic. comm. concl. 14. in prin. Aldoui. cons. 14.
num. 6. & cons. 49. num. 3. Surd. cons. 29. num.
16. & cons. 34. num. 11. vol. 1. Ciriac. contro.
65. n. 6. Intentionis autem fundamentum dici-
tur quod est causa eius actionis, exceptionis,
replicationis, duplicationis, & sic successiuè.
Bart. in d. l. in illa 8. nu. 5. ver. hoc autem &c.
ff. de verbo. oblig. & in l. actor. 23. sub num. 6.
C. de proba. Ciriac. contro. 5. num. 132.
Neque in aliquo nocet assertio Euangelistæ viri, se
emisse dictum arbustum ex pecunijs dotalibus
5 D. Eleonoræ suæ vxoris, † cum ei non sit cre-
dendum, cum præsumatur id factum in fraudem
donationis prohibitæ inter virum, & vxorem,
vt tradunt *Salic. in l. si mater 10. C. de contrah.*
empt. Alex. cons. 18. num. 3. vol. 3. Menoch. de
præsump. lib. 3. præsump. 29. num. 32. alios ad-
ducens, & post *Socc. Sen. cons. 65. num. 8. vol.*
1. Ruin. *cons. 137. num. 3. vol. 4. Magon. decis.*
Flore. 77. num. 2. & seq. & Alcia. de præsump.
reg. 3. præsump. 26. sub. num. 16. per eum rela-
tos tradit *D. Andreol.* post hęc scripta visus *con-*
tro. 50. num. 1. & seq.
6 Donatio autem inter virum, & vxorem est
prohibita *toto tit. ff. & C. de donat. inter vir. &*
vxo. Franc. Becci. cons. 79. num. 1. vol. 1. Card.
Manti. de tacit. lib. 21. tit. 1. num. 7. Lazar. de
monit. sect. 3. quæst. 9. num. 4. Giurb. ad Consuet.
Messan. par. 1. cap. 1. glo. 8. num. 10. & cap. 16.
glo. 2. num. 20. D. Andreol. d. contro. 50. num.
2. Ciriac. contro. 36. num. 6. vbi dicit, ipsam esse
ipso iure nullam, *Leotar. de vsur. quæst. 7. n. 31.*
post hæc scripta visus, quomodocumque illa
fiat, siuè directè, siue obliquè *l. 1. & 2. & l.*
creditor. 20. C. de donat. int. vir. vxo. & P. Sanch.
de matri. lib. 6. disput. 1. num. 8. Lazar. d. quæst.
9. num. 5. Giurb. d. glo. 8. nu. 10.
7 Neque obstat, si dicatur, quod donatio præ-
dicta firmetur iuramento. *Gratian. discep. foren.*
cap. 27. num. 35. par. 1. P. Sanch. de matri. lib.
6. disput. 11. num. 2. Rota apud Greg. XV. decis.
563. num. 7. & ibi Adden. littera C. ex duobus,
& primò quia iuramentum in dicto casu præ-
sumitur metu, & dolo extortum ex Statuto
8 *lib. 2. rub. 44.* † quo casu donatio prædicta non
firmatur iuramento. *Gabr. cons. 12. num. 6. &*
seq. vol. 1. Hond. cons. 5. num. 40. vol. 2. Si-
moncel. de decre. lib. 3. tit. 8. num. 165. & seq.
Seraph. de priuil. iuram. priuil. 83. num. 79. &
seq. Gratia. discep. foren. cap. 531. num. 99. par.
3. & cap. 750. num. 20. par. 4. & decis. March.
102. num. 11. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7.
num. 153. & par. 2. cap. 1. nu. 13. in fin. Card.
Manti. de tacit. lib. 21. tit. 7. sub n. 55. Adden.
ad Buratt. decis. 422. in fin. Rot. *decis. 665. nu.*
10. par. 1. rec. & apud Buratt. decis. 612. n. 6.
& seq. cum alijs per me adduct. *allega. 34. num.*
30. non ex eo, quia statutum disponat de iu-
ramento, quod facere non potest *cap. Ecclesia*
S. Mariæ 10. de constit. cap. fin. de reb. eccle. non
alien. & declarant *Adden. ad Buratt. d. decis. 422.*
num. 18. sed quia intrat dispositio iuris canoni-
ci, quod iuramentum non confirmat actum do-
losum, vel meticulosum, vt aduertit *D. Andreol.*
contro. 134. num. 61. & Rot. decis. 293. num. 9.
par. 4. rec. tom. 2. post hæc scripta visi.
9 Secundò quia iuramentum non firmat dona-
tionem fictam ex sola confessione viri resultan-
tem. *Bart. in l. cum quis decedens 35. §. titia.*
num. 3. ff. de lega. 3. Socci. Sen. in l. 1. num. 98.
ff. solu. matrim. vbi dicit ita sæpius consuluisse,
& a doctissimis viris vidisse responsum. *Grat.*
cons.

conf. 36. *num.* 26. *& seq. par.* 1. vbi testatur de communi opinione, & *conf.* 54. *num.* 34. vbi dicit, hanc esse firmiorem opinionem *ead. par.* 1. *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. alios quamplures adducens ita sentientes *Curt. Iun. conf.* 95. *num.* 4. *par.* 1. vbi testatur de communi opinione *Clar. in §. donatio. quaest.* 9. *vers. hac tamen conclusio &c. Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 71. *num.* 53. Menoch. *de praesump. lib.* 3. *praes.* 12. *num.* 48. *Hodier. ad Surd. decis.* 154. *in fin. D. Andreol. contro.* 50. *num.* 3. & benè declarat *Card. Manti. de tacit. lib.* 21. *tit.* 7. *n.* 50. *et seq.* alios adducens ita sentientes *Fachin. contro. iur. lib.* 8. *cap.* 78. *per tot.* ita vt dicendum sit, hanc esse communem Doct. opinionem

10 Quae conclusio licèt patiatur difficultatem, quando in dicta donatione ficta adest iuramentum promissorium, vt in casu nostro, vt post *Imol. Bald. Nouel. Gabr. Menoch. Duenn. Guttier. Seraph.* & alios per eum relatos tradit *P. Sanch. de matri. lib.* 6. *dispu.* 12. *nu.* 4. *et Card. Manti. d. tit.* 7. *num.* 51. volentes, conclusionem supradictam habere locum, quãdo adest iuramentum assertorium tantùm, cum quibus pertransit *Fachin. contro. iur. lib.* 8. *cap.* 77. *per tot.*

Quicquid tamen sit de dicta opinione, de qua valdè dubitat Rot. *apud Buratt. decis.* 612. *n.* 5. in casu tamen nostro conclusio, de qua *sup. n.* 9. benè procedit ex duobus, & primò quia in instrumento, de quo agitur, non solùm adest iuramentum assertorium de praesenti, sed etiam
11 iuramentum promissorium de futuro, † quo casu iuramentum promissorium non firmat d. donationem fictam inter virum, & vxorem, vt not. *Maria. Socc. conf.* 65. *& ibi Bart. filius conf.* 66. *lib.* 1. *Ruin. conf.* 132. *num.* 10. *& seq. lib.* 4. *& conf.* 154. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 5. *Gabr. comm. concl. de donat. concl.* 3. *num.* 8. *& seq. Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. *& seq. Seraph. d. priuil.* 71. *num.* 55. *& seq.* quam opinionem latè comprobat *Card. Manti. de tacit. d. lib.* 21. *tit.* 7. *num.* 55. *& seq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & contrarijs omnibus benè respondet *Laderch. conf.* 139. *num.* 8. *&* 9. Rot. *apud Buratt. decis.* 612. *num.* 6. *& decis.* 925. *num.* 6. *& ibi Adden. & decis.* 59. *in fin. par.* 5. *recen.* post haec scripta visa.

Qua enim ratione tacita donatio ex confessione simulata praesumitur in fraudem legis, iuramento assertorio non confirmatur, eadem etiam iuramento promissorio confirmari non debet, quod probatur, quia donatio tacita, quae ex confessione simulata praesumitur in fraudem legis, vt supra, ideò non confirmatur iuramento assertorio, quia ex legis praesumptione constat de mendacio, & periurio, & ideò post detectam turpitudinem exceptio simulationis potest allegari, vt post *Imol. & Ruin.* per eum adductos tradit *Card. Mant. vbi supra num.* 55. nec non etiam quia lex inter personas suspectas praesumit mendacium, & tale iuramentum esse falsum, vt post *Aret. & Alex.* pariter per eum adductos dicit *Card. Manti. loc. cit.*

Sed haec eadem ratio locum habet, quando post iuramentum assertorium subiicitur promissoriũ, ergo illud non est seruandum, cum iuramentum promissorium tunc debeat obseruari, quando non adiuuat mendacium, nec legi fraudem facit, vt dicit *Aret. conf.* 74. *num.* 7. In proposito verò adiuuat mendacium, & legi fraudem facit, ergo non est seruandum, vt benè argumentatur *Card. Manti. vbi supra num.* 55. latius comprobans, benè Rot. *d. decis.* 59. *in fin. par.* 5. *rec.*

12 Quicquid contrarium scripserint *Rolan. conf.* 93. *num* 22. *lib.* 1. *& conf.* 76. *num.* 10. *lib.* 4. *& Fachin. contro. iur. lib.* 8. *cap.* 89. *per tot.* quorum rationibus satisfacit *Card. Mant. vbi supra* videndus.

Secundò quia, cum iuramentum in casu nostro praesumatur a statuto metu, & dolo extortum, vt dixi supra, non potest dictam donationem confirmare, vt not. *Doct. relati supra num.* 8. & in puncto not. *Seraph. d. priuil.* 71. *sub num.* 56. *Card. Manti. d. tit.* 7. *n.* 55. *vers. neque hoc &c. Gratian. discep. foren. cap.* 498. *num.* 21. *par.* 3. *&* Rot. *apud Burat. d. decis.* 612. *in fin. & ibi Adden.*

13 Sicut pariter non obstat, quod donatio inter virum, & vxorem morte confirmetur *cap. fin. de dona. int. vir. & vxo. l. cum hic status* 33. *ff. de donat. int. vir. & vxo. l. a marito* 18. *C. eod. tit. Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 92. *Card.*
14 *Manti. de tacit. lib.* 21. *tit.* 7. *nu.* 1. *& seq.* † quia id procedit praecedente traditione vera, vel saltem ficta, & donatario superstite, aliàs secùs *d. l. a marito* 18. *C. de dona. int. vir. & vxo. Couar. in rub. de testa. par.* 2. *n.* 10. *vers. nam bis omissis &c. Deci. conf.* 240. *sub. num.* 1. *& conf.* 536. *num.* 8. *Craue. conf.* 202. *num.* 2. *Cancer. d. cap.* 8. *num.* 92. *Lazar. de monit. d. sect.* 3. *quaest.* 9. *num.* 2. *Card. Manti. d. tit.* 7. *num.* 32. *& seq. & tit.* 10. *num.* 9. *P. Sanch. de matri. lib.* 6. *disput.* 14. *num.* 7. *Morot. conf.* 53. *num.* 2. *Rot. decis.* 342. *num.* 1. *par.* 3. *rec.* Quorum nullum concurrit in casu nostro, cum D. Eleonora praemortua fuerit ante virum donatorem, & nulla fuerit facta traditio neque vera, neque ficta, licèt in hoc casu traditionem non requiri, dixerit *Clar. in §. donatio quaest.* 9. *vers. scias autem in fine.*

15 Maximè cum dicta donatio non fuerit iuramento confirmata, vt supra, quo casu non constito de superuiuentia donatarij, per mortem non confirmatur. *Gabr. comm. concl. de donat. concl.* 3. *num.* 19. *& seq. Card. Manti. de tacit.*

lib. 21. *tit.* 9. *per tot. Gabr. conf.* 63. *num.* 3. *& seq. lib.* 1. qui alios adducunt concordantes.

Secundò principaliter, admisso etiam, citra veri præiudicium, quod constet, arbustum fuisse emptum ex pecunijs dotalibus, non tamen nocet D. Bartholomeæ quod exaduerso dicitur, nempè d. arbustum, vti emptum ex pecunia dotali, fuisse effectum dotale per *tex. in d. l. res quæ* 55. *ff. de iur. doti.* Quia contrarium habemus expresè dispositum in *l. ex pecunia* 12. *C. de iur. doti.* vndè ad conciliandam dictorum iurium contrarietatem Doct. communiter distinguen-
16 do scripserunt, † quod, aut in emptione facta per virum de aliquo prædio cum pecunia dotali interuenerunt consensus vxoris, & illius vtilitas, & tunc prædium emptum efficiatur dotale, & procedat dispositio *d. l. res quæ* 55. *ff. de iur. doti*, si verò non concurrat consensus vxoris, & illius vtilitas, vt in casu nostro, & tunc prædium emptum ex pecunia dotali non fiat dotale, & intret dispositio *d. l. ex pecunia* 12. *C. de iur. doti.* inter quos fuerunt præcipuè *Rolan. conf.* 86. *nu.* 15. *lib.* 4. *Ant. Gomez. ad leg. Taur.* 50. *n.* 36. *Bald. Nouel. de dote par.* 7. *priuil.* 15. *per tot. Hond. conf.* 14. *nu.* 50. *& conf.* 41. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 1. vbi dicit, ista duo, nempè consensum vxoris, & illius vtilitatem, copulatiuè requiri *Card. Manti. de tacit. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 4. *& seq.* latè *Giurb. decis.* 111. *num.* 16. alios adducens ita sentientes, & ad *Consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 14. *glo.* 1. *num.* 5. plenè *Giouagno. conf.* 32. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. *Scappuc. de Saluia. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 3. *D. Andreol. d. contro.* 50. *nu.* 6. latè *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *n.* 1453. *& seq. & num.* 1508. vbi pariter dicit, ista duo, nempè consensum mulieris, & illius vtilitatem, copulatiuè requiri, vt ibi per eum alios referentem, cum quibus pertransit *Rot. decis.* 287. *in priu. par.* 3. *rec. & decis.* 259. *num.* 12. *par.* 4. *rec. tom.* 2. post hæc scripta visis, & *apud Cenc. de Cens. decis.* 421. *num.* 10.

Quod verò requiratur ad effectum, de quo supra, consensus vxoris, ratio esse potest, quia maritus non potest, inuita vxore creditrice, aliud pro alio soluere *l.* 2. *§.* 1. *ff. si cert. peta. Maur. de solut. cap.* 7. *per tot. Gait. d. quæst.* 11. *n.* 1510. nec, ea inuita, eius conditionem non solùm deteriorem, imò neque meliorem facere potest *l. inuito.* 70. *ff. de reg. iur. Gait. vbi supra*, & ideò necessarium esse consensum mulieris meritò dicere debemus *l. si æstimatis.* 51. *& ibi not. Imol. & Cuma. ff. solu. matr.* & tradunt *Doct. supra adducti*, & præcipuè *Gait. d. num.* 1510.

17 Et quod requiratur vtilitas eiusdem, ratio pariter esse potest, quia mulier proprio etiam consensu conditionem dotis, constante matrimonio, deteriorem facere non potest *l. de die* 14. *l. æstilicinus* 17. *ff. de pact. dotal. Fontanel. de pact. dotal. clau.* 4. *glo.* 9. *par.* 3. *num.* 180. latè *Giurb. ad Consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 1. *glo.* 8. *num.* 23. in puncto *Gait. d. quæst.* 11. *nu.* 1511.

18 Quicquid dicendum sit, quando maritus non est soluendo, quo casu in subsidium res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, & tamquã dotalis per vxorem vendicari potest. *l. vxor.* 56. *ff. de dona. int. iur. & vxo. Bald. Nouel. de dote. par.* 7. *priuil.* 15. *Card. Mantl. de tacit. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 9. *Hond. conf.* 14. *num.* 51. *lib.* 1. *Giurb. d. decis.* 111. *num.* 15. *& ad consuet. Messan. d. cap.* 14. *glo.* 1. *num.* 6. *Ceph. conf.* 704. *num.* 33. *& seq. lib.* 5. *Gait. d. quæst.* 11. *num.* 1454. *Adden. ad Scappuc. de Saluia. lib.* 1. *quæst.* 12. *Giouagno. d. conf.* 32. *num.* 14.

In casu verò, de quo agitur, deficit consensus mulieris, & vtilitas eiusdem, consensus quidem, quia de eo non constat, maximè cum ipsa in
19 instrumento emptionis non interuenerit, † Et licèt sufficere consensum tacitum, per quem mulier præsumitur consentire ad tex. *in l. fin. cum. glo. fin. ff. de iur. doti.* & not. *Bart. conf.* 124. *sub. num.* 2. *Castr. conf.* 360. *num.* 2. *lib.* 1. cum quibus videtur pertransire *Gait. in d. quæst.* 11. *num.* 1512. vbi dicit, in isto casu sufficere ratihabitionem tacitam, vel expressam, vt ibi per eum, *Giurb. d. cap.* 14. *glo.* 1. *num.* 3. tamen hoc non nocet D. Bartholomeæ ex duobus, & primò,
20 † quia dicta opinio, quod sufficiat consensus tacitus superueniens, non est tuta, cum contrarium, imò consensus mulieris requiri a principio, nec consensum superuenientem sufficere, scripserunt *Barz. decis. Bonon.* 27. *n.* 24. *Menoch. conf.* 944. *num.* 70. *&* 77. *Socci. Iun. conf.* 150. *num.* 13. *lib.* 3. quos refert, & sequitur *Balth. Tomas.* post hæc scripta visus in suis *tract. var. tom.* 2. *de tuto. & curat. tit.* 19. *fol. mihi* 563. *nu.* 5. *ver. contrarium* &c. cum quibus pertransit *Giouagno. d. conf.* 32. *num.* 10. quandò emptio a principio non est facta nomine vxoris, vt in casu nostro.

21 Secundò quia in omnem casum solus consensus mulieris non est sufficiens ad hoc, vt res empta ex pecunia dotali fiat dotalis, sed requiritur etiam vtilitas copulatiuè, ita vt vna sinè altera nihil operetur, quæ non concurrit in casu nostro, vt infra dicetur *vt declarant Hond. d. conf.* 41. *num.* 27. *Neguf. Iun. conf.* 417. *n.* 8. *Gait. de credit. d. quæst.* 11. *num.* 1511. videndus. *Giurba ad Consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 14. *glo.* 1. *num.* 5.

Neque pariter constat de vtilitate mulieris, imò apparet de contrario, dictam nempè emptionem D. Eleonoræ vxori fuisse præiudicialem, & damnosam, cum mulieri vtilius sit habere dotem in pecunia, quàm in fundo, quia pecunia nec perire, nec diminui potest, & pro eius consequtione mulieri competit non solùm actio

perso-

personalis contra virum, sed etiam hypothecaria contra eius bona, & contra ipsam rem emptam cum pecunia dotali. *l. in rebus dotali-*
22 *bus 18. ff. de iur. doti.* † & d. rei emptæ periculum ad virum spectat. *l. plerumque 11. l. si rem æstimatam 15. ff. de iur. doti. Rola. cons. 92. nu. 10. lib. 2. Hond. d. cons. 41. num. 30.* latè *Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 8. par. 13. num. 13. & seq.* Quod si dos consisteret in re empta,
23 & sic in dicto arbusto, † si illud sinè culpa viri ex qualitate temporum, vel alia de causa efficeretur deterius, vel periret, id damno ipsius vxoris cederet, non autem viri. *glo. & Salic. in l. si inter virum 21. C. de iur. doti. Couar. pract. quæst. cap. 28. sub. n. 3.* vbi de communi. *Hond. d. cons. 41. num. 31. Ciriac. contro. 220. num. 10. & seq.*

24 Et per prædicta in terminis, quod non sit vtile mulieri, quod res empta ex pecunijs dotalibus fiat dotalis, tenuerunt *Bald. Nouel. de dote par. 7. priuil. 1. num. 5. Rolan. cons. 92. n. 10. lib. 2. Ceph. cons. 351. num. 33. & seq. vol. 3. Couar. pract. quæst. d. cap. 82. num. 3. & seq. Honded. d. cons. 41. num. 30. & seq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5 glo. 8 par. 13. num. 13. & seq. Gratian. discep. foren. cap. 435. num. 3. par. 3.* & dixit expresse *Rota in Bononien. dotis 14. Ianuarij 1622. coram R. P. D. Remboldo*, quibus nunc addo eandem *Rot. decisio. 335. num. 4. par. 4. rec. tom. 2. & in Bononien. dotis 16. Nouembris 1643. coram* R. P. D. *Bichio §. at in casu nostro &c.* post hæc scripta visis. Deficiente igitur consensu vxoris, & illius vtilitate, sinè dubio arbustum prædictum, licèt fuisset emptum cum pecunijs dotalibus, non fuisset effectum dotale, vt tradunt *Doct.* supra adducti.

25 Et licèt a conclusione supra firmata, quod arbustum, de quo agitur, licèt fuisset emptum ex pecunia dotali, non tamen sit dotale, recedi possit quando tacitè, vel expresse actum fuit, quod sit dotale *Couar. pract. quæst. d. cap. 28. num. 2. Rota in Romana Saluiani 5. Decembris 1603. coram R. P. D. Lancellotto, & in Romana Vineæ 10. Decembris 1608. coram Card. Caualerio*, quas referendo sequitur eadem Ro*ta decis. 287. in prin. par. 3. rec.* nulla tamen in casu nostro concurrit coniectura id suadens, imò concur-
26 runt coniecturæ in contrarium, † quarum prima desumitur ex clausula *Pro se, & suis hæredibus*, de qua in instrumento emptionis arbusti, quæ contradicit essentiæ fundi dotalis, nam, si arbustum esset effectum dotale, erat vxori restituendum, soluto matrimonio, non autem acquiri poterat hæredibus mariti. *Corn. cons. 172. num. 2. lib. 1. Rolan. cons. 86. num. 8. lib. 4. Franc. Becci. cons. 42. num. 7. Hond. d. cons. 41. num. 6. lib. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 12. Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 15. glo. 1. num. 17. D. Andreol. contro. 130. num. 9.* Rota *decis. 52. num. 12. par. 6. rec.*

27 Secunda coniectura desumitur ex clausula *Ad habendum, & quicquid placuerit faciendum*, quæ importat facultatem alienandi dictum arbustum, quæ est incompatibilis cum fundo dotali. *Rolan. d. cons. 85. n. 13. vers. quartò accedit &c. Thob. Noni. cons. 52. num. 4. Hond. d. cons. 41. num. 9. Franc. Becci. d. cons. 42. num. 8. Facbin. contro. iur. lib. 12. cap. 74. vers. deniq; &c. D. Andreol. d. contro. 130. n. 8. Rot. decis. 114. num. 3. & 4. & decis. 436. num. 2. par. 4. rec. tom. 2. Giurb. d. glo. 1. num. 17.*

28 Tertia elicitur ex clausula *Iure proprio, & in perpetuum*, quæ importat translationem dominij in virum in perpetuum. Ro*la. d. cons. 86. nu. 12. & 13. Ciriac. contro. 220. nu. 89.* benè *Rot. d. decis. 52. num. 11. par. 6. rec.* alias adducens, si enim arbustum esset dotale, maritus non habuisset illud in perpetuum, sed, soluto matrimonio, illud fuisset restituendum vxori, vel suis hæredibus, vt benè considerat Ro*la. d. cons. 86. num. 12. & 13.*

29 Quarta deducitur coniectura ex promissione restitutionis dotis, quæ erat superflua, si dictũ arbustũ fuisset dotale, quia, soluto matrimonio, ipso iure dominium illius reuertitur ad vxorem *l. in rebus 30. C. de iur. doti. l. dotis. 9. C. solu. matr Surd. decis. 211. per tot.* in puncto *Gabr. cons. 60. n. 4. lib. 2. Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 15. glo. 6. num. 1. Aldoui. cons. 76. num. 7.*

Vltima verò coniectura insurgit ex obligatione eiusdem arbusti empti cum pecunijs dotalibus facta per virum ad fauorem D. Eleonoræ vxoris, quæ pariter fuisset superflua, si arbustum fuisset dotale, quia, cum illud, vti dotale, veniret restituendum, obligatio eiusdem non erat necessaria, vt aduertit *Gabr. d. cons. 60. num. 4.* vltra quod obligasset fundum dotalem, quod fieri non potest *l. 1. ff. de fund. dota. l. vni. §. & cum lex iulia C. de rei vxo. act. Auth. siuè a me C. ad Velle.* cum alijs adductis supra *in prin. nu. 2.* ac etiam obligasset rem, quæ fuisset propria vxoris contra reg. *l. neq. pignus. 46. ff. de reg. iur. l. si rem alienam. 29. ff. de pigno. act.* cum alijs relatis per *Barbo. axiom. 199. num. 10.* ex quibus manifestè colligitur, arbustum prædictum non esse dotale, sed proprium viri, hypothecatum tamen pro dote vxoris, meritò &c.

30 Neque venit attendendum, an dos D. Eleonoræ consisteret in pecunia, siue in fundo, quia si consisteret in pecunia a principio, non poterat sinè consensu ipsius, & illius vtilitate in fundum commutari, vt post *Corn. cons. 170. col. 1. lib. 4. Natt. consil. 650. nu. 40. lib. 4. Franc. Becci. cons. 42. num. 19. & 20. lib. 1.* tradit *Socer. Iun. cons. 118. num. 11. & seq. lib. 3.* & benè declarat *Hond.*

rat *Hond. d. conſ.* 14. *num.* 56. *vol.* 1. alios adducens. *Gratia. diſcep. foren. cap.* 435. *in prin. par.* 3. *Pariſ. conſ.* 128. *num.* 2. *vol.* I. *& Giurb. ad Conſuet. Meſſan. par.* 1. *cap.* 15. *glo.* 1. *num.* 26.

31 Si verò consisteret in fundo, idem eſt dicen-
dum, quia licèt *Alex. conſ.* 124. *num* 11. *lib.*
4. exaduerſo adductus ſenſerit, quod ſi mari-
tus ex prætio rei dotalis per eum diſtractæ aliã
acquiſierit, res huiuſmodi ex vi ſubrogationis
32 ſit effecta dotalis, † dicta tamen opinio *Alex.*
non eſt vera, & expreſsè reprobatur per *Mo-
nacb. deciſ. Lucen.* 42. *num.* 5. *&* 31. quem re-
fert, & ſequitur *Merli. de Pigno. lib.* 2. *quæſt.*
19. *num.* 71. *& quæſt.* 51. *num.* 18. *et lib.* 3.
quæſt. 52. *in fin.* cum quibus pertranſeunt om-
nes ferè Doct. adducti *ſupra num.* 15. & præci-
puè *Gait. d. quæſt.* 11. *num.* 1508. *et ſeq.* & tra-
dit expreſsè *Rota deciſ.* 159. *num.* 6. *et ſeq. par.*
4. *rec. tom.* 2. volentes, id fieri non poſſe, niſi con-
currente conſenſu, & vtilitate mulieris, & non
aliàs, vt ibi per eos.

33 Licèt enim maximè controuerſum ſit inter
Doct. quando dicatur facta ſubrogatio vnius
rei in locum alterius, maximè in vniuerſalibus,
vt videre eſt ex *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11.
num. 1375. *et ſeq. per. Cenc. de Cenſ. quæſt.* 67.
num. 25. *et per Rot. apud eum deciſ.* 421. *num.* 8.
et deciſ. 422. *num.* 3. *et* 4. prout dici poteſt de
34 dote, † cum illa ex parte mulieris dicatur ius
vniuerſale, ſicut peculium, & hæreditas. *Bart.
conſ.* 124. *num.* 2. *et* 3. *Neguſ. de Pigno. in quarto
membr.* 2. *par. num.* 59. *et in primo membr.* 5.
par. num. 48. *Gait. de credit. d. cap.* 4. *quæſt.* 11.
num. 1451. hoc tamen certum eſt, in dote rem
emptam ex pecunia redacta ex re dotali, non
cenſeri ſubrogatam in locum pecuniæ, nec effi-
ci dotalem, niſi concurrente conſenſu, & vtili-
tate vxoris, vt declarant omnes *Doct. ſupra ad-
ducti num.* 15. & in ſpecie *Gait. d. quæſt.* 11. *nu.*
145. *& ſeq. & num.* 1508. & non diſſentit *Gra-
tia. diſcep. foren. cap.* 489. *n.* 25. *par.* 3. dum ad
id requirit conſenſum mulieris, & dixit etiam
Merli. de pigno. lib. 2. *quæſt.* 51. *num.* 18. *& lib.*
3. *quæſt.* 52. *num.* 14. *& Rot. deciſ.* 159. *num.* 6.
& ſeq. par. 4. *rec. tom.* 2. poſt hæc ſcripta viſi.

35 Neque obſtat poſtremò, quod arbuſtum præ-
dictum dicatur effectum dotale ex eo, quia
Euangeliſta emptor illud ſpecialiter hypothe-
cauerit pro ſecuritate dotis D. Eleonoræ ſuæ
vxoris ex *Capic. deciſ.* 78. *num.* 10. exaduerſo
36 adducto, † quia doctrina *Capic.* non eſt vera
ex pluribus, & primò quia, vt dixi *ſupra nu.* 28.
ſi arbuſtum eſſet dotale, non potuiſſet hypothe-
cari per virum *l.* 1. *& tot. tit. ff. de fund. dotal.*
cum alijs adductis *ſupra num.* 2. & not. in pun-
cto *Gabr. conſ.* 60. *n.* 4. *lib.* 2.

Secundò quia, cum illud, ſoluto matrimonio, eſſet vxori reſtituendum, non erat neceſſaria illius obligatio, vt pariter aduertit *Gabr. d. conſ.* 60. *num.* 4. & poſtremò quia obligaſſet vxori rem propriam ipſius contra regulam *l. neque pignus.* 46. *ff. de reg. iur.* cum alijs pariter adductis *ſupra num.* 28.

Neque *Hoſti. in cap. Rainutius.* 16. *de teſta. & Bapt. de S. Blaſ. de dote in* 346. *ſpeciali per Capic.* adducti probant illius intentionem, cum loquntur in diuerſis terminis, nempè quando maritus propter eius vergentiam ad inopiam conſignat fundum loco dotis vxori pro aſſecuratione eiuſdem dotis, quo caſu volunt ipſi, dictum fundum cenſeri dotalem, quod quidem eſt longè diuerſum a caſu noſtro, in quo, cum agatur de ſola hypotheca ſpeciali facta per virum ad fauorem vxoris, non ideò argui poteſt, dictam rem factam fuiſſe dotalem, ſi enim fuiſſet dotalis, non poterat, nec debebat hipotecari per virum ad fauorem vxoris, vt ſupra dixi, & vltra ibi adductos tradit *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. par.* 1. *cap.* 14. *glo.* 2. *n. primo*, & conſiderat *Gabr. d. conſ.* 60. *num* 4. *lib.* 2. Quod quidem ſecùs eſſe poteſt quando deuenitur ad traditionem, & conſignationem rei factam per virum vxori pro dote, in quibus terminis loquũtur Doct. exaduerſo adducti, & quando fundus ſubrogatur loco dotis, quo caſu ſubrogatum ſapit naturam ſubrogati ad not. in *l.* 1. *C. de rei vxo. act.* accedente conſenſu vxoris, & illius vtilitate, quæ totum faciunt in hac facti ſpecie, & tradunt omnes Doct. adducti *ſupra num.* 15. quod tamen, cum non tranſeat ſine difficultate, pro nunc non firmo.

37 Quibus eò magis locus eſſe debet, cum immiſſio in Saluiano retardari non poſſit per exceptiones dubias, & requirentes altiorem indaginem, quæ reijciuntur ad petitorium, vt poſt *Rip. Pacif.* & alios latè comprobat *Pract. Ridolph. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 104. *& ſeq.* & ego probaui in fine allegat. præcedentis, meritò &c.

Quare &c. Saluo ſemper &c.

Secundùm prædicta ſententiatũ fuit ex voto Excellentiſſimi D. Marcelli Francarini I. C. Eugubini, concedendo immiſſionem D. Bartholomeæ actrici de anno 1636. quæ ſententia confirmata fuit in gradu appellationis per Excellentiſſimum D. Cæſarem Nutium Locumtenentem Ciuitatis Eugubij de anno 1637. cum victoria expenſarum. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Hypotheca dotis quando incipiat, an a die promiſſionis, vel contracti matrimonij. Conditio quando dicatur caſualis, mixta, vel poteſtatiua, & quando retrahatur ad diem promiſſionis,

nis. Sponso an liceat discedere a contractu sponsalium, vel teneatur illum implere, & quid si sponsalia sint nulla vti contracta in gradu prohibito. Hypotheca tacita dotis an retrahatur, sicut expressa. Confessio dotis, si sit facta per virum magno ære alieno grauatum, an Creditores possint dare contra illum de præsumpta fraude contra eos.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca dotis non incipit a die solutionis, sed a die promissionis illius.*
Procedit, si tempore promissionis est contractum matrimonium, aliàs secùs. num. 2.
Contrarium tenent Doct. num. 8. qui declarantur.

3 *Dos non potest esse sinè matrimonio.*
Et dos ante matrimonium non potest subsistere. num. 4.
Itaut ex d. promissione nulla actio dotis dari debeat. num. 5.

6 *Hypotheca vti accessoria ad principalem obligationem, non potest ab initio sinè ea consistere.*

7 *Promissio contrahendi matrimonium in gradu prohibito est nulla.*

9 *Hypotheca accedens obligationi conditionali casuali, vel mixtæ, eueniente conditione, retrotrahitur ad diem contractus, secùs si conditio sit potestatiua.*

10 *Conditio, si sequatur matrimoniū semper intelligitur in promissione dotis.*

11 *Promittens contrahere matrimonium potest ad id compelli, nisi aliquid triste timeatur.*
Etiam adhibitis censuris, num. 12.
Si tamen omninò recuset, debet absolui, etiam nemine petente. num. 13.
Maximè cessante iuramento. num. 14.

15 *Matrimonium debet esse omninò liberum.*

16 *Sponsalia contracta in gradu prohibito sunt nulla, & potest propria authoritate ab eis recedi.*
Ita vt post impetratam dispensationem nouus consensus requiratur. num. 17.
Cum Papa, concedendo dispensationem, non censeatur approbare quod erat nullum. n. 18.

19 *Conditio potestatiua non retrotrahitur ad diem promissionis in damnum illius, qui contraxit medio tempore.*
Ratio affertur. num. 20.

21 *Facere non posse dicimur, quod honestè fieri non potest.*

22 *Quod lege permittente fit, iustè, & honestè fit.*

23 *Hypotheca tacita dotis non retrotrahitur ad diem promissionis.*
Contrarium tenent Doct. magis communiter, qui declarantur, num. 24.

25 *Confessio dotis facta per virum grauatum magno ære alieno non nocet creditoribus, licèt præcedat promissio dotis.*
Maximè stantibus coniecturis fraudem suadentibus. num. 26.

ALLEGATIO XIX.

Excellentissime Domine. De anno 1644. sub die 27. Ianuarij fuit contracta parentela inter D. Franciscū Furiosum de Terra Cantiani ex vna, & D. Margaritam de Pacijs ex altera, cum promissione dotis scutorū octingentorum, vt apparere dicitur ex apoca matrimoniali desuper confecta, & in iudicio exhibita, & postea sub die 9. Aprilis eiusdem anni 1644. D. Franciscus prædictus suscepit officium salariæ d. Terræ a DD. de Valentibus Ministris Reu: Cam: Apostolicæ, pro quo ad fauorem DD. de Valentibus fideiussit q. D. Vincentius Sambucus de eodem, quem indemnem conseruare promisit D. Franciscus prędictus in forma, sub obligatione omnium suorum bonorum, vt patet publico Instrumento sub rogitu D. Antonij Gutij Notarij publici Calliensis, de quo in actis, & postea sub die prima Maij eiusdem anni contractum fuit matrimonium per verba de præsenti inter dictos D. Franciscum, & D. Margaritam, vt apparet ex fide Parochi, de qua in actis.

Decessit postea de anno 1655. D. Franciscus vir, qui cum remanserit debitor ex causa d. Salariæ DD. de Valentibus in summa scutorum sexcentum, & decem, ideò ad illorum instantiam fuit more camerali consumata executio contra Hæredes D. Vincentij Sambuci prædefuncti fideiussoris D. Francisci super bonis hæreditarijs eiusdem pro dicta summa scutorum 610. vt apparet ex relatione Birruariorum Campanee, de qua in actis.

Verùm quia D. Franciscus prædictus obijt notoriè non soluendo, & ideò illius hæreditas adita fuit per Excellentissimum D. Io: Baptistam Furiosum eius fratrem cum beneficio legis, & inuentarij, vt apparet ex actis Curiæ d. Terræ, qui volens creditoribus hæreditarijs satisfacere, quatenus suppetunt vires hæreditatis, citatis creditoribus prædictis, instituit iudicium concursus, offerendo eis bona hæreditaria pro eorum creditis iuxta prioritatem, & potioritatem illorum, maximè cum pecunia non adsit in hæreditate, iuxta dispositionem tex. in l. fin. §. & si præfatam cum ibi not. per Doct. C. de iur. delib. & statuti lib. 2. rub. 34. vt ex actis est videre.

Cuius

Cuius concursus occasione quæritur modò quisnam sit anterior, & præferendus super bonis hæreditarijs D. Francisci, vel D. Margaritæ vxor pro suis dotibus, cui dos fuit promissa de anno 1644. sub die 27. Ianuarij, & quæ fuit postea confessata per D. Franciscum virum de anno 1647., seù hæredes q. D. Vincentii fideiussoris, ad cuius fauorē bona fuerunt obligata per D. Franciscum de eodem anno 1644 sub die 9. Aprilis, ante tamen sequutum matrimonium inter iugales prædictos, pro conseruatione indemnitatis D. Vincentio fideiussori in Instrumento promissæ.

In quo articulo censeo, præferendos esse hæredes q. D. Vincentij fideiussoris, cui fuit promissa conseruatio indemnitatis per D. Franciscum post promissionem dotis, sed ante contractum
1 matrimonium, vr dixi supra, † quia, licèt quò ad hypothecam, præcipuè expressam mulieris pro dote, non sit attendendum tempus solutionis illius, sed tempus promissionis, & ad diem promissionis hypotheca dotalis sit retrahenda ad tex. in l. 1. *& ibi glo. Bal. Ang. & alij ff. qui potio. in pign. hab.* & tradunt *Neguf. de pign. in 4. memb. 2. par. num. 77. & in primo memb. 5. par. sub. num. 15. Io. Franc. de Ponte cons. 80. num. 5. & 6. lib. 1. Ceph. cons. 448. nu. 35. lib. 3. Gratian. discep. foren. cap. 804. num. 1. par. 5. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 12. & tit. 26. num. 12. Costa de retrotr. cap. 8. casu. 31. in prin. Gait. de credit. cap. 4. quæsi. 11. n. 1594. Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glo. 2. par. 1. n. 27. & Merlin. de pigno. lib. 3. quæst. 74. in prin.*

2 Dicta tamen concinsio habet locum, quando tempore promissionis dotis matrimonium iam erar contractum, secùs tamen si adhuc non erat contractum, cum ad hoc, vt hypotheca expressa retrahatur ad tempus promissionis, requiratur, quod promissio sit facta tempore, quo extabat matrimonium, vel postquam illud esset contractum, nam si esset facta ante matrimoninm, hypotheca non retrotrahitur ad diem promissionis in præiudicinm creditorum, qui contraxerunt cum viro post promissionem, ante tamen matrimonium contractum, vt in casu nostro, cum tunc non dicatur propriè dos, vt tenent Doct. magis communiter, & præcipuè *Bald. Nouell. de dote par. 10. num. 39. Neguf. de pign. in 4. Memb. 2. par. num. 79. & seq. Pacif. de Salnia. inspec. 3. cap. 4. num. 43. Io. Franc. a Ponte d. cons. 80. num. 5. lib. 1.* vbi testatur de communi opinione *Borgn. decis. 15. nu. 14. par. 3. Franc. Becci. cons. 114. num. 65. & seq. lib. 2. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 12.* quamplures adducens de communi opinione arrestantes. latè *Gratian. discep. foren. cap. 804. num. 2. & seq. & num. 15. par. 5.* vbi dicit, ab hac opinione non esse recedendum, & contrarijs rationibus benè respondet, *Gait. de credit. cap. 4. in append. nu. 113.* vbi testatur, hanc esse veriorem, & magis receptam Doctorum opinionem, *Paitell. ad expedit. euil. 84. sui patris num. 8. & seq* eandemque opinionem tenent *Barbo. in l. 1. par. 3. n. 34. vers. postremò &c. ff. solu. matri. Alex. Trentacinq. var. resol. de pigno. & hypot. resol. 9. num. 26. Gargiar. Iun. cons. 97. num. 67. & seq. lib. 1.* benè comprobans, quam opinionem sequitur nouissimè *Merlin. de pigno. lib. 3. quæst. 74. num. 8. & seq.* vbi illam dicit esse communiter receptam, & vti veriorem, esse sequendam in iudicando, & contrarijs rationibus rectè satisfacit, *Saufeli. decis. 129. per tot.* dicens, ita fuisse iudicatum, cum quibus pertransit *Thesa. Iun. quæst. foren. 34. num. 4. & seq. lib. 2.* dicens, secundùm d. opinionem fuisse iudicatum, & *Rot. in Firmana prælationis dotis 1. Martij 1607. coram R. P. D. Manzanedo*, quam referunt *Adden. ad Rot. decis. 666. num. 3. par. 4. rec. tom. 3.* & alij per me adducti *allega. 4. num. 23.* ex quibus certè negari non valet, hanc opinionem esse per Doct. magis receptam, & ideò in iudicando ab illa non esse recedendum ad not. per *Bald. & Castr. in l. fin. C. de instit. & subst. per Ciriac. contro. 339. num. 2. & per Altogra. cons. 98. num. 65. lib. 1.*

3 Et ratio est, quia, licèt dos sit promissa ante matrimoniū contractum, tamen dicto tempore non potest esse dos *l. 3. & ibi. glo. ff. de iur. doti. l. incestæ. 52. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de donat. ant. nupt.* & in terminis tradit *Gratian. d. cap. 804. num. 3.* & ante eum *Feder. Sol. de dote quæst. 38.* vbi hoc benè comprobat, & con-
4 trarijs rationibus doctè satisfacit, † & sic promissio dotis non videtur subsistere ante matrimoniū, & antequam nuptiæ cum effectu contrahantur, vt in puncto animaduertunt *Gratian. d. cap. 804. num. 16. Thesa Iun. quæst. foren. 34. num. 5. lib. 2. & Feder. Sol. d. quæst. 38. per tot.*

5 Itaur ex dicta promissione nnlla principalis actio dotis dari debeat *d. l. 3. & l. plerumq; 11 ff. de iur. doti. d. l. fin. C. de donat. ante nupt. Barbos. in l. 1. par. 7. num. 34. vers. postremò &c. ff. solu. matr.* quem refert, & sequitur *Gratian. d. cap. 804. num. 2. 3. & num. 16. Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1 cap. 3. glo. 5. n. 37.* qui alios adducit.

Cessante autem actione, neque dabitur pro dicta
6 dote aliqua hypotheca, † quæ, vti accessoria ad principalem obligationem, non potest sinè illa ab initio consistere. *Bart. in l. contrahitur. 4. nu. 1. ff. de pigno. Alex. cons. 134. num. 20. lib. 6. Neguf. de pigno. in primo membro. 3. par. num. 9. Gratian. d. cap. 804. num. 17. Surd. decis. 271. num. 4. Merlin. de pign. lib. 5. quæst. 23. num. 1. & seq. Gait. de credit. cap. 4. quæsi. 10. n. 1155. & quæsi. 11. num. 1255.*

Er eò

i:: eò magis cùm dicta promissio contrahendi ma-
trimonij, vti facta inter consanguineos, & sic in
gradu prohibito vigore Sacr. Conc. Tridentini,
sit nulla, & prorsus inualida, vt tradunt Merlin.
de pigno. lib. 3. quæst. 74. num. 11. & alij Do-
ctores infra adducti num. 16. vndè eò magis ces-
sare debet hypotheca, quæ est accessoria, &
sequela actionis personalis. l. grege. 13. §. cum
pignori. ff. de pigno. l. 2. ff. si pign. pign. dat. fuer.
Costa. de retrotrac. cap. 8. casu. 31. n. 5. Merlin.
de pigno. d. quæst. 23. in prin. latè Capic. Latro.
decis. 156. num. 58. & seq lib. 2. Altogra. cons.
3. num. 20. & cons. 95. n. 119. vol. primo.
8 Neque vllum potest fieri fundamentum, quod
contrarium in hoc articulo anterioritatis te-
nuerint Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glo. 2. par.
1. num. 32. Griuel. decis. Dolan. 133. per tot.
Molphes. ad Consuet. Neapol. par. 6. de iur. doti.
quæst. 3. num. 16. Vinc. de Franch. decis. 677.
per tot. Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 13.
glo. 3. nu. 32. Adden. ad Capic. Latro. decis. 35.
num. 7. & seq. & D. Andreol. contro. 355. n. 6.
& seq. qui alios referunt sectatores, qui tamen
de hoc nec verbum quidem faciunt, quia Griuell.
seù Senatus Dolan. fuit sibi contrarius, vt appa-
rer ex eius decis. 67. per tot. vbi nostram sequu-
tus fuit opinionem, Vinc. de Franch. in d. decis.
677. est dubius, & non se firmat, asserens in
fine, in decretis in contrarium factis non esse
faciendam vim ex rationibus, de quibus ibi per
eum, neque nocet authoritas Giurb. quia Negus.
Gomez. & alij per eum adducti tenent contra-
rium, & nostram opinionem, & sic secundùm
illos est intelligendus, maximè cum ipse d. par.
1. cap. 3. glo. 5. num. 37. contrarium asserere
videatur, dum scripsit, promissionem soluendi
dotem infra annum non incipere a die promis-
sionis, sed a die nuptiarum, vt dixi infra n. 25.
Thesa. Iun. quæst. forcu. 34. lib. 2. tenet opinio-
nem nostram, vndè restant solùm authoritates
Molphe. Fontanel. Adden. ad Capic. Latro. & D.
Andreol. quæ non sunt præferendæ authorita-
tibus tot Doctorum supra allegatorum, qui con-
trarium scripserunt, & communi opinioni, de
qua supra.
9 Neque obstat ratio per eos adducta, quod hy-
potheca, quæ accedit obligationi conditionali,
existente cõditione, retrotrahitur ad diem con-
tractus, quando sumus in conditione casuali, vel
mixta, non autem in potestatiua l. pen. ff. qua
res pign. oblig. poss. l. 1. & l. potior. 11. §. videa-
mus, & l. qui balneum. 9. §. amplius. ff. qui potio.
in pign. hab. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 1. nu.
2. & seq. Costa de retrotrac. cap. 8. casu. 31. nu.
8. & seq. latè Salga. in Laber. credit. par. 2. cap.
20. num. 3. & seq. in qua conditione casuali, vel
mixta nos versari videmur, qualis est conditio
10 si sequatur matrimonium, † quæ in promissio-
ne dotis semper intelligitur. l. plerumque 11. ff.
de iur. doti. Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 74. nu.
16. Altogra. cons. 17. num. 16. lib. secundo, Rot.
apud Greg. XV. decis. 428. num. 1. non autem
11 in potestatiua, † cum ille, qui dedit fidem de
contrahendo matrimonio, possit, & debeat com-
pelli ad illud contrahendum, nisi aliquod triste
timeatur. Abb. in cap. requisiuit. 17. num. 4. &
seq. de sponsal. Gratian. d. cap. 804. num. 10. P.
Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 29. num. 4.
Quia respondeo, quod conditio prædicta si sequa-
tur matrimonium non est vllo modo casualis,
12 vel mixta, sed imò est potestatiua, † quia, licèt
sponsus recusans contrahere matrimoniũ, post
canonicam monitionẽ censuris etiam adstringi
possit ad implendũ promissa, siuè illa sint iurata
siuè non, vt latè comprobat P. Sanch. de matrim.
d. disput. 29. nu. 4. & post eum P. Paul. Laiman.
in sua Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. par. 1. cap.
1. sub. num. 4. qui testatur de magis communi,
& in practica seruata opinione, alios adducens
concordantes P. Dian. in summa in verbo Spon-
13 salia. num. 18. † si tamen sponsus recuset con-
trahere ratione libertatis matrimonij, quæ sem-
per in eo requiritur, non potest præcisè com-
pelli ad implendum, sed absolui debet a censu-
ris, quæ per modum medicinæ feruntur in di-
cto casu, etiam illo non petente, vt not. Inno.
Io. Andr. Butr. Anear. Boich. Præpos. & alij Ca-
nonistæ in cap. ex literis. 10. de sponsa. Gratia.
d. cap. 804. num. 18. & seq. Card. Mant. de
tacit. lib. 3. tit. 17. num. 8. & seq. Thomat. decis.
March. 84. num. 6. & seq. alios adducens, Adden.
ad Buratt. decis. 311. num. 5. P. Sanch. d. disput.
29. numer. 7. & seq. P. Laiman. d. tract. 10.
par. 1. cap. 1. sub num. 4. in fin. Philiar. de offic.
Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 1. qui alios ad-
ducunt ita sentientes P. Dian. in summa in verbo
sponsalia. num. 18. vers. aduertit & 6. benè Rot.
apud Duran. decis. 242. n. 13.
14 Maximè cessante iuramento, vt in casu no-
stro, vt post Abb. Alex. de Neuo, Rosell. Greg.
Lopez. & alios per eum adductos firmat P.
Sanch. d. disput. 29. num. 5. nec non Rota apud
Duran. d. decis. 242. n. 13.
15 Matrimonium enim debet esse omninò libe-
rum cap. cum locum. 14. & cap. gemma. 29. de
sponsal. Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 17. n. 8.
& seq. Thoma. d. decis. 84. num 6. Calui. de
equit. lib. 2. cap. 168. num. 32. Rot. apud Cocci.
decis. 437. n. 1.
Quæ tamen absque vlla hæsitatione procedunt in
casu, de quo agitur, in quo sponsalia contracta
fuerunt inter D. Franciscum, & D. Margaritam
in gradu prohibito a Sacro Concilio Tridenti-
no, cum essent consanguinei in quarto gradu,
vt patet ex dispensatione petita, & obtenta à
16 Summo Pontifice, † quo stante, promissio dotis

nullo modo subsistit ad tex. *in l. incesta 52. ff. de ritu nupt.* & sponsalia sunt nulla, & inualida, ita vt sit locus pænitentiæ, & liceat promittentibus propria authoritate ab eis recedere, vt declarant *Conar. de sponsal. par. 2. cap. 3. init. num. 7. Thesau. Iun. d. quæst. foren. 34. num. 4. lib. 2. Guttier. quæst. canon. lib. primo cap. 22. num. 17. Philiar. de offic. Sacerd. in summa parua de Sacramento Matrim. fol. mihi. 200. P. Sanch. de matrim. lib. 5. disput. 5. n. 26.* latè comprobans, & alios adducens ita sentientes, *Rot. apud Greg. XV. decis. 410. num. 8. & seq. & ibi Adden. litera A. & in Vlisbonen. matrimonij 25. Iunij 1613. coram Card. Sacrato,* vbi aliæ recensentur quamplures, & apud *Card. Manti. decis. 201. num. 3. & apud Buratt. decis. 203. n. 5.* & latè tradit eadem *Rot. in Hispalen. Sponsalium 11. Februarij 1639. coram Eminentissimo Card. Panzirolo in prin. & in fin.* vbi aliæ recensentur, quæ hodie est impressa *in 8. par. recen. decis. 107.*

17 Itaut post obtentam dispensationem nouus consensus requiratur. *Abb. in cap. Super eo. 5. & ibi Ancar. Zabarell. & alij de condit. apposi. Thoma. d. decis. March. 84. num. 10.* Rot. *apud Greg. XV. d. decis. 410. num. 5. & apud Card. Manti, d. decis. 201. num. 4. & apud Buratt. d. decis. 203. num. 7.* & plenè habetur in *d. Hispalen. Sponsalium 11. Ianuarij 1639. per tot. coram Eminentissimo Card. Panzirolo.*

18 Cum Papa concedendo dispensationem non censeatur habere ratum, quod priùs illegitimè actum fuerat, sed tantùm concedere licentiam contrahendi matrimonium, impedimẽto ei narrato non obstante. *Genuen. in pract. Archiep. Neapol. cap. 14. nu. 6. in fin.* secundùm impressionem anni 1609. *Thoma. d. decis. 84. num. 11.* alios referens concordantes Rot. *apud Greg. XV. d. decis. 410. num. 5. & apud Buratt. d. decis. 203. num. 8.* & benè declarat eadem *Rot. in d. Hispalen. Sponsalium num. 5.* vbi aliæ decisiones recensentur.

19 Quando autem conditio est potestatiua, hypotheca retrotrahi non potest ad diem promissionis dotis in præiudicium tertij, cui bona medio tempore fuerunt hypothecata, sed incipit a die purificatæ conditionis, & sic a die matrimonij, vt tradunt *Negus. de pigno. in 2. memb. 5. par. num. 10. ver. decimosexto amplia &c. Paris. cons. 11. num. 69. & seq. lib. 1. Giouagno, cons. 35. num. 2. & seq. lib. 1. Thesa. Iun. quæst. foren. 51. num. 3. lib. 3. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 1. num. 5. Surd. cons. 335. num. 24. lib. 3. Felicia. de cens. tom. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 19.* in puncto tradit *Merlin. de pigno. lib. 3. quæst. 74. num. 11. Gratian. d. cap. 804. num. 8. & seq. & cap. 856. num. 8. & seq. & num. 20. par. 5. P. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 37. ante fin.* latè *Carena resol. 39. num. 20. & seq. & resol. 44. post princ.* vbi testatur de communissima opinione, & declarat, quando dicatur conditio potestatiua, & reprobat distinctionem *Card. Manti.* de conditione potestatiua pendente a voluntate creditoris, vel debitoris, vt ibi per eum, & hanc opinionem firmat etiam nouissimè *Salgad. in laberi. credit. par. 2. cap. 20. num. 3. & seq.* quicquid sibi contrarius adnotauerit *Gratian. discep. foren. cap. 964. num. 14. par. 5.*

20 Et ratio est, quia contractus initus sub conditione potestatiua nullam habet firmitatem, neque potest producere aliquod vinculum efficax obligationis, nisi perfecto actu, cum sit in potestate debitoris facere, quod conditio non existat, ita ut conditio non dicatur habere necessariam dependentiam a principio, sed potius dicatur habitus tractatus de ineundo contractu, quàm quod ille sit verè initus, ideò nec mirum, si hypotheca non retrotrahitur ad diem contractus, & promissionis dotis, nisi sit sequutum matrimonium, vt benè declarat *Gratian. d. cap. 804. num. 15.* quod non est in conditione casuali, vel mixta, in qua a principio fuit obligatio valida, quæ facit, vt debitor non possit impedire, quo minus debeat, quando conditio eueniet, & sic conditio habet dependentiam a principio, & ideò est inspiciendum tempus obligationis contractæ, cum tunc euentus conditionis nihil afferat, nisi quod post illius purificationem contractus perindè habeatur, ac si ab initio sine conditione esset gestus, vt tradunt *Bologuet. in l. fi. ss. qui pro emptore 15. n. 321. ff. de vsucap. Negus. de pigno. in 2. memb. 5. par. num. 10. Paucirol. cons. 118. num. 19. Gratian. d. cap. 804. num. 14. & seq. & cap. 864. num. 12. par. 5. & Caren. d. resol. 44. n. 5.*

Neque valet replicatio, quod conditio contrahendi matrimonium non potest dici potestatiua, quia licèt promittens contrahere matrimoniũ non possit præcisè compelli ad implendum promissa, sed possit a promissione recedere, vt probaui *supra num. 13.* id tamen commodè, & honestè facere non dicitur, & ideò intrat re-
21 gula, † quod ea facere non posse dicimur, quod commodè, seù honestè non fit, vt in proposito dicit *Vinc. de Franch. d. decis. 677. num. 2.* quia hoc fortassis posset habere locum, quando sponsalia de futuro essent valida, quia tunc sponsus honestè ab illis recedere dici non posse videtur, quod tamen non admitto absolutè per iura, quæ in contrarium adduxi *alleg. 4 n. 21.* secùs tamen est, quando sponsalia sunt nulla, vti contracta inter coniunctos in casu a Sacro Concilio prohibito, vt in casu nostro, vt probaui *supra. n. 16.* quia tunc benè est locus penitentiæ, & licet sponsis propria authoritate recedere, vt tradunt *Conar. Thesa. Guttier. Philiar. P. Sanch. &*
22 *Rot. in loq. relatis supra n. 16.* † quod autem

lege

lege permittente fit, iustè, & honestè fit *cap. quid dicam. 14. q. 4. l. si quis fugitiuas. 17. §. apud. labeonem. ff. de adil. edict. Ant. Piccar. ad rub. Inst. de inoff. testa. num. 9. Barbosa axioma. 136. num. 12.* maximè cum *Vinc. de Franch.* loquatur in diuersis terminis, nempè in viro recusante recipere dotem promissam in præiudicium vxoris, quod rectè fieri posse non videtur ad not. per *Gratian. in d. cap. 804.* nos autem versamur in terminis recedendi a promissione contrahendi nulla, & inualida, quod quidem, lege permittente, fieri valet, vt supra, ex diuersis verò non fit illatio. *l. Papinianus exuli. 21. ff. de mino. l. vlt. in fin. & ibi Bart. ff. de calumniat.* cum alijs cumulatis *per Barbos. axiom. 114. per tot.*

Quibus eò magis locus esse debet in casu nostro, cum in apoca matrimoniali non appareat de aliqua hypotheca expressa ex parte D. Francisci viri ad fauorem D. Margaritæ vxoris, & ideò agatur de sola hypotheca tacita, quæ licèt detur etiam ex parte viri, cui fuit promissa dos ad fauorem vxoris, vt volunt *Ant. Gomez. ad leg. 50. Taur. sub. num. 37. Altogra. cons. 33. num. 24. & seq. lib. 1.* & non habere difficultatem dicit *D. Andreol. contro. 355. num. 19.*

23 post hæc scripta visus, † illam tamen nullatenus esse retrahendam ad diem promissionis dotis, sed solùm illam incipere debere a tempore solutionis illius, voluerunt quamplures, & præcipuè *glo. in l. assiduis. 12. C. qui potio. in pign. hab.* quam commedant ibi *Iacob. col. 1. & Bald. sub num. 6. Specul. de oblig. & solut. §. ante omnia vers. sed pone &c. Bald. Nouel. de dote par. 10. num. 39. & seq. Bald. in l. 1. in fin. ff. qui potio. in pign hab. Ripa. in l. priuilegia. 16. n. 14. ff. de priuil. credi. Ant. Gomez. ad leg. 50. Taur. num. 38.* vbi dicit, hanc esse certam sententiam *Socci. Sen. cons. 41. num. 25. lib. 4.* & illam latè comprobat *Menoch. cons. 851. num. 23. & seq.* ita vt dici possit communiter recepta per Doctores.

24 Et licèt contrarium teneant quamplures Doctores, quos referendo sequuntur *Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 74. num. 6. & 23. Altogra. d. cons. 33. num. 14. lib. 1. & D. Andreol. d. controu. 355. num. 20. & seq.* qui testantur de veriori, & magis communi opinione, id tamen non nocet hæredibus D. Vincentii fideiussoris, quia admissa d. opinione pro vera, illa tamen habet locum, si tempore promissionis dotis erat iam contractum matrimonium, alias secùs, & sic a die matrimonij incipere debet dicta hypotheca tacita, vt probaui supra quò ad hypothecam expressam, cum rationes pro illa adductæ habeant locum etiam in hypotheca tacita, quæ est minus capax retrotractionis, quàm expressa, vt tradunt *Bald. Nouell. de dot. par. 10. n. 37. & seq. Neguf. de pigno. in 4. memb. 2. par. num. 80. Boer. decis. 331. sub nu. 1. Thesa. Ian. quæst. foren. 34 num. 4. & seq. lib. 2.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum, *Io. Franc. a Ponte cons. 80. n. 5. & seq. lib. primo,* vbi testatur de communi opinione *Hier. Laurea. decis. Auenio. 25. num. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 12.* vbi subiungit, hypothecam tacitam non differre ab expressa, & ideò sicut illa retrotrahitur non ad diem promissionis, sed ad diem matrimonij, ita retrotrahi debet tacita, vt ibi per eum *Barbo. in l. 1. par. 3. sub. nu. 34. ff. sol. matri. Gratia. discep. foren. cap. 804. num. 2. par. 5. Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 43. Paitell. ad expedit. ciuil. 84. sui Patris num. 8. & seq. Giouagno. cons. 26. sub num. 13. lib. 2.* cum quibus pertransit *Gait. de credit. d. cap. 4. quæst. 11. nu. 1594.* vbi dicit, quod Doctores tenentes, hypothecam tacitam pro dote esse retrahendam ad diem promissionis, supponunt, matrimoniū esse contractum in dicto tempore, alias secùs, & idem tradit in *appendi. ad d. cap. 4. num. 113.* a qua opinione, vti per Doctores magis communiter recepta, & veriori, attentis rationibus adductis supra quo ad retrotractionem hypothecæ expressæ, quas hic breuitatis causa non refero, non puto in iudicando esse vllo pacto recedendum.

Secundò principaliter hæredes D. Vincentij fideiussoris D. Francisci viri veniunt D. Margaritæ
25 eius vxori præferendi, † quia cum confessio dotis ipsius facta fuerit tempore, quo D. Franciscus vir erat grauatus magno ære alieno, vt constat ex actis, confessio predicta præsumitur facta in fraudem creditorum, & ipsis creditoribus, licèt, stante promissione dotis, non competat exceptio præsumptæ donationis inter virū, & vxorem, neque exceptio non numeratæ dotis, competit tamen exceptio præsumptæ fraudis commissæ in præiudicium ipsorum creditorum, itaut hypotheca dotis in dicto casu non incipiat a die promissionis, sed a die factæ confessionis tantùm, vt tradunt *Bald. Nouell. de dote par. 10. sub num. 18. in fin. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 13. num. 20. & 29. Gratian. discep. foren. cap. 362. num. 21. par. 2. & cap. 489. num. 22. par. 3. & decis. March. 103. num. 3. & seq. Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 36. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 9. sub num. 53. Adden. ad Baratt. decis. 108. litera D. Fontanel. de pact. nupt. clau. 14. glo. vni. par. 1. num. 48.* late *Hodier. ad Surd. decis. 55. num. 17. & seq.* vbi testatur de communi opinione, & ita pluries fuisse decisum *Merli. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 17. nu. 14. & in tract. de pigno. lib. 3. quæst. 58. num. 32. & 40.* benè *Rot. decis. 683. num. 5. par. 2. & decis. 239. nu. 9. par. 4. rec. tom. 3. & apud Baratt. decis. 108.*

num. 7. & ibi Adden. & apud Merlin. decis. 419. num. 5.

26 Quod eò magis est dicendum stantibus coniecturis idem suadentibus, quæ maximè veniunt ad detegendam fraudem attendendæ, *glo. Cin. Bart. Ang. Salic. Fulgo. & alij in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. Alex. cons. 86. n. 1. lib. 7.* vbi testatur de magis communi opinione. *Card. Manti. de tacit. d. tit. 30. num. 37. Hier. Lauren. decis. Auenio. 25. num.* 8. *Rot. decis. 485. num. 6. par. 3. diuer. & d. decis. 683. num. 4. par. 2. rec.*

27 De quibus, cum materia sit coniecturalis, vt dicit *Massin. de confisc. bono. quæst. 31. num. 19.* post hæc scripta visus, & *Rot. apud Salgad. in Laberi. credit. decis. 3. post prin.* & hinc indè coniecturæ afferantur, licèt pro dictis hæredibus adsint plures, & fortiores, ideò erit de illis in alia allegatione, ne hic tractatum facere videar, particulariter disserendum.

Quare &c. saluo semper &c.

Causa prædicta, quia hæredes D. Vincentij fideiussoris non fuerunt vlterius molestati per Ministros Reu. Cameræ Apostolicæ creditores D. Francisci viri, non fuit adhuc per sententiam terminata. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Pater succedit filiæ vnà cum alijs filijs pro virili. Stipulatio, dotem reddi filiæ, seù cui de iure, intelligitur primò ad fauorem patris. Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, & quid si titulus sit nullus. Filia familias non potest condere testamentum, neque codicillos, neque potest donare causa mortis sinè consensu patris. Clausula codicillaris quando sustineat testamentum in vim donationis causa mortis, & clausula *omni meliori modo* an sustineat donationem causa mortis in vim donationis inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis competit hæredi ab intestato probatis extremis.*

2 *Pater succedit filiæ ab intestato vnà cum alijs filijs vtrinque coniunctis pro virili.*

Non attento a quo bona prouenerint, siuè a patre, siuè ab alio. num. 3.

Etiam si agatur de sola successione parentum, reiecta distinctione Bart. de qua ibi. num. 4.

5 *Dos a patre profecta ad patrem redire debet.*

6 *Stipulatio, dotem reddi filiæ, seu cui de iure, intelligitur primò ad fauorem patris secundùm intellectum iuris.*

7 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem.*

Fallit, quando possidens vtitur titulo nullo. num. 10.

8 *Causa testati facit silere causam intestati.*

Declara vt. num. 37.

9 *Titulus pro hærede an sit verus titulus remissiuè.*

11 *Titulus nullus habetur pro non titulo.*

12 *Titulum non habere, & habere illum nullum paria sunt.*

13 *Titulus nullus nullum operatur iuris effectum.*

14 *Petitio hæreditatis vt excludatur, requiritur titulus validus, & non sufficit titulus nullus, vel putatiuus.*

15 *Titulus putatiuus causatus ex errore iuris clari non est sufficiens ad præscriptionem.*

16 *Filius, viuente patre, non potest testari, & si testetur testamentum est nullum.*

Etiam accedente consensu patris. num. 17.

Non solùm quo ad bona profectitia, & aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum, sed etiam quo ad aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum. num. 18.

Quicquid aliqui contrarium teneant. nu. 19.

20 *Filia, viuente patre, non potest testari de dote profectitia, vel aduentitia.*

21 *Matrimonium non liberat filiam a patria potestate.*

22 *Filius præsumitur esse sub potestate patris.*

23 *Filius non potest donare causa mortis sinè consensu patris.*

Et d. consensus debet esse expressus, itaut tacitus non sufficiat. num. 24.

25 *Filiusfamilias non potest donare causa mortis sinè consensu patris bona, in quibus pater non habet vsumfructum.*

26 *Patris consensus in donatione causa mortis requiritur ad integrandam personam filij.*

Quod requiratur, ratione præiudicij patris tenent aliqui Doctores. num. 27.

28 *Testamentum filij, in quo pater est præteritus, est nullum.*

29 *Clausula codicillaris sustinet testamentum nullum ex causa præteritionis in vim codicillorũ.*

30 *Clausula codicillaris nihil operatur, si sit apposita in testamento mulieris.*

Neque quando est apposita in fine testamenti. num. 31.

32 *Clausula codicillaris non potest impedire immissionem hæredi ab intestato.*

Cum hæres scriptus debeat capere possessionem fideicommissi de manu hæredis. n. 33.

34 *Clausula codicillaris non habet effectum, quando sunt instituti hæredes extranei.*

35 *Testari qui non potest, neque potest codicillari.*

Neque legare, nec fideicommittere. n. 36.

37 *Intestatus dicitur decedere quando quis non habebat testamenti factionem actiuam.*

Succes-

38 *Successioni ab intestato fit locus ob nullitatem testamenti.*

39 *Testamentum nullum non dicitur testamentum.*

40 *Nullum quod est, nullum operatur iuris effectum.*

41 *Hæredi instituto in testamento nullo non debetur immissio, quando de nullitate docetur incontinenti ex eodem testamento.*

42 *Clausula* omni meliori modo *operatur, vt si actus non valet vt fuit gestus, valeat vt valere potest.*

43 *Clausula* omni meliori modo *facit valere donationem causa mortis in vim donationis inter viuos.*

44 *Filiusfamilias obligatur ex omni contractu in casibus a Macedoniano exceptis.*

45 *Filiafamilias potest eius dotem donare inter viuos in præiudicium patris.*

Contraria opinio est verior, & magis recepta. num. 46. & 47.

48 *Vsusfructus patri debitus in bonis aduentitijs filij impedit illorum alienationem.*

49 *Dos non succedit loco legitimæ in terminis Decreti Ducis Vrbini super exclusione fæminarum, stantibus masculis.*

50 *Statuti vbi est casus, ab eo non est recedendum.*

51 *Statuti casum habens pro se dicitur habere intentionem fundatam.*

ALLEGATIO. XX.

EXcellentissime Domine. Iustificata est omninò intentio Perillustriss. DD. Decij, & filiorum de Benamatis de Cantiano agentium petitione hæreditatis contra Perillustres DD. de Blancalanis de Vrbino possessores bonorum hæreditariorum q. D. Magdalenæ filiæ, & sororis respectiuè ipsorum prædefun-
1 ctæ ab intestato sine filijs, † cum probauerint
omnia eius requisita, nempè illius mortem, ipsos DD. Agentes esse in gradu proximiores, bona petita fuisse tempore mortis in possessione d. D. Magdalenæ, & DD. reos conuentos possidere bona petita, vt not. *Doct. in §. omniũ. Inst. de actio.* & tradunt *Roffred. de libel. par. 4. de petit. hæred. num. 1. & seq. Papien. in forma libel. quo hæred. peti. ex testa. in verbo possidebat in prin. Gomez. ad leg. 45. Taur. n. 156. & Hond. cons. 22. n 8. vol. 1.*

2 Siuè velimus, quod ad successionem filiæ ab intestato admittatur Pater vnà cum fratribus vtrinque coniunctis pro virili *Auth. defuncto, & ibi not. Doct. communiter C. ad Senat. Cons. Tertul. & tradunt Boer. decis. 185. n. 1. Nicol. de Vbal. de succes. ab intes. par. 2. num. 2. Couar. de succes. ab intest. nu. 2. Crass. de succes. §. successio. quæst. 23. in prin. Costa de ratio. rata quæst. 211. in prin. Gomez. ad leg. 6. Taur. num. 7. & ad leg. 7. per tot. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 5. n. 24. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 11. num. 1. & 2.* maximè cum quamplura ex d. bonis non sint dotalia D. Magdalenæ, sed ab ea fuerint acquisita ex successione primi viri, & ex transactione facta cum hæredibus illius, vt ex instrumento desuper confecto est videre.

3 Non attento a quo d. bona proueniant, siuè a Patre, siuè ab alio, reiecta opinione *Bart. in l. quod scitis. 3. §. sin autem C. de bon. quæ lib.* vt tradunt *Craue. cons. 176. num. 1. & seq. Couar. de success. ab intest. num. 2. in fin. Ponte cons. 19. num. 66. & seq. Thesa. decis. 27. num. 5.* latè *Vinc. de Franch. decis. 59. par. 1. per tot.* vbi dicit, ita pluries in illo Senatu fuisse iudicatum. *Cancer. var. resol. d. cap. 5. num. 21. ver. & similiter &c. Peregr. decis. 77. num. 6.* latè *Caren. resol. 203. n. 12. & seq.*

4 Quam *Bart.* opinionem in d. §. *si autem.* facientis differentiam inter bona, quæ proueniunt ex parte patris, vel ex parte matris, etiam quando soli pater, & mater succedunt filio prædefuncto, communiter reprobatam esse per Doct. testantur *Couar. de succes. ab intest. num. 2. vers. veruntamen &c. Gomez. ad leg. 6. Taur. nu. 8. Phanuc. de inuent. par. 2. nu. 11. & seq. Gratian. discep. foren. cap. 971. num. 15. & seq. par. 5. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 24. num. 59. & seq. Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 10. glo. 3. num. 3.* latè *Caren d. resol. 203. num. 12. & seq.* plenè *Rota decis. 561. num. 1. & seq. & decis. 664. num. 1. & seq. par. 4. rec. tom. 3.* vbi quamplures adducit concordantes, & testatur de veriori, & magis recepta opinione, itaut de hoc vlterius non sit dubitandum, quicquid sequendo *Bart. vbi supra* voluerint *Doct.* quos referunt, & sequuntur, sed malè *Thesa. d. decis. 27. & Cancer. d. cap. 5. n. 20.*

5 Siuè velimus, quod dos data per D. Decium Patrem D. Magdalenæ ad illum redire debeat per tex. in *l. dos a patre 4. C. solu. matr.* & tradunt *Bart. Bald. Ias. Castr. & alij in l. post dotem 41. ff. solu. matr. Pic. in l. in quartam 90. nu. 212. ff. ad l. falc.* vbi testatur de communi opinione. latè *Surd. cons. 206. num. 2. & seq. vol. 1. Gomez. ad leg. 50. Taur. num. 28. Thesaur. decis. 190. num. 2. & seq. Gratian. discep. foren. cap. 556. num. 33. par. 3.* Rot. *decis. 329. num. 7. par. 5. rec.*

6 Maximè stante stipulatione, dotem restitui in casu soluti matrimonij D. Magdalenæ, seù cui de iure, quæ intelligitur primò ad fauorem patris secundùm intellectum iuris, non attento ordine literæ, vt post *Bart. Bald. Castr. Alex. Cuma. & Imol.* per eum relatos docet *Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 8. n. 25.* & sequuntur

Surd.

Surd. consf. 206. *num.* 2. *& seq. vol.* 2. *Gabr. cons.* 58. *num.* 16. *&* 48. *lib.* 1. *Adden. ad Thesau. decis.* 150. *litera B. & ad decis.* 190. *in fin. & ad decis.* 237. *litera C. Gratian. discep. foren. cap.* 719. *num.* 28. *par.* 4. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 11. *num.* 20. *D. Andreol. contro.* 4. *num.* 29. *& contro.* 5. *num.* 23. *Rot. decis.* 708. *num.* 1. *par.* 1. *rec. & decis.* 108. *num.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 2. alias adducens, quod cum exaduerso non controuertatur, ideò latius non insisto.

Neque obstat prædictis, quod DD. de Blancalanis contendant possidere prædicta bona D. Magdalenæ vigore testamenti conditi per eam ad illorum fauorem, de quo in actis, & sic cum titulo, & ideò non habeat locum contra
7 eos petitio hæreditatis, † quæ regulariter non datur contra titulo possidentem. *Gabr. cons.* 31. *num.* 2. *vol.* 1. *Menoch. de adipisc. possess. remed.* 1. *n.* 61. *Crau. de success. lib.* 2. *art. transmissio. q.* 6. *n.* 2. *Rot. in* Romana *hæreditatis de Virili* 3. *Decembris* 1640. *coram R.P.D. Coccino Decano post princ.*

8 Maximè cum causa testati faciat silere causam intestati. *l. quamdiu.* 90. *ff. de reg. iur. l. nec is.* 17. *§. fin. & l. quamdiu.* 39. *ff. de acq. hæred. Argel. de legit. contrad. quæst.* 4. *num.* 77. *& quæst.* 11. *num.* 3. *Thomat. decis. March.* 68. *num.* 18. *&* 32. *Ciriac. contro.* 284. *num.* 50. *& contro.* 305. *num.* 14. & in terminis nostris *contro.* 407. *num.* 67.

9 Quia, omissa disputatione, an titulus pro hærede sit verus titulus, vt per *Doct. in §. actionum*, vbi præcipuè *Io. Omot.* dicit, illum non esse verum titulum, & idem vult *Ias. in §. sed quidem num.* 22. *Instit. de actio.* saltem quo ad hunc effectum, quicquid sit quo ad effectum præscribendi rem a testatore possessam, quam ob deficientiam tituli ipse præscribere non poterat, quo casu illum haberi pro vero titulo, tradunt *glo. & Doct. in rub. & l.* 1. *ff. pro hæred. & in rub. et l.* 1. *C. eod. tit. et in l. pro hærede* 11. *ff. de petit. hæred.* & benè declarat *Gomez. ad leg.* 45. *Taur. num.* 161.

In casu tamen, de quo agitur, sumus extra omnem dubitationem, stante manifesta nullitate testamenti conditi per D. Magdalenam filiam familias ad fauorem Domini de Blancalanis eius
10 viri, vt infra demonstrabitur, † cum petitio hæreditatis benè procedat contra possidentē titulo nullo, & inualido. *l. nec vllam.* 13. *§.* 1. *& ibi not. glo. Bart. & communiter Doctores ff. de petitio. hæred.* & tradunt *Doctores communiter in d. §. actionum Inst. de actio. Roffredi de libel. par.* 4. *de petit. hæred. num.* 1. *in fin. Rolan. cons.* 48. *num.* 12. *vol.* 1. *Crau. de succes. lib.* 2. *art. transmissio. quæst.* 6. *num.* 2. *in fin. Balb. de præscrip. in* 4. *par.* 4. *par. prin. quæst.* 16. *num.* 2. *& seq. Gabr. cons.* 45. *nu.* 11. *vol.* 1. *Osasch. decis. Pedem.* 56. *num.* 5. *Theod. Rube. in singul. Rot. Rom. tom.* 2. *circa Doct. approba. a Rota verbo Conarruias. §.* 8. vbi dicit, hanc esse communem Doctorum opinionem, *Rota in Cervien. bonorum* 4. *Maij* 1575. *coram Card. Seraphino*, quam refert *Rube. vbi supra* & scripserunt etiam *Petr. Greg. Tolos. in sua sintag. iur. vniuer. lib.* 46. *cap.* 7. *sub num.* 11. *Surd. cons.* 28. *num.* 53. *vol.* 1. & faciunt not. per *Thoma. decis. March.* 82. *num.* 7. *& per* Rot. *in Vrbinaten. prædij* 23. *Maij* 1653. *coram* R.P.D. *Bichio §. non obstat &c.*

11 Titulus enim nullus habetur pro non titulo. *Osasch. decis. Pedem.* 160. *num.* 12. *Surd. cons.* 28. *num.* 53. *lib.* 1. *Gratian. discep. forens. cap.* 399. *num.* 11. *par.* 2. *Morot. cons.* 58. *num.* 9. *Ciriac. contro.* 333. *num.* 1. *Massin. de confisc. bono. quæst.* 38. *num.* 48. post hec scripta visus.

12 Et titulum non habere, & habere illum nullum paria sunt *Osasch. d. decis.* 160. *num.* 13. *Surd. d. cons.* 28. *num.* 52. *& decis.* 45. *nu.* 17. *Gratia. discep. forens cap.* 45. *num.* 33. *par.* 1. *Rot. apud Posti. de manut. decis.* 653. *num.* 3. vel habere talem, qui exceptione elidi possit. *Crauc. cons.* 322. *sub num.* 1. *Aldoni. cons.* 51. *num.* 39.

13 Cum titulus nullus nullam tribuat exceptionem, seù nullum opererur effectum *l. quoties.* 6. *ff. qui satis dar. coga.* Rebuff. *cons.* 190. quem refert, & sequitur *Maresco. var. resol. par.* 2. *cap.* 94. *num.* 35. & testamentum nullum non dici testamentum, scripsit *Ciriac. contro.* 426. *n.* 21.

14 Ad excludendam autem petitionem hæreditatis requiritur titulus validus, nec sufficit titulus inualidus, seù putatiuus, quicquid sit quo ad effectum præscribendi rem, quam defunctus propter carentiam tituli præscribere non potuerat. Rolan. *cons.* 48. *num.* 13. *lib.* 1. *Osasch. decis.* 56. *num.* 5. *&* 6. *Hond. cons.* 22. *num.* 36. *vol.* 1. alios adducens concordantes, *Theod.* Rub. *in sing. Rotæ Rom. tom.* 2. *circa Doct. approb. a Rot. in verbo Conarruuias. §.* 8. Rot. *in Cervien. bonorū* 4. *Maij.* 1575. *apud Card. Seraph.* quam refert *Rube. vbi supra* vbi dicit, hanc esse communem opinionem.

15 Imò cum d. titulus putatiuus dicatur causatus ex errore iuris clari, nempè ex testamento condito a filiafamilias, quod est ipso iure nullum, illum neque esse sufficientem ad præscriptionem, volunt Doct. quamplures, & præcipuè *Bald. in l. Celsus. n.* 17. *& seq. ff. de vsucap. Paris. cons.* 66. *num.* 121. *& seq. lib.* 3. *& post Bald. Imo. Abb. Feli.* & alios tradit *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. & ante eum voluit *Osasch. d. decis.* 160. *num.* 11. *& seq.*

Quod verò d. titulus, & d. testamentum conditum per D. Magdalenam sit nullum, est claris-

rissimum,

rissimum, † cum filius viuente patre non habeat testamenti factionem actiuam, itaut ipsius testamentum sit ipso iure nullum, *l. qui in potestate. 6. & ibi not. glo. Bart, Bald. & communiter Doct. & l filiusfamilias. 16. ff. de testam. l. senium 3. in fin. C. qui testa fac. poss.* & tradunt *Clar. in §. testamentum quaest. 18. in prin. & in vers. sed adde*, vbi in terminis de filia, *Crass. de success. §. testamentum quaest. 13. num. 1. & seq.* vbi pariter de filia, *Gomez. ad leg. 5. Taur. in princ. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 6. num. 105. Hond. cons. 32. num. 28. & 79. & seq. lib. 1.* vbi pariter loquitur de filia, & quamplures adducit ita sentientes, *Gratian. decis. March. 61. num. 6. & seq. & discep. foren. cap. 79. num. 1. par. 1. & cap. 382. num. 1. & seq. par. 2.* vbi pariter loquitur de filia *Dilect. de art. testa. tit. 1. caut. 1. num. 1.* vbi agit de filia, prout loquitur *Thesa. decis. 150. num. 5. & seq. & Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. & cura. tit. 9. num. 318. ver. testari etiam &c.* alios adducens concordantes, & agens de filia *Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quaest. 8. in fin.* latè *Michal. de Fratr. par. 1. cap. 9. num. 1. & seq.*

17 Quod procedit, licèt patris consensus accederet, qui tamen deest in casu nostro *d. l. qui in potestate 6. ff. de testa.* & tradunt *Clar. Crass. Gomez. Gratia. & alij Doct. supra* proximè adducti, & vltra eos *Euge. cons. 51. num. 2. & 3. lib. 2. Gabr. cons. 167. num. 2. lib. 1. & Fachin. contro. iur. lib. 5. cap. 64. in prin.* & ratio est, quia testamentum, vti iueis publici, non potest ab alieno arbitrio pendere, vt tradunt Doct. supradicti, & vltra eos benè declarant scribentes *in d. l. Senium 3.* & praecipuè *Ias. nu. 8. & 9. C. qui testa. fac. poss. Castr. in d. l. qui in potestate 6. ff. de testa. Io. Oinot. in §. 1. nu. 5. Vigl. Tuic. num. 7. Mising. litera B. & alij Inst. quib. non est perm. fac. testa. Tiraq. de legib. connub. glo. 5. num. 75. P. Paul. Laiman in Theol. moral. sect. 5. tract. 5. cap. 3. nu. 2. ver. filiusfamilias &c. Michal. de Fratr. d. cap. 9. num. 4. & cap. 10. num. 8. Rot. decis. 350. nu. 9. par. 6. rec.* & hanc rationem communiter teneri per Doct. testatur *Clar. in d. quaest. 18. in prin. & Thesa. d. decis. 150. sub num. 10.* quicquid aliqui subtilizando contrarium sentiant.

18 Et non solùm id verum est quo ad bona profectitia, & aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum, verùm etiam quo ad bona aduentitia, in quibus pater nullum habet vsumfructum tex. est clarus *in l. pen. C. qui testa. fac. poss.* & tradunt *Alex. in d. l. senium 3. num. 6. C. qui testa. fac. poss.* vbi testatur de communi opinione, *Ias. in l. fin. num. 3. C. de inoff. testa. & in l. nemo. 11. num. 2. C. qui testa. fac. poss.* vbi testatur de communi opinione, sequitur *Clar. in d. §. testamentum quaest. 18. in prin.* quamplures Doct. referens de communi opinione testantes *Crass. in d. §. testamentum quaest. 23. num. 2.* qui pariter testatur de communi opinione. *Capra cons. 141. n. 7. Viui. comm. opin. ver. filiusfamilias regulariter &c. in prin.* vbi testatur de magis communi Doct. opinione, alios adducens ita sentientes secundum impressionem Perusinam. *Gratian. discep. foren. d. cap. 382. num. 4. & 5.* & hanc opinionem pariter sequitur, & dicit magis communem *Thesa. d. decis. 150. num. 11. Balth. Tomas. in d. tit. 9. num. 318. ver. testari etiam &c.* & hanc partem, vti veriorem, & magis communem, sequitur *Fachin. contro. iur. lib. 5. cap. 94. per tot.* vbi illam a contrarijs tuetur, & dicit,
19 rem esse claram, † quicquid contrarium tenuerint *Deci. in d. l. senium, et alij relati per Thesa. d. decis. 150. post prin.* quorum rationibus benè respondet *Fachin.* vbi supra, dicens, illas esse admodum friuolas, vt ibi per eum.

20 Et in puncto filiam, viuente patre, licèt maritatam non posse testari de sua dote profectitia, nec aduentitia scripserunt *Bald. Ang. Salic. Ias. et alij in d. l. senium 3. C. qui testa. fac. poss. Alex. cons. 17. num. 1. lib. 2. Rola. cons. 65. num. 3. et seq. lib. 4. Clar. in d. §. testamentum quaest. 18. ver. secundò adde*, vbi dicit ita tenere communiter Doctores. *Crass. in d. §. testamentum quaest. 23. num. 3.* vbi pariter testatur de communi opinione *Cepha. cons. 256. num. 20. lib. 2.* & de communi testatur etiam *Dilect. de arte testa. d. tit. 1. caut. 1. in prin. Franc. Becci. cons. 76. nu. 1. et 2.* & latè comprobat *Thesa. d. decis. 150. num. 5. et seq.* vbi dicit, ita fuisse in illo Senatu iudicatum, reuocata sententia contraria, vt ibi per eum, quam opinionem tenent etiam *Adden. ad Thesa. d. decis. 150. litera A in prin. Viui. in d. ver. filiusfamilias regulariter etc.* vbi testatur de communi opinione *Hond. d. cons. 32. num. 78. et seq. lib. 1.* latè *Gratian. discep. foren. cap. 382. num. 1. et seq. par. 2.* & ante nos *Capra cons. 141. num. 6. Michal. de Fratr. par. 1. cap. 9. num. 10.*

21 Cum filia, licèt quo ad obsequia matrimonij transeat in potestatem viri, tamen quo ad effectum iuris, & patriae potestatis remaneat in potestate patris, ita vt per matrimonium filia non liberetur a potestate paterna, sed in ea remaneat, sicut erat ante matrimonium, vt docent *Barbo. in l. 2. §. quod si in patris in prin. ff. solu. matr. Vinc. de Franeb. decis. 549. nu. 9. Thesau. d. decis. 150. num. 7. Hond. d. cons. 32. num. 81.* alios adducens concordantes, *Gratian. d. cap. 382. num. 3. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 4.* latè *Tiraq. de legib. connub. leg. 1. glo. 1. in princ. Canter. var. resol. par. 1.*

cap.

cap. 10. num. 2. P. Sanch. de matri. lib. 7. disput.
82. num. 7. Castill. de vsufr. cap. 3. num. 75.
quamplures referens Doctorum authoritates,
Michal. de Fratr. par. 1. cap. 7. n. 9.

22 Quod verò D. Magdalena sit in potestate
patris, non est dubitãdum, cum id præsomatur,
stante quod D. Decius viuebat tempore testa-
menti, & hodiè viuat, ita vt alia probatione
opus non sit *l. si emancipati. 9. & ibi Dec. n. 3.*
& Ias. in 2. not. C. de collat. Franc. Becci. d. cons.
76. num. 5. & benè declarat *Hond. d. cons. 32.*
num. 78. & latè comprobat *Ladercb. cons. 67.*
num. 1. 2. & seq. & post eum *Pascal. de patr.*
potest. par. 1. cap. 6. num. 7. & seq. alias recen-
sens Doct. authoritates; quod verò D. Decius
vita frueretur de tempore testamenti, apparet
manifestè ex eodemmet testamento, merito &c.

Neque d. testamentum D. Magdalenæ, stante clau-
sula codicillari, potest substineri io vim dona-
tionis causa mortis, cum deficiat consensus
23 D. Decij patris, † sinè quo filius non potest
donare causa mortis *l. tam is. 25. §. 1. ff. de dona.*
cau. mort. & tradunt *Couar. in rub. de testam.*
num. 8. Eugen. cons. 51. num. 5. lib. 2. Clar. in
§. donatio. quæst. 6. ver. aut verò quæris &c. vbi
testatur de veriori, & magis communi Doct.
opinione *Crass. de success. §. donatio causa mor-*
tis. quæst. 3. nu. 1. vbi quamplures refert Doct.
authoritates, & testatur, hanc esse magis com-
munem Doct. opinionem, & sequendam, *Ti-*
raq. de legib. connub. glo. 5. num. 75. Thesa. d.
decis. 150. num. 12. Pascalis de patr. potes. par.
1. cap. 6. num. 105. & seq. Gratian. discep. foren.
d. cap. 382. num. 8. & seq. & in terminis de
filiafamilias donante causa mortis sinè consen-
su patris *Hond. d. cons. 32. num. 88. & seq. vol.*
1. & Adden. ad Thesa. d. decis. 150. ver. vtrum
filia &c. addo *Michal. de Fratr. par. 1. cap. 10.*
num. 6. & seq. Capic. Latro. decis. 134. nu. 11.
lib. 2. ita vt de hoc nullo modo sit dubitandum
Merlin. contro. foren. cap. 99. num. 17. cent. 2.

Qui patris consensus non solùm debet interuenire
in d. donatione causa mortis pro eius validita-
24 te, vt supra, † sed debet esse expressus, ita vt
tacitus non sufficiat *Couar. in rub. de testa. par.*
3. num. 10. Tiraq. de legib. connub. glo. 8. n. 9.
Clar. in d. §. donatio. quæst. 6. vers. successiuè
quæro &c. Pascal. in d. par. 1. cap. 6. num. 115.
Gratian. d. cap. 382. nu. 9. & idem voluit *Crass.*
in d. §. donatio causa mortis. quæst. 3. num. 3. vbi
dicit, io hoc non reperiri contradictorem, vt
ibi per eum, addo *Merlin. d. cap. 99. in fin. cent.*
2. qui alios adducit.

Et requiritur non solùm (& hoc sit dictum ex ab-
bundanti) in donatione facta per filium de bo-
25 nis in quibus pater habet vsumfructum; † ve-
rùm etiam si fiat de bonis, in quibus nullus pa-
tri quæritur vsusfructus, vt tenuerunt *Socc. Sen.*
cons. 112. num. 1. lib. 1. vbi testatur de com-
muni opinione *Rolan. cons. 89. sub n. 11. vol. 4.*
vbi dicit, contrariam opinionem esse ab omni
veritate alienam, *Couar. in d. rub. de testa. par.*
3. num. 8. vbi dicit, hanc esse veriorem opi-
nionem, benè *Clar. in d. §. donatio. quæst. 6. ver.*
aut verò quæris &c. vbi testatur, hanc esse pro-
coldubio magis communem Doctorum opi-
nionem, *Crass. in d. §. donatio causa mortis q. 3.*
num. 1. ver. sed contrariam &c. vbi dicit, hanc
esse re vera magis receptam Doct. opinionem,
quam tenent etiam *Alex. in l. nemo. 11. in prin.*
num. 2. C. qui testa. face. poss. vbi illam dicit
communem, *Pascal. in d. cap. 6. num. 114.* alios
adducens sectatores, *Rube. Alex. cons. 46. n. 2.*
vbi dicit, hanc esse veram, & communem Doct.
opinionem, illamque latè comprobat, & alios
pariter, hanc opinionem esse per Doct. magis
communiter receptam, fidem facientes refert
Balth. Tomas. in d. tit. de tuto. & curat. tit. 9.
sub num. 318. licèt contrarium tenuerint Do-
ctores, quos referont, & sequuntur *Facbin.*
contro. iur. lib. 5. cap. 25. Thesa. d. decis. 150.
num. 16. & Michal. de Fratr. par. 1. cap. 10.
num. 10.

26 Ratio est, quia consensus patris in donatione
causa mortis requiritur, non ratione præiudicij
ipsius patris, sed ad integrandam personam fi-
lij, vt tradunt *Soc. Sen. in l. 1. §. fuit quæsitum*
ff. ad Trebell. & in cons. 112. in prin. lib. 1.
Couar. in d. rub. de testa. par. 3. num. 6. & seq.
Clar. in d. §. donatio. quæst. 6. ver. habens ergò
&c. vbi dicit, quod hæc opinio, tamquam ve-
rior, & magis communis, est tenenda, *Rub.*
Alex. d. cons. 46. num. 5. Deci. cons. 245. sub
num. 6. vbi dicit, ab hac opinione non esse rece-
dendum, & *cons. 280. num. 5.* vbi hanc opinio-
nem appellat veriorem, & magis communem
Rolan. latè comprobans, *cons. 89. num. 11. &*
12. lib. 4. vbi quamplures adducit Doct. au-
thoritates *Guid. Papa decis. 223. in prin.* vbi di-
cit, ita fuisse iudicatum *Crass. in d. §. donatio*
causa mort. quæst. 3. num. 2. ver. contrariam
sententiam &c. vbi dicit, hanc opinionem vti
magis communem, & in iudicijs approbatam,
esse sequendam, & illam pariter magis com-
munem fatetur *Facbin. contro. iur. lib. 5. cap.*
24. ver. ego existimo, licèt ipse contrarium te-
neat, & cum hac opinione pertransit *Pascal. de*
patr. potest. d. par. prima d. cap. 6. num. 111. &
ante eum *Gabr.* saltem quo ad bona, in quibus
pater habet vsumfructum, *cons. 167. sub nu. 3.*
vol. 1. vbi hanc opinionem dicit veriorem esse,
& illam latè tuetur, quam veriorem pariter,
& magis communem dicit *Thesa. Tun. quæst. fo-*
ren. 37. num. 2. lib. 2. quamplures adducens
Doctorum authoritates, *Cancer. var. reso. par. 2.*
cap. 1. n. 72. & seq. & latè firmat *Capic. Latro.*
decis.

decis. 134. n. 13. lib. 2. quamplures adducens ita sentientes, ita vt verè dici possit, hanc esse magis communem Doctorum opinionē, quam tenet etiam *Merlin. d. cap. 99. n. 22. cent. 2.*

27 Licèt contrariam permulti sequuti sint, & præcipuè *Castr. Alex. & Rip.* quos refert, & sequitur *Faebin. d. cap. 24. per tot. lib. 5.* & alij, quos refert, & sequitur *Tiraq. de legibus connub. glo. 8. num. 16. Michal. de Fratr. par. 1. cap. 10. num. 17. & Caren. resol. 94. num. 3. & seq.* & videtur sentire *Hodiern. ad Surd. decis. 53. n. 9,* plures adducentes rationes, quod cum, vt dixi, sit dictum ex abbundanti, vlterius non prosequor, cum dicta opinio non sit omninò despicienda *Merlin. d. cap. 99. n. 28.*

28 Secundò principaliter testamentum D. Magdalenæ est ipso iure nullum, cum in eo fuerit præteritus D. Decius eius pater eo tempore viuens, vt ex eodem testamento plenè apparet *§. iustum autem Auth. vt cum de appell. cognos. l. nam, & si parentibus. 15. ff. de inoff. testa. Alex. & alij in auth. ex causa. C. de libe. præte. Gugli. de Benedi. in cap. Rainutius par. 1. num. 251. in fin. de testam. Clar. in d. §. testamentum quæst. 48. in prin.* attestans de communi opinione *Dilect. de art. testa. tit. 3. caut. 1. num. 8.* vbi testatur pariter de communi opinione *Gomez var. resol. tom. 1. cap. 11. num. 36.* benè *Craff. de success. §. testamentum quæst. 51. num. 1. Merlin.* in fortioribus terminis *de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 11. num. 5. & Caneer. var. resol. par. 1. cap. 4. nu. 50.* & ante eos scripsit *Capra conf. 30. num. 1. & seq.*

29 Neque vllum potest fieri fundamentum super clausula codicillari, de qua in fine d. testamenti, cuius virtute testamentum nullum, etiam ex causa præteritionis, sustinetur iure codicillorum in vim fideicommissi, itaut pater retenta legitima teneatur restituere residuum hæredibus scriptis in d. testamento nullo, vt not. *Alex. conf. 26. num. 5. lib. 1. & conf. 142. num. 4. lib. 2. Curt. Iun. conf. 148. num. 10.* latè *Clar. in d. §. testamentum quæst. 46. in prin.* vbi testatur de magis communi opinione, *Gomez ad leg. 24. Taur. sub num. 2. Gratian. discep. foren. cap. 48. num. 9. & seq. par. 1. & Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. quæst. 4. n. 2. & seq.*

30 Quia, multis omissis, quæ contra prædicta adduci possent, & præcipuè, quod clausula codicillaris nihil operatur, quando est apposita in testamento mulieris, vt in casu nostro, quasi tunc dicatur apposita ex stylo Notarij, non autem ex voluntate testatricis, vt post *Bardello. conf. 2. num. 2. & conf. 21. num. 76.* per eum relatum tradit *Fusar. de subst. quæst. 659. n. 6. Altogra. conf. 78. num 34. & conf. 80. nu. 12. lib. 1. Massin. de confisc. bono. quæst. 24. num. 61.* declarando, vt ibi per eum *num. 62.*

31 Nec non, quod dicta clausula nihil operatur, quando est apposita in fine testamenti, vt in casu nostro, sed tantùm, quando illa est apposita in dispositiuis, vt post *Couar. in cap. relatum il secondo nu. 4. in fin. de testam. & Card. Tusc. pract. concl. litera C. concl. 292. num. 169.* per eum relatos tradit *Barbo. de clau. claus. 21. num. 52.*

32 Nec non etiam, d. clausulam non posse impedire immissionem hæredi ab intestato, vt post *Bero. conf. 118. num. 38. lib. 2. Rolan. conf. 78. num. 14. lib. 3. Gabr. conf. 45. n. 12. lib. 1.* per eum relatos tradit *Barbo. d. clau. 21. n. 42. Rot. decis. 526. num. 3. par. 1. rec. & in Forosempronien. bonorum 23. Iunij 1651. coram*

33 *R. P. D. Bichio in fin.* † cum hæres scriptus debeat capere possessionem fideicommissi de manu hæredis, vt post *Deci. conf. 467. num. 12. Gabr. d. conf. 45. n. 23. & Roc. decis. 83. n. 1. & decis. 565. nu. 1. par. 1. diuer.* latè comprobat *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 4. quæst. 11. nu. 2. & seq.* vbi dicit, hoc habere locum, etiamsi hæres scriptus in testamento nullo esset in possessione, vt ibi per eum, *Rot. in d. Forosempronien. bonorum in fine.*

34 Et quod d. clausula codicillaris nullum operetur effectum, quando hæredes extranei sunt instituti, vt in casu nostro, vt post *Thesa. decis. 141. num. 15. & Rot. decis. 367. num. 5. par. 2. rec.* scripsit *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 22. & lib. 5. tit. 2. quæst. 4. num. 8. & 10.*

His, inquam, prætermissis, d. obiectum ex clausula codicillari desumptum remanet omninò inutile in casu, de quo agitur, arguendo hoc dilemmate, quia aut volumus d. clausulam sustinere d. testamentum nullum in vim donationis causa mortis, aut in vim codicilli, si in vim donationis causa mortis, & id non potest fieri, propter deficientiam consensus paterni, sinè quo donatio causa mortis subsistere non valet, vt ex *Couar. Euge. Clar. Craff. Tiraq. Thesa. Pascal. Gratia. Hond. & Adden. ad Thesa.* probaui supra *num. 23. & seq.* & in terminis not. *Rolan. conf. 68. num. 11. lib. 4. & Surd. conf. 398. nu. 26. vol. 3.*

Aut verò volumus, illud sustinere in vim codicilli, & neque id effici potest, cum dicta D. Magdalena, vti filiafamilias, & sub patris potestate existens, sicut non poterat testari, vt probaui *supra num. 16. ex glo. Bart. Bald. Clar. Gomez Craff. Couar. Pascal. Ceph. Hond. Dilec. Gratia. Thesa. Balth. Tomas. & Merlin.* ibi adductis,

35 † ita neque est ei permissum codicillos condere, neque patre consentiente, vt tradunt *Ias. in d. l. seruum. 3. num. 8. C. qui testa. fac. poss. Rolan. de codicil. in prin. num. 6. Dilect. de art. testa. tit. 1. caut. 1. num. 3. Rolan. conf. 68. n. 9. lib. 4.*

R

lib. 4. vbi loquitur in terminis de testamento
filiæ, quod sustineri non valet in vim codicillo-
rum, & benè declarat *Hond. d. conf.* 32. *n.* 82.
vol. 1. *Costa de clau. clausula* 1. *num.* 5. *Crass.*
de success. §. codicillus num. 2. vbi dicit, quod
36 hoc non habet dubium, † cum regula sit, quod
qui non potest testari, neque possit legare, fi-
deicommittere, neque codicillos condere. *l.* 2.
ff. de lega. 1. *l. nec codicillos.* 5. *C. de codicil.*
& tradunt *Roland. in d. tract. de codicil. nu.* 6.
Rip. in l. sciendum. 2. *in secundo not. ff. de lega.*
1. *Rola. d. cons.* 68. *num.* 9. *Hond. d. cons.* 32.
num. 82. & benè declarat *Caren. resol.* 242.
num. 17.

Neque obstat regula, de qua *supra num.* 8. Quod
causa testati facit silere causā intestati. *l. quam-*
diu 90. *ff. de reg. iur. l. quamdiu* 39. *ff. de acqui.*
hæred. l. antequam 8. *C. commu. de success.* cum
37 alijs ibi adductis, † quia cum D. Magdalena,
vti filiafamilias, & sub patris potestate existens,
non habuerit testamenti factionem actiuam, &
ideò illius testamentum non valuerit, & sit ipso
iure nullum, etiam in vim donationis causa
mortis ob deficientiam consensus paterni, neq;
etiam valeat in vim codicilli, vt supra probaui
num. 16. *& seq.* ipsa dicitur decessisse intestata,
seù intestabilis ad tex. *in l. intestatus est* 64. *&*
ibi not. Alcia. ff. de verb. signif. melior tex. *in.*
§. 1. *& ibi not. Aret. in prin. Mising. in fin. &*
Io. Oinot. num. 14. *Inst. de hæred. quæ ab intes.*
defer. & tradunt etiam *Mathesil. de success. ab*
intest. in prin. Roland. *pariter de success. ab intest.*
num. 1. *& seq. Oliu. Texto pariter in eod. tract.*
de success. ab intest. in prin. num. 6. *& seq. Crass.*
de success. §. successio ab intest. quæst. prima n. 1.
& seq. & Capra cons. 64. *n.* 11.

38 Qua stante nullitate testamenti, fit locus suc-
cessioni ab intestato. *l. vni. & ibi not. glo. C. si*
39 *tabu. test. null. exta. Capra. cons.* 95. *nu.* 3. † te-
stamentum enim nullum non dicitur testamen-
tum. *Aret. in d. §.* 1. *in prin. Inst. de hæred. quæ*
ab intes. defer. Alcia. in d. l. intestatus 64. *ver.*
idem est &c. ff. de verb. signif. Ciriac. contro. 426.
n. 21. sed habetur pro non facto *Capra cons.* 20.
num. 5. cum idem sit, testamentum non esse fa-
ctum, & esse factum, sed nulliter *l.* 1. *C. de suis*
& legit. d. §. 1. *Inst. de hæred. quæ ab intes. de-*
fer, & tradit *Capra cons.* 64. *num.* 3.

40 Regula enim est generalis, quod nullum est,
nullum operatur iuris effectum *l.* 4. *§. condem-*
natum ff. de re iudi. l. 2. *ff. de auth. tuto. l. non*
dubium. 5. *C. de legib. cap. illud.* 8. *de iurepat.*
Surd. decis. 40. *num.* 8. cum aliis allegatis per
Barbo. axiom. 164. *in prin.* in puncto *Gratian.*
discep. foren. cap. 702. *num.* 43. *par.* 4.

41 Itaut cum ex eodem testamento constaret
de superuiuentia D. Decij patris, & sic in con-
tinenti doceretur de illius nullitate, hæredi in-
stituto erat deneganda immissio, licèt vitium
non esset visibile, vt post *Bero. cons.* 118. *n.* 25.
& 26. *lib.* 2. tradit *Gratia. d. cap.* 702. *nu.* 42.
& seq. Rot. decis. 770. *num.* 1. *par.* 2. *rec.*

Quicquid sit, quando exceptio requireret altio-
rem indaginem *Gratian. vbi supra Thoma. decis.*
March 82. *num.* 7. *& seq.* bene *Capic. Latro*
decis. 10. *nu.* 14. *lib.* 1. imò cum dubitari pos-
set de viribus testamenti, hæreditas adiri non
potuit, vt post *Bart. Ias. Deci. & Crau.* per eum
relatos not. *Crass. de success. lib.* 2. *art. acquisitio*
hæredit. quæst. 4. *num.* 14. & post eum *Gratian.*
d. cap. 702. *n.* 44. *par.* 4. *& cap.* 633. *n.* 6.

Insulsaque prorsus est prætensio DD. Aduersario-
rum, dum cogitant prædicta extendere ad do-
nationem inter viuos ex clausula *omni meliori*
42 *modo*, † quæ videtur operari, quod si actus
non possit valere eo modo, quo fuit gestus, va-
leat saltem eo modo, quo fieri potest *Hond. cons*
44. *num.* 26. *vol.* 2. cum alijs relatis per *Barbo.*
43 *de clau. clau.* 95. *num.* 10. † & quæ potens est
facere transire donationem causa mortis in
donationem inter viuos, vt post *Purpu. Craue.*
Corn. Paris. Rolan. & Rim. Iun. per eum ad-
ductos tradit *Hond. d. cons.* 44. *num.* 59. & post
eum *Barbo. d. clau.* 95. *num.* 39.

Quia omissis multis, quæ contra prædicta obijci
possent, obiectum optimè euitatur ex duobus.
44 & primo, quia, licèt filiafamilias, & sub patris
potestate existens in casibus a Macedoniano
non prohibitis regulariter validè contrahat. *l.*
filiusfamilias. 39. *ff. de actio. & oblig. l. tam ex*
contractibus. 57. *ff. iudi. l. prætor ait.* 4. *§. sed,*
& filiusfamilias ff. de eden. l. si quis cum filiofa-
milias 44. *ff. de pecul.* & not. *Paris. cons.* 94. *in*
prin. vol. 1. *Gomez. var. resol. tom.* 2. *cap.* 15.
num. 11. *Ciriac. contro.* 387. *num.* 4. alios ad-
ducens concordantes, & *Pascal. de patr. potes.*
45 *par.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. † & licèt *Craue. cons.* 543.
& cons. 555. consuluerit, validam esse dona-
tionem factam inter viuos per filiamfamilias
46 marito de eius dote, † verior tamen, & com-
munior est contraria sententia, imò donatio-
nem per filiam nullo modo fieri posse ad fauo-
rem viri in præiudicium patris, vt post *Corn.*
cons. 224. *lib.* 3. *Castr. cons.* 381. *in antiquis, &*
Rube. Alex. cons. 25. *& cons.* 166. per eum
relatos tradit *Ceph. cons.* 256. *num.* 32. *vol.* 2.
& sequitur *Thesa. Iun. ad d. decis.* 150. *in fin.* vbi
testatur, ita per eum fuisse iudicatum, subdens,
quod, retenta alia opinione, magna pręberetur
causa maritis extorquendi ab vxoribus huius-
modi donationes in graue præiudicium paren-
tum, & eorum, quibus dos est debita soluto ma-
trimonio, vt ibi per eum, & idem tenet *Menoch.*
de arbitr. casu. 242. *num.* 4.

Cum enim stipulatio dotis restituendæ in casu so-
lutionis matrimonij facta ad fauorem D. Ma-

gdalenæ, seù cui de iure intelligatur facta primò ad fauorem D. Decij patris, secundùm intellectum iuris non attento ordine literæ, vt tradunt *Bart. Bald. Castr. Alex. Cuma. Imol. Card. Manti. Surd. Gabr. Adden. ad Thes. Gratian. Merlin. D. Andreol. & Rot. in loc. supra adductis num. 6.* quibus addo eundem *Merlin de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 13. num. 10.*

47 † sequitur, quod filia non possit de illa disponere in præiudicium patris contra formam d. stipulationis, ac etiam legalis dispositionis, de qua in *l. dos a patre 4. C. solu. matr.* & tradunt etiam *Bald. in l. 2. num. 8. C. de hæred. actio. Osasch. decis. Pedem. 20. num. 6. idemmet Craue. cons. 92. sub. num. 2. Rolan. de lucr. dot. quæst. 82. num. 8. Surd. cons. 113. num. 5. vol. 1. Gratian. discep. foren. cap. 769. num. 35. par. 4.* alios adducens, *Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 109. & Morot. cons. 19. num. 4.*

48 Cum in fortioribus simplex vsusfructus patri debitus in bonis aduentitijs filij impediat filium, ne possit illa alienare, vt not. *Craue. cons. 39. num. 3. & seq. & cons. 84. num. 2. Curt. Iun. cons. 152. num. 5.* in his terminis *Rube. Alex. d. cons. 166. in fin. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 15. num. 10. Clar. in d. §. donatio quæst. 6. in prin.* vbi testatur de communi opinione *Ceph. d. cons. 256. num. 36. & seq. Posth. de subhas. inspec. 18. num. 251. Michal. de Fratr. par. 1. cap. 3. n. 17.* Rot. apud *Pacif. de Saluian. decis. 91. num. 1. & 2.*

49 Maximè cum, attenta dispositione Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini super exclusione fœminarum stantibus masculis, quod seruatur in hac Legatione, dos non videatur succedere loco legitimæ, dum illud excludit fœminas tam dotatas, quàm dotandas, vt in terminis illius firmat *Gabr. cons. 116. num. 40. lib. 1.* qui eandem sententiam probauit etiam in terminis statutorum Vrbis, quæ pariter eandem exclusionem complectuntur *cons. 140. num. 12. & seq. lib. 2.* & sequuta fuit *Rot. in Tiburtina hæreditatis 13. Februar. 1634 coram Eminentissimo Card. Verospio, quæ est decis. 113. apud Fenzo. ad Stat. Vrb.* vbi expresè approbatur *d. cons. Gabr. 140. recedendo a decis. Buratt. 215.* in qua contrarium firmauerat, & ita in terminis d. Decreti latè comprobat *Illustrissimus D. Petrus Marionus Episcopus Thelesinus, & in Alma Vrbe Aduocatus primarius* in eius consilio manuscripto reddito ad fauorem Perillustris D. Caroli Bartolini de Vrbino, vbi dicit, ita in facto obtinuisse, cuius fundamenta, quia hic referre nimis longum, & laboriosum esset, ideò ad publicam vtilitatem illud imprimendum curaui, & habebis infra *alleg. 25.* & pro dicta opinione adest nouissimè *decis. Rotæ in Eugubina diuisionis 13. Maij 1658. coram R. P. D. Benilacqua*, ita vt cessare videantur omnes difficultates, vt aduertit *Gratian. discep. foren. cap. 769. num. 36. par. 4.*

Quicquid tamen sit de dicta opinione, quæ est satis controuersa inter Doctores, vt videre est ex *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 8. per tot.* & in terminis d. Decreti *D. Andreol. contro. 81. num. 5. & seq.* & ex Rot. *in Tiburtina hæreditatis 16. Martij 1640. coram R. P. D. Verospio, & in eadem 26. Maij 1642. coram R. P. D. Bichio.* in casu tamen nostro omnis cessat difficultas, stante alio Decreto q. Serenissimi Ducis Vrbini expresè prohibente donationes inter viuos absque eius licentia, quod declarat d. donationes ipso iure nullas, & inualidas, etiamsi sint iuramento vallatæ, præsumendo illas meticulosas, & dolo extortas, vt ex eo est videre, vndè

50 cum habeamus casum Decreti, vlterius non est querendum, tamquã sic casus legis *Bald. in l. Gallus. 29. §. si eius in secundo not. ff. de liber. & posth. Hond. cons. 12. num. 7. & cons. 24. nu. 3. vol. 1. Aldoni. cons. 1. num. 27. & cons. 82. num. 5. Gratian. discep. foren. cap. 769. num. 24. par. 4. Ciriac. contro. 176. num. 25.* qui alios ad-

51 ducunt concordantes, † cum illud dicatur facere rem claram, & manifestam *Carol. Ant. Put. in cons. vni. post cons. Odd. num. 90. Aldoni. cons. 12. in prin. & cons. 36. num. 1. & cons. 43. num. 6.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa prædicta non fuit terminata per sententiam, quia post motum iudicium DD. de Blancalanis agnito bono iure DD. de Benamatis eis bona D. Magdalena reddiderunt, retento lucro dotali de anno 1646. Laus Deo. & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Census creatus absque numeratione pecuniæ, sed cum credito vero an sit validus in foro fori. Ratio legis, vt cesset dispositio, an debeat cessare in particulari, vel in vniuersali. Forma introducta ad aliquem effectum an cesset, si habeatur finis, ob quem forma fuit introducta. Contractus censualis an censeatur vtilis, vel damnosus Reipublicæ.

SVMMARIVM.

1 *Census creatus absque numeratione pecuniæ, sed cum credito etiam vero est nullus.*

Contrarium tenent quamplures Doct. & tuetur Author n. 2. & seq.

3 *Ratio finalis Constitutionis Pij Quinti super censibus requirentis pecuniam numeratam in crea-*

creatione census, est, vt euitentur fraudes.

4 *Procmium declarat causam finalem legis, vel statuti.*

5 *Cessante ratione legis, cessare debet etiam illius dispositio.*

Quod procedit, quando ratio legis cessat in vniuersali, secùs si in particulari n. 6.

Contrarium est verius, sufficere rationem legis cessare in particulari. num. 7.

8 *Numeratio præsentialis pecuniæ in contractu census est de illius forma.*

9 *Forma quando est introducta ad certũ effectum, si habeatur finis, ob quem forma fuit introducta, dicitur illi satisfactum.*

10 *Ratio legis quando latius patet, quam lex ipsa, tunc illa, vti intrinseca virtus legis, magis attendi debet, quam ipsa lex.*

Imò ratio est ipsa met lex, quæ impulit legislatorem ad ita statuendum. n. 11.

12 *Statutum si vnam causam expressit, censetur ex illa tantùm motum fuisse.*

13 *Contractus censualis censetur vtilis Reipublicæ.*

14 *Fraudis suspicio, & vsurarum considerata à Bulla Pij Quinti super censibus euitatur non solùm per solutiones veras, sed etiam per fictas, quæ veris æquiparantur.*

15 *Rota Romana aliquid asserens perfunctoriè, & non discusso articulo non dicitur tenere illam opinionem.*

16 *Iudicandum est in dubio pro validitate actus.*

17 *Census creatus sinè pecunia, sed cum credito vero, est validus in foro conscientiæ.*

18 *Venditor imponens censum cum credito vero ei debito pro prætio rei venditæ, potest altem detecta nullitate census, consequi fructus ex equitate* l. curabit. C. de act. empt.

10 *Fructus bonorum immobilium de iure dantur ad rationem quinque pro centenario.*

ALLEGATIO. XXI.

EXcellentissime Domine. Censum scutorum centum olim *impositum* per Amadeum q. Bedini, & D. Iuliam eius matrem de Castro Frontoni ad fauorem Iulij q. Bartoli de eodem, non interueniente pecunia numerata, sed mediante vero, & reali credito descendente ex contractu venditionis bonorum, de
1 quo in instrumento in iudicio exhibito, † licèt nullum dixerint vigore Bullæ Pij Papæ Quinti requirentis numerationem pecuniæ coram notario, & testibus quamplures Doct. quos referunt, & sequuntur *Gratian. discep. foren. cap. 853. num. 36. par. 5. Cenc. de cens. quæst. 48. num. 34. Caren. resol. 201. num. 1. & seq. D. Andreol. contro. 226. in prin. Leotar. de vsur. quæst. 60. num. 4.* quam opinionem sequitur etiam Rota *apud Cenc. de cens. decis. 397. n. 4. & apud Merlin. de pigno. decis. 43. num. 7.* & alibi passim.

2 Contrariam tamen opinionem, quæ fauet validitati census probabilem, veriorem, & in iudicio sequendã diiudico, quam sequuntur Doct. quamplures magni nominis, & præcipuè *Surd. cons. 162. num. 38. & seq. lib. 2.* latè comprobans, *Turret. cons. 36. lib. 3. per tot.* latè *Bello. Iun. cons. 92. num. 9. & seq. cent. 1. Auenda. de cens. quæst. 43. num. 9. Mastrill. decis. 262. num. 22. Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 176. num. 2. Fontanel. decis. 130. num. 7.* vbi dicit, ita pluries in illo Senatu fuisse iudicatum, & in *tract. de pact. nupt. clau. 4. glo. 18. par. 2. n. 11. & seq. Giurb. obseru. 35. num. 16. & obseru. 108. num. 13. Redoan. de reb. eccl. non alien. in tit. de cost. cens. num. 6. Thesau. Iun. quæst. foren. 32. in fin. lib. 1.* vbi dicit, ita in Senatu Pedemontano fuisse iudicatum, *Petr. Salazar. de vsu, & consuet. cap. 8. num. 45. Costa remed. subsid. 124. num. 9.* Roderi. *de annui. reddit lib. 1. quæst. 13. num. 3. in fin. Eman. Roder. de cens. condit. 4. Gomez. Iun. in tract. pariter de cens. cap. 3. num. 17. Altograd. cons. 19. in prin. lib. 1. & post D. Cerrum int. cons. Farin. 201. num. 6. lib. 3.* per eum relatum idem tradit *Vermigliol. cons. crim. 129. n. 9.* & nouissimè *Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 40. num. 65.* Quam opinionem in puncto iuris sustineri posse, fatetur idem met *Cenc.* ex aduerso adductus *d. quæst. 48. num. 35.* & illam sequitur etiam *Thoma. decis. Marcb. 243. n. 10. & seq.*

3 Ratio autem videtur manifesta, quia ratio finalis Constitutionis Pij Quinti requirentis numerationem pecuniæ in contractu cẽsus coram Notario, & testibus illa est quod cum d. contractus præter cæteros sit valdè suspectus de vsuraria prauitate, vt not. *Felicia. de Cens. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 15.* & post eum *Cenc. de cens. d. quæst. 48. nu. 10.* per numerationem pecuniæ coram notario, & testibus obuiam eatur fraudibus, & euitentur suspiciones vsura-
4 rum, vt patet ex proemio eiusdem Bullæ, † ex quo desumitur mens, & ratio finalis legislatoris. *l. 1. ff. ad Macedo. l. fin. ff. de hæred. instit.* & in puncto tradunt *Cenc. d. quæst. 48. sub num. 53. P. Dian. in Sum. in ver. Contractus census num. 14. & Vermiglio. d. cons. 120. num. 10.* & generaliter dixit *Rot. decis. 149. num. 3. par. 6. rec. & decis. 11. n. 4. & 5. par. 8. rec.* addo *Buttiglier. de success. par. 1. theore. 14. num. 16.*

5 Sed stante veritate crediti, vt in casu nostro, cessat suspicio fraudis, & vsurarum, ideò cum rationi finali, quæ est intrinseca, & finalis virtus legis sit satisfactum, cessare debet etiam

dispo-

dispositio legis, & Bullæ prædictæ. *cap. cum cessante 60. de appell. Posti. de subhast. inspec. 45. num. 42. & seq. Altogra. cons. 77. num. 39. lib. 2. Rota in terminis decis. 149. num. 4. & 5. par. 6. rec.* & tradunt omnes Doct. *supra num. 2.* adducti.

7 Quibus non obstat, quod non sufficit, cessare rationem legis in aliquo casu particulari, vt in casu nostro, nisi cesset in vniuersali, vt tradunt *Camil. Galli. de verb. signif. lib. 10. cap. 6. n. 1. & seq. Duard. de cens. tom. 1. §. 2. quæst. 7. nu. 12. Eminentissimus* Card. *Lugo de insti. & iur. tom. 2. de cens. disput. 27. sect. 5. num. 83.* quos refert *D. Andreol. d. contro. 226. num. 4.* & voluit etiam *Leotar. de vsur. d. quæst. 60. n. 19.*

7 Quia dicta conclusio non est vera, cum sit contra tex. in *l. quod dictum. 33. ff. de pact. & in l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iurepatr.* & tradit *Euerar. in loco a cessan. ratio. num. 2.* vbi dicit, quod dictum argumentum procedit generaliter, siuè hoc contingat ex eo, quod ratio legis cesset in casu, de quo quæritur, & sic in casu particulari, vt ibi per eum benè comprobantem, & tenent etiam *Ceph. cons. 656. num. 5. lib. 5. Surd. cons. 85. num. 8. lib. 1. Amat. decis. March. 34. num. 15. Gratian. discep. foren. cap. 546. num. 20. par. 3.* & alij, quos refert, & sequitur ipsemet *D. Andreol. d. contro. 226. n. 5. & contro. 4. num. 16.* & benè comprobat *P. Dian. in Summa in ver. lex. num. 18.*

8 Prout etiam non nocet, quod actualis, & præsentialis numeratio pecuniæ sit de forma substantiali illius inducta a d. Constitutione Pij Quinti, vt tradunt *Cenc. de cens. d. quæst. 48. nu. 36. Caren. d. resol. 201. in prin. D. Andreol. d. contro. 226. num. 6. & Leotar. de vsur. d. quæst. 60. num. 5* & ideò non sufficiat, quod cesset ratio legis, cum magis attendatur forma, & solemnitas legis, quam ratio, illius quando forma est substantialis, vt not. *Gallia. cons. 31. nu. 59. Manent. decis. 57. n. 3. Thoma. decis. March. 94. num. 38. Camill. Galli. de verb. signif. lib. 10. cap. 7. num. 1. & seq.* quos refert, & sequitur *D. Andreol. d. contro. 226. num. 6.* & post eum *Leotar. d. quæst. 60. num. 20.*

9 Quia respondeo, quod quando forma est introducta ad certum effectum, puta ad euitandas fraudes, vt in casu nostro, tunc si habeatur finis propter quem forma est introducta, vt habetur in casu, de quo agitur, in quo propter veritatem, & realitatem crediti verè cessat suspicio fraudis, & vsurarum, cessat etiam ipsa forma, & potest benè actus impleri per æquipollens, vt tradunt *Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 45. Paitel. expedit. ciuil. 82. num. 110. Posti. de subhast. inspect. 45. n. 42. Adden. ad Greg. XV. decis. 518. num. 11. Fenzo. ad Stat. Vrb. cap. 194. num. 71.* Rota. *decis. 33. num. 4. & 5. par. 2. diu. & in Romana Societ. Officij scutorum mille 8. Februar. 1627. coram Reuerendissimo Patriarca Hierosolymitano §. & cum meus &* rursus in *eadem causa. 5. Iulij 1627. coram R. P. D. Merlino §. & eò magis*, benè *eadem Rota decis. 149. num. 4. & 5. par. 6. rec. & apud Merlin. decis. 558. num. 4. & num. 14.* & in terminis nostris, quod dicatur satisfactum formæ inductę per Bullam per solutionem pretij non factam coram Notario, & testibus, dũmodo constet, verè fuisse antea factã, vel per traditionem cedulæ bancariæ, & sic per æquipollens firmat eadem met Rot. *apud Cenc. de cens. decis. 92. num. 6. & decis. 103. num. 6. & seq.*

Cum satis sit, quod satisfacta remaneat mens legislatoris illam formam inducentis, & ab eo cogitatus sequatur effectus, vt post *Roma Paris. Ruin. Bero. Viui. Osasch. Card. Manti & Rot.* per eum relatos tradit *Paul. Rube. in annot. ad decis. 542. num. 84. & seq. par. 4. rec. tom. 3.* & tradit *Rot. d. decis. 149. nu. 4. & 5. par. 6. rec.*

Neque vllam fieri posse vim censeo super consideratione, quam subtiliter facit *D. Andreol. d. contro. 226. nu. 7.* cum quo videtur pertransire *Leotar. de vsur. d. quæst. 60. num. 20.* nempè quod Bulla Pij Quinti disponit, non solùm exigi actualem numerationem pecuniæ in constitutione, & creatione census, sed etiam addit, *non autem prius recepto integro pretio*; vndè licèt fraus cessaret, si ante re vera fuisset receptum integrum pretium, Summus tamen Pontifex non fuit contentus sola cessatione fraudis, sed formaliter, & substantialiter iussit præsentialem numerationem pecuniæ in ipso actu constitutionis census coram Notario, & testibus, & sic non potest adduci argumentum a cessatione rationis ex dispositione legislatoris, quod in illo casu non cesset dispositio legis, licèt cesset ratio legis ad tex *in l. 1. ff. de mino.*

10 Quia respondeo quod quando ratio legis magis patet, quam ipsa lex, vt in casu nostro, ratio, tamquam intrinseca virtus legis, & spiritus illi prædominans, magis attendi debet, quã lex ipsa *glo. in l. qua ratione. 9. §. licèt. ff. de acq. rer. domi. Bart. in proem. ff. §. hæc autem tria Ang. cons. 121. sub num. 3.* latè *Tiraq. in l. si vnquam in ver. libertis num. 45. C. de reuoc. donat.* alios adducens *Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 5. num. 8. & 9. Altogra. cons. 79. n. 8. lib. 2. Merlin. decis. 471. num. 12. tom. 1.*

Cum ex ratione efficiatur ius, vt post *Bald. in cap. cum dilecta. 22. de rescrip.* per eum relatum dicit Rot. *apud Merlin. d. decis. 471. num. 13.* & lex sit quicquid in ratione consistit. *Abb. in cap. ratio nulla. 3. num. 1. de praben. Altogra. cons. 23. num. 41. lib. 2. Merlin. d. decis. 471. n. 12.*

11 Imò ratio est ipsa met lex, quæ impulit legislato-

legislatorem ad ita statuendum, & rationis interpres dicitur quodammodo esse lex, vt post *Bald. in l. 1. C. de interd. Ancar. in cap. Canonum statuta. de const. & Port. Imol. cons. 183. n. 20. & seq.* per eam relatos tradit *Rot. apud Merlin. d. decis. 471. num. 14.* & ideò cessante ratione legis fundata in suspicione fraudis, & vsurarum, cessare debet omninò lex, & eius dispositio per iura supradicta, vt dixit *Rota d. decis. 149. num. 4. par. 6. rec. & apud Merlin. decis. 558. num. 4.*

Maximè, quia concedo, quod Pius Quintus requisierit formaliter, & substantialiter præsentialem numerationem pecuniæ in ipso actu creationis census coram Notario, & testibus, sed tamen id fecit ad euitandas fraudes, & suspicionem vsurarum, vt supra probaui, ex proemio eiusdem Bullæ, & ex anthoritatibus adductis. *n. 3.* ideò cessante ratione fraudis ob realitatem crediti, cessare debet etiam dispositio legis. per iura supra adducta, quæ non repeto.

Non obstat postremò alia ratio, nempè quod in hoc casu non dicatur cessare ratio legis, & Constitutionis, quia Summus Pontifex non tantùm motus fuit ad sanciendum, quod census non constituatur, nisi in pecunia numerata coram Notario, & testibus ad remouendum suspicionem fraudis, & vsurarum, quæ in prætio censfus committi possunt, sed etiam ne tam facilis esset constitutio censuum annuorum, quibus bona ciuium onerantur, quod publicæ vtilitati repugnat, cum intersit Reipublicæ, ciues habere locupletes, concurrentibus autem pluribus rationibus, si vna cesset, & altera remaneat, non cessat dispositio, vt voluit *Leotar. de vsur. d. quæst. 60. num. 21.* alios adducens.

Quia, omisso, quod Summus Pontifex in proemio Bullæ, ex quo desumi causam finalem illius probaui *supra num. 4.* expressit diuersam causam, nempè remotionis fraudis, & vsurarum in animarum perniciem introductarum, vt ex eo est

12 videre, †vndè dum aliam causam non expressit, quam faciliè fuisset illi exprimere, censetur ex alia illum motum non fuisse. *Mnoch. cons. 30. num. 8. vol. 1. Barbo. axiom. 136. num. 6.*

13 Quia, inquam, respondeo negando assumptum, contractum scilicet censualem esse damnosum Reipublicæ, cum imò ille sit ei maximè vtilis, & expediens ab subleuandas quotidianas pauperum, & præcipuè negotiantium necessitates, qui cum, frigescente caritate, non valeant pecunias pro suis indigentijs inuenire, nec eis expediat bona stabilia alienare, maximè, dum non inueniunt vt plurimùm emptorem, qui emere velit, nisi cum eorum magno damno, & iactura, vt aduertit *Auend. de cens. Hispa. cap. 38. num. 13.* per hunc contractum census inueniunt passim pecunias, quibus proprijs indigentijs de facili subuenire valent, ita vt negari non possit, hunc contractum pro commum hominum vtilitate inuentum, longa consuetudine receptum, & per Summos Pontifices, & alios Principes confirmatum, vtilem esse Reipublicæ, vt tradunt *P. Rebell. de oblig. iusti. lib. 10. quæst. 1. num. 22. Roder. de annu. reddit. lib. 1. quæst. 6. num. 34. Io. Baptist. Madi. in tract. quem inscripsit Censuum requisita & circa 22. quæst. num. 1 & seq.* quos refert, & sequitur *Cenc. de cens. quæst. 12. num. 2. & seq.* latissimè comprobans, & idem firmat per bonas rationes *D. Andreol. controuer. 108. nu. 32.* quicquid contrarium, saltem quoad census, scripserit *Olea. de cession. act. tit. 7. quæst. 2. num. 8.* & ideò cessat ratio prædicta.

14 Secundò principaliter moueor, quia suspicio fraudis, & vsurarum considerata a Constitutione Pij Quinti super forma creandi census euitatur non solùm per solutiones veras, sed etiam per fictas, quæ pro veris habentur, vt benè considerat *Bello. Iun. cons. 92. num. 16. cent. 1.* quem refert etiam *Leotar. d. quæst. 60. num. 3.* & licèt Constitutio prædicta requirat veram, & realem solutionem prætij, & ideò videatur excludere solutiones fictas, intelligitur, dum intendit remouere fraudes, illas tantum excludere, quæ omninò fictæ sunt, id est quæ vim habent in sola confessione debitoris, quæ simulata esse potest, non autem illam solutionem, quæ non est omninò ficta, sed respectu commodi creditoris est vera, licèt contineat fictionem, quoad actum numerationis, vt est conuersio debiti ex alia causa in emptionem censûs, quia verius videtur, hoc genus solutionis d. Constitutionem voluisse excludere, vt eleganter declarat *Bello. Iun. d. cons. 92. n. 16. cent. 1.* & ante eum voluit *Surd. d. cons. 162. num. 45. & 46. lib. 2.*

Et hanc opinionem per supradicta censeo de iure esse veriorem, & in iudicando sequendam, vt testantur etiam *Fontanel. & Thesa. Iun. in loc. adductis supra nu. 2.* asserentes, secundùm prædicta fuisse pluries in Senatu Pedemontano, & Cataloniæ iudicatum, quæ res iudicatæ maximè veniunt attendendæ, cum in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, vim legis habere dicantor ad tex. *in l. nam Imperator 37. ff. de legibus*, & scribit *Merlin. Pignatel. contro. forem. cap. 100. in fin. cent. 2.*

Non obstante, quod contrarium tenere videatur *Rota Rom.* vt videre est ex decisionibus supra allatis, cum alijs, quæ adduci possent, quia licèt illius authoritas sit maxima, vt latissimè comprobat *Paul. Rubr. in præfat. ad 7. par. decis. recen.* & quod Rota pluries firmauerit, censum constitutum absque interuentu pecuniæ coram Notario, & testibus esse nullum, id tamen

Rota

Rota dixit perfunctoriè, & incidenter, non autem ex professo examinato articulo, quod sciuerim, † quo casu Rota non dicitur esse illius opinionis, nec in illius anthoritate esse vim faciendam, dixit eadem *Rota apud Card. Seraph. decis. 299. sub num 12. & in Mutinen. emphitensis 28. Maij 1638. coram R. P. D. Dunozetto §. decisio denique &c.*

Maximè cum in dubio iudicandum sit pro validitate actus *Rimi. Iun. cons. 555. n. 11. lib. 5. Crau. cons. 222. num. 6. Rota apud Zacchi. de Societ. decis. 60. num. 1. & apud* Cenc. *de cens. decis. 554. num. 9.* & pro iustitia contractus. *Gabr. cons. 69. num. 7. vol. 1. Rota d. decisio. 554. num. 9.* alios adducens concordantes.

7 Et cum dicta opinio sit tuta in foro conscientiæ, vt testantur *Nauar. Boninseg. Lessi. Mastril. Hond. Gratia. & Leon.* quos refert, & sequitur *Cenc. de Cens. quæst. 48. num. 3. Duard. de cens. §. 2. quæst. 8. num. 11. & seq. Vermiglio. d. cons. 129. num. 9. & 10. Altogra. d. cons. 19. nu. 1. vol. 1. & P. Dian. in Summa in verbo* Contractus *census num. 14.* latè *Illustrissimus Sperell. Epis. Eugub. decis. 28. num. 32. par. 1. & decis. 163. num. 28. par. 2.* benè comprobans, & alios adducens, quicquid contrarium senserit *Leotar. de vsur. quæst. 60. num. 22.* cum Doct. per eum adductis.

Addo prædictis, quod quatenus census supradictus a nullitate prætensa saluari non posset, quod tamen non credo per iura, & authoritates supra adductas, † liceret tamen dicto Actori, vti cessionario venditoris, saltèm ad euitandum circuitum, percipere ab impositoribus census fructus eiusdem prædij venditi pro rata prætij non soluti, & sic dictorum scutorum centum, cum quibus creatus fuit census, de quo supra, vel illos excomputare cum fructibus perceptis ex dicto censu ex æquitate *l. curabit 5. C. de actio. empt.* ne emptor fruatur re, & prætio, vt tradunt in terminis *Cenc. de Censi. d. quæst. 48. num. 25.* & post *Hond. Bocacc. Cenc. Duard. Scaec. Gratian. & Felicia.* per eum relatos tradit *Leotar. de vsur. quæst. 80. num. 47. &* Rota *apud eundem Cenc. decisio. 119. num. 6. & decis. 124. num. 4. & seq.*

19 Qui fructus bonorum, & sic rei venditæ, debentur in dubio ad rationem quinque pro centenario *Hond. cons. 30. num. 20. lib. 1. Cenc. de cens. quæst. 35. num. 8. Cepb. cons. 85. num. 26. lib. primo. Thoma. decis. March. 161. num. 14. par. 2. Rota decis. 523. n. 3. par. 5. rec. lib. secundo, & decis. 135. n. 18. par. 6. rec. & in Senogallien. supplementi legitimæ 23. Maij. 1642. in fin. coram R. P. D. Pentingerio,* vbi aliæ recensentur.

Quare &c. saluo semper &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Est resolutio dubiorum allegationis præcedentis, & in ea firmatur, censum constitutum sinè interuentu pecuniæ, cum tamen credito vero, & reali esse validum, etiam in terminis Bullæ Pij Quinti. Index an teneatur in iudicando sequi opinionem veriorem, etiam si opinio contraria esset communis.

SVMMARIVM.

1 *Opinio probabilis sequi potest per iudicem in iudicando.*

2 *Iudex in iudicando tenetur sequi opinionem veriorem, etiam si contraria esset communis.*

3 *Opinio, pro qua fuit pluries iudicatum, alteri est præferenda.*

4 *Index in dubio sententiare debet pro validitate actus.*

5 *Creditum verum si conuertatur in solutionem prætij, iudicatur idem esse, ac si pecunia numerata interuenisset.*

6 *Census præsumitur constitutus cum pecunia numerata, si fuerunt soluti fructus per plures annos.*

7 *Iudex in iudicando sequi debet opiniones communes, & quas tenent Doctores in iudicando, non autem disputando.*

8 *Opinio, quam sequuntur plures Doctores, dicitur probabilis.*

9 *Venditori, & eius cessionario debentur fructus pro rata prætij non soluti, saltem ad euitandum circuitum.*

10 *Bona stabilia præsumuntur reddere fructus ad rationem quinque pro centenario.*

11 *Præsumptionem habens pro se dicitur habere intentionem fundatam.*

12 *Præsumptio iuris transfert onus probandi contrarium in aduersarium.*

ALLEGATIO. XXII.

EXcellentissime Domine. Dixi aliàs, censum constitutum per Amadeum q. Bedini de Castro Frontoni cum credito scutorum centum ex prætio bonorum venditorum, & sic vero, & reali, esse validum, etiam in terminis Bullæ Pij Quinti requirentis numerationem pecuniæ in illius creatione coram Notario, & testibus, & allegaui quamplures rationes, quas hic breuitatis gratia non refero, nec non

non etiam ita in terminis tenuisse *Surd. Turret. Bello. Auend. Mastril. Guttier. Fontanel. Giurb. Thes. Iun. Petr. Zalaz. Roderi. Gomez Iuni. Redoa. Salga.* & alios in locis in antecedenti allegatione relatis, nec non etiam ita pluries in diuersis Italiæ Tribunalibus fuisse sententiatum, & extra Italiam, vt in dicta allegatione est videre, & adhuc sum eiusdem sententiæ, non obstantibus in contrarium adductis per Excellentissimum Dominum meum exaduerso scribentem, qui rationibus per me adductis non respondet, sed solùm adducit dispositionem Bullæ Pij Quinti, & authoritates *Boecac. Cenc. Gratia. & Rotæ Romanæ.*

Quia non negauerim, illius opinionem esse probabilem, & per quamplures Doct. fuisse amplexam, quorum principaliores ego retuli in principio allegationis præcedentis, qui solùm nituntur cortici verborum Bullæ prædictæ, & illius intentionem non considerant, sed dico, nostram quoque opinionem non solùm esse probabilem, vt fatetur idemmet *Cenc. exaduerso adductus in suo tract. de Cens. quæst.* 48. *nu.* 35. sed etiam esse veriorem, vt benè demonstraut rationes adductæ in præcedenti allegatione, & cum illam sequuti sint tot Doct. supra adducti, & secundùm quam fuisse pluries iudicatum in diuersis Tribunalibus, vt dixi, testantur *Fontanel. & Thes. Iun. in locis in d. allegat. adduct.* & cum habeat fortiores rationes, quibus nullum datur exaduerso responsum, & quam probabilem appellat, vt dixi, *idem Cenc. exaduerso adduct. d. quæst.* 48. *num.* 35. & in ea maximè titubauit *Gratian. pariter exaduerso adduct.* vt videre est *in addit. ad decis. March.* 224. *num.* 6. *& seq. & discep. foren. cap.* 321. *num.* 17. *par.* 2. & contrariam opinionem non transire sinè maxima difficultate in puncto iuris, dixit *Thoma. decis. Marchiæ* 242. *nu.* 10.

1 † vnde, vti probabilis, non solùm sequi potest per Iudicem in iudicando tuta conscientia, vt tradunt *Sanci. pract. disput.* 44. *num.* 50. *P. Debri. disquis. magic. lib.* 5. *quæst.* 1. §. *quotiescumque*, vbi testatur de communi opinione, *P. Dian. in sum. in verbo Iudex num.* 4. *Plaau. in oper. moral. tom.* 1. *disput.* 2. *punct.* 11. *num.* 7. *Altogr. consl.* 94. *num.* 31. *lib.* 1. etiamsi contraria esset probabilior, vt not. *Doct. supradicti* & præcipuè *Altogra. d. num.* 31.

2 Sed imò, vti habentē fortiores rationes, & sic veriorē, Iudex omninò debet eam sequi in iudicando, licèt alia esset communis. *Grilenzo. cons.* 70. *num.* 20. *Neuiza. in Sylu. nupt. lib.* 5. *num.* 68. *Ceph. cons.* 93. *num.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 166. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2. *Rimi. Iun. cons.* 381. *num.* 86. *Hond. cons.* 65. *num.* 27. *lib.* 1. & alij, quos refert, & sequitur *Altogra. cons.* 49. *n.* 18. *lib.* 2.

Maximè cum ita pluries sententiatum fuerit, vt dixi, in quampluribus Tribunalibus, vt testantur *Fontanel. & Thes. Iun. in loc. in præce-*
3 *denti allegat. adduct.* † & ideò sit præferenda *Corat. de communi opinio. lib.* 1. *tit.* 4. *in spec.* 2. *n.* 74. *& seq.* quem refert, & sequitur *Altogra. cons.* 3. *num.* 5. *lib.* 1. *Merli. Pignatel. Controforen. cent.* 2. *cap.* 100. *in fin.* in quibus cum ad fuerint plures Iudices, præsumptionem habent pro se, quod melius nouerint veritatem *Corat. d. tract. lib.* 2. *tit.* 8. *casu.* 10. *Neuiza. in Sylu. nupt. lib.* 5. *num.* 62. *Altogr. d. cons.* 3. *num.* 6. *lib.* 1.

4 Et cum in dubio Iudex sententiare debeat pro validitate actus. *Rimi. Iun. cons.* 555. *num.* 11. *lib.* 5. *Craue. cons.* 222. *num.* 6. *Altograd. cons.* 50. *num.* 146. *lib.* 1. *Rota apud Zacchi. de Societ. decis.* 60. *num.* 1. *& apud* Cenc. *de Cens. decis.* 554. *num.* 9. & pro iustitia contractus *Gabr. cons.* 69. *num.* 7. *vol.* 2. *Rota d. decis.* 554. *nu.* 9. alios adducens concordantes, etiamsi alia opinio esset magis communis, vt post *Ias. Barba Neuiza. & Rugger.* per eum relatos tradit *Altogra. d. cons.* 50. *num.* 146.

Quibus non obstat, quod Bulla requirat numerationem pecuniæ in actu celebrationis instrumenti, quia, omisso, quod id fuit factum ad euitandas fraudes, & ideò non habet locum in casu nostro, in quo census fuit creatus cum credito vero, & reali, vt latè probaui in allegatione præcedenti *num.* 3. *& seq.* quæ hic breui-
5 tatis causa non refero, † quia, itaquam, creditum verum si conuertatur in solutionem pretij, iudicatur idem esse, ac si pecunia numerata interuenisset, & per d. conuersionem erit satisfactum Bullæ, cum illa non patiatur fraudis, aut simulationis suspicionem, vt post *Paris. cons.* 75. *num.* 32. *lib.* 4. per eum adductum latè comprobat *Gratia. discep. foren. cap.* 321. *num.* 10. *& seq. par.* 2. & voluit etiam *Thoma. decis. March.* 242. *num.* 11.

Quamuis enim videatur fictè agi ex transfusione vnius debiti in aliud, nihilominus solutio dicitur verè esse facta, licèt actus sit fictus, qui non attenditur, tamquam non sit in consideratione modus acquirendi, dummodo acquisitum sit in veritate, & substantia. *Castr. cons.* 170. *n.* 1. *lib.* 2. *Surd. cons.* 162. *num.* 45. *lib.* 2. quos referendo sequitur *Gratia. d. cap.* 321. *num.* 13. *& seq. par.* 2. vbi loquitur in terminis nostris, licèt non se firmet. Et cum fingatur, pecuniam breui manu fuisse restitutam creditori, & per eum solutum venditori census *Hond. cons.* 27. *n.* 20. *vol.* 2. *Cenc. de Cens. quæst.* 48. *nu.* 29. *Paitell. exped. ciuil.* 87. *sub n.* 49.

Maximè concurrente solutione fructuum d. census
6 per plures annos, † & sic obseruantia longi temporis, quæ facit præsumi, censum fuisse consti-

constitutum cum pecunia numerata. *Pattel. d. expedit. ciuil.* 87. *in fi.* Rota *decis.* 190. *num.* 3. *inter decisio. crim. Farinac.* & faciunt not. per *Cenc. de Cens. quaest.* 43. *n.* 33. *& seq.*

Neque obstat distinctio exaduerso allata, quod census initus sine pecunia numerata est nullus in foro fori, & est validus in foro conscientiae, & quod ita omnes tenent ex *Cenc. & Gratian. in loc. adductis supra in princ.* Quia imò omnes Doct. per me relati supra *in princ. & in allegat. praeceden. pariter post princ.* expresse tenent contrarium; nempè censum esse validum, etiam in foro fori, non autem loquuntur in foro conscientiae, vt ex eis manifestè est videre, & ita concludunt rationes per me adductae in allegatione praecedenti, si benè aduertantur.

7 Neque pariter nocet, quod Iudex in iudican-
do debeat sequi opiniones communes, & quas
Doct. tenent in iudicando, non autem dispu-
tando, *Vinc. de Franch. decis.* 266. cum allega-
8 tis † quia cum d. opinio, quod census sit
validus, sequuta sit per tot Doctores magni no-
minis, quos supra retuli in principio, non so-
lùm dicitur esse probabilis, vt post *P. Sanch. P.*
Filiuc. Meroll. & alios per eum adductos firmat
P. Dian. in summa in verbo opinio probab. in
princ. & in terminis illam probabilem appel-
lat *Cenc. de Cens. d. quaest.* 48. *nu.* 35. sed etiam
dici potest communis ad not. per *Neuiza. in*
Sylu. nupt. lib. 5. *n.* 5.

Maximè cum illam sequuti fuerint Doct. supra adducti non in via disputatiua, vt exaduerso dicitur, sed in consulendo, in praxi, & in iudicando, vt ex eis est videre, cum praecipuè ita iudicatum pluries fuerit in Senatu Pedemontano, & in Senatu Cathaloniae, vt testantur *Thes. Iun. quaest. foren.* 32. *in fin. lib.* 1. *& Fontanell. decis.* 130. *num.* 7. *& de pact. nupt. clau.* 4. *glo.* 18. *par.* 2. *num.* 11. *& seq. & alibi.*

Et etiam cum d. opinio sit verior in puncto iuris, vti fortioribus munita rationibus, vt probaui *supra num.* 2. & ideò Iudex illam sequi debet in iudicando, etiamsi opinio contraria esset communis, vt tradunt *Grilenzo. Neuiza. Ceph. Rimi. Iuni. Hond. & Altogra. in loc. adduct. supra num.* 2. meritò &c.

9 Quod verò d. Actori, vti cessionario d. census,
saltem ad euitandum circuitum in omnem ca-
sum debeantur fructus compensatiui ex aequita-
te *l. curabit* 5. C. *de actio. empt.* ad rationem
quinque pro centenario, ne aduersarius fruatur
re, & pretio, censeo clarissimum, ad effectum
saltem excomputandi cum fructibus perceptis
ex dicto censu, vt tradunt in terminis *Cenc.*
de Cens. d. quaest. 48. *num.* 25. *Leotar. de vsur.*
num. 47. *&* 80. alios adducens, *& Rota apud*
Cenc. decis. 119. *num.* 6. *& decis.* 124. *num.* 4.
& seq.

Quibus non obstat, quod exaduerso allegatur
nempe quod dicta praetensio Actoris de fructi-
bus bonorum venditorum ex aequitate *leg. cu-*
rabit 5. *C. de act. empt.* ad rationem quinque
10 pro centenario sit illiquida, † cum ad dictam
rationem bona stabilia fructus reddere de iure
praesumatur, vt tradunt *Hond. Cenc. Ceph. &*
Rot. in locis in praecedenti allegatione adduct. in
11 in fine † habens verò praesumptionem iuris pro
se dicitur habere intentionem fundatam. *glo. in*
l. si tutor petitus 5. *C. de peric. tuto. & in l. licet*
Imperator 77. *ff. de lega.* 1. *Menoch. de praesump.*
lib. 1. *quaest.* 36. *num.* 8. *Rimi. Iun. cons.* 362.
num. 5. *& cons.* 363. *num.* 127. *Surd. decis.* 170.
sub num. 8. quos refert, & sequitur *Altograd.*
cons. 6. *num.* 34.

12 Cum illa transferat onus probandi contra-
rium in aduersarium *l. generaliter* 24. *§. si pe-*
titum in fin. ff. de fideic. libert. Menoch. de prae-
sump. lib. 1. *quaest.* 32. *num.* 3. *Surd. cons.* 61. *nu.*
21. *lib.* 1. *Altograd. d cons.* 6. *num.* 34. Rota
decis. 88. *n.* 12. *par.* 8. *recent.*

Quare &c. saluo &c.

Contrarium fuit sententiatum per D. Vicarium Castri Frontoni cum voto Excellentissimi D. Ludouici Manci Montauien. cum hoc, quod fructus compensatiui compensentur, vt supra, super quo interposita appellatione a dicta sententia, cum secundus Iudex inclinaret pro reuocatione, partes se concordarunt, vt audiui. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Exceptio rei non traditae quando opponi possit contra venditorem agentem ad pretium rei venditae, & quis teneatur illam probare, & quando illa impediat executionem Instrumenti, & obligationis Cameralis, & an opponi possit stante Statuto tollente omnes exceptiones, maximè si aliquas tantùm reseruat, & an tollatur ex generali renunciatione. Exceptio prohibita opponi si sit opposita, & probata parte non contradicente an sit attendenda. Compensatio an admittatur pro rata crediti, & an opponi possit stante Statuto tollente omnes exceptiones, praeter solutionis, & stante iuramento de soluendo debitum. Fideiussor an possit opponere exceptiones principali competentes, & praecipuè exceptionem compensationis ex persona propria.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei non traditæ repellit venditorem agentem ad pretium rei venditæ.*

2 *Testes duo sufficiunt ad plenam probationem constituendam.*

3 *Excipiens, rem non fuisse sibi traditam, nihil probare tenetur, sed actor probare tenetur, rem tradidisse.*

4 *Verba* dedit, & tradidit *prolata extra præsentiam rei non probant, quod emptor rem cum effectu receperit, sed solùm dant facultatem illam accipiendi propria authoritate.*

5 *Fideiussor vti potest omnibus exceptionibus principali competentibus, & num. 55.*

Etiam principali inuito, & contradicente num. 6.

Et licèt exceptio orta sit postquam ipse intercessit. num. 7.

8 *Exceptio rei non tradita impedit executionem instrumenti.*

9 *Exceptio oriens ex ventre Instrumenti semper illius executionem retardat.*

Etiamsi Instrumentum sit munitum obligatione camerali. num. 10.

Et licèt dicta exceptio requirat altiorem indaginem. num. 11.

12 Rotæ decis. 42. n.8. & 114. n.8. apud Zacchi. de oblig. camer. *declarantur.*

13 *Exceptio rei non tradita non tollitur per obligationem cameralem.*

14 *Exceptio rei non tradita, vti veniens ex ventre Instrumenti, non censetur sublata per Statutum, quod tollit omnes exceptiones.*

15 *Exceptio rei non traditæ oriri dicitur ex ventre Instrumenti, ex quo oritur actio.*

16 *Exceptio oriens ex vẽtre Instrumẽti non dicitur sublata per Statutũ tollens omnes exceptiones.*

17 *Statutum tollens omnes exceptiones, aliquibus tantùm reseruatis, censetur tollere omnes alias exceptiones, etiam habentes maiorem rationem expressis.*

Contrariũ tenent quamplures Doct. ibi n. 18.

Nõ tamẽ cẽsetur sublatũ officiũ Iudicis n. 19

20 *Exceptio aliud est, & aliud est officium Iudicis.*

21 *Exceptio non admittenda si sit opposita, & probata, parte non contradicente, venit attendenda.*

Licèt articuli ad illã probandam fuerint admissi cũ clausula saluo iure impertinẽtiũ. *n. 22.*

Contrarium tenent aliqui. n. 24.

23 *Clausula saluo iure impertinentium apponitur potius de stylo, quam propter dubium, an articuli sint impertinentes, nec ne.*

25 *Exceptio, quæ oritur ex ventre Instrumenti, non dicitur opponi contra instrumentum.*

Sed ipse actor dicitur illam opponere. n. 26.

Cum eo ipso, quod proponit actionẽ in iudicio, censeatur illã proponere cũ omni sua causa. n. 27.

28 *Exceptio quando oritur ex eodem fonte, ex quo nascitur actio, Iudex potest de illa rationẽ habere.*

29 *Exceptioni rei non traditæ non dicitur renunciatum per generalem renunciationem.*

30 *Renunciatio generalis exceptionum non comprehendit exceptiones futuras.*

31 *Renũciatio est stricti iuris, & ideò non extẽdẽda.*

Sed strictissimè interpretanda. n. 32.

Itaut renuncianti minùs noceat, quam fieri possit. num. 33.

34 *Renunciationes magis ex consuetudine Notariorum, quam de consensu partium in instrumentis apponuntur.*

35 *Iuramentum habet vim specialis renũciationis.*

Fallit, quando deficit consensus partiũ. n. 36.

37 *Renunciatio iurata non includit casus, quos non iurata non includeret.*

38 *Alimenta præstita animali alterius repetuntur à domino animalis vtili actione negociorũ gestorũ.*

39 *Compensatio admittitur quando creditum est liquidum, etiam pro rata.*

Quicquid cõtrariũ malè senserint. Laderch. & Gratian. *num. 40.*

41 *Compensatio habet vim solutionis factæ, non autem faciendæ.*

42 *Statutum tollens omnes exceptiones non censetur tollere exceptionem compensationis.*

Etiamsi Statutum prædictũ admittat tantùm exceptionem solutionis. num. 44.

43 *Compensatio non est propriè exceptio.*

45 *Compensatio dicitur solutio.*

Cum compensare idem sit, quod soluere. n. 46

47 *Compensatio est species solutionis.*

Imò aliqui illam appellant veram solutionem. num. 48.

49 *Iuramentum an impediat exceptionem compensationis, quæstio est difficilis.*

Illam tamen non tollit, quando agitur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta. num 50.

Neque quando debitum compensandum est posterius debito Actoris. num. 51.

52 *Iuramentum semper censetur præstitum rebus sic stantibus.*

53 *Compensatio admittitur etiam stante obligatione Camerali quãdo est posterius debito Actoris.*

54 *Fideiussor potest opponere exceptionem compensationis contra creditorem.*

Tam de eo, quod sibi debetur per creditorem. num. 56.

Quam de eo, quod debetur debitori principali. num. 57.

Etiam ad effectum impediendi executionem obligationis cameralis. num. 58.

Contrarium, quando compensatio opponitur de eo, quod debetur debitori principali tenet Zacchi. ibi. num. 59.

AL-

ALLEGATIO XXIII.

EXcellentissime Domine. Pro Martino Andreæ Clari de Cantiano fideiussore Septimij de Camerino, quia illius iura sunt satis manifesta, paucis est agendum, exceptio enim Caprarum trigintaseptem non traditarum, nec consignatarũ dicto Septimio eius principali pro eius parte, supradicto nomine in iudicio opposita contra DD. de Pacijs venditores agentes ex instrumento venditionis contra ipsum fideiussorem ad pretium caprarum centum quinquaginta venditarum dicto Septimio ad rationem paulorum quindecim pro qualibet capra, sine dubio locum habere debet, itaut pro dicta quantitate caprarum triginta
1 septem non traditarum Martinus sit absoluendus a petitis, cum dicta exceptio rei non traditæ repellat venditorem agentem ad pretium, si rem non tradidit. *l. qui pendentem 26. ff. de act. empt. l. ex his prædijs 5. in fin. C. de euict. Deci. cons.* 119. *num.* 1. *Ludo. decis. Lucen.* 2. *num.* 2. *Graff. de except. except.* 13. *num.* 7. *Alphan. collecta.* 1207. *in priu. Mangil. de euict. quæst.* 98. *num.* 5. *& quæst.* 103. *num.* 43. ne lucrum venditor consequatur ex illo contractu, quem non impleuit ex parte sua. *Deci. in l. cum proponas* 21. *num.* 9. *C. de pact. Rolan. cons.* 53. *nu.* 28. *vol.* 1. *Pacif. de Saluia. inspec.* 5. *cap.* 1. *nu.* 162. *Rota apud eundem decis.* 305. *n.* 2. *& decis.* 102. *num.* 12. *par.* 5. *rec.*

Maximè cum dicta exceptio fuerit concludenter probata pro parte Martini per duos, imò per
2 tres testes, qui plusquam sufficiunt ad perfectam probationem inducendam *l. vbi numerus* 12. *ff. de testi. cap. in omni negocio* 4. *eod. tit. Mascar. de proba. lib.* 1. *in præfat. quæst.* 5. *num.* 117. *Magdale. de numero testi. cap.* 1. *num.* 1. *& seq.* latè *Farinac. de testi. quæst.* 63. *num.* 232. *& seq.* Rota *decis.* 696. *num.* 2. *par.* 4. *recen. tom.* 3.

3 Quod certè ex abundanti factum fuit, cum excipiens, & negans, rem venditam fuisse sibi traditam, non teneatur aliquid probare pro parte sua, sed actor teneatur probare, rem tradidisse *Magon. dicta decis. Lucen.* 11. *nu.* 10. *Osasch. decis. Pedem.* 51. *num.* 18. *& seq. Graff. d. except.* 13. *num.* 12. *&* 17. vbi dicit, sufficere dictam exceptionem deducere in allegationibus iuris, quamplures adducens ita sentientes. *Ciriac. contro.* 327. *num.* 26. *&* 27. quicquid sit, quando reus non simpliciter negaret, rem habuisse, sed diceret, rem quidem habuisse, sed postea per actorem illam ei fuisse ablatam, quia tunc reus teneretur probare exceptionem tali modo propositam, vt post *Bart. Soc. Sen. Corn. Alex. & Magon.* per eum relatos declarat *Graff. d. except.* 13. *num.* 18.

4 Non obstante, quod in instrumento venditionis adsint verba *Tradidit, & assignauit*, quia dicta verba, quando sunt prolata extra præsentiam rei, vt in casu nostro, in quo dictum instrumentum confectum fuit in Palatio Communis, vt ex eo est videre, operantur solùm, vt emptor possit accipere possessionem rei venditæ propria authoricate, non autem probant, quod emptor rem cum effectu receperit. *Alex. cons.* 28. *n* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Ludo. d. decis. Lucen.* 2. *num.* 23. *Magon. d. decis. Lucen.* 11. *nu.* 5. *Graff. d. except.* 13. *num.* 10. *Bertaz. de clausu. clausu.* 16. *glo.* 3. *sub num.* 1. *Mascar. de prob. concl.* 1394. *num.* 34. *vol.* 3. *Costa de clausu. clau.* 2. *num.* 1. *&* 2. *Ciriac. d. controu.* 327. *num.* 24 alios adducens *Theod. Rube. in singul. Rotæ Rom. tom.* 2. *de clausu. clau.* 259. *num.* 2.

6 Quod verò Martinus fideiussor vti possit omnibus exceptionibus Septimio principali competentibus, apud omnes in confesso est *l. ex persona.* 33. *ff. de fideiuss. l. exceptiones* 7. *ff. de except. l. defensiones* 11. *C. eod. tit. Paris. cons.* 96. *num.* 39. *lib.* 3. *Ceph. cons.* 577. *num.* 8. *vol.* 4. *Franc. Becci. cons.* 45. *num.* 46. *vol.* 1. *Surd. cons.* 327. *num.* 10. *&* 36. *& cons.* 359. *nu.* 26. *lib.* 3. *& cons.* 506. *num.* 5. *lib.* 4. *Cartar. decis. Genuen.* 7. *nu.* 2. latè *Pir. Maur. de fideius. par.* 2. *sect.* 9. *cap.* 11. *nu.* 1. *& seq. Graff. de except. except.* 10. *num.* 44. *Card. Manti. de tacit. lib.* 16. *tit.* 15. *per totum. Ciriac. controu.* 546. *n.* 47. *& seq.* vbi agit de exceptione implementi, vt in casu nostro, *D. Andreol. contro.* 109. *n.* 40. *Merlin. de pigno. lib.* 5. *quæst.* 8. *in princ. Rota decis.* 95. *num.* 1. *par.* 1. *diuer. & decis.* 392. *num.* 4. *par.* 2. *recen. & apud Duran. decis.* 175. *num.* 4.

6 Etiam principali inuito, & contradicente *d. l. ex persona.* 33. *ff. de fideius. l. omnes* 19. *ff. de except. Paris. d. cons.* 96. *num.* 39. *lib.* 3. *Franc. Becci. d. cons.* 45. *num.* 46. *vol.* 1. *Bertaz. de clausu. clau.* 41. *glo.* 7. *num.* 4. *Hering. de fideiuss. cap.* 27. *par.* 4. *num.* 5. *&* 6. *Pirr. Maur. de fideiuss. d. sect.* 9. *cap.* 11. *num.* 7. *Magon. decis. Floren.* 110. *num.* 3. *&* 4. *Ciriac. d. controu.* 546. *num.* 50. alios adducens concordantes.

7 Et licèt exceptio orta sit postquam ipse fideiussor intercessit *glo. magna. in l. verum* 4. *ff. de compens. Paris. cons.* 121. *num.* 8. *vol.* 1. *Pirr. Maur. d. cap.* 11. *num.* 9. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 121. *nu.* 119.

8 Quæ quidem exceptio rei non traditæ impedit executionem instrumenti *Galles. de oblig. camer. quæst.* 17. *num.* 7. *Barz. de guarant. par.* 3. *quæst.* 16. *Cartar. decis. Genuen.* 3. *num.* 2. *Grass. d. excep.* 13. *num.* 7. *& sequen. Giurb. decis.* 100. *num.* 22. *Mangil. de euict. quæst.* 98.

 num. 5.

num. 5. *& quæst.* 103. *num.* 43. *Gratian.discep. foren. cap.* 411. *num.* 18. *par.* 3. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 4. *glo.* 10. *par.* 1. *num.* 3. *Caren. var. resol. resol.* 110. *in fin.* vbi dicit, hoc procedere,etiamſi ex pluribus rebus vna ſola non fuerit tradita, vt ibi per eum.

9 Cum exceptio, quæ naſcitur ex ventre inſtrumenti, cuius petitur executio, qualis eſt exceptio de qua agimus, ſemper dicti inſtrumenti executionem retardet. *Surd. conſ.* 186. *nu.* 22. *vol.* 2. *Turret. conſ.* 10. *num.* 8. *vol.* 3. *Milanen. deciſ.* 9. *num.* 3. vbi dicit, quod dicta exceptio admittitur etiam aduerſus executionem cenſus iuxta formam Bullæ *Caren. d. reſol.* 110. *in fin.* vbi dicit,hoc habere locum, etiamſi dicta exceptio requirat altiorem indaginem, *D. Andreol. contron.* 130. *num.* 24. *& contron.* 175. *num.* 3. alios quamplures adducens ita ſentientes. *Rota apud Card. Seraph. deciſ.* 430. *n.* 5.

10 Quod habet locum,etiamſi inſtrumentum ſit munitum obligatione Camerali, quia exceptio ex illo oriens illius executionem impedit *Turret. conſ.* 91. *num.* 29. *vol.* 1. *Galleſ. de oblig. came. quæſt.* 17. *num.* 8. *& ibi Zacchi. num.* 59. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 36. *Pract. Ridolphina par.* 1. *cap.* 8. *num.* 175. *Rota apud Zacchi. de oblig. camer. deciſ.* 8. *num.* 1. *& deciſ.* 14. *num.* 2. *& deciſ.* 36. *num.* 2. *& deciſ.* 106. *num.* 5. *& apud Caſſad. deciſ.* 10. *num.* 2. *de reſcrip. & apud Card. Seraph. deciſ.* 430. *n.* 5. *& apud Card. Caualer. deciſ.* 456. *n.* 1.

11 Licèt dicta exceptio oriens ex ventre inſtrumenti requirat altiorem indaginem, vt tradunt *Zacchi. de oblig. camer. d. quæſt.* 17. *num.* 61. *& ſeq. Mareſcot. d. cap.* 121. *num.* 36. *Theod. Rube. in Sing. Rotæ Rom. tom.* 1. *ad deciſ. Card. Seraph. deciſ.* 430. *Pract. Ridolph. d. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 176 *in fin. Rota apud Zacchi. de oblig. camer. d. deciſ.* 8. *num.* 2. vbi aliæ recenſentur, & apud *Card. Seraph. d. deciſ.* 430. *nu.* 5. *& deciſ.* 728.

12 *num.* 2. *par.* 2. *recen.*) quicquid contrarium dixerit eadem *Rota apud Zacchi. vbi ſupra deciſ.* 42. *num.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 114. *num.* 8. quia illæ habent locum, quando exceptio requireret probationes extrinſecas, quia tunc non diceretur oriri ſimpliciter ex ventre inſtrumenti ad effectum retardandi executionem obligationis cameralis, vt ſentit *Zacchi. d. quæſt.* 17. *num.* 61. & benè declarat *Pract. Ridolphina d. cap.* 8. *num.* 177.

13 Quod tamen dubitationem non recipit in caſu noſtro, cum obligatio cameralis non tollat dictam exceptionem rei non traditæ, vt tradunt *Galleſ. de oblig. camer. quæſt.* 17. *num.* 7. *& ibi Zacchi. num.* 58. *Gratian. diſcep. foren. d. cap.* 411 *num.* 11. qui alios adducunt concordantes, *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3260. *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 179.

Neque obſtat diſpoſitio Statuti prohibentis, opponi non poſſe contra inſtrumentum, niſi exceptiones ſolutionis, & nullitatis, quia adhuc

14 opponi poteſt dicta exceptio rei non traditæ, quam Statutum non cenſetur tollere, vti prouenientem ex ventre eiuſdem inſtrumenti, vt tenuerunt *Magon. d. deciſ. Lucen.* 11. *nu.* 3. *Ludo. d. deciſ. Lucen.* 2. *n.* 3. *Rota Genuen. deciſ.* 190. *num.* 6. *&* 7. *Surd. conſ.* 19. *num.* 3. *vol.* 1. *Ceph. conſ.* 312. *num.* 100. *& conſ.* 407. *num.* 15. *& ſeq. vol.* 3. *Rolan. conſ.* 53. *num.* 32. *vol.* 1. latè *Graſs. de excep. d. excep.* 13. *num.* 8. alios adducens ita ſentientes *Gratia. diſcep. foren. d. cap.* 411. *num.* 10. *par.* 3. *& cap.* 873. *num.* 3. *par.* 5. *Mangil. de euict. quæſt.* 98. *n.* 5. *& ſeq. & quæſt.* 103. *num.* 43. *Gait. de cred. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3160. *& cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 1077.

15 Cum enim exceptio prædicta rei non traditæ, vt dixi, oriri dicatur ex eodem met inſtrumento,ex quo naſcitur actio, vt dicit *Graſſ. d. excep.* 13. *num.* 1. *& ſub num.* 6. & poſt eum adnotauit *Caren. d. reſol.* 110. *in fin.* ſequitur,

16 quod illa non cenſeatur reiecta a Statuto reijciente omnes exceptiones *Bald. in l. ex ijs prædijs* 5. *num.* 1. *C. de euict. Alex. conſ.* 119. *num.* 2. *lib.* 1. *Roma conſ.* 244. *ſub num.* 5. *& conſ.* 472. *num.* 2. & in terminis exceptionis rei non traditæ *Surd. conſ.* 246. *num.* 25. *lib.* 2. *Turrett. conſ.* 91. *num.* 29. *lib.* 1. *Seacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 1. *verſ. item licèt &c. Menoch. de præſump. lib.* 2. *præſump.* 48. *num.* 23. *Milan. d. deciſ.* 9. *num.* 3. latè *Graſſ. d. excep.* 13. *num.* 1. *& ſeq. Gratia. diſcep. foren. d. cap.* 411. *num.* 10. *par.* 3. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 4. *glo.* 15. *n.* 59. *Mangil. d. quæſt.* 98. *n.* 9. *Ciriac. contron.* 513 *num.* 25.

Neque obſtat,ſi dicatur, prædicta habere locum, quando Decretum, vel Statutum ſimpliciter prohibet, contra inſtrumentum nullam opponi poſſe exceptionem, quia tunc cum ſolùm friuolas, & iniuſtas tollere cenſeatur, non autem iuſtas,& legitimas, idcò nil mirum, ſi non cenſeatur tollere exceptionem rei non traditæ, ſecùs tamen eſt,quando Decretum,vel Statutum aliquas exceptiones reſeruat, vt ſi diſponat, quod contra inſtrumentum nulla opponi poſſit exceptio,niſi nullitatis, & ſolutionis, vt cantat

17 Decretum noſtrum, quia tunc cenſetur tollere omnes alias exceptiones,etiam habentes maiorem rationem expreſſis, vt tradunt *Foller. in pract. cenſ. in verbo quæ quidem exequutio num.* 73. *Hond. conſ.* 18. *num.* 15. *& ſeq. vol.* 1. & alij,quos refert, & ſequitur *Graſſ. de except. in prælud. n.* 230. *ver. ſed in hoc &c.*

18 Non obſtant, inquam,prædicta ex pluribus, & primò,quia dicta opinio non eſt tuta, cum contrarium teneant Doct. numero, & authoritate æquales, & maiores, & præcipuè *Cin. in l. ita*

l. ita nobis 24. C. de adult. Bart. in l. 1. §. & parui. num. 7. ff. quod vi, aut clam, saltem per officium Iudicis, vt ibi per eum. Angel. in l. sciendum 52. ff. de euict. & in l. si hominem 47. §. in edilitijs ff. de edil. edic. quem refert, & sequitur Ias. in l. 1. num. 7. vers. facit quod vult &c. C. de bon. possess. contra tab. Franc. Marc. decis. 108. num. 2. lib. 1. Caroc. de depos. par. 1. in tit. de culpa depositarij num. 6. Barba. cons. 35. num. 8. & 9. lib. 4. Marcobr. cons. 46. num. 61. & 63. Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 42. num. 169. & alij, quos refert Grass. vbi supra nu. 230. Ant. de Canar. de exequt. instr. quæst. 2. sub num. 3. Carauit. super rit. magnæ Curiæ ritu 166. sub nu. 57. quos refert, & sequitur Ciriac. contro. 224. num. 2.

Secundò quia, admisso citra veri præiudicium, quod Decretum prædictum tolleret omnes exceptiones, præter reseruatas, adhuc tamen dictus reus conuentus esset audiendus per implorationem officij Iudicis super dicta exceptione
19 rei non traditæ, cum officium Iudicis per Decretum non censeatur sublatum, Bart. in d. l. 1.
§. & parui num. 7. ff quod vi, aut clam. Abb. Butr. Feliu. Dec. & alij Canonistæ in cap. ex parte 13. de offic. delega. Alex. cons. 113. num. 12. lib. 5. Franc. Becci. cons. 12. num. 69. vol. 1. Asin. in pract. §. 31. cap. 33 in prin. Hond. cons. 18. num. 80. vol. 1. latè Grass. de except. except. 21. num. 23. quamplures adducens ita sentientes Carpa. ad Stat. Mediol. lib. 1. cap. 42. num. 207. & cap. 116. num. 215. & num. 196. Gratian. d. cap. 411. n. 21.

20 Aliud enim est exceptio, & aliud est officium Iudicis ita Mascar. de prob. concl. 1243. num. 9. & seq. vol. 3. vbi dicit, quod qui non potest excipere, potest implorare officium Iudicis, Carpa. ad Stat. Mediol. lib. primo cap. 116. nu. 216. Cumia super ritibus Regn. cap. 17. num. 40. quem refert, & sequitur Grass. d. except. 21. nu. 24. quicquid sit, quando Decretum tolleret etiã defensionem, Bart. in d. l. 1. §. & parui num. 7. & 8. ff. quod vi, aut clam. Magon. decis. Lucen. 11. nu. 21. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 48. num. 28. Asin. in pract. §. 31. cap. 34. n. 1. & seq. cum alijs, quos referunt, & sequũtur Hond. d. cons. 18. num. 81. & Grass. d. except. 21. num 20.

21 Tertiò quia, cum dicta exceptio rei non traditæ fuerit per Martinum in iudicio opposita, & DD. de Pacijs creditores non contradixerint, imò passi sint, illam etiam per testes probari, dictus reus est audiendus, & dicta exceptio debet admitti Statuto non obstante Bald. in l. vbi pactum 40. num. 10. & ibi Salic. num. 16. C. de transact. Roma cons. 384. num. 4. Alex. cons. 77. num. 13. lib. 2. Natt. cons. 289. num. 12. lib. 2. Milanen. decis. 13. num. 112. & seq. lib. 2. Grass. de except. in prælud. num. 258. Asin. in pract. §. 12. cap. 2. num. 2. & seq. quamplura adducens similia, Zacchi. de obligat. camer. quæst. 26. in prin. Gallesi. in eod. tract. eadem quæst. 20. num. 1. Salust. Tiber. in pract. A. C. lib. 1. cap. 14. sub num. 3. Lancell. de attent. par. 3. cap. 31. num. 2.

22 Licèt articuli ad illam probandam fuerint admissi cum clausula saluo iure impertinentium &c. cum in dicto casu articuli habeantur pro simpliciter admissis, itaut exceptio probata retardet, vt not. Soc. Sen. cons. 27. num 26. vers. sed posito, & numer. 30. vers. cum ita dico &c. vol. 4. Salust. Tiber. in dicta Pract. A. C. lib. 1. cap. 14. sub num. 3. Rota in Romana officij extraordinariatus 11. Aprilis 1567. coram R. P. D. Sarmiento, quam refert Salust. Tiber. vbi
23 supra † Cum dicta clausula potius apponatur
de stylo, & ad obturandum ora loquentium, quam propter aliquod dubium, an articuli sint impertinentes, necne, vt not. Affl. decis. 33. num. 8. Salust. Tiber. in d. cap. 14. sub num. 3. Theod. Rube. in singul. Rota Roma. tom. 2. de claus. clau. 703. in fin. Rot. apud Verall. decis.
24 143. lib. 3. † quicquid contrarium senserint
Milanen. decis. 13. n. 112. lib. 2. quem sequi videtur Grass. de excep. in prælud. num. 260. maximè cum plures Doct. ab eis adducti non probent eorum intentionem, sed loquantur in diuersis terminis, vt ex eis est videre.

25 Postremò quia, cum dicta exceptio rei non traditæ resultet ex ventre instrumenti, ideò non dicatur opponi contra instrumentum Manso. de process. execut. par. 4. cap. 1. num. 79. Barz. decis. Bonon. 36. num. 23. & 24. Scacc. de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 354. Mangil. de euict. quæst. 98. num. 8. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8.
26 num. 3158. & cap. 3. tit. 1. num. 1078. † sed
ipse actor dicatur illam opponere pro reo Bart. in d. l. lecta. 40. num. 21. & ibi Cagno. num. 15. & Rimi. Iun. num. 16. ff. si cert. pcta. Grass. de except. except. 13. num. 6. alios adducens ita
27 sentientes D. Andreol. controu. 130 sub n. 24.
† cum eo ipso, quod ipse proponit suam actionem in iudicio, censeatur illam proponere cum omni sua causa, & sic cum exceptione, quæ inest ipsi obligationi Bart. in d. l. lecta. 40. nu. 21. ff. si cert. peta. Ias. in §. actionum num. 128. Inst. de actio. Grass. in d. excep. 13. num. 2. Osasch. d. decis. Pedemo. 51. num. 19. alios adducens D. Andreol. d. contro. 130. num. 24.

28 Imò, cum dicta exceptio nascatur ex eodem fonte, ex quo nascitur actio, Iudex debeat, vel saltem possit de illa rationem habere, etiam parte non opponente. Bart. in l. cum qui ita. 56. §. qui ita num. 4. ff. de verb. oblig. Bald. in auth. præsente num. 4. C. de fideius. Roma cons. 76. n. 8. & cons. 244. num. 5. Grass. de except. 13. nu. 4.

quam-

quamplures adducens ita sentientes Osasch. decis. Pedem. 51. num. 19. Cancer. variar. resol. par. 1. cap. 18. num. 24. & seq. Gait. de credit. d. cap. 2. tit. 8. num. 3161. & seq. vbi dicit, naturam exceptionum, quæ ex ventre instrumenti nascuntur, talem esse, vt ipso iure, & officio Iudicis repelli faciant agentem, & cap. 3. tit. 1. n. 1078. & latè comprobat Regens Valenzue. cons. 48. num. 25. & seq. & cons. 88. num. 57. & seq. Vndè nec mirum, si Statutum non censetur exceptionem supradictam ex ipso instrumento resultantem auferre, vt in terminis per iura supradicta benè declarat more suo D. Andreol. d. controu. 130. sub num 24.

29 Neque d. exceptioni rei non traditæ potest dici fuisse renunciatum ex generali renunciatione in instrumento venditionis apposita, quia illa non est sufficiens ad tollendam exceptionē prædictam, sed requiritur speicalis renunciatio Grass. in d. except. 13. num. 16. Gratian. discep. foren. cap. 411. num. 9. par. 3. & cap. 864. n. 5. & 6. par. 5. quicquid dubitauerit Vrsill. ad Afflic. decis. 283. num. 4.

30 Et ratio est manifesta, quia generalis renunciatio exceptionum non compræhendit exceptiones futuras, qualis est dicta exceptio rei non traditæ, cum traditio rei fieri soleat post contractum, & ideò non sit verisimile, quod emptor cogitauerit, quod res ei non traderetur Roma. cons. 472. num. 5. Gerar. Mazzol. cons. 22. num. 5. Franc. Becci. cons. 108. num. 3. & seq. lib. 1. Menoch. cons. 212. num. 28. lib. 3. Grass. d. excep. 13. num. 16. Gratian. d. cap. 411. num. 9. & d. cap. 864. n. 5. & 6. & not. etiam Tull. Crispol. in suis casibus milit. casu. 41. n. 10. versic. & primò & c. latè Adden. ad Buratt. decis. 20. num. 11.

31 Renunciatio enim est stricti iuris, & odiosa, & ideo non extendenda. Siluan. cons. 49. nu 34. Surd. cons. 431. num. 20. vol. 3. Gargiar. Iun. cons. 21. num. 13. lib. 1. Cenc. de Cens. quæst. 66. num. 54 Thoma. decis. March. 50. num. 458. Rota decis. 21. num. 8. & decis. 373. num. 23.
32 par. 4. recen. sed est strictissimè interpretanda, Deci. cons. 352. num. 7. Gabr. cons. 60. num. 6. vol. 1. & cons. 90. num. 39. eod. lib. 1. Decian. cons. 45. num. 11. lib. 2. Surd. cons. 431. nu. 20.
33 lib. 3. Rota decis. 420. num. 2. par. 4. rec. itaut renuncianti noceat minùs, quam sit possibile. Deci. cons. 476. num. 3. Paris. cons. 49. nu. 90. lib. 3. Gratian. discep. foren. cap. 799. num. 22. par. 4. Gargiar. Iun. d. cons. 21. num. 38. lib. 1. Ciriac. contro. 15. num. 5. Thoma. d. decis. 50. num. 70. Rota decis. 160. num. 7. & decis. 365. sub num. 6. par. 3. recen. & decis. 543. nu. 10 par. 5. rec. lib. 2.

34 Maximè cum renunciationes plerumque leuiter, & cum parua causæ cognitione, & magis ex quadam consuetudine Notariorum, quam ex partium consensu in Instrumentis apponantur. Deci. cons. 352. num. 7. Ancar. Iun. quæst. 2. num. 16. par. 1. benè Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 77. num. 6.

35 Neque obstat, si dicatur, prædicta non habere locum stante iuramento, quod habet vim specialis renunciationis Seraph. de priuil. iuram. priuil. 70. num. 1. & seq. Theod. Rube. in singul. Rotæ Rom. tom. 2. de clausul. claus. 680. n. 34. Quia, cum dicta exceptio rei non traditæ sit de futuris, & non possit imaginari, nec de illa cogitari tempore contractus, cum traditio rei venditæ fiat post contractum, & ideò, vt dixi, non sit verisimile, quod emptor cogitauerit, quod res ei non traderetur, cum alias non fuisset contracturus, vt tradunt, Grass. & Gratia.
35 in loc. proximè adductis, † sequitur, quod, deficiente consensu, iuramentum non possit habere vim specialis renunciationis, cum illud non habeat locum in non cogitatis. Ciu. in l. 1. n. 5. & ibi Bald. num. 4. in fin. & Salic. 12. C. commoda. Tiraq. de legibus connub. glo. 7. num. 154. & seq. Gabr. comm. concl. de iureiur. concl. 4. n. 3. vers. concorda & c. & benè declarat Seraph. de priuil. iuram. d. priuil. 70. num. 2. & Theod. Rube. in d. claus. 680. in fin.

37 Et renunciationem iuratam non includere casus, quos non iurata non includeret, post Neuizan. cons. 32. num. 13. & 14. & Osasch. decis. Pedem. 112. per eos relatos tradūt Adden. ad Rot. decis. 523. num. 42. par. 4. recen. tom. 3.

Secundò principaliter DD. de Pacijs Actores tenentur ex dicto eorum credito ex causa venditionis caprarum excomputare, seù compensare dicto Martino fideiussori scuta quindecim de paulis ei debita pro alimentis, seù, vt dicitur, per la suernatura delle Caprette ipsorum DD. de Pacijs, quas numero triginta quinque Martinus in Maritimis pro eis aluit, & custodiuit de anno 1650. ad rationem paulorū quatuor cum dimidio pro qualibet Capella, & sic in totum scuta quindecim, & paulos septem de paulis,
38 vt plenè constat in processu ex depositionibus plurium testium examinatorum, quæ scuta quindecim de paulis, cum clari iuris sit, ipsos DD. de Pacijs obligatos esse ad restituendum Martino, saltem vtili actione negociorum gestorum arg. l. quod in vxorem 13. cum ibi not. C. de nego. gest. Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 50. num. 2. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 71. num. 4. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 70. n. 1. & seq. & tit. 8. priuil. 62. num. 3. Rota decis. 66. num. 2. par. 1. diuer. etiamsi Martinus probasset, dictas capellas apud se simpliciter retinuisse, absque eo, quod probauerit, quod eas aluerit, cum in hoc habeat præsumptionem pro se, cum nemo præsumatur viuere de vento, vt di-

vt dicit Surd. in loc. proximè adduct. & tit. 4. quaest. 23. num. 17. & not. etiam Menoch. d. praesump. 71. per tot. latè comprobans.

39 Ideò dictū creditum, vti in processu concludenter probatum, & sic liquidum, & clarum, venit cum credito ipsorum Actorum compensandum pro dicta rata scutorum quindecim de paulis. l. si constat. 4. C. de compens. Surd. cons. 69. num. 8. vol. 1. Morot. cons. 31. num. 7. Rota Genuen. decis. 8. num. 16. in fin. Graff. de excep. excep. 16. in fin. latè Costa de ratio. ratae quaest. 61. num. 1. & seq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 74. num. 35. Cenc. de Cens. quaest. 88. sub nu. 6. vers. nam fieri compensationem &c. idem Surd. decis. 186. num. 9. & idem sentit Pir. Maur. de solut. cap. 30. nu. 26. & voluit expresse Gratia. discep. foren. cap. 794. num. 6. par. 4. Rot. apud Duran. decis. 32. n. 2. & seq.

40 Quicquid contrarium malè tenuerint Laderch. cons. 164. num. 10. & idem Gratian. discep. foren. cap. 224. num. 22. & seq. par. 2. & cap. 515. num. 45. & seq. par. 3. volentes compensationem non admitti, quando creditum compensandum non est aequale credito alterius, qui mouentur ex eo, quia compensatio habet vim solutionis, & est species solutionis, Graff. d. except. 16. num. 11. Pir. Maur. de solut. cap. 2. §. 5. per totum vndè sicut non admittitur particularis solutio, inuito creditore. l. planè 13. ff. famil. ercisc. l. tutor. 4. §. Lucius ff. de vsur. cum aliis cumulatis per Pir. Maur. de solut. cap. 30. num. 1. & seq. ita admitti non debeat particularis compensatio, ne plus operetur solutio ficta, quam vera, contra tex. in l. filius. 143. ff. si cert. petatur.

41 Quia respondeo, quod compensatio habet vim solutionis factae, non autem faciendae, & ideò non est mirum, si admittitur particularis compensatio, licèt non admittatur particularis solutio, vt declarant Doct. in l. quidam aestimauerunt 21. ff. si cert. pet. & post Roder. & Peregr. per eum adductos tradit Costa de rat. ratae d. quaest. 61. num. 6. & Cenc. de Cens. d. quaest. 88. sub num. 6. & post Ias. & Neguf. per eum relatos tradit Rota decis. 53. num. 5. ver. tamen Domini par. 1. diuer.

42 Neque obstat Statutum supradictum tollens omnes exceptiones, quia illud non censetur excludere exceptionem compensationis, vt tradunt communiter Doct. & praecipuè Alex. cons. 12. num. 12. & 13. lib. 2. Sebast. Medic. de compen. par. 2. quaest. 20. per tot. Roma. cons. 76. sub num. 3. Tiraq. de retrac. lignag. §. 3. glo. 3. num 4. Menoch. de praesump. lib. 2. praesump. 48. num. 34. Surd. decis. 191. num. 10. Carpa. ad Stat. Mediol. lib. 1. cap. 42. num. 172. & latè comprobat Graff. de except. except. 16. num. 1. & seq. alios quamplures adducens, & idem voluerunt Seraph. de priu. iuram. priuil. 74. nu. 96. & num. 123. & Ciriac. controuers. 224. per tot. & controu. 441. num. 6. & seq.

43 Compensatio enim non est propriè exceptio, & obiiciens compensationem non dicitur propriè excipere l. amplius non peti. 15. vbi glo Bart. & alij ff. rem rat. habe. Osasch. decis. Pedem. 92. num. 12. Surd. d. decis. 191. num. 9. Graff. de except. 16. num. 8. Menoch. d. praesump. 48. num. 35. Card. Manti. de tacit. lib. 16. tit. 15. num. 10. Ciriac. d. controu. 441. n. 4. neque instrumentum impugnare, sed illud approbare, vt post Afflic. Cornazz. & alios per eum relatos dicit Graff. d. except. 16. num. 5.

44 Quod habet locum, etiam si dictum Decretum tollat omnes exceptiones, praeter nullitatis, & solutionis, quia adhuc non censetur tollere exceptionem compensationis. Alex. cons. 12. num. 13. & ibi Adden. lib. 2. Menoch. d. praesump 48. num. 34. Medic. de compen. par. 1. quaest. 25. num. 20. Osasch decis. Pedem. 92. nu. 12. Milanen. decis. 14. n. 18 lib. 2. & latè comprobat Graff. d. except. 16. n. 3. & seq. Seraph. d. priuil. 74. num. 96. & num. 123. Ciriac. d. controu. 224. per tot. & d. controu. 441. num. 6. & seq.

45 Compensatio enim dicitur solutio l. si debitor. 4. ff. qui potio. in pign. hab. l. vel permutare 19. ff. de liber. caus. Medic. de compen. par. 2. quaest. 1. num. 1. Tiraq. d. retrac. Lignag. §. 3. glo. 3. num. 2. Odd. cons. 61. num. 6. Seraph. d. priuil. 74. num. 11. Cenc. de Cens. quaest. 108. nu. 13. vers. nihilominùs &c. vbi dicit, illam habere vim solutionis in pecunia numerata, Ciriac. controu. 34. num. 22. & controu. 350. num. 11. & d. controu. 441. num. 5. Rot. apud Cenc. de Cens. decis. 555. nu. 4. & apud Merli. de pigno. decis. 80. in fin.

46 Cum compensare idem sit, quod soluere. l. solutionis. 54. ff. de solut. d. l. si debitor. 4. ff. qui potio. in pig. hab. & d. l. vel permutare. 19. ff. de liber. caus. Bart. in l. diuortio. 8. §. ob donationes num. 21. ff. solu. matr. Cartar. decis. Genuen. 77. num. 18. Graff. d. except. 16. num. 9. & seq. Pir. Maur. de solutio. cap. 2. §. 5. nu. 7. Costa de ratio. rata d. quaest. 61. nu. 2. 3. & seq. Surd. de alim. tit. 3. quaest. 7. num. 21.

47 Et est species solutionis Bart. in l. aufertur 46. §. qui compensationem num. 2. ff. de iure fisci Menoch. de praesump. lib. 3. praesump. 142. num. 1. Surd. cons. 182. num. 56. vol. 1. & cons. 246. num. 12. vol. 2. Graff. d. except. 16. n. 10. alios adducens concordantes. Pir. Maur. de solut. d. §. 5. num. 6. Cenc. de Cens. quaestio. 108. num. 6.

48 Imò voluerunt aliqui, illam dici veram solutionem, licèt modus soluendi sit fictus, & praecipuè Couar. in cap. quamuis pactum par. 1. §. 4. num.

§. 4. numer. 9. versic. ea verò &c. de pact. in 6. Surd. d. decis. 191. in fin. Turret. cons. 49. num. 37. lib. 2. quem sequitur *Grass. d. excep. 16. num. 12. vers. imò dicitur &c. Cenc. de Cens. d. quæst. 108. num. 13. vers. nihilominus,* vbi dicit, compensationem habere vim solutionis in pecunia numerata. *Rota apud Duran. decis. 32. num. 4. & apud Cenc. de Cens. decis. 555. n. 4.*

49 Neque pariter obstat iuramentum, quia omissa illa perdifficili quæstione, an stante iuramento liceat opponere exceptionem compensationis, quasi tunc sit implendum in forma specifica, de qua per *Canonist. in cap. ad nostram 7. de iureiur. per Gabr. com. concl. de iureiur. concl. 7. num. 1. & seq. per Osasch. decis. Pedem. 92. per tot. per Grass. d. except. 16. num. 19. & seq. per Seraph. de priuil. iuram. priuil. 74. per tot. & per P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 3. cap. 17. num. 15.* & admissa, citra veri præiudicium, opinione negatiua, quam tamen impugnant *P. Sanch. vbi supra, Ouid. de Amic. de iure emphit. quæst. 97. num. 4. & seq.* dicens, opinionem affirmatiuam *Bart.* esse veriorem, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & *Geri. Spin. cons. 83. num. 2.* vbi pariter illam sustentabiliorem, & veriorem appellat.

50 Quia dicta opinio negatiua non habet locum, quando agitur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta, vt in casu nostro vigore Decreti super abbreuiatione litium in prin. quia tunc exceptio compensationis, quæ competere dicitur ex naturali æquitate, venit admittenda, iuramento non obstante, *Osasch. decis. Pedem. 1. num. 27. & d. decis. 92. nu. 35. Gabr. d. conclu. 7. num. 12. Ludo. decis. Perus. 15. nu. 9. & 10. Grass. d. except. 16. num. 21.* quamplures adducens sectatores. *Pacif. de Saluia. inspect. 2. cap. 2. num. 246 Surd. cons. 166. nu. 28. vol. 2. Gratian. discep. forcu. cap. 728. num. 14. par. 4.* latè comprobans, *Corn. de absol. a iuram. par. 4. casu. 16. num. 26. Zacchi. de oblig. camer. quæst. 18. num. 17.* vbi loquitur in terminis obligationis Cameralis, *Ciriac. contro. 441. num. 8. Geri. Spin. d. cons. 83. n. 16.*

15 Secundò non habet locum, quando creditum compensandum est posterius credito Actoris, vt in casu nostro, in quo creditum Actorum ex causa venditionis est de anno 1648. & creditum Mattini est de anno 1650. vt patet ex processu, quia tunc pariter compensatio admittitur, non obstante iuramento *Abb. in d. cap. ad nostram. 7. num. 3. vers. quid dicendum &c. de iureiur. Afflic. decis. 381. nu. 3. & 4. Gallcs. de oblig. came. quæst. 18. num. 9. Gabr. comm. concl. de iureiur. concl. 7. num. 5. & seq. Couar. in cap. quamuis par. 1. §. 4. num. 6. & seq. de pact. in 6. Grass. in d. excep. 16. num. 22.* alios adducens ita sentientes *Pacif. de Salu. inspec. 2. cap. 2. num. 248. Surd. cons. 166. num. 28. vol. 1. & cons. 246. num. 15. Hond. cons. 18. n. 45. vol. 1. Seraph. d. priuil. 74. num. 130. vers. voluit dicere Abbas &c. & num. 143. Scappuc. de Saluia. lib. 1. quæst. 4. num. 6. Gratia. discep. foren. cap. 129. num. 19. par. 1. & cap. 515. num. 38. par. 3. & cap. 728. num. 20. par. 4. Adden. ad Greg. XV. decis. 342. in fin. Ouid. de Amic. d. quæst. 97. num. 11. Costa de scien. & ignor. cent. 2. dist. 64. num. 16. Geri. Spin. d. cons. 83. num. 11. & seq.*

Ratio est, quia quando quis promittit soluere cum iuramento tempore, quo iam ipse promittens erat creditor, videtur se obligare ad non compensandum, & d. facultati compensandi renunciare, secùs tamen est, quando creditum compensandum est contractum post promissionem, quia tunc exceptioni postea superuenienti non videtur renunciare, sed potius illud fuisse animo compensandi, vt tradunt *Doct. supra citati,* & præcipuè *Osasch. d. decis. 92. num. 34. Pacif. in d. cap. 2. num. 243. & Seraph. in d.*
52 *priuil. 74. nu. 130. vers. & est ratio &c.* † cum iuramentum semper censeatur præstitum, rebus sic stantibus, & aliquid de nouo nõ superuenente. *cap. 2. & ibi glo. & ibi. Abb. & alij de renunc. Rol. cons. 7. num. 57. vol. 3. Paris. cons. 69. num. 42. vol. 3. Surd. decis. 289. num. 11. Seraph. de priuil. iuram. priu. 7. num. 14.* & in terminis nostris *d. priuil. 78. num. 137. & Geri. Spin. d. cons. 83. num. 13.*

53 Quod vendicat sibi locum, etiam stante obligatione camerali, quia compensatio admittitur, quando debitum, cuius opponitur compensatio, est contractum post dictam obligationem *Gratia. decis. Marcb. 179. num. 11. & discep. foren. cap. 129. num. 19. par. 1. Pacif. de Salui. d. inspec. 2. cap. 2. num. 248. Grass. d. except. 16. num. 22. Marescot. var. resol. lib. 2 cap. 121. num. 54. Zacchi. de oblig. camer. quæst. 18. nu. 18. Adden. ad Greg. XV. decis. 342. in fin.* benè *Rota apud Buratt. decis. 277. num. 1. & seq. & ibi Adden. litera A.*

54 Fideiussor verò quod possit opponere exceptionem compensationis contra creditorem, in dubitationem non venit. *l. verum. 4. & l. seq. & ibi Bart. Bald. & Salic. ff. de compens. Bald. in l. tam mandatori. 12. num. 9. vers. sed hic dubitatur C. de non num. pecu. Paris. cons. 121. nu. 7. vol. 1. Medic. de compen. par. 1. quæst. 11. n. 3. & par. 2. quæst. 4. Grass. in d. except. 16. n. 40.* alios adducens *Card. Mant. de tacit. lib. 16. tit. 15. num. 10. Pirr. Maur. de fideius. par. 2. sect. 9. cap. 12. in prin. & sect. 10. cap. 9. num. 4. Pacif. de Saluia. inspec. 5. cap. 1. num. 90.*

55 Cum ipse vti possit omnibus exceptionibus principali competentibus. *l. ex persona 33. ff. de fideius. l. exceptiones. 7. ff. de except. l. defensio-*

fensiones. 11. C. eod. tit. & ex Paris. Cephal. Becci. Surd. Cartar. Maur. Grass. Ciriac. D. Andreol. & Merlin. & Rot. probani supra num. 5. quibus addo *Pacif. de Saluian. d. inspect. 5. cap. 1. num. 98. & Card. Manti. de tacit. d. tit. 15. num. 1. & seq.*

56 Quod habet locum tam si compensatio opponatur per fideiussorem de eo, quod sibi debetur. *l. si quid. 5. & 161. Bart. ff. de compens. Grass. d. except. 16. num. 41. Pir. Maur. de fideiuss. d. par. 2. sect. 9. cap. 12. num. 2. & d. sect. 10. cap. 9. num. 4. Cartar. decis. Genuen.*

57 *62. num. 4.* † quam si opponatur de eo, quod debetur debitori principali *Medic. de compens. d. quaest. 4. num. 2. Bald. in d. l. tam mandatori. 12. sub num. 9. C. de non num. pecu. Grass. d. except. 16. num. 41.* alios adducens, & dicens, id habere locum, etiam ipso principali debitore inuito, *Pirr. Maur. d. sect. 9. cap. 12. num. 2. & d. sect. 10. cap. 9. num. 4. Card. Manti. de tacit. d. tit. 15. num. 10. & seq.*

58 Etiam ad effectum impediendi executionem obligationis cameralis, vt dixi supra, vt scripserunt *Card. Manti. de tacit. d. lib. 16. tit. 15. num. 17. Pacif. de Saluian. d. inspec. 5. cap. 1. num. 101. Rota decis. 95. num. 1. par. 1. diuer.*

59 licèt contrarium, quandò compensatio opponitur per fideiussorem de eo, quod debetur principali debitori, dixerit *Zacchi. de oblig. camer. quaest. 18. num. 9.* cum in dicto casu dicatur tertius, & dixerit, ita tenuisse *Rotam in Pistorien. depositi. 10. Octobris 1561. coram Rubeo,* quod cum non percutiat casum nostrum, in quo exceptio opponitur de eo, quod debetur ipsi fideiussori, ideò latius non prosequor.

Quare &c. saluo &c.

Secundùm praedicta iudicatum fuit per Excellentissimum D. Praetorem Terrae Castiani de anno 1652. per acta D. Vincentij Marioni Actuarij causa, cui sententiae Pars aduersa acquieuit, dum ab illa appellationem non interposuit. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Proprietarius, seù eius haeredes, mortuo vsufructuario, possunt accipere possessionem bonorũ vsufructui suppositorum propria authoritate. Æstimatio rei dotalis quando faciat emptionẽ, & venditionem. Dominium quando dicatur probatum in rei vendicatione. Agens ad fideicommissum vti talis tenetur probare se esse talem. Filiatio quando dicatur probata. Possessio non praesumitur continuata vsque ad mortem, quando constat, alium medio tempore possedisse. Fideicommissum quando apponi possit in dote tradita filiae.

S V M M A R I V M.

1 *Proprietarius, mortuo vsufructuario, potest accipere possessionem bonorum vsufructui subiectorum propria authoritate.*

2 *Possessio naturalis vsufructuarij, eo mortuo, redit ad proprietarium ratione suae ciuilis possessionis*

3 *Proprietarius, mortuo vsufructuario, non potest accipere possessionem bonorum propria authoritate, quando possidenti competit retentio ex aliqua causa.*

4 *Actio rei vendicationis datur probato dominio ex parte agentis, & possessione ex parte rei conuenti.*

5 *Dos si sit promissa in quantitate, & pro illa sint data bona in solutum, dicitur remanere in quantitate, non autem in bonis datis in solutum.*

6 *Bona tradita viro aestimata pro dote transeunt in illius dominium.*

Itaut omne damnum, & vtile d. Bonorum spectet ad virum, non autem ad vxorem. n. 7.

8 *Æstimatio facit emptionem, & venditionem.*

Et facit veram emptionem. n. 9.

Maximè stante clausula ad habendum *&c. num. 10.*

Et stante stipulatione ad fauorem haeredum viri. num. 11.

Et stante clausula constituti. n. 12.

Et etiam stante promissione dotis facta in pecuniã. n. 13.

14 *Dos si sit promissa in pecunia, & pro illa data sint bona viro in solutum, dicitur facta emptio, & venditio, etiam cessante aestimatione.*

15 *Æstimatio facit emptionem, & venditionem stante clausula,* quam dotem vir promisit restituere &c.

Etiam si sit dictum, quam dotem, vt supra, habitam, & promissam *&c. n. 16.*

Secùs si vir promiserit dotem restituere in rebus habitis, & aestimatis. n. 17.

18 *Dominium non probatur ex contractu emptionis contra tertium.*

Etiam si tertius habeat causam ab eo, qui vendidit n. 19.

Fallit quando emptor possedit bona empta per tempus ad praescribendum sufficiens. n. 20.

21 *Praescribuntur bona immobilia per spatium decem annorum cum titulo, & bona fide.*

22 *Possessio iure familiaritatis nullum ius tribuit.*

23 *Possessio iure familiaritatis excluditur ex titulo praecedenti.*

24 *Possidere quis praesumitur ex titulo praeambulo.*

25 *Possidere quis praesumitur magis nomine proprio, quam alieno.*

26 *Comprahensum se dicens in substitutione tenetur id probare.*

Et esse talem, qualem se facit. n. 27.

28 *Legitimandæ sunt personæ in omni iudicio.*
Etiam parte non opponente in iudicio ordinario. n. 29.
30 *Persona agentis est fundamentum, & causa cuiuslibet actus.*
31 *Actor tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*
32 *Testis, qui dicit se non recordari, nullam facit probationem.*
33 *Testis depositio, qui non fuit examinatus super interrogatorijs, an valeat, licèt sit controuersum.*
Stante tamen protestatione partis, & Iudicis Decreto, est omninò nulla. n. 34.
35 *Testis dictum debet de præcisa necessitate concludere.*
36 *Probatio incerta, & equiuoca non suffragatur.*
Imò interpretatur contra probantem. n. 37.
38 *Vox vnius vox nullius.*
39 *Filiatio non dicitur probata, nisi de illa deponant saltem duo testes.*
40 *Filiationem non probat tractatus nisi contra tractantem; non autem contra tertium.*
41 *Fideicommissarius tenetur probare bona petita fuisse in bonis testatoris tempore suæ mortis.*
Sufficit tamen probare possedisse in eius vita. n. 43.
Cum possessio præsumatur continuata vsque ad mortem. n. 42.
44 *Testis vnicus contra inducentem plenè probat.*
Maximè si eius depositio simpliciter sit reproducta. n. 45.
46 *Instrumentum facit probationem probatam.*
47 *Possessio non præsumitur continuata vsque ad mortem, si constet, alium medio tempore possedisse.*
48 *Dos non potest grauari fideicommisso, dum testator specialiter id non expressit.*
Imò etiamsi id specialiter expresserit, sed tamen longè post constitutam dotem n. 49.
Cum enim bona iam transierint in filiam, non potest ex post facto illi præiudicium inferri. n. 50.
51 *Alienata in vita non cadunt regulariter sub fideicommisso.*
52 *Dos non potest grauari fideicommisso, etiam si sit stipulatum, dotem reuerti ad dotantem, vel eius hæredes.*
53 *Dos potest grauari fideicommisso in eo, quod excedit legitimam.*
Procedit stante stipulatione, dotem reuerti ad dotantem, vel eius hæredes, aliàs secùs. num. 54.
55 *Iudicandum in dubio est fauore dotis.*
56 *Dos an succedat loco legitimæ, & quando, est magnoperè inter Doct. controuersum.*
57 *Dos quod non succedat loco legitimæ in terminis Decreti Ducis Guidobaldi 2. consuluit Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Petrus Marronus Eugubinus Episcopus Thelesinus.*
58 *Dos succedit loco legitimæ quando filia non est à Statuto exclusa ob deficientiam masculorum.*

ALLEGATIO XXIV.

EXcellentissime Domine. De anno 1587. q. D. Franciscus Benedictus de Cantiano accepit in vxorem q. D. Antoniam Vincentij de eodem cum promissione dotis eidem facta per D. Isottam matrem d. D. Antoniæ flotenorum 500. monetæ nouæ Eugubinæ, vt de d. promissione apparet Instrumentum sub rogitu q. D. Ludouici Rieciatti Not. pub. Cantianẽsis, pro quibus florenis 500. d. D. Isotta dedit in solutum d. D. Francisco vnum arbustum situm in territorio Cantiani in vocabulo l' Aia de Paruccini iuxta sua latera, & domum positam in dicta Terra in Burgo superiori eiusdem iuxta pariter sua latera cum clausula *ad habendum*, & cum promissione restituendi d. dotem per d. D. Franciscum in casu soluti matrimonij, prout casus restitutionis dederit, & cum alijs clausulis, prout in dicto Instrumento: qui D. Franciscus de anno 1604. in suo vltimo testamento reliquit vsufructuariam, eius vita durante, d. D. Antoniam eius vxorem dd. arbusti, & domus eidem, vt supra, in solutum traditorum, cum hac declaratione, quod post mortem D. Antoniæ ipsius hæredes possint recuperare d. bona ab hæredibus D. Antoniæ, restitutis eis d. florenis 500. de quibus supra, & prout latius in d. testamento.

Decessit de anno 1625. D. Antonia vsufructuaria dd. arbusti, & domus, & pro parte dd. DD. Hæredum d. D. Francisci fuit motum iudicium contra D. Litianam vxorem relictam q. Pompei Carbonis de Cantiano, quæ ingressa fuerat in possessionem d. bonorum sub prætextu cuiusdam fideicommissi instituti ad eius fauorem per d. D. Isottam matrem D. Antoniæ, & eius Auiam maternam pro illorum restitutione, intentando contra eam iudicium petitorium rei vendicationis, facta oblatione de soluendo d. florenis 500. eui, & quatenus de iure, de quo in libello in actis exhibito, omisso iudicio possessorio, & facultate competente
1 per mortem D. Antoniæ vsufructuariæ proprietario, vel suis hæredibus accipiendi possessionem bonorum vsufructui subiectorum propria authoritate, etiam si possessio sit penes heredes vsufructuarij, vel penes tertium, vt firmant *Gratian. discep. foren. cap. 779. num. 4. & seq. par. 4. Thesau. quæst. foren. lib. 2. quæst. 96. num. 4.*

num. 4. & seq. Tomat. decis. March. 118. n. 10. & seq. Castill. de vsufru. cap. 61. num. 6. & seq. D. Andreol. contro. 148. nu. 17. & contro. 176. num. 1. & contro. 192. nu. 19. Posti. de manut. obseru. 16. nu. 37. Rota decis. 359. num. 2. par. 5. recen.

2 Cum possessio naturalis vsufructuarij pereat cum ipso vsufructu, & redeat ad proprietarium etiam ignotantem vigore ciuilis possessionis, ita vt proprietario absque alia appræhensione competat manutentio, vt not. *Gratian. d. cap. 779. num. 4. & seq. & cap. 899. num. 6. & seq. par. 5. Tomat. d. decis. 118. n. 10. & seq. Thesau. d. quæst. 96. nu. 6. D. Andreol. d. controu. 148. num. 17. & d. contro. 176. in prin.* & scripserunt etiam *Aldoui. cons. 76. n. 24. & seq. Rot. d. decis. 359. num. 3. & decis. 299. num. 5. & decis. 300. num. 1. apud Posti. de manut.* ob periculum incurrendi difficultatem, ob retentionem, quam prætendit in d. bonis d. D. Liria-
3 na vigore d. fideicommissi, † quo casu proprietario, seù eius hæredibus non competere facultatem supradictam, scripserunt *Gratian. d. cap. 899. num. 6. & seq. Tomat. d. decis. 118. num. 10. & seq. & Posti. de manut. d. obseru. 16. num. 42.*

4 Quo igitur ad d. iudicium rei vendicationis, cum pro parte dd. Hæredum fuerit plenè doctum de dominio d. D. Francisci, & possessione dd. bonorum per d. D. Lirianam, prout in processu, nemini dubium est, ipsos bonum ius fouere, & sententiam ad eorum fauorem latam in prima instantia in Terra Cantiani esse in gradu appellationis confirmandam cum victoria expensarum ad not. per *Io. Fabr. Aret. Ias. Io. Oinot. & communiter Doct. in §. omnium Inst. de actio. per Roffred. de libell. par. 4. rub. 1. num. 1. & seq. & per Papien. in forma libell. act. real. in verbo* tenet, & possidet *in prin.*

De dominio verò d. D. Francisci, vltra depositiones testium, de quibus in processu, apparet etiam manifestè ex Instrumento matrimonij,
5 in quo cum dos fuerit ei promissa in summa florenorum 500. & pro eis fuerint eidem tradita in solutum d. bona pro eadem quantitate florenorum 500. dos dicitur remansisse in quãtitate, & in d. florenis 500. non autem in illis bonis immobilibus, itaut, soluto matrimonio, D. Franciscus non teneretur restituere d. bona, sed d. florenos quingentos, vt tradunt *Rolan. cons. 92. num. 9. & seq. vol. 2. & cons. 64. n. 5. & seq. vol. 4. Thob. Noni. cons. 52. num. 5. Ludo. decis. Perus. 89. in prin. Hond. cons. 14. nu. 45. & seq. vol. 1. & cons. 77. nu. 1. vol. 2. Paitell. exped. 47. num. 116. & seq. Thesa. quæst. foren. lib. 3. quæst. 21. num. 1.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum *Gratian. discep. foren. cap. 38. num. 27. & seq. par. 1. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 8. par. 13. num. 8. & seq.* latè *Hodier. ad Surd. decis. 278. num. 2. & seq. Paul. Rube. in singul. Rot. Rom. tom. 1. ad decis. 91. Plati. nu. 2. Rot. apud Cenc. de Cens. decis. 357. num. 7. & apud Merlin. de pigno. decis. 39. in fin.*

6 Itaut d. bona sic tradita viro æstimata transierint in illius dominium. *Rolan. d. cons. 92. num. 9. & seq. Paitell. d. exped. 47. num. 116. & seq. Gomez. in l. 50. Taur. num. 44. Mangil. de euict. quæst. 70. Honded. d. cons. 14. num. 44. & d. cons. 77. num. 5. Fontanel. d. glo. 8. par. 13. num. 8. D. Andreol. contro. 130. num 6.* latè *Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 19. num. 7. Paul. Rube. ad d. decis. 91. Plati. num. 1. & seq. Rota apud Zacchi. de societ. decis. 9. num. 2. & seq. & apud Cenc. d. decis. 357. num. 7. & apud Duran. decis. 1. num. 12.*

7 In tantum, vt omne damnum, & lucrum dd. bonorum æstimatorum ad virum spectet, non autem ad vxorem *l. cum dotem. 10. C. de iur. dot. Const. Ruger. de dot. quæst. 11. in prin. Affl. decis. 270. num. 4. & ibi Vrsill. in prin. Ludou. decis. Perus. 89. in fin. Ceph. cons. 351. num. 34. vol. 3. Hond. d. cons. 14. num. 45. et num. 58. Castill. de vsufru. cap. 4. num. 9. Fontanell. d. glo. 8. par. 13. num. 13. et 27.* alios adducens *Paul. Rube. ad d. decis. 91. Plati num. 5.*

8 Æstimatio enim facit emptionem, & venditionem, & virtualiter, & implicitè continet contractum venditionis bonorum, & sic facit, bona æstimata viro incummutabiliter quæri. *l. quoties 5. & l. cum dotem. 10. C. de iur. dot. l. ex conuentione. 21. in fin. et ibi not. Doct. C. de pact.* & tradunt passim Scribentes, & præcipuè *Rolan. cons. 64. nu. 4. et seq. vol. 4. Thob. Noni. d. cons. 52. num. 5. et seq. Hond. d. cons. 14. nu. 43. et d. cons. 77. num. 1. et seq. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 4. et seq. Surd. cons. 1. num. 102. et seq. vol. 1. Thesa. d. quæst. 21. num. 1. et seq. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 9. num. 122. Fontanel. de pact. nupt. d. glo. 8. par. 13. num. 8. et seq.* latè *Merli. de pigno. d. quæst. 19. num. 2. Hodier. ad Surd. decis. 278. num. 2. D. Andreol. d. contro. 130. in prin.* & ita tenuit pluries *Rot. Rom.* & præcipuè *apud Grego. XV. decis. 573. et ibi Adden. num. 16. et apud Burat. decis. 361. num. 10. et ibi Adden. num. 14. et apud Duran. decis. 1. num. 12. et apud Merli. de pigno. decis. 39. num. 12. vers. prout neque etc. et decis. 114. n. 2.* cum alijs relatis per eundem *Merlin. in loc. supra adducto.*

9 Et facit veram emptionem *l. plerumque 11. §. si ante ff. de iur. dot. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 14. num. 20. & num. 108. Merli. de pign. d. quæst. 19. num. 4. & seq.* vbi dicit, de illa soluendum esse Laudemium; & in ea habere locum ius retractus, vt ibi per eum.

10 Quod quidem in casu nostro est clarissimum

ſtantibus pluribus cöiecturis id apertè ſuadentibus, & primò ſtante clauſula *Ad habendum, & quicquid ei, & ſuis placuerit faciendum*, de qua in d. Inſtrumento, ex cuius vi datur facultas viro alienandi dicta bona, quod eſt omninò incompatibile cum fundo dotali, vt tradunt *Thob. Noni. d. conſ. 52. num. 4. Hond. conſ. 41. num. 8. vol. 1. Fachin. contro. iur. lib. 12. cap. 74. ver. denique &c.* & latè comprobat *D. Andreolus d. contro. 130. num. 8.* alios adducens, & ſentit *Rota apud Merlin. d. decis. 114. nu. 3. & 4.* & firmauit eadem *Rota decis. 436. num. 2. par. 4. rec. tom. 2.*

11 Maximè cum d. clauſula habeat implicitam ſtipulationem pro hæredibus, dum in ea datur facultas, etiam ſuis alienandi d. bona, quod verbum *ſuis* verificari non poteſt, niſi in hæredibus, & deſcendentibus, vt poſt *Alex. Deci. Simon. de Pret. Peregr. Fuſar. & Rot. Rom.* per eum adductos ſcripſit *Barbo. de appell. verb. ſignif. appell. 257. num. 4. & 5. Caucer. var. reſol. p. 1. cap. 8. num. 108.* quod pariter repugnat conſtitutioni fundi dotalis, quia ſi ille deberet tranſire ad hæredes viri, & per eos poſſet alienari, ſequitur, quod ille non eſſet vxori reſtituendus, vt benè animaduertit *D. Andreol. d. contro. 130. num. 9.* nec non *Hond. conſ. 41. nu. 8. & 9. vol. 1. Hodier. ad Surd. d. decis. 278. num. 4. & poſt Purpu. Corn. Becci. Natt. Manti. Menoch. et Hond.* per eam relatos firmauit *Rota decis. 52. num. 11. et 12. par. 6. recen.* quicquid aliter d. clauſulam interpretata ſit eadem *Rota apud Merli. de pigno. decis. 74. num. 9.* quæ interpretatio fortaſſe poſſet procedere, quando ex alijs partibus Inſtrumenti conſtare poſſet de contraria mente contrahentium, vt in *d. decis. 74.* quod tamen verificari non poteſt in caſu noſtro.

Secundò quia in d. Inſtrumento dationis in ſolutum dd. bonorum factæ pro dd. florenis 500. d. D. Franciſco adeſt ad eius fauorem clauſula
12 conſtituti, ex qua colligitur, quod dominium illorum fuerit in ipſum virum translatum, *l. quod meo. 18. ff. de acqui. poſſeſs. Natt. conſ. 50. num. 2. ver. accedente præſertim &c. Abb. in cap. 2. num. 14. de conſuet. Barboſ. de clau. clau. 31. num. 5. Rota apud Merli. d. decis. 114. nu. 3.* quod etiam probari dicitur ex illis verbis *dedit, tradidit, ceſſit &c.* vt poſt *Bero. conſ. 63. num. 7. et ſeq.* per eum relatum tradit *Merlin. d. quæſt. 19. num. 49. & Paul. Rube. ad d. decis. Plati 91. num. 3.*

13 Tertiò ex promiſſione dotis facta in pecunia, vt in dicto Inſtrumento ibi *pro dote, et dotis promiſſione etc.* in quibus terminis clarum eſt bona æſtimata titulo emptionis tranſire in dominium viri. *Bald. in l. quoties 5. num. 8. et ſeq. C. de iur. dot. Alex. conſ. 79. num. 1. in fin. vol. 5. Rolan. conſ. 86. num. 5. lib. 4. Natt. conſ. 630. num. 3. Paul. Rube. in ſingul. Rota Rom. ad d. decis. 91. Plati num. 2. Hond. conſ. 41. num. 5. vol. 1.* alios recenſens quamplures, & in terminis noſtris *Rot. d. decis. 114. num. 5.* & ante ſcripſit *Gratian. diſcep. foren. cap. 38. num. 29. et ſeq. par. 1.* alias adducens eiuſdem Rotæ deciſiones.

14 Quod quidem habet locum etiam ceſſante æſtimatione, quia quando à principio dos conſtituitur in quantitate, & poſtea datur res aliqua in ſolutum marito pro d. quantitate, vt in caſu noſtro, perindè eſt, ac ſi marito tradita fuiſſet pecunia, & poſtea maritus emiſſet illam rem in ſolutum traditam, fingitur enim breui manu id fuiſſe factum, & pecuniam dotalem pro emptione reſtituiſſe, itaut maritus ſit dominus rei, non ex titulo dotis, ſed emptionis tacitè inter eos celebratæ. *Pariſ. conſ. 81. n. 32. & ſeq. vol. 2. Thob. Noni. conſ. 52. num. 5. & ſeq. Cephal. conſ. 351. num. 13. & ſeq. vol. 3. Hond. d. conſ. 41. num. 4. & ſeq. vol. 1.* alios adducens, latè *D. Andreol. d. contro. 130. num. 2. 3. & 4.* benè *Fontanell. de pact. nupt. d. clau. 5. glo. 8. par. 13. num. 26.* allegans *Rot. apud Card. Seraph. decis. 1207. in prin.* eadem *Rot. apud Merlin. de pign. decis. 144. num. 10.*

15 Poſtremò id clariſſimè ſuadetur ex illis verbis Inſtrumenti ibi *quam dotem d. Franciſcus promiſit reſtituere &c.* ex quibus arguitur, fuiſſe conuentum, vt reſtitueretur æſtimatio, non autem bona, cum d. clauſula intelligatur de vera dote, vera autem dos eſt pretium, quo res æſtimata eſt *Bald. in l. quoties. 5. num. 7. & ſeq. C. de iur. doti. Rolan. conſ. 64. num. 8. verſ. quam concluſionem &c. lib. 4. Thob. Noni. d. conſ. 52. num. 6. & ſeq. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 7. Io. Franc. a Ponte conſ. 71. num. 10. vol. 1.* benè comprobans *Gimb. ad conſuet. Meſſan. cap. 15. glo. 1. n. 12. Fontanel. d. glo. 8. par. 13. num. 34.* latè *Merlin. de pign. lib. 2. quæſt. 19. num. 22.* alios adducens concordantes. *Rota apud eundem Merlin. de pign. decis. 114. num. 7.*

16 Etiam ſi fuiſſet dictum, *quam dotem, vt ſupra, habitam, & promiſſam reſtituere promiſit &c.* nam licèt dicta clauſula ſit repetitiua, non tamen debet fieri repetitio, vt repugnet iuris interpretationi, & naturę actus ſuperius expreſſæ, per quem maritus per æſtimationem voluit dotem de prędio in pretium conuertere, vt conſuluit *Ceph. conſ. 78. per totum vol. 1. Thob. Noni. d. conſ. 52. num. 5. & ſeq. Fontanel. in d. par. 13. num. 35.* vbi loquitur in fortioribus terminis *Merli. de pign. d. quæſt. 19. nu. 24.* & alij Doct. ſupra proximè adducti.

17 Quicquid ſit, quando fuiſſet promiſſum dotem reſtituere in iiſdem rebus, & corporibus

tradi-

traditis,& æstimatis, quia tunc censeretur con-
stitutus fundus dotalis, & æstimatio censere-
tur facta ad effectum sciendi, an res sint effectæ
viliores, & ad sciendum valorem rei, non au-
tem ad inducendam emptionem, vt tradunt
*Couar. pract. quæst. cap. 28. num. 4. ver. tertiò
colligitur &c. Adden. ad Greg. XV. decis. 573.
num. 16. in fine, Hodier. ad Surd. d. decis. 278.
num. 8. Merlin. d. quæst. 19. num. 27. Fontanel.
in d. glo. 8. par. 13. num. 21. & seq.* alios ad-
ducens ita sentientes Rota *decis. 14. num. 4. par.
4. rec. tom. 2.*

Neque obstat, quod, supposito etiam, quod datio
in solutum de bonis æstimatis faciat emptio-
nem, & venditionem, tamen titulus emptio-
18 nis non probet dominium contra tertium, ma-
ximè quando non sumus in antiquis *glo. in l.
cum res 12. in verbo in vacuum C. de proba. Ma-
scar. de proba. concl. 541. num. 8. & concl. 550.
num. 1. vol. 1. Paitell. exped. 81. num. 11. Ci-
riac. contro. 258. num. 15. & contro. 300. n. 26.*
19 † etiamsi tertius possessor habeat causam ab eo,
qui vendidit actori, vt tradit *Pacia. cons. 150.
num. 59.* quem refert, & sequitur *Ciriac. d. con-
tro. 258. num. 15. & d. contro. 300. num. 27.*
nisi etiam probetur, venditorem fuisse dominũ
*Afflic. decis. 23. nu. 4. & seq. Mascar. de prob.
concl. 536. n. 2. vol. 1.* vbi restatur de commu-
ni opinione *Paitell. d. exped. 81. n. 11. Ciriac.
d. contro 300. num. 28.*

20 Quia cum d. D. Franciscus post d. dationem
in solutum posséderit d. bona per tempus suf-
ficiens ad præscriptionem, tunc illa esset suffi-
ciens probatio dominij *l. si quis emptionis. 8.
§. 1. ff. de præscrip. 30. anno. Thob. Noni. cons.
73. num. 6. Mascar. de prob. d. concl. 550. n. 4.
& 5. Pacia. d. cons. 150. num. 61. Ciriac. d.
contro. 258. num. 44. & d. contro. 300. nu. 29.*
alios adducens, *Adden. ad Buratt. decis. 424.
littera A.* vndè cum constet de continuata pos-
sessione d. D. Francisci, non solùm per spatium
decem annorum inter præsentes, vt patet ex
processu, sed etiam per spatium annorum de-
cem, & septem, & vltra, videlicet ab anno
21 1587. vsque ad annum 1604. † quod tempus
est sufficiens cum titulo, & bona fide ad præ-
scribendum rem immobilem, tam de iure com-
muni ad tex. *in §. 1. Inst. de vsucap. Abb. in cap.
Sanctorum. 3. num. 5. de præscr. Bald. de præscr.
in prima par. quar. par. prin. num. 1. Ciriac. d.
contro. 300. num. 30.* quàm vigore Statuti *lib. 2.
rubr. 30.* ideò omninò dicitur constare de do-
minio dd. bonorum, etiam ad effectum rei ven-
dicationis, vt not. *Doct. supra adducti*, & præ-
cipuè *Ciriac. d. contro. 258. & d. contro. 300.*

Neque valet obijci, d. possessionem viri non suf-
fragari dicto D. Francisco, cum illa dici possit
22 iure familiaritatis, vti de re vxoris, † quæ nul-
lum ius tribuit, *Aldobr. cons. 53. n. 23. Gratia.
discep. foren. cap. 450. in prin. par. 3.* quoniam
possidens iure familiaritatis non sibi dicatur
possidere, sed alteri, & sic vxori, cuius iure pos-
sidet *Curt. Iun. cons. 108. num. 26. par. 1. Gra-
23 tian. d. cap. 450. num. 15. in fin.* † quia illa ex-
cluditur ex titulo præcedenti emptionis, & ven-
ditionis illius, qui possidet, de quo supra, & vt
declarant *Surd. cons. 221. num. 29. & seq. vol.
2. & cons. 483. num. 20. vol. 4.* quamplures
adducens concordantes, benè *Adden. ad Greg.
XV. decis. 572. num. 7.* vbi dicit, hoc habere
locum, etiamsi titulus esset nullus, vt ibi per
eum *Tomat. decis. Marcb. 68. num. 142.* latè
Posti. de manut. obseru. 54. num. 21. Rota apud
Greg. *XV. decis. 92. num. 3.* & apud *Posti. vbi
supra, decis. 420. num. 4.* benè *Adden. ad Buratt.
decis. 169. num. 14.*

24 Cum quis præsumatur possidere ex titulo
præambulo *l. 1. §. 1. ff. de excep. rei iudi. l. 2.
vbi glo. C. de acq. posses. Surd. d. cons. 221. nu.
29. Mascar. de prob. concl. 1203. in prin. vol. 3.
Ciriac. contro. 63. nu. 45. & contro. 251. n. 24.*
25 † & magis nomine proprio, quàm alieno *Pe-
regr. de fideic. art. 44. num. 3. & post Bald. An-
gel. Alex. Gram. Rolan. Natt. & Ceph.* per eum
adductos tradit *Surd. d. cons. 221. num. 29. Ci-
riac. d. contro. 251. num. 32. Rota Perusina in
Perusina manutentionis 1651. §. secundò diceba-
tur &c.* & antea dixerat *Menoch. de præsump.
lib. 3. præsump. 91. n. 4.*

Neque dd. DD. hæredibus in aliquo nocere po-
test prætensa retentio d. D. Litianæ vigore
d. fideicommissi instituti per D. Isottam ma-
trem D. Antoniæ ex pluribus, & primò quia
d. D. Litiana prætendit se vocatam ad d. fidei-
commissum vti filiam q. D. Sanctæ, quod ta-
26 men ipsa non probauit, † dicens autem esse
compræhensum in substitutione, non solùm te-
netur id probare, vt docuerunt *Crauett. cons.
161. num. 16. Rolan. cons. 56. num. 4. lib. 3. &
cons. 18. num. 6. & seq. lib. 4. Hond. cons. 60.
num. 12. vol. 1. et cons. 51. num. 88. vol. 2. Pe-
regr. de fideic. art. 11. num. 37.* latè *Mascar. de
prob. concl. 1349. num. 1. et seq. vol. 3.* plenè
Fusar. de subst. quæst. 615. in prin. alios referens
sectatores.

27 Sed etiam tenetur probare se esse talem, qua-
lem se facit, vt tradunt *Deci. cons. 471. in prin.
Mascar. de prob. concl. 786. in prin. vol. 2. &
concl. 1254. per tot. vol. 3.* vbi plenè, *Paitell.
expedit. 42. num. 1. Peregr. de fideic. art. 43.
num. 60. & seq. Fusar. de subst. d. quæst. 615.
num. 6. Rota apud Greg. XV. decis. 223. num. 2.*
28 Cum in omni iudicio personæ sint legitiman-
dæ *l. 2. & ibi not. Bart. & Doct.* communiter *C.
de edic. D. Adria. tollen.* latè *Grass. de except.
except. 4. num. 85. & pluribus seqq. Peregr. in
d. art.*

d. art. 43. *num.* 60. *Gratia. discep. foren. cap.* 486. *num* 6. *par.* 3. *Gallef. de oblig. camer. quaest.* 34. *num.* 11. *Ciriac. contro.* 384. *in prin.*
29 plenè *Posti. de manut. obseru.* 87. *nu.* 3. etiam parte non opponente, cum simus in iudicio ordinario. *Salust. in pract. A.C. lib.* 1. *cap.* 45. *nu.* 4. Rota. *Bonon. decis.* 102. *num.* 3. quam refert, & sequitur *Posti. d. obseru.* 87. *num.* 5.
30 Persona enim agentis est principale fundamentum, radix, & causa efficiens cuiuslibet actus, vt post *Hiero. Buttigel. in l.* 1. §. *si quis ita num.* 48. *&* 49. *ff. de verb. oblig.* per eum
31 relatum tradit *Graff. d. excep.* 4. *nu.* 49. † ideò nihil mirum, si talis agens teneatur probare fundamentum suae intentionis *l. actor.* 27. *C. de proba. l. qui accusare* 4. *C. de eden. Bart. et Doct. in l. in illa* 8. *ff. de verb. oblig. Hercula. de prob. negat. in prin. Gargiar. conf.* 24. *num.* 17. *lib.* 2. *Barbo. Axiom.* 128. *num.* 1. *Rot. decis.* 6. *n.* 12. *et decis.* 143. *num.* 6. *et decis.* 201. *num.* 3. *et decis.* 335. *num.* 1. *par.* 4. *recen. tom.* 2.

Quod verò D. Litiana non probauerit esse talem, qualem se facit, & esse filiam D. Sanctae, clarè apparet ex processu pro eius parte fabricato, & apertè demonstratur discurrendo depositiones testium examinatorum, nam Paulus Cencij primus testis super 9. articulo deponit, ipsū non recordari, cuius filia sit ipsa D. Litiana,
32 vndè nullum prorsus gradum probationis constituit. *Alex. conf.* 7. *num.* 7. *vol. primo, et conf.* 187. *num.* 9. *lib.* 7. & ante eum voluit *Prob. ad Io. Monac. in cap. Romana* 3. *de testi. in* 6. *num.* 17. & not. *Farinac. de testib. quaest.* 68. *n.* 12.

Secundus testis, nempè D. Theodora pariter nihil probat, cum, vltra plures exceptiones, quas patitur, non fuerit examinata super interrogatoriis iuxta protestationem dd. haeredum, & decretum Iudicis; licèt enim non satis expedi-
33 tum sit inter Doctores, an dictum testis, qui non fuit examinatus super interrogatoriis partis, sit nullum, vt videre est ex Doct. pro vtraque parte relatis per *Farinac. de testi. quaest.* 73. *num.* 3. *et seq.* stante tamen protestatione partis, quod testes examinentur super interrogatoriis,
34 aliàs de nullitate &c. & stante decreto Iudicis id mandante, vt fuit factum in casu nostro, omnes Doctores conueniunt, examen esse nullum, & inualidum, vt tradunt *Paris. conf.* 107. *num.* 70. *et* 71. *lib.* 1. *Boccace. de liter. remissor. cap.* 6. *num.* 21. *et* 22. *et num.* 31. *et cap.* 9. *nu.* 27. *Farinac. de testi. in d. quaest.* 73. *num.* 6. vbi dicit, hanc opinionem clarissimam *Adden. ad Greg. XV. decis.* 331. *num.* 22. *Adden. ad Buratt. decis.* 100. *num.* 26. *Posti. de manut. obseru.* 91. *num.* 24. Rota *apud Coccin. decis.* 176. *nu.* 2. *& decis.* 216. *num.* 1. *eadem Rot. in Bononien. fideicommissi de Mauris* 24. *Nouembris* 1606. *coram Eminentiss. Card. Lancellotto.*

Tertius testis, nempè Fabritius Paruccinus nullam pariter facit probationem, solùm enim deponit super 9. *articulo D. Litiana è tenuta per nepote di D. Antonia*, quod nihil releuat, cum esse possit, quod D. Antonia habuerit plures sorores, vel fratres, vel quod esset eius neptis consobrina, vel in remotiori gradu, & sic
35 non concludit, illam fuisse filiam D. Sanctae, dictum enim testis, vt probet, debet de praecisa necessitate concludere *l. non hoc.* 4. *C. vnde legit. cap. in praesentia* 8. *& ibi not. Canonistae de prob.* & tradunt *Bald. in l. solam.* 3. *C. de testi. Alex. conf.* 24. *num.* 23. *vol.* 2. *Paris. conf.* 56. *nu.* 21. *lib.* 2. latè *Mascar. de prob. concl.* 1370. *num.* 6. *vol.* 3. latius *Farinac. de testi. quaest.* 68. *num.* 3. non autem per possibile, vt benè comprobat *Farinac. d. quaest.* 68. *num.* 4. addo Rot. *apud Greg. XV. decis.* 353. *num.* 2.
16 Probatio enim incerta, & aequiuoca non suffragatur *Gratia. discep. foren. cap.* 874. *n.* 29. *& cap.* 950. *num.* 27. *par.* 5. in terminis nostris *Fusar. de subst. quaest.* 615. *num.* 5. *Rota*
37 *apud Greg. XV. decis.* 405. *num.* 2. † imò interpretatur contra probantem *Fusar. d. quaest.* 615. *num.* 5. alios quamplures adducens concordantes *Hond. conf.* 78. *num.* 11. *vol.* 1. *& conf.* 51. *num.* 59. *vol.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 950. *num.* 37. *par.* 3. *& cap.* 874. *num.* 29. *par.* 5. *Rot. apud Greg. XV. d. decis.* 405. *nu.* 3. *& decis.* 854. *in prin. par.* 4. *diuer. & apud Seraph. decis.* 469. *num.* 5. latè *Barbo. axiom.* 191. *num.* 4. etiam in materia fauorabili *Surd. conf.* 5. *num.* 49. *vol.* 1. *Gratia. d. cap.* 950. *nu.* 37. *& d. cap.* 874. *num.* 29. *d. par.* 5. alios adducens, benè *Barbo. d. axiom.* 191. *num.* 4. *in fin.*
38 Vltimus verò testis, nempè Io. Antonius Ludouici, est vnicus, vndè intrat vulgatum illud dictum, vox vnius vox nullius *cap. licèt vniuersis* 23. *cap. veniens,* 10. *cap. in omni negocio.* 4. *de testi. l. iusiurandi* 8. *C. eod. tit.* cum alijs latè allegaris per *Farinac. de testi. quaest.* 63. *num.* 1. & reassumpsit *Barbo. axiom.* 70. *nu.* 1. *&* 2.
39 Filiatio autem non dicitur probata, nisi de illa deponant saltem duo testes, vt dicit *Deci. conf.* 272. *in prin.* & post eum *Mascar. de prob. concl.* 797. *num.* 6. *vol.* 2. *Card. Paleott. de not. & spur. cap.* 25. *num.* 9. *Alba. conf.* 83. *nu.* 18. *Rota apud Buratt. decis.* 255. *nu.* 6. *& decis.* 765. *num.* 2. quod est regulare in omni materia ad tex. in *l. vbi numerus* 12. *ff. de testi. & in d. cap. in omni negocio,* 4. *de testi.* plenè *Magdal. de numero testi. cap.* 1. *num.* 1. *et seq.* latè *Farin. de testi. quaest.* 63. *n.* 232. *et seq.*

Quibus addo, quod d. testis solùm videtur deponere de tractatu, hoc est, d. D. Litianam fuisse
40 tractatam, & habitam pro filia a d. D. Sancta, quae sola coniectura tantùm probat filiationem contra tractantem, & sic contra d. D. Sanctam,

& eius

et eius hæredes, non autem contra tertium, vel contra proximiores venientes ab intestato *Grat. cons. vlt. num. 44. lib. 1. & cons. 62. nu. 10. lib. 2. Tiraq. de vtroq. retrac. glo. 16. §. 1. de retrac. lignag. num. 3. Card. Paleot. de not. & spur. cap. 22. in fin. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 53. num. 23. Mascar. de prob. concl. 789. num. 36. & concl. 790. num. 40. vol. 2. Hodier. ad Surd. decis. 145. num. 9.* alios adducens, *Rot. decis. 439. num. 13. par. 5. recen. lib. 2.*

41 Secundò principaliter d. D. Litiana non potest in d. sua exceptione obtinere, quia non probauit, d. bona saltem fuisse in bonis D. Isottæ fideicommittentis tempore suæ mortis, prout requiritur ad obtinendum eius intentionem, vt tradunt *Crauet. cons. 61. nu. 8. & cons. 316. sub num. 5. Surd. cons. 73. num. 20. ver. sed his, & similibus &c. lib. 1.* Rol. *cons. 28. num. 2. vol. 1. & cons. 81. num. 15. vol. 2. Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 6. num. 5. Mascar. de prob. concl. 777. num. 5. & seq. vol. 2.* latè *Peregr. de fideicom. art. 44. num. 1. & seq.* & latius *Fusar.* qui benè distinguit *de subst. quæst. 616. n. 1. & seq.*

Neque vllum potest facere fundamentum d. Aduersaria in eo, quod probauerit, D. Isottam fideicommittentem possedisse d. bona in vita
42 sua, † quæ possessio cum præsumatur continuata vsque ad eius mortem, vt tradunt *glo. Bald. Castr. Salic. & alij in l. siuè possidetis. 16. C. de proba.* & tradunt *Menoch. de præsump. lib. 6. præs. 64. num. 1. & seq. Paisell. exped. 22. num. 8. & seq.* latè *Adden. ad Greg. XV. decis.*
43 *307. num. 24.* † ideò illam esse sufficientem ab obtinendum per fideicommissarium agentem, voluerunt *Doct.* & præcipuè *Mascar. de prob. concl. 778. num. 33. vol. 2.* alios adducens, *Peregr. de fideic. art. 44. n. 16. & Fusar. de subst. quæst. 616. n. 6.*

Quia cum ex depositione Io: Antonij Ludouici in processu fol. 34. constet, d. bona fuisse alienata per d. D. Isottam per multos annos ante illius mortem, & illa fuisse tradita in dotem d. D. Francisco, & per eum possessa ante mortem
44 ipsius D. Isottæ, † qui testis, licèt vnicus, contra D. Litianam inducentem plenè probat *Gabr. com. concl. de testi. concl. 1. num. 13. ver. contrarium &c.* latè *Farinac. de testi. quæst. 62. num. 237. Gratia. discep. foren. cap. 525. n. 26. & cap. 552. num. 9. par. 3. Paisell. expedit. 22. num. 15. & seq.* maximè cum eius depositio
45 fuerit per Aduersariam simpliciter reproducta *Gratia. d. cap. 552. num. 9. Farinac. d. quæst. 62. num. 243.* vbi quamplures adducit, & dicit, hanc opinionem esse communiter receptam *Hond. cons. 84. num. 50. & seq. vol. 2. Adden. ad Greg. XV. decis. 215. num. 9. Posti. de manut. obseru. 89. num. 13.* & super hoc extet In-
46 strumentum, de quo supra, quod facit probationem probatam *Rota apud Duran. decis. 128. num. 22. & decis. 158. num. 1. & decis. 185. num. 1. & decis. 211. nu. 1.* Ideò constito, alium
47 medio tempore possedisse, cessat d. præsumptio continuationis possessionis *Menoch. d. præsum. 64. num. 22. et de retinen. possess. remed. 3. num. 557. Gratia. discep. foren. cap. 310. num. 37. & seq. par. 2. Andr. Gail. pract. obser. de pigno. obseru. 22. sub num. 13. Mascar. de prob. concl. 1202. num. 41. vol. 3. Surd. cons. 160. nu. 83. vol. 2. Posti. de manut. obseru. 17. num. 9. num. 36. & num. 40. Rota apud Greg. XV. decis. 258. num. 5. & decis. 4. num. 14. & decis. 62. in fin. par. 2. et decis. 582. sub num. 3. par. 4. diuer. et apud Pacif. de Saluia. decis. 34. in fin. et apud Cenc. de Cens. decis. 242. num. 6. et decis. 287. num. 4.* vbi de communi, & *decis. 397. num. 2. par. 2. recen. et apud Posti. de manut. decis. 165. num. 5. et decis. 578. num. 3.* & alibi passim; & ideò ei suffragari non potest dicta probatio, quod D. Isotta possederit in vita sua, sed erat probandum præcisè de possessione D. Isottæ de tempore mortis, per iura supradicta, de quo non constat, meritò &c.

48 Tertiò d. Aduersaria non potest obtinere, quia cum bona prædicta fuerint in dotem data D. Antoniæ per D. Isottam matrem longè ante testamentum, vt supra probaui, & postea D. Isotta in testamento D. Antoniam hæredem instituerit, & illam fideicõmisso grauauerit, non facta speciali mentione dotis iam inter viuos traditæ, dos non dicitur compræhensa in dicto vniuersali fideicommisso, cum de illa testatrix specialiter non rogauerit *l. fin. §. filiæ. et ibi Bart. et Castren. ff. de lega. 2. l. A filia. 62. et ibi pariter Bart. Angel. Imol. Castr. et Alex. ff. ad trebell. Surd. cons. 291. num. 23. vol. 2. Thesa. quæst. foren. lib. primo quæst. 63. num. 9. et seq. Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 32. Peregr. de fideic. art. 6. num. 1. vers. similiter dos etc. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 194. num. 13. Fusar. de subst. quæst. 297. nu. 8.* quamplures adducens de communi, & magis communi opinione attestantes *Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 9. num. 41.* vbi dicit, hanc esse veriorem opinionem: itaut dubitandum non sit, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem.

49 Quod quidem habet locum (& hoc sit dictũ ex abundanti) etiamsi testator in testamento specialiter d. bona in dotem tradita onerauerit, & super illis expresè fideicommissum constituerit, stante quod d. bona fuerint in dotem tradita ante testamentum conditum, vt dixi, & tempore cõstitutionis dotis nihil de fideicommissi onere fuerit dictum, & ideò post ius quæsi-

bus pertransire videtur *Thesau. d. quaest. 63. nu. 6. & seq.* & sequuntur *Mangil. de imput. d. quaest. 16. num. 15. vers. pro priori tamen &c. Fusar. de subst. quaest. 297. num. 12. & seq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem esse, vt ibi per eum *num. 13. & Merli. de legit. in d. tit. 1. quaest. 9. num. 33. & seq. & n. 36.* vbi distinguendo hanc opinionem dicit veriorem, quando onus fideicommissi appositum fuit ex interuallo, vt in casu nostro, quicquid sit, quando fuisset appositum a principio in constitutione dotis, quo casu potest procedere opinio *Crass. in d. §. legitima. quaest. 41. nu. 5. & 6.* cum alijs ab eo adductis, vt scribit idem *Merlin. in d. quaest. 9. num. 36.* vbi pariter distinguendo dicit, d. contrariam opinionem *Crass. in d. quaest. 41.* quod grauamen sustinetur in eo, quod legitimam excedit, etiam quando dotans non fuit stipulatus, dotem sibi reddi, vel suis hæredibus, procedere, & habere locum, quando dos non succedit loco legitimæ, non autem, quando dos succedit loco legitimæ, vt in casu nostro, vt ibi per eum; quæ opinio eo magis est amplectenda vti verior, & magis re-
55 cepta, vt tradunt Doct. supradicti, & vti fauens doti, pro qua in dubio est tenendum. *l. in ambiguis 71. ff. de iur. dot. Bald. Nouell. de dot. par. 7. priuil. 34. num. 5. in fin. Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 1. n. 66. Io. Bapt. Gargiar. cons. primo num. 11. lib. 1.*

56 Quod vero in casu nostro dos succedat loco legitimæ optimè deducitur ex eo, quod licet magna sit altercatio inter Doct. quando dos succedat loco legitimæ, vt videre est *ex Gabr. cons. 11. vol. primo, ex Hond. cons. 63. vol. 1. & cons. 53. vol. 2. ex Surd. de alim. tit. 3. quaest. 1. ex Peregr. de fideicom. art. 38. ex Morot. cons. 23. ex Michal. de Fratri. par. 3. cap. 4. ex Gargiar. cons. 40. lib. 2. ex Ciriac. contro. 71. ex Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 28. num. 4. & seq. ex D. Andreol. contro. 81. ex Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quaest. 6. & ex Rube. in singul. Rot. Rom. com. 2. Circa Doct. approb. a Rot. in verbo Bartolus 9. 92.* vbi quamplures recenset *Rota Rom.* decisiones, ex quibus habetur, quod Rota sequitur distinctionem *Castr. in l. Titio centum. 70. §. Titio genero. num. 5. ff. de condit. & demonstr.*

57 Et quod dos non succedat loco legitimæ in terminis Decreti 9. Guidubaldi Ducis Vrbini, quod seruatur passim in hac ditione, latè non minus, quam doctè more suo consuluit Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Petrus Marionus Eugubinus Episcopus Thelesinus, & olim in Alma Vrbe Aduocatus celeberrimus in causa magni ponderis mihi delegata per Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum Dominum meum Cardinalem Cybo Vrbini Legatum inter D. Carolum Bartolinum ex vna, & NN. Moniales de Turri de dict. Ciuitate Vrbini, dum ego Locumtenentis munere fungcr in d. Ciuitate, quod quidem responsum doctissimum in studiosorum gratiam post hanc Allegationem imprimendum censui, pro vt infra.

58 Nos tamen versamur extra dictos terminos, videlicet in filia ob non existentiam masculorum non exclusa a successione vigore statuti, quo casu dos data, vel relicta filiæ benè succedit loco legitimæ, vt tradunt *Doct. in d. l. Titio centum 70. §. Titio genero ff. de condit. & demon. Hond. cons. 53. num. 17. vol. 2. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 28. num. 4. latè Rota apud Merli. de pigno. decis. 138. num. 2.* alios adducens, de quo ego dixi latiùs *allega. 20. in fin.*

Quare &c. saluo semper &c.

Secundum prædicta fuit iudicatum in Ciuitate Eugubij per Excellentissimum D. Locumtenentem d. Ciuitatis per acta D. Coridij Augustini Not. pub. Eugubini confirmando sententiam D. Iudicis a quo. Laus Deo, & Virgini, &c.

A R G V M E N T V M.

Legatum dotis an sit purum, vel conditionale; & an transmittatur ad hæredes mulieris. Dos an succedat loco legitimæ in terminis Decreti Guidubaldi secundi de Ruere Ducis Vrbini, & an conditio, quando adijcitur executioni, & non substantiæ legati, reddat illud conditionale.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum dotis est conditionale, quando dos non succedit loco legitimæ, vt quia statutum excludat fæminas propter masculos, & mandet eas dotari.*

2 *Dos non succedit loco legitimæ in terminis Decreti Ducis Guidubaldi tàm dotatas, quàm non dotatas excludentis.*

3 *Dos an succedat loco legitimæ in terminis statuti Vrbis,* Rota Romana variauit.

4 *Legitima filiæ a statuto exclusæ non debetur.*

5 *Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum fæminas tàm dotatas, quàm non dotatas excludit.*

6 *Dos non succedit loco legitimæ, quando statutū excludit fæminas non solum a successione dotantis, sed etiam aliorum.*

7 *Legislatoris mens vt cognoscatur, recurrendum est ad causam, ex qua motus fuit ad legem condendam.*

8 *Prohæmium designat causam finalem statuti, vel legis.*

9 *Causa finalis attenditur tamq. fons aliarum causarum,*

10 *Ratio in lege expressa continet omnes casus, qui sub ratione comprahenduntur.*
11 *Dos habet annexam conditionem matrimonij, & sine eo esse non potest.*
12 *Statutum, dum excludit mulieres a legitima, censetur, noluisse subrogare dotē loco legitimę.*
13 *Statutum, dum mandat, mulieres dotibus constitutis esse contentas, censetur, onera in eis apposita approbare.*
14 *Dos non censetur subrogata per statutum loco legitima, dum non mandat, illam solui tempore mortis patris.*
15 *Dos succedit loco legitima, quando statutum mulieres dotatas excludit.*
Declara, vt num. 19.
16 *Statutum disponendo, quod mulieres dotibus sibi promissis contentæ stare debeant, colligitur voluisse dotes ad eas absolutè pertinere.*
Declara vt num. 20. 21. & 22.
17 *Dos censetur subrogata loco legitima, dum statutum mandat, illas congruè dotari.*
Declara, vt num. 23.
18 *Statutum, si mandet, mulieres vltra dotes sibi promissas, nihil vltra petere posse, censetur voluisse, dotes ipsas reseruatas esse.*
Declara, vt num. 25.
23 *Dos constitui potest etiam in testamento.*
24 *Dos, quod constituatur arbitrio duorum peritorum repugnat legitima, cuius quantitas est certa.*
26 *Dos non debetur, nisi in casu contracti matrimonij, quando ex Statuto excluditur natura, & qualitas legitima.*
27 *Dos non debetur, nisi in casu contracti matrimonij, quando cum tali mentione fuit relicta.*
28 *Legatum non dicitur conditionale, quando conditio respicit executionem, & non substantiam legati; fallit, quando solutio legati refertur ad tempus incertum, & per verba conditionalia. nu. 29. item fallit, quando dies legati in eadem oratione posita fuit num. 30.*
31 *Legatum modale, mortuo legatario, modo non impleto propter casum fortuitum, qui in eius persona accidit, non debetur.*
32 *Dos relicta iure Institutionis debetur etiam matrimonio non contracto, quasi loco legitima successerit.*
Declara, vt num. 33.
34 *Iudicandum in dubio est ad fauorem rei.*
35 *Iudicandum in dubio est pro ea sententia, quæ est magis propria secundum vim, & propriam significationem verborum.*
36 *Interpretatio est facienda pro intellectu, per quem euitantur difficultates.*
37 *Interpretatio est facienda in dubio per quam tolluntur lites, & difficultates.*

ALLEGATIO. XXV.

Illustriss. & Reuerendiss. D.

PETRI MARIONI EVGVBINI Episcopi Thelesini.

1 Legatum dotis esse conditionale, & doti inesse conditionem matrimonij contrahendi, etiamsi filię huiusmodi legatum relinquatur, nedum extraneæ mulieri, quando dos non succedit loco legitimæ, quod contingit in terminis Statuti excludentis fęminas propter masculos, & mandantis, eas dotari, opinio est communiter recepta iuxta distinctionem *Paul. Castr. in l. Titio centum §. Titio genero. num. 7. & 8. in 3. artic. ff. de condit. & demonst.* cum alijs relatis à *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 8. num. 31. & seq.* & Rota sæpius respondit, vt patet ex pluribus decisionibus, quas omitto, cum de hac re, credo, non ambigatur.

2 In terminis autem decreti Ducalis Ducis Guidubaldi de Ruere, dotem non succedere loco legitimę, cum illud mulieres tàm dotatas, quàm dotandas excludat, in specie respondit *Gabr. cons. 116. num. 40. lib. 1.* qui eandem sententiam probauit etiam in terminis Statutorum Vrbis, quæ pariter eandem exclusionem complectuntur *cons. 140. nu. 12. & seq. vol. 2.* quam ego quoque consulendo sequutus fui, & in terminis Statuti Camerinen. ita obtinui per sententiam Reuerendissimi Domini Marci Antonij Coccini Romani nunc Episcopi Anglonen.

4 Et quamuis in terminis Statuti Vrbis Rota variauerit, quia prius *coram Cotta*, & deinde coram *Robusterio cum Gabr.* senserit in *decis. 538. & 540. par. 1. diuer.* sed ab eo recessit de anno 1616. coram *Buratt.* quæ est *decis. 114. apud Merlin. de legit.* tamen in *Tiburtina hæreditatis 13. Februarij 1634. coram Eminentissimo Card. Verospio* tunc Rotæ Auditore rediit ad priorem sententiam, vt in *decis. 113. apud Fenzo. ad Statutum Vrbis.*

Verùm est, quod contra *cons. Gabr. 116.* in terminis Decreti Ducalis potest adduci authoritas rei iudicatæ ante annos triginta quinque, nam cum D. Beatrix Carpinea, cui pater legauerat scutos sex mille post obitum Patris in Monasterio Sanctissimæ Trinitatis Eugubij innupta decessisset condito testamento, in quo moniales eiusdem monasterij in legato sibi relicto hæredes instituerat, orta differentia super validitate legati, moniales, pro quibus ego respondi, vt audiui, sententiam fauorabilem obtinuerunt contra b. m. Comitem Horatium; sed

licèt

licèt ille casus prima fronte videatur cum nostro conuenire, est tamen valdè diuersus, quia legatum illud relictum fuerat finè aliqua mentione dotis, vel matrimonij contrahendi, at in præsenti casu de vtroque tam de matrimonio, quam de dote specialis mentio facta fuit, ita vt negari non possit, non versari in terminis legati conditionalis, præsupposito, quod dos, vt
4 dixi superius, loco legitimę non successerit, cum filiæ a Statuto exclusæ legitima non debeatur *Alex. in l. Gallus §. & quid si tantum num. 16. propè finem versiculo reperio &c, & num. 17. ff. de lib. & posth.* latè *Corn. cons.* 316. *ferè per tot. lib. primo* & de communi testatur *Deci. cons.* 296. *num.* 2. *& cons.* 525. *num.* 4. *Tiraq. de iure primog. quæst.* 55. *num.* 9. *Gabriel. de legit. concl.* 8. *num.* 18. *Put. decis.* 38. *num.* 3. *lib.* 3. latè *Siluest. Aldobr. cons.* 2. *num.* 150. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 963. *num.* 2. *Rota in Amerin. supplementi legitimæ* 26. *Nouembris* 1616. *coram R. P. D. Remboldo*.

Redeundo igitur ad Decretum, illius conditorem noluisse, vt filiæ dotem consequerentur purè, & simpliciter, & finè conditione matrimonij, tamquam si in hoc legitimæ succederet.

5 Ostenditur primò, quia à successione non solùm mulieres dotatas excludit, sed etiam dotandas, quo casu dos non subrogatur loco legitimę quia quatenus Decretum loquitur de excludendis dotandis, apparet, quod intellexit obligare filium masculum ad dotandum, dummodo matrimonium contraheretur, vt omnes fatentur, quatenus verò excludit dotatas, id fecit, non ad subrogandam dotem loco legitimæ, sed vt comprahenderit etiam eas, quæ nupserant, viuente patre, quæ alioquin succedere potuissent dotem conferendo, vt habetur in toto *tit. ff. de collat. dot. & patrim. in tit. C. de collat.* & ita sentit *Gabr. d. cons.* 116. *num.* 40. *& cons.* 21. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 140. *num.* 15. *&* 19. *lib.* 2. & ante eum *Alex. cons.* 179. *num.* 10. *lib.* 5. *Ruin. cons.* 152. *num.* 7. *lib.* 5. & resoluit *Rota in Perusina dotis* 10. *Martij* 1631. *coram Merlino, & in Tiburtina hæreditatis coram Eminentissimo Domino Card. Verospio*, quæ est *decis.* 813. *apud Fenzon. ad Statutum Vrbis*, vbi expressè approbatur *d. cons. Gabr.* 140. *lib.* 2.

6 Secundò id euidentius ex eo demonstratur, quòd Decretum excludit mulieres dotatas non solum a successione dotantis, sed etiam aliarum personarum non dotantium, vt confidetur *Gabr. loco proximè allegato* vbi etiam in versiculo *dato etiam &c.* subdit, hoc casu rem esse claram, & non habere difficultatem, & idem ante illum tenuit *Cuma. in d. l. titio centum §. titio genero*, dicens, tunc æquum esse, vt dos succedat loco legitimæ, quando Statutum excludit mulierem a successione patris tantùm, quem refert, & sequitur *Card. Manti. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 47. post relatam *Paul. Castr. distinctionem, versic. quam etiam apertè sensit &c.*

7 Tertiò cum ad cognoscendum mentem legislatoris, ad causas, ex qua motū fuerit ad legem ferendam, recurrere debeamus, quia intelligentia verborum ex causis est assumenda *cap. intelligētia de verb. signif.* apparet, in hoc casu agnationis conseruationem in causa fuisse mulieres
8 excludendi, vt patet ex proemio Decreti, quod demonstrat causam finalem illius *l. fin. ff. de hæred. instit.* vndè sequitur, Decretum non propter dotem, sed propter existentiam masculorum fęminas excludere voluisse, & dotem fuisse causam impulsiuam, debet ergò attendi causa fi-
9 nalis, tanquam principalis, & fons aliarum causarum, ad quam reliquæ diriguntur, & ordinantur, vt *Baldi*, & aliorum authoritate probat *Card. Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 16. *& seq.*

Infertur etiam ex mente Decreti, dotem non deberi purè, sed sub conditione matrimonij, quia hæc interpretatio est necessaria ad agnationem conseruandam, quæ alioquin facilè destrueretur, cum per dotes opes exhauriantur, & dignitas familiarum ad nihilum redigatur, & ideò iste casus videtur decisus ex causa, seù ratione expressa in Decreto, quia ratio in lege expres-
10 sa continet omnes casus, qui sub ratione comprehenduntur *Ancar. cons.* 304. *num.* 4. *Ripa. respo.* 4. *num.* 16. *tom.* 1. *Tiraq. in l si vnquam in verbo donatione largitus num.* 45. *C. de reuoc. dona.* continet autem non per viam extensionis, sed per viam comprahensionis, vt declarat *Hiero. Lauren. in repetitione l. si emancipati in princ. num.* 54. *C. de collat. Rube. cons.* 16. *n.* 10.

Quartò fortius hoc locum habet in præsenti casu, quia concurrit etiam proprietas verborum De-
11 creti, cum dos habeat annexam conditionem matrimonij, & finè matrimonio esse non possit *l.* 3. *& l. tali stipulatione ff. de iure dot. Card. Manti. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 23. itaque mente legis, & verbis simul concurrentibus videtur casus iste esse extra omnem difficultatem

Quintò quia Decretum disponit, quod mulieres dotatæ ab auo, patre, matre, vel fratre, vel aliquo eorum donec, & quousque masculi superfuerint per lineam directam descedentes in infinitum ab intestato succedere non possint, nec agere ad aliquid ratione legitimæ, vel eius supplementi, aut congruæ dotis, aut aliquo alio iure, vel quæsito colore possint, aut habeantur habere regressum ad bona, & hæreditatem aui, auiæ, patris, matris, seù fratris,
12 vel alicuius eorum &c. vndè cum appareat, mulieres esse exclusas per Statutum a legitima, & eius supplemento, clarè constat de mente Sta-

tuti nolentis subrogare dotem loco legitimæ disponendo contra tex. in *l. omnimodo C. de inoff. testam.* vt considerat *Card. Manti.* dicens, hoc casu cessare omnem difficultatem *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 22. num. 47. vers. sed si supponamus &c.*

13 Sextò dum Decretum dicit, quod mulieres dotibus sibi relictis, constitutis, traditis, aut promissis stare debeant contentę &c. conditiones, & onera, seù dilationes appositas in ipsa dotatione, saltem respectu soluendæ dotis tempore matrimonij contrahendi, quæ inest ipso iure, vt in *d. l. tali. ff. de iur. dot.* sinè dubio videtur approbare, iubendo, vt mulieres illis acquiescant, quod subrogationi dotis in locum legitimæ repugnat, cum sit contra tex. *in l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. Gabr. cons. 139. num. 25. & sequen. & num. 29. in fin. lib. 2.*

14 Septimò, & vltimò ad excludendam huiusmodi subrogationem sufficeret, quod Decretum non mandat, dotem filiabus tradi statim mortuo patre, prout in legitima a iure dispositum fuit, sed, dum simpliciter mandat filias dotari, censetur dotis traditionem distulisse in tempus matrimonij contrahendi, vt post *Ruin.* perpendit *Card. Manti. d. tit. 22. num. 47. in fin. vers. & quidem Statutum &c. &* ex his, ni fallor, elicitur responsio ad omnia, quæ in contrarium adduci possunt, quæ ad quatuor capita reducuntur.

15 Primum est, quod quatenus in Decreto mulieres dotatæ excluduntur, iste casus pertinet ad alium membrum distinctionis *Castr.* in quo asserit, dotem succedere loco legitimæ, & ita in terminis Statuti excludentis mulieres dotatas, & non dotatas voluit *Gionagn. cons. 42. nu. 87. & seq. lib. 1. Houd. cons. 83. num. 128. & seq. lib. 1. Rota in Perusina fideicommissi de Alphanis coram Coccino apud Merlin. de legit. decis. 106. num. 8. & seq.*

16 Secundum quia, dum loquitur Decretum de istis mulieribus dotatis, subdit, dotibus sibi relictis, constitutis, traditis, aut promissis a quocunque ipsorum, seù ab eorum altero, stare debeant contentæ, quæ verba videntur ostendere, dotes ipsas ad eas absolutè pertinere *Simon. de Pret. de interpr. vlt. vol. lib. 3. fol. 212. num. 18.* præsertim ponderando illud verbum *stare*, quod innuit dotes, quibus iubentur esse contentæ, penes ipsas remanere debere *Soc. cons. 75. num. 8. vers. est ponderandum &c. lib. 1.* illud enim verbum (*contentæ esse debeant dotibus sibi traditis*) ostendit dominium dotium in ipsas mulieres esse translatum *Soc. cons. 9. num. 32. lib. 1.* vndè idem videtur dicendum de dotibus constitutis, relictis, & promissis propter vnitatem sermonis *Menoch. cons. 251. num. 49. vers. tertiò quia &c. lib. 3.*

17 Tertium quatenus, Decretum de filiabus non dotatis loquitur, & mandat eas condecenter, & congruè dotari, hinc arguitur dotem fuisse subrogatam loco legitimæ *Fulgo. cons. 126. nu. 4. vers. caterum &c. Simon. de Prat. loc. supra cit. num. 17. ver. idem dicendum &c. Morot. cons. 23. numer. 12. Card. Manti. d. lib. 11. tit. 23. num. 36.*

18 Quartum, quia Decretum disponit, vt filiæ fœminæ, vltra dotes sibi relictas, aut quomodolibet constitutas, aut promissas a quacumque supradictarum personarum, nihil aliud petere possint, quod ostendit, dotes ipsas reseruatas esse *Ancar. cons. 231. col. 2. Soc. cons. 92. col. 3. lib. 3. Soc. Iun. cons. 119. num. 13. vol. 1. & cons. 75. num. 10. circa finem vers. quod autem patet &c. lib. 3. Card. Mant. de coniect. d. tit. 23. num. 36.*

19 Ad primum enim patet responsio considerando, quod, vt supra deductum fuit, de mulieribus dotatis Decretum necessariò mentionem fecit, vt etiam filias nuptas, viuente patre, a successione excluderet, sed cum id fecerit causa conseruandæ agnationis, vt constat ex proemio, manifestè apparet, quod non qualitas dotationis, sed agnatio, & sic existentia masculi fuit principalis causa exclusionis, alioquin ex interpretatione contraria sequeretur destructio agnationis, si diceremus, quod etiam non contracto matrimonio dos mulieribus esset assignanda, & sic causa in proemio expressa non adimpleretur, sed plerumque ad nihilum redigeretur.

20 Ad secundum respondetur, inter dotem relictam, traditam, promissam, & constitutam, magnam esse differentiam, & constitutio dotis est nomen generale, quod sub se alias, tanquam species, compræhendit, videlicet tam dotes, quæ incipiunt a datione, seu traditione, quæ sunt de iure gentium, quam eas, quæ incipiunt a promissione, quæ sunt de iure ciuili, vt latè explicat *Card. Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 2. num. 1. & seq.*

21 Nec dubium est, quod etiam legatum dotis pertinet ad dotes constitutas, cum etiam in testamento dos constitui possit *Bart. in l. Titio centum §. Titio genero num. 5. & sequen. ff. de condit. & demonstr. Card. Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 10. num. 44.* sed quamcunq; ex his speciebus dotium consideremus, semper erit verum dicere, quod non est propriè dos, donec contractum fuerit matrimoniū *l. fin. circa princ. vers. sicut enim dos &c. C. de donat. ante nupt. l. 3. & l. tali stipulatione ff. de iure dot. §. sed nec vsque authen. de trien. & semisse Card. Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 1. num. 6. & tit. 10. num. 11. & n. 44.* & ideò in dote, siuè in testamento, siuè inter

viuos

viuos constituta inest cõditio matrimonij con-
trahendi *l. item quia §. huius rei ff. de pact. l. tali
stipulatione ff. de iur. dot. l. Titio centum §. Titio
genero ff. de condit. & demon. Card. Manti. de
tacit. lib. 12. tit. 1. num. 10. & tit. 11. n. 1.*

22 Nec ex eo, quod mulieres iubentur esse con-
tentæ dotibus sibi relictis, constitutis, traditis,
aut promissis, inferri potest, dotes ipsas loco
legitimæ fuisse subrogatas, & purè, & sinè ali-
qua conditione matrimonij deberi, nam con-
trarium sensit *Cuman. consil. 125. num. 2.* cuius
sententia verior videtur in terminis huius De-
creti, quod non solùm mandat, mulieres doti-
bus esse contentas, sed vlterius addit, *& nul-
la vnquam ratione reclamare, & contrauenire
valeant, sed perpetuò censeantur exclusæ donec,
& quousquè superfuerint masculi in infinitum per
lineam masculinam descendentes* & inferius, *&
filia femina, vltra dotes sic, vt supra, sibi relictas,
aut quomodolibet constitutas, traditas, aut pro-
missas a quocunque supradictorum, aut ab altero
eorum, nihil vltra petere possint in dictis bonis pa-
ternis*, quibus verbis ostenditur, dotes non so-
lùm excludere ipsas mulieres a successione, sed
etiam eo modo, quo constituuntur, relinquun-
tur, aut promittuntur, aut traduntur esse ac-
ceptandas cum conditionibus, & oneribus in
ipsis appositis, vt concludit *Bart. in d. §. Titio
genero num. 6. & sequen. Alex. cons. 179. nu.
10. lib. 5. Deci. consil. 106. num. 4. vers. item
dicit Bartolus &c. Gabr. d. consil. 116. n. 23. vers.
hoc Statutum, & num. 40. vers. nam cum Sta-
tutum &c.*

Hic enim pertinet prohibitio plus petendi vltra
dotes sibi relictas &c. nam pluris petitio respi-
cit non solùm quantitatem, sed etiam quali-
tatem, & modum, secundùm *Bart. in d. §. Titio
genero num. 6. vers. dico tamen &c.* quem se-
quuntur ibi *Imol. num. 11. & Castren. num. 8.
idem Castren. consil. 116. num. 2. vers. non ob-
stat, si dicatur lib. 2. Gabr. d. cons. 116. num. 20.
Cuman. consil. 125. num. 2. vers. ad quod etiam
facit &c.*

23 Mulieres esse congruè, & condecenter do-
tandas, vt in tertiò argumento dicebatur, ni-
hil habet commune cum subrogatione dotis in
legitima, cum in Decreto fuerit expressum
id, quod tacitè inerat, quia, etiam secundùm iu-
ris communis dispositionem, filiæ sunt congruè
dotandæ, attentis illis circumstantijs, quæ in
Decreto exprimuntur, & tamen dotis congrui-
tas non excludit conditionem matrimonij, vn-
dè nec in terminis Statuti excludere debet,
quod in assignanda dote mulieribus eam ratio-
nem sequutum fuerit, secundùm quam magis
erat consultum conseruationi bonorum in fa-
milia masculina, quæ fuit causa finalis exclu-
sionis, & ita sentit *Ruin. cons. 27. num. 11. in
fin. vers. quando ergò Statutum &c. & consil. 60.
num. 5. lib. 3. Gabr. cons. 139. nu. 12 & sequen.*
24 *vol. primo.* Tanto magis quia dotis quantita-
tem constitui mandat arbitrio duorum propin-
quorum, quod legitimæ repugnat, cuius quan-
titas est certa secundùm iuris dispositionem, vt
in proposito considerat *Ruin. consil. 152. nu.
6. lib. 5. Cuman. cons. 125. num. 2. & Menoch.
de arbitr. lib. 2. casu 149. n. 31.*

25 Ad quartum patet responsio ex dictis in re-
solutione secundæ oppositionis, & vlterius di-
cimus, ex eo, quod Decretum prohibet, filias
dotatas nihil posse petere vltra dotem, non
posse inferri, quod dos subrogetur loco legi-
timæ, præsertim cum appareat ex verbis præ-
cedentibus Decreti, ipsas fuisse exclusas a legi-
tima, vel eius supplemento *Gabr. d. cons. 116.
num. 38. & seq.* & quamuis *Soc. cons. 75. n. 10.
vers. sed in casu nostro &c. lib. 3. & Menoch.
cons. 251. num. 49. lib. 3.* aliter sentiant, eo-
rum opinio procedit in terminis aliorum Sta-
tutorum, quæ qualitates doti attribuunt na-
turæ legitimæ non repugnantes, non autem in
terminis huius Decreti, quod in tempore,
modo solutionis dotium, & conditione dotes
ipsas qualificat, vt subrogationem in locum
legitimę prorsus excludat, iuxta regulam, quam
multis authoritatibus probat *Gabr. comm. con-
clu. de regul. iur. conclu. 2. num. 58.*

26 Exclusa igitur natura, & qualitate legitimę,
sequitur, quod dos ex mente Decreti non de-
beatur, nisi contrahatur matrimonium, etiam
si versaremur in simplici legato dotis absque
aliqua mentione matrimonij contrahendi *Card.
Manti. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 22.
num. 13. & num. 47. & 48.* multomagis ergò
erit concludendum, in præsenti casu legatum
non deberi cum in testamento expressè fuerit
27 relictum pro dote, & matrimonio contrahen-
do, & in tempus matrimonij solutio fuerit de-
stinata, quo casu res est clara, quod legatum
est conditionak *Alex. cons. 55. n. 2. lib. 2. Card.
Manti. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 23. num. 32.
vers. sed hæc coniectura &c.*

28 Non obstat quod conditio, potius executio-
nem, quam substantiam legati respicere videa-
tur, quo casu legatum non dicitur conditiona-
le *l. pen. C. quan. dies lega. ecd. not. Bald. cons. 286.
num. 4. lib. 3.* cum alijs relatis a *Rota Bononien.
decisio. 6. num. 82. in nouis*, & fuit resolutum in
vna *Romana legati die 17. Iunij 1619. coram om-
nino Sacrato.*

29 Respondetur enim, cum dotis solutio refera-
tur ad tempus incertum, & per verba condi-
tionalia, quamuis ad executionem videantur
relata, legatum nihilominus esse conditionale
*l. quibus diebus §. quidam Titio ff. de condit. & de-
monst. Alex. cons. 55. n. 2. lib. 2.* & de communi
testa-

testatur *Card. Manti. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 3. *verf. immò etiam &c. & tit.* 23. *num.* 6. *& seq.* gerundium autem illud *da darseli* latinè *soluenda* cum referatur ad futurum tempus importat conditionem *Bart. in l. si te ex parte numer.* 1. *ff. de acqui. hared. Ruin. conf. penul. num.* 2. *lib.* 3. *Deci. conf.* 433. *num.* 6. præsertim quia in legato inest duplex incertitudo tam respectu temporis, quam respectu causæ, & quantitatis legati soluendi, cum testator diuersam quantitatem reliquerit quatenus filia matrimoniū contraheret, & diuersam, si eligeret Religionis professionem emittere.

30 Respondetur etiam cum dies solutionis dotis in eadem oratione posita fuerit, non videri executionem illius, sed potius substantiam respicere, iuxta distinctionem *Bald in l. si cui legetur num.* 4. *in prima oppos. ff. de lega. primo Paul. Castr. conf.* 125. *num.* 2. *lib.* 1. *Alex. conf.* 134. *num.* 22. *lib.* 6. *Card. Manti. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 28. *Gionagn. conf.* 42. *nu.* 2. *lib.* 1.

31 Vt omittam, quod etiam si legatum hoc non conditionale, sed modale dici posset, adhuc mortua puella ante matrimonium, & sic modo non adimpleto propter casum fortuitū, qui in eius persona accidit, non debetur *Card. Manti. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 8. *& seq.*

32 Non obstat, quod dos relicta fuerit non solùm iure legati, sed etiam iure institutionis, & ideò legatum videatur deberi etiam matrimonio non contracto, tamquā si loco legitimę successerit, & pater a statutaria successione videatur recessisse ex multorum sententia, quia

33 respondetur, ad effectum, vt legatum debeatur, non satis esse, quod fuerit relictum iure institutionis, nisi adiectum fuerit, quod relinquebatur iure legitimæ, vel ipsa filia instituta fuerit in quota hæreditatis, vt declarauit *Rota in d. Tiburtina hæreditatis coram D. Card. Verospio*, quæ est apud *Fenzo. ad Statutum Vrbis decis.* 113. *col.* 3. *verf. neque hac conclusio &c. Rota Bononien. decis.* 150. *num.* 31. *& seq. in nouis*.

Et ex his satis videtur constare, D. Carolum Bartolinum esse absoluendum a petitis, cum habeat intentionem fundatam in Decreto Ducali, & in testamento patris, sed quatenus res etiam esset dubia, adhuc in eius fauorem sententeria esset ferenda.

34 Primò quia in dubio pro reo est pronunciandum contra petitorem *cap. inter dilectos in fin. de fide Instrum. cum concordan.*

35 Secundò, quia in re dubia debet interpretatio fieri pro ea sententia, quæ est magis propria secundùm vim, & propriam significationem verborum *Soc. in l.* 3. *num.* 3. *verf. tertiò infertur &c. ff. de rebus dub.* quod tanto magis procedit in hoc casu, quia cum proprietate verborum concurrit etiam obseruantia multorum annorum *Seraph. decis.* 788. *num.* 2.

36 Tertiò quia in dubio debet interpretatio fieri pro intellectu, per quem euitarentur difficultates *Soc. conf.* 104. *num.* 5. *verf. & ista etiam interpretatio &c. lib.* 3.

37 Quartò debet fieri interpretatio, per quam tolluntur lites, & controuersiæ *Decia. conf.* 74. *num.* 44. *lib.* 3.

Et ita &c. saluo &c.

Hæc habui, quæ in ista controuersia secundùm animi mei sententiam responderem. Rogo autem eum, qui indicaturus est, vt hæc æqui, bonique consulat, quia caris pastoralibus detentus, librorum copia destitutus, turbulentissimorumque temporum fluctibus, quibus omnia in præsenti Regno agitantur, distractus, non potui mihi ipsi plenè satisfacere.

Petrus Marionus Episcopus Thelesinus &c.
Loco ✠ Sigilli.

A R G V M E N T V M.

Legata annua an sint soluenda in principio, vel in fine anni, maximè quando fuerunt relicta soluenda ex certo prædio, & pro legatis annuis an possit agi ante tempus, vt adueniente tempore soluantur, & quando moriente legatario illa transmittantur ad hæredes, & iudicium quando possit fundari super iure de futuro.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum, quod debetur quolibet anno, dicitur annuum.*
2 *Legatum annuum soluendum est legatario in principio cuiuslibet anni.*
3 *Vsuræ dotales solui debent viro in principio anni.*
4 *Alimenta sunt soluenda in principio anni.*
5 *Legati annui dies cedit ab initio cuiuslibet anni.*
6 *Legatum annuum moriente legatario transmittitur ad hæredes pro anno incepto.*
7 *Legatum annuum pro primo anno est purum, & maturatur in principio cuiuslibet anni.*
Et pro sequentibus est conditionale. nu. 8.
9 *Legatarius annui legati potest agere in iudicio etiam pro annis futuris.*
10 *Creditor summæ annuæ potest agere in iudicio etiam pro terminis decurrendis.*
Dummodo tempore moti iudicij aliqua summa debita sit de præterito. num. 11.
12 *Iudicium non potest fundari super iure de futuro Declara, vt num.* 13.

Legatum

14 *Legatum annuum est soluendum in principio anni. etiamsi sit soluendum ex fructibus, non designato certo prædio.*

Seciùs, si sit soluendum ex fructibus certi prædij, quia tunc esset soluendum tempore recollectionis. num. 15.

16 *Fructus, quando legantur ex certo prædio, legatum est conditionale, si fructus nascantur.*

17 *Genus, quando debetur habito respectu ad certam speciem, tunc habetur pro specie.*

18 *Legatum annuum pecuniæ. & frumenti, seu vini colligendi ex certo prædio ratione coniunctionis est soluendum tempore recollectionis.*

19 Costa, Menoch. & alij ibi adducti *volentes legatum annuum soluendum ex fructibus solui debere tempore recollectionis, declarantur.*

20 *Doctor est intelligendus secundùm legem, quam allegat.*

ALLEGATIO XXVI.

EMinentissime Domine, Legatum,
de quo agitur, quod eum debea-
tur quolibet anno, vt videre est ex
testamento in iudicio exhibito, ibi
omni, & quolibet anno, & ibi *Reli-
quit D. Vincentio eius nepoti scuta*
1 *annua sex millia &c.* ideò dicitur legatum an-
nuum ad tex. *in l. in singulos* 8. *& in l. Caius
Scius* 12. *ff. de ann. lega. & in d. l. cum in annos*
10. *& in l. nec semel.* 12. *& in l. cum in annos*
23. *ff. quando dies lega. ad Ludo. decis. Lucen.*
2 23. *num.* 2. *& seq.* Rot. *apud Buratt. decis.* 643.
nu. 1. Debetur, & soluendum est dicto D. Vin-
centio Legatario statim in principio anni, non
autem in fine illius. *l. a vobis* 5. *d. l. in singulos*
8. *ff. de ann. lega. d. l. nec semel.* 12. *ff. quan.
dies lega. ced. tex. ad literam in l.* 1. *& ibi not.
glo. Bart. Bald. Alex. & alij Doct. communiter C.
quan. dies lega. ced. eadem glo. Bart. Alex. Ias.
& alij in l. qui hoc anno* 42. *ff. de verb. oblig.* &
tradunt *Borgn. de vsufruc. muli. relic. num.* 166.
*vers. nisi fuisset &c. Crass. de success. §. legatum
quæst.* 44 *num.* 3. *Gomez. var. resol. tom.* 2. *cap.*
11. *num.* 27. vbi testatur de communi opinione,
& ita in iudicando. & consulendo esse tenen-
dum. *Ludo. d. decis. Lucen.* 23. *in prin. Surd. de
alim. tit.* 4. *quæst.* 17. *num.* 6. *& seq. Io. Bapt.
Gargiar. cons.* 97. *num.* 48. *vol.* 1. *Morot. cons.*
18. *num.* 27. *Noal. de transmis. casu.* 66. *nu.* 19.
Cancer. var. resol. par. 1. *cap.* 16. *num.* 32. Rot.
decis. 680. *num.* 6. *par.* 4. *recen. tom* 3. *addo
Altogra* post hæc scripta visum *cons.* 72. *num.*
14. *lib.* 2.
3 Quod idem est in fructibus, seu interusurijs
dotalibus debitis annuatim ob retardatam so-
lutionem dotis viro substinenti onera matrimo-
nij, quæ pariter ei solui debent in principio an-
ni, vt post *Bald. in l.* 1. *num.* 3. *C. de fideic. Soc.
Sen. cons.* 70. *num.* 14. *lib* 1. *& Surd. de alim.
tit.* 4. *quæst.* 17. *num.* 12. per eam relatos tra-
dit *Rot. decis.* 428. *num.* 5. *in fin. par.* 3. *rec.*
4 Et de alimentis pariter soluendis in principio
anni scripserunt *Bald. in d. l.* 1. *sub. num.* 3. *C.
de fideic. Borgn. de vsufr. mul. relic. sub nu.* 166.
Gallia. ad consuet. Alex. ver. solidos. quæst. 6.
num. 112. *Surd. de alimen. tit.* 4. *quæst.* 17. *nu.*
6. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 32.
Balth. Tomas. in suis tract. decad. 3. *tit.* 18. *nu.*
156. *& Rota apud Buratt. decis.* 891. *nu.* 3. qui
alios adducunt ita sentientes, quibus addo ita
sentientem *Maurum de solut. cap.* 55. *num.* 3. vbi
dicit, quod quando terminus apponitur in
obligatione ad illam multiplicandam, & augen-
dam solutio fieri debet in principio termini,
cum tunc dilatio dicatur apposita fauore cre-
ditoris, vt ibi per eum, *Altogra. d. cons.* 72.
num. 16. *lib.* 2.
5 Dies enim legati annui cedit ab initio cuius-
libet anni *l. habitationis* 11. *ff. de vsu, & vsufr.
lega. glo. in l. a vobis* 5. *in verbo deberi ff. de
ann. lega. Io Bapt. Gargiar. d. cons.* 97. *n.* 47.
vol. 1. *Surd. de alimen. tit.* 4. *quæst.* 17. *nu.* 10.
Noal. d. casu. 66. *num.* 19. & faciunt versus ad-
ducti per *glo. in d. l.* 1. *C. quan. dies lega. ced.
Annua si debes, tunc inspicias caput anni, Annua
si debes in fine teneberis anni*, de quibus mentio-
nem facit etiam *Ludo. d. decis. Lucen.* 23. *nu.* 8.
nec non etiam *Borgni. loc. supra cit. sub n.* 166.
& Maur. de solut. cap. 55. *in fine, Altogra. d.
cons.* 72. *num.* 14.
6 Quod in tantum est verum, quod si legatarius
in principio anni moriatur, transmittat inte-
grum legatum ad eius hæredes. *d. l. a vobis.* 5.
& d. l. in singulos. 8. *& ibi Doct. ff de annu. lega.*
& docent expressè *Surd. de alim. in d. tit.* 4. *q.*
17. *num.* 9. *& seq. & in cons.* 123. *num.* 8 *vol.*
1. vbi quamplures refert ita sentientes, & ante
eum scripserunt *Borgni. in d. tract. de vsufr muli.
relic. num.* 166. *Roma. singul* 71. *num.* 1. *Gomez.
in d. cap.* 11. *num.* 40. *in fin.* & post eos tradunt
Costa de ratio. rata quæst. 1. *num.* 18. *Cancer.
var. resol. par.* 3. *cap.* 21. *num.* 348 *Noal. de
transmis. d. casu.* 66. *num.* 19. *& Balth. Tomas.
in suis tract. decad.* 3. *tit.* 18. *nu.* 156. *Altogra.
d. cons.* 72. *num.* 15.
7 Ratio est, quia legatum annuum pro primo
anno est purum, & maturatur in initio cuius-
libet anni *l.* 1. *C. quan. dies lega. ced. l. nec se-
mel.* 12. *ff. eod. tit.* & tradun. *Castil. de vsufr.
cap.* 67. *num.* 32. *Cene. de Censib. quæst.* 118.
num. 4. *Scapuc. de Saluia. lib.* 1. *cap.* 14. *post
num.* 6. *Costa de ratio. rat. quæst.* 60. *n.* 1. *Noal.*
8 *d. casu.* 66. *num.* 19. *Ciriac. contro.* 18. *num.* 7.
& seq.

& seq. & contro. 319. num. 11. licèt pro annis
sequentibus sit conditionale, vt notant omnes
Doct. supradicti, & vltra eos Surd. decis. 120.
num. 13. vers. non obsistit &c. & ideò pro illis
non est transmissibile, vt benè declarat Noal. de
transmis. d. casu. 66. num. 19.

9 Vndè fit, vt permissum sit dicto legatario pri-
mo anno petere, vt Iudex declaret ex nunc,
hæredem obligatum esse ei ad soluendum
vnamquamque summam annuam in principio
cuiuslibet anni pro tempore adueniente, ne
ipse legatarius habeat necessè agere quolibet
anno contra d. hæredem pro consequutione d.
annui legati, vt docet glo. in l. 1. & ibi not.
Cin. Bart. Alber. Bald. Ang. Salic. Castr. Alex.
Corn. Ias. & alij. C. de fideic. Gomez. var. resol.
tom. 2. cap. 11. num. 47. vbi testatur de communi
opinione, Crass. de success. in d. §. legatum quæst.
44. in fine, vbi dicit, quod id erit magni effe-
ctus, quia post lapsum cuiuslibet anni senten-
tia mittetur executioni sine alio processu, vt ibi
per eum, & idem not. Io. Bapt. Gargiar. d. cons.
97 num. 49. latè Surd. decis. 120. num. 6. &
seq. quamplures adducens Doct. authoritates,
& latius comprobat Hodier. ibi in prin. alios
referens non paucos ita sentientes, cum qui-
bus pertranseunt Scapuc. de Saluia. lib. 1. quæst.
14. num. 7. vbi dicit, Doctores vno ore con-
cludere, in annuis legatis, in annua præstatio-
ne, & in annuis alimentis ius de futuro posse in
iudicium deduci non ad effectum exigendi, sed
ad effectum, adueniente tempore, sibi soluendi,
ne creditor cogatur singulo anno agere, vt ibi
per eum, Cenc. de Cens. quæst. 96. num. 14. &
Rot. Rom. apud Put. decis. 259. num. 4. & seq.
lib. 1.

10 Quod est regulare in debitis annuis, in qui-
bus creditor potest agere ante tempus, etiam
pro tempore futuro, vt adueniente tempore
sibi soluatur, vt not. Osasch. decis. 130. per tot.
Surd. d. decis. 120. num. 13. & seq. alios quam-
plures adducens ita sentientes, & ibi latè com-
probat Hodier. num. 2. idem Surd. decis. 151.
num. 12. Scapuc. de Saluia. d. quæst. 14. nu. 7.
Cenc. in d. quæst. 96. num. 13. Fontanel. de pact.
nupt. clau. 4. glo. 18. par. 4. num. 18. & seq. &
nouissimè Posti. de manut. obseru. 12. num. 132.
qui tamen subiungit, id non licere fideiussori
census, vt ibi per eum, addo ita sentientem
Rot. decis. 521. num. 13. apud eundem Posti. de
manut.

11 Dūmodo tamen tempore moti iudicij aliqua
summa debita sit pro tempore præterito, &
illa in iudicio petatur, & simul cum ea agatur
super futuris præstationibus, vt, adueniente
tempore, soluantur, vt declarant Vrsill. ad Af-
flic. decis. 279. num. 2. Bern. Greue. ad Gail.
obseru. 74. n. 4. lib. 2. Fontanel. de pact. nupt.
d. glo. 18. par. 4. num. 18. & seq. latè Surd. d.
decis. 120. num. 13. & seq. vbi docens etiam
modum practicandi, & Cenc. de Cens. d. quæst.
96. num. 16.

12 Quia licèt iudicium non possit fundari super
iure de futuro l. non quemadmodum 35. & ibi
not. communiter Doct. ff. de iudi. l. 1. §. socius
ff. de vsufr. Surd. d. decis. 120. num. 11. & ibi
not. etiam Hodier. nu. 11. alios recensens, Cenc.
d. quæst. 96. num. 17. cum tractus futuri tem-
poris non spectet ad Iudicem l. atheius 14. §.
in hoc iudicio ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. 1. ff.
de vsur. & not. Pinel. in l. 1. par. 3. num. 78.
C. de bonis mater. Peregr. de fideic. art. 41. num.
4. vers. attamen &c. cum alijs, quos refert, &
sequitur Hodier. ad d. decis. 120. num. 11. ta-
13 men, cum pro tempore præterito obligatio, &
debitum sit purum, ratione illius adiuncti, &
in consequentiam præteriti debiti puri, potest
fieri petitio, & condemnatio super futuris præ-
stationibus ad effectum, vt soluantur tempore
adueniente, & tenet, & valet iudicium super
eis, vt not. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 11.
num. 47. vbi testatur de communi, & obseruata
in praxi opinione Surd. plenè d. decis. 120. nu.
14. & 15. & ibi Hodiern. num. 11. & seq. &
benè declarat Cenc. d. quæst. 96, num. 17. & seq.
vbi dicit, maximam in hoc versari vtilitatem
creditoris, qui non cogetur quolibet anno de
iure suo docere, sed post lapsum cuiuslibet an-
ni sententia mandabitur executioni absque no-
uo libello, & absque nouo processu, implorato
tantùm Iudicis officio, pro executione d. sen-
tentiæ, vt ibi per eum, quam practicam non
parùm commendat Fontanel. d. glo. 18. par. 4.
num. 25. licèt dicat, illam non seruari apud eos
in Senatu Cataloniæ, & ita tenet, & declarat
etiam Scapuc. de Saluia. d. lib. 1. quæst. 14. in fine.

14 Quæ conclusio, quod legatum annuum sit
soluendum legatario in principio anni, proce-
dit, & habet locum, etiam si sit relictum soluen-
dum ex fructibus, non designato tamen certo
prædio, seù alio loco speciali, ex quo sit sol-
uendum, puta ex fundo Corneliano, seù ex tot
locis Montium &c. quia adhuc est soluendum
in principio anni, non autem de tempore re-
collectionis fructuum, vt in fortioribus termi-
nis, nempè quando testator reliquit tot salmas
frumenti, vini, seù olei singulo anno, quod non
sit expectandum tempus recollectionis fructuū
tradunt Bart. in l. qui hoc anno 42. in fin. vers.
fallit secundò ff. de verb. obligat. Borgni. de vsufr.
mulie. relic. num. 166. vers. nisi fuisset &c. Surd.
de alimen. tit. 4. quæst. 17. num. 23. & seq. &
voluit etiam Io. Baptis. Gargiar. cons. 97. nu.
46. vol. 1. & ante eum Gratia. discep. foren. cap.
15 62. num. 10. par. 1. licè contrarium sit, quan-
do frumentum, vinum, & oleum essent legata
quotannis

quotannis ex certo prædio, quia tunc essent soluenda tempore recollectionis ad tex. in *l. firmio. 26. §. pater annua, & ibi glo. in verbo initio ff. quand. dies lega. ced. & not. Bart. in d. l. qui hoc anno 42. circa finem vers. fallit secundò &c. ff. de verb. oblig. Simon. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 4. dubit. 11. num. 93.* quos referendo sequitur *Surd. de alim. tit. 4. quæst. 17. num. 22. & seq. Altogra. d. cons. 72. num. 17.*

16 Ratio est, quia quando fructus legantur de certo fundo, d. legatum est conditionale, si fructus nascuntur *l. interdum 73. ff. de verb. oblig.* & not. *Castr. in l. ex conducto 16. §. si vis tempestatis ff. loca. & Natt. cons. 86. nu. 2.* quos pariter sequitur, & refert *Surd. d. quæst. 17. num. 24.* & tradit etiam *Card. Mantu. de tacit. lib. 14. tit. 30. num. 39.* vndè nec mirum, si in dicto casu sit expectanda recollectio ipsorum fructuum, vt argumentatur *Surd. loc. supra cit.*

17 Secundò quia quando genus debetur habito respectu ad certam speciem, tunc genus habetur pro specie *l. quæsitum est 31. ff. de pecul. l. titia textores 36. §. fin. ff. de lega. p. l. quidam 99. §. si tibi ff. eod. tit. l. in naui. Saupheli. 34. ff. loca.* & not. *Bart. & Doct. in l. quod te, 5. ff. si cert. pet. Ias. in l. 1. num. 83.* vbi testatur de magis communi opinione *C. de iure emphit. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 16. num. 18. & seq. & quæst. 17. num. 25.* alios adducens, & ideò non potest solui de alio frumento, vino &c. perinde ac, si illud esset præcisè relictum, vt ibi aduertit *Surd.* quando verò alimenta, seu frumentum, vinum, oleum &c. sunt relicta simpliciter, non designato certo fundo, tunc hæres dicitur debitor generis, & ideò recollectio non erit expectanda, vt benè declarat *Surd. d. quæst. 17. num. 23. & seq.* cum quo pertransit *Gratia. discep. foren. cap. 62. num. 11. par. 1.*

Quicquid contrarium voluerit *glo. in d. l. firmio. 26. §. pater annua in verbo initio ff. quand. dies lega. ced.* contra quam veriorem adesse opinionem tradunt *Surd. d. quæst. 17. n. 23. & Gratia. d. cap. 62. num. 11.*

18 Quæ in tantùm vera sunt, vt si testator leget, puta scuta viginti annua, & simul decem sextaria frumenti, vel decem salmas vini ex tali prædio, hæres non teneatur præstare dicta scuta viginti in principio anni, sed tantùm tempore recollectionis frumenti, vini &c. quia cum pecunia, & frumentum, & vinum sint in eodem legato connexa, debent æqualiter determinari, & ratione d. coniunctionis eodem tempore præstari arg. *l. iam hoc iure 4. ff. de vulga. & pupilla.* & tradunt *Bart. in l. si legatarius 8. §. 1. ff. de lega. 3. Felin. in cap. 2. num. 38. vers. fallit quintò &c. de rescript. Ias. in l. 1. num. 4. vers. fallit quando &c. ff. de iusti. & iur. Soc. Iun. cons. 160. num. 12. lib. 2. Borgn. de vsufr. mul. relic. sub num. 166 Surd. d. quæst. 17. num. 26. tit. 4. & Gratia. discep. foren. d. cap. 62. num. 10. & cap. 70. num. 46. part. 1.* qui alios adducunt quamplures ita sentientes, cum quibus pertransit etiam *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 199. num. 19. vers. & idem esse &c.*

19 Et secundùm istos terminos intelligendos censeo *Cost. de ratio. rata quæst. 60. n. 8. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 199. num. 19. vers. ratione rei legatæ &c. Cenc. de Cens. quæst. 83. num. 11. vers. & benè facit &c. & Rot. d. decis. 680. num. 7. par. 4. rec. tom. 3.* dum dicunt, legatum annuum soluendum ex fructibus, esse soluendum tempore recollectionis ipsorum fructuum, quia intelligendi sunt, quando d. legatum soluendum est ex fructibus alicuius loci specialiter designati, secundùm iura, & authoritates supradictas, maximè cum allegent pro eorum fundamento dispositionem tex. in *d. l. firmio. 26. §. pater annua ff. quan. dies lega. ced.* qui loquitur in d. terminis, vt aduertit *Surd. in*

20 *d. tit. 4. quæst. 17. num. 22.* vndè secundùm illum sunt intelligendi *Bart. in l. non solùm 8. §. liberatio ff. de liber. leg. Deci. cons. 1. sub n. 5. Rolan. cons. 95. num. 9. lib. 3. Rot. decis. 302. num. 2. par. 4. recen. tom. 2.* & in istis terminis pariter loquitur *Ias. per Rot. adductus d. decis. 680. num. 7.* mentò &c. *Cenc.* verò *d. quæst. 83.* mouetur authoritate *glo. in d. §. pater annua in verbo initio*, contra quam adesse veriorem opinionem ex *Surd. in d. quæst. 17. num. 23. & ex Gratia. in d. cap. 62. num. 11.* firmauimus supra *num. 17.* meritò &c.

Ex quibus &c. saluo &c.

Causa, de qua supra, agenda erat in Alma Vrbe, cum supradicta scripta fuerint ad fauorem Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini mei Cardinalis Costaguti, dum erat Vrbini Legatus, & ego eram Locumtenens d. Ciuitatis, à quo accepi, ipsum in dicta causa eum effectu obtinuisse. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Pater dotem filiæ pro primo matrimonio constitutam non potest minuere in secundo matrimonio, nisi eius facultates essent diminutæ. Pater, & socer gaudent beneficio *deducto ne egeant*, cui non possunt renunciare, neque cum iuramento. Declaratio facta, quod dos sit minoris summæ, quam sit expressa in Instrumento promissionis, est valida, etiam si sit facta ex interuallo, concurrentibus adminiculis. Fructus dotis longo tempore non petiti per virum quando censeantur remissi.

X SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater dotem in primo matrimonio constitutam filiæ non potest minuere in secundo matrimonio.*

Etiam si dos non fuerit in totum soluta, sed tantùm promissa. num. 2.

Licèt aliqui contrarium senserint. num. 3.

Ac etiam si primum matrimonium non habuerit effectum. num. 4.

Potest tamen pater illam minuere, si eius facultates sint notabiliter diminutæ. num. 5.

6 *Pater, & socer non tenentur filiæ, & genero nisi in quantum facere possunt.*

7 *Pater, & socer non possunt renunciare beneficio* deducto ne egeant.

Neque cum iuramento. num. 9.

8 *Renunciari non potest iuri reuerentiali.*

10 *Renunciatio beneficij* deducto ne egeat *dicitur esse contra bonos mores.*

11 *Iuramentum non confirmat actum, quod est contra bonos mores.*

Procedit quando iuramentum est contra bonos mores naturales, secùs si ciuiles. n. 12.

13 *Iuramentum dicitur esse contra bonos mores naturales, quando illud seruando incurritur peccatum mortale, vel saltem veniale.*

14 *Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda.*

15 *Beneficio* deducto ne egeat *potest renunciari, quando illud competit ratione contractus, vel alia de causa, sed non ratione reuerentiæ.*

16 *Pater vt non teneatur dare filiæ secundò nubenti eandem dotem, quam dedit in primo matrimonio ob paupertatem ei superuenientem, probari debet, paupertatem ei sine culpa superuenisse.*

Contrarium tenent Doct. num. 17.

18 *Beneficium* deducto ne egeat *non amittitur ob culpam, nisi illa sit ordinata ad casum.*

19 *Declaratio, quod dos promissa mulieri est minoris quantitatis, quam sit promissa, est valida.*

Etiam si fiat ex interuallo, concurrentibus coniecturis. num. 23.

Causa simulandi in casu dictæ declarationis probatur ex pompa, & honorificentia matrimonij. num. 20.

Licèt illam non esse necessariam stante confessione partium, velint Doct. num. 21.

22 *Mediatores, vti melius informati, admittuntur ad testificandum.*

24 *Vsuræ dotium dantur in compensationem onerũ matrimonij.*

25 *Vsuræ dotium, siuè exactæ, siuè non, sunt propriæ mariti, qui sustinuit onera matrimonij.*

Et, eo mortuo, spectant ad illius hæredes. num. 26.

27 *Hæredes in iure formato in vita defuncti repræsentant personam defuncti.*

28 *Cessionarius repræsentat personam cedentis.*

Et vti potest omnibus iuribus cedenti competentibus. n. 29.

30 *Cedi non potest quod non est.*

31 *Vsuræ dotis non petitæ per decennium quod censeantur remissæ, volunt quamplures Doct.*

Alij verò sentiunt, requiri annos triginta ad d. remissionem inducendam. n. 32.

Imò nullo tempore censeri remissas, alij voluerunt. n. 33.

Aliqui verò arbitrati sunt, censeri remissas per mortem viri, qui illas non petijt. n. 34.

Si cum morte viri concurrat decennium, d. vsuras remissas censeri, tenendum esse concludit Author. n. 35.

Maximè si non remanserint filij, qui cessare faciunt d. præsumptam remissionem. n. 36.

38 *Decretum prohibens fieri donationes inter viuos non habet locum in donatione tacita, & præsumpta non redacta in scripturam.*

38 *Donatio, quæ recipit confirmationem a morte, sapit vim potius vltimæ voluntatis, quam contractus.*

ALLEGATIO XXVII.

EXcellentissime Domine. Iniusta quidem, & absq. vllo iuridico fundamento est prætensio, quam habent Perillustres D. D. Capit. Franciscus Biancalana de Vrbino, & Magdalena de Benamatis de Cantiano eius vxor, dum volunt cogere Per Illustrem D. Decium Benamatum de eodem eorũ Patrem, & socerum respectiuè ad solutionem eiusdem quantitatis dotium, videlicet scutorum quatuor millium monetæ Vrbini aliàs per ipsum D. Decium promissarum q. PerIllustri D. Felici Guidutio de Vrbino primo viro eiusdem D. Magdalenæ vnà cum interusurijs dotalibus decursis tempore d. primi viri pro rata dotium eidem per D. Decium non solutarum in termino inter ipsas partes conuento, de quo in Instrumento promissionis dictarum dotium, ad quod &c.

1 Quia licèt pater dotem filiæ in primo matrimonio semel constitutam non possit minuere in secũdo matrimonio in præiudicium filiæ, vt est tex. *in auth. sed quamuis & ibi not. Doct. communiter C. de rei vxo. actio.* & tradunt *Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 13. sub. num. 36. Gratia. discep. foren. cap. 466. num. 2. par. 3. & cap. 882. num. 6. & seq. par 5. Mangil. de imput. quæst. 16. num. 8. Rot. decis. 156. num. 2. & 3. par. 2. diuer. & decis. 299. num. 4. par. 6. rec.*

2 Quæ conclusio habet locum in dote siuè in totum

totum, siuè in parte promissa tantùm, & adhuc non soluta, vt tradunt *Deci. conf.* 35. *num.* 4. *& seq.* benè comprobans *Barbo. in l. post dotem.* 41. *num.* 33. *ff. solu. matrim. Berett. conf.* 27. *num.* 4. vbi hanc opinionem dicit verissimā esse, & magis communem, quem vnà cum alijs pluribus refert, & sequitur *Pascal. de patr. potes. par.* 1. *cap.* 4. *in alleg. ibi positis num.* 113. vbi dicit, contrariam opinionem *glo. in d. auth. sed quamuis* non esse veram, & communiter reprobari *Gratia. discep. foren. d. cap.* 882. *num.* 10. *& seq.* vbi testatur de veriori opinione, & alios adducit concordantes *Massi. de confisc. bono. quæst.* 31. *num.* 173. post hæc scripta visus, quam opinionem sequuta fuit *Rot. decis.* 299. 3 *num.* 5. *par.* 6. *rec.* † Quicquid contrarium senserit *glo. in d. auth. sed quamuis Aret.* , *& Ias. in §. fuerat. Inst. de actio.* & alij relati per *Tiraq. de retrac. conuent. ad finem tit. num.* 59.

4 Ac etiam si primum matrimonium non habuerit effectum, & illud non fuerit sequutum, vt post *Deci. Card. Alba. & Maxill.* per eum relatos tradit *Pascal. de patr. potest. in d. allega. positis post d. cap.* 4. *num.* 90. *& seq.* cum ius obligationis quò ad filiam non oriatur ex matrimonio, sed ex promissione, & declaratione facta per patrem ad fauorem filiæ, vt habetur per *Pascal. vbi supra.*

5 Dispositio tamen d. *auth. sed quamuis* non nocet D. Decio, cum illa cesset, & non habeat locum stante notabili diminutione facultatum ipsius D. Decij patris post primam dotis constitutionem, quia tunc dos debet commensurari, non secundùm facultates paternas, quæ aderant tempore primæ constitutionis dotium, sed secundùm facultates, quæ adsunt tempore secundi matrimonij, etiam si dos esset valde diminuenda, vt est tex. clarus in *d. auth. sed quamuis & ibi not. glo. Cin. Bald. Salic. Alberi. & alij Doct. communiter C. de rei vxo. actio.* & post eos *Ripa in l.* 1. *num.* 60. *& seq. ff. solu. matr. Boer. decis.* 137. *num.* 2. *Silua. conf.* 2. *sub num.* 65. *Menoch. conf.* 370. *num.* 27. *lib.* 4. *Card. Manti. de tacis. lib.* 12. *tit.* 24. *num.* 12. *& lib.* 13. *tit.* 13. *sub num.* 30. *Mangil. de euict. quæst.* 74. *num.* 18. *Cartar. de pan. innoc. art.* 6. *num.* 77. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 129. *Gratia. discept. foren. cap.* 466. *num.* 3. *par.* 3. *Thesa. quæst. foren.* 72. *sub num.* 14. *lib.* 3. *& Calui. de equita. lib.* 2. *cap.* 137. *num.* 18. *& seq.*

6 Maximè cum pater, & socer non teneantur filiæ, siuè genero, nisi in quantum facere possunt deducto ne egeant *l. pen. & ibi not. Doct. communiter ff. de iur. dot. l. sunt qui* 16. *cum leg. seq. ff. de re iudic.* & not. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 78. *num.* 3. *& seq. Amat. decis. March.* 16. *ferè per tot. Costa de facti scien. & igno. cent.* 2. *dist.* 32. *num.* 8. *&* 9. *Giurb. decis.* 43. *num.* 5. *Vinc. de Franch. decis.* 164. *in prin. Fontanel. de pact. nupt. clau.* 7. *glo.* 3. *par.* 11. *num.* 95. *& clau.* 8. *glo. vni. num.* 27. *Pascal. de patr. potes. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. *&* 21. *Scacc. de sent. & re iudic. glo.* 14. *quæst.* 11. *num.* 51. *Gomez. ad leg.* 53. *Taur. sub num.* 49. *Leotard. de vsur. quæst.* 92. *num.* 9.

7 Ita vt dicto priuilegio pater, & socer, cum illud eis debeatur ratione reuerentiæ, non possint renunciare nec tacitè, nec expressè, vt tradunt *Amat. d. decis.* 16. *num.* 24. *& seq. Vinc. de Franch. decis.* 164. *num.* 13. *& sequen.* vbi dicit, quod ita renuit Sac. Cons. Neapolitanum, *Giurb. decis.* 42. *num.* 9. quamplures adducens ita sentientes *Costa remed. subsid.* 28. *num.* 8. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 7. *glo.* 3. *par.* 11. *num.* [illegible] *& seq.* vbi dicit, ita bis in illo Senatu fuisse iudicatum *Ladereh. conf.* 30. *num.* 8. *Surd. de alime. d. quæst.* 78. *num.* 48. *et seq. Pascal. d. cap.* 9. *num.* 13. *Gratia. discep. foren. d. cap.* 799. *num.* 16. & latè comprobant *Adden. ad Buratt. decis.* 281. *litera A.* alios referentes, & sequitur *Rot. decis.* 594. *num.* 3. *et seq. par.* 4. *rec. tom.* 3.

8 Iuri enim reuerentiali non renunciatur *Campeg. de dote par.* 3. *quæst.* 244. *per tot. Laderch. d. consil.* 30. *num.* 9. *Surd. d. quæst.* 78. *n.* 48. *Giurb. d. decis.* 42. *sub n.* 8.

9 Quod in tantum est verum, vt d. priuilegio pater, & socer renunciare non valeant, neque cum iuramento, vt nor. *Couar. in cap. quamuis in* 2. *par. in prin. sub num.* 4. *ver. postremò ex hac &c. de pact. in* 6. *Gomez. ad leg.* 53. *Taur. sub num.* 49. *Amat. d. decis.* 16. *num.* 44. *et seq. Barbo. in l. maritum* 13. *num.* 28. *ff. solu. matrim. Vinc. de Franch. d. decis.* 164. *sub n.* 13. *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 13. *glo.* 6. *n.* 40. *et seq. et decis.* 42. *n.* 9. *et seq. Fontanel. de pact. nupt. clau.* 7. *glo.* 3. *par.* 11. *num.* 54. *et seq.* vbi dicit, hanc opinionem magis communem esse, & ita sæpius in illo Senatu Cathaloniæ fuisse iudicatum, licèt ipse contrarium sentire videatur, *Graff. de except. in prælud. num.* 158. *Scacc. de sent. & re iudi. glo.* 7. *quæst.* 3. *limitat.* 4. *num.* 52. & latius *num.* 213. *in fin. & glo.* 14. *num.* 51. *ver. contrarium tamen &c. Balth. Tomas. in suis tract. var. tom.* 2. *de tuto. & cura. tit.* 19. *num.* 646. *ampl.* 349. *Pascal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 9. *n.* 13. vbi dicit, quod hæc conclusio est apud omnes communiter recepta non solùm respectu patris, sed etiam respectu omnium, quibus debetur reuerentia, vt ibi per eum, benè *Adden. ad Buratt. decis.* 281. *litera A. Rota d. decis.* 594. *num.* 3. *& seq. par.* 4. *rec. tom.* 3. ita vt negari non valeat, hanc opinionē esse per Doctores magis communiter receptā, quicquid dubitauerint de illa *Laderch. d. conf.*

X 2 30. num.

30. *num.* 10. *Costa d. remed.* 28. *in fin.* & *Fontanell. in d. clau.* 7. *glo.* 3. *par.* 11. *n* 55. & *seq.*

10 Cum dicta renunciatio dicatur esse contra bonos mores, & contra reuerentiam, quæ patri, & socero adhibenda est *Pascal. de patr. potest. d. cap.* 9. *num.* 13. *Couar. in d. par.* 2. *nu.* 4. & *seq. Vinc. de Franch. d. decis.* 164. *nu.* 13. Rota *d. decis.* 594. *num.* 7. & *seq* & est tex. in *l. alia* 15. §. *eleganter, et ibi not. Doctores om-*
11 *nes ff solu. matr.* quo casu actus iuramento non firmatur *cap. non est obligatorium* 58. *et ibi Canonistæ de reg. iur. in* 6. & tradunt *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 61. *num.* 12. *Houd. consil.* 40. *num.* 14. *lib.* 1. latè *Fachin. contro. iur. lib.* 8. *cap.* 72. *ver. fundamentum est* &c. *Card. Manti. de tacit. lib.* 12. *tit.* 34. *num.* 14. alios cumulans concordantes *P. Laimæ in sua Theol. moral. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 8. *num.* 4. *ver qua doctrina etc. Ciriac. contro.* 58. *num.* 30. *Rot. d. decis.* 594. *n.* 11. *et apud Merli. de pigno. decis.* 112. *n.* 12.

12 Neq. obstat si dicatur, id habere locum quando iuramentum est contra bonos mores naturales, & iuris canonici, idest quibus homo efficitur bonus, & quibus contrauenire est peccatum mortale, vel veniale, secùs tamen si sit tantùm contra bonos mores consideratos à iure ciuili, quia tunc iuramentum est seruandum, cum tunc seruari possit sine dispendio salutis æternæ, vt tradunt *Fachin. contro. iur. d. cap.* 72. *ver. respondeo id negari* &c. & *ver. respondent* & *P. Lessi. de iusti.* & *iur. lib.* 2. *cap.* 17. *disput.* 7. *sub. num.* 50. & *P. Sanch. in Præcep. Decal. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. aliàs secùs.

13 Quia respondeo dupliciter, & primò quod *reg. d. cap. non est obligatorium* generaliter loquitur, & ideo generaliter est intelligenda *l. de pretio* 10. *ff. de publi. in rem act. lib* 1 §. *generaliter. ff. de lega. præst. l.* 1. §. *quod autem. ff. de aleat. l. fin. in fin* & *ibi Ang. C. de dot. promis.* & post. *Fortun. de vlt. fine iur. illat.* 12. *Soc. Iun. cons.* 44. *num.* 44. *vol.* 2. *et Couar. in d. cap. quamuis par.* 2. *in initio* per eum relatos tradit *Fachin. d. cap.* 72. *ver. sed præterquam etc.*

14 Secundò, & melius, quia ad hoc, vt iuramentum dicatur esse contra bonos mores iuris naturalis, & canonici, ita vt illud non possit seruari sine dispendio salutis æternæ, sufficit peccatum veniale tantùm committi illud obseruando, cum etiam illud non modicum animæ afferat detrimentum, vt post *Archid. Io. Andr. Imol. et Craue.* per eum relatos docet *Fachin. d. cap.* 72. *ver. resp. id negari etc. et P. Lessi. d. disput.* 7. *sub. num* 50. & *P. Sanch. d. cap.* 9. *num.* 30. Quod bene verificatur in casu nostro, cum d. pactum, quod filio liceat carcerare patrem, sit abhominabile, & execrandum, & filius, qui illum faceret, esset omnium bipedum crudelior, vt dicit *Pascal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. & certè quid inhumanius videtur, quam quod is eum, a quo post Deum recepit esse, quod inæstimabile bonum reputatur, vt dicit *D. Thom. in supplem.* 3. *par. quæst.* 98. *art.* 3. *in prin.* & a quo fuit educatus, in carcerem detrudat, vel impiè exigendo omnibus bonis spoliatum relinquat, vt exclamat *Baez. de inope debit. cap.* 17. *num.* 34 quem refert *Pascal. d. cap.* 9. *in prin.*

Quod est non solum contrà bonos mores ciuiles, sed etiam naturales, vt dicit *Couar. in d. cap. quamuis. in* 2. *par. num.* 4. *ver. postremò ex hac* &c. & iuris canonici, cum id sit contra rectam rationem, dum violatur morale debitum, quod virtus requirit, & repugnando virtuti continet peccatum veniale, vel mortale, secundùm circonstantias actus, vt benè declarat *D. Thomas* 2. *secunda quæst.* 107. *art. primo ver. respondeo* &c. & *art.* 3. *ver. respondeo* &c. necnon *Caieta. in sum. in verbo Ingratitudo post princ.* Maximè cum pater in d. casu dicatur indigere opera filii, vt scribit *P. Lessi de iust.* & *iur. lib.* 2. *cap.* 47. *disput.* 3. *ver. aduerte* &c. & in terminis, filium d. pacto vtentem contra patrem peccare mortaliter, scripsit *Castag. de benef. deduc. ne egeat. cap.* 7. *num.* 51. & *seq.*

15 Quicquid sit quando d. beneficium non competit ratione reuerentiæ, sed aliqua alia ex causa puta contractus, societatis, & simili quia tunc benè valere renunciationem, clari iuris est, vt docent *Surd. d. quæst.* 58. *num.* 49. *Laderch. d. cons.* 30. *num.* 8. *et seq. Giurb. d. decis.* 42. *num.* 9. *et seq. Alden. ad Buratt. d. decis.* 281. *litera A. Rot. decis.* 485. *num* 2. *in fin. par.* 2. *rec. et apud Buratt. decis.* 281. *in prin. et d. decis.* 594. *num.* 6. & *seq.* & *apud Merli. decis.* 782. *num.* 6.

16 Et licèt *glo. in d. auth. sed quamuis* in verbo *fortuita* videatur sentire, quod in hoc casu probari debeat non solùm paupertas superuenta ipsi patri, sed etiam quod non culpa ipsius,
17 sed aliqua fortuita clade ei illa aduenerit, † *Cinus* tamen *ibi in vlt. quæst. sub num* 7. & *Sali. sub num.* 5. tenent contrarium, nempè sufficere si probetur tantùm, paupertatem superuenisse, cum delictum, & culpa non præsumatur ad tex. *in l. meritò* 51. *ff. pro Soci. in l. prætor.* 4 §. *docere ff. de vi bon. rapt. in cap. estote* 2. *de reg. iur.* cum alijs relatis per *Barbo. axiom.* 68. *n.* 14.

Imo etiam si culpa patris paupertas superuenisset, dum tamen culpa non fuit præordinata ad casum, puta quia forsan bona perdiderit, vt dotem semel per eum promissam, & constitutam minueret, & filiam, aut generum fraudaret, culpa ei non obesset, quin beneficio d. *auth. sed*
18 *quamuis* frueretur, † vt in simili de beneficio deducto ne egeat not. *Gram. decis.* 25. *num.* 3. quem refert, & sequitur *Giurba decis.* 43. *sub num.* 27.

num. 27. alios adducens, & in d. terminis tradunt etiam Rip. *in l. obligatione 6. num. 33. ff. de pign. Parif. conf. 94. num.* 42. *lib.* 1. *Graff. de except. except.* 17. *n.* 32. *Prac. Archiep. Neap. cap.* 3. *num.* 6. *Carpa. ad Stat. Mediol. cap.* 408. *num.* 54. *&* 123. *Strac. de decoct. §. circa tertiam etc. num.* 9. *et* 10. *et* 29. latè *Gratia. discep. foren. cap.* 799. *num.* 39. *et seq. par.* 4. alios adducens ita sentientes.

Quod eò magis est dicendum in casu nostro, cum D. Delius pater totam ferè dotem promissam persoluerit, vt ex Instrumentis quietationum videre est; licèt enim ipse promiserit pro dotibus D. Magdalenæ filiæ D. Felici Guidutio primo viro scuta quatuor millia, vt patet ex Instrumento promissionis dotium, verè tamen, & realiter dos prædicta non fuit nisi scutorum trium millium, & quingentorum, vt apparet manifestè ex apoca, & declaratione desuper facta per D. Felicem primum virum a testibus subscripta, in qua habetur, quod dicta maior expressio dotium fuit facta ad pompam, & ad maiorem honorificentiam dicti primi viri tantùm, & non aliter, & quod dos verè est scutorum trium millium, & quingentorum tantùm,

19 † vnde dicta expressio scutorum quingentorū facta in promissione dictarum dotium, vti simulara, habetur pro non facta, vt tradunt *Valasc. consult.* 254. *n.* 11. *& Rot. apud Buratt. decis.* 775. *num.* 1. *& apud Duran. decis.* 98. *num.* 10. *& seq. & apud Merli. decis.* 555. *num.* 1. *& seq. & in Romana fructuum dotis* 29. *Aprilis* 1641. *coram Card. Panzirolo §. præterea &c. & in Maceraten. census* 15. *Februar.* 1641. *in prin. coram R. P. D. Roias, & in eadem Maceraten.* 21. *Iunij* 1641. *in prin. coram eodem R. P. D. Roias.*

20 Causa autem simulandi non deficit in hoc casu, cum illa benè probetur ex pompa, & matrimonij honorificentia, propter quam dictæ maiores expressiones fieri consueuerunt, præsertim inter viros nobiles, & gloriosos, vt probat Rot. *apud Duran. d. decis.* 98. *num.* 14. *& in d. Maceraten. census* 15. *Februarij* 1641. *ver.*

21 *& causa &c.* † quæ tamen causæ probatio non est necessaria, cum constet de prædictis ex partium confessione, quod dicta dos erat tantùm scutorum trium millium, & quingentorum, non autem scutorum quatuor millium, vt post Rot. *in Romana domus* 9. *Iunij* 1607. *& in Romana donationis* 22. *Iunij* 1620. *coram Card. Sacrato, & in Romana census* 6. *Nouembr.* 1623. *coram Buratto* per eam relatas dixit Rot. *apud eundem Buratt. d. decis.* 775. *num.* 2. maximè cum non sit verisimile, quod maritus, si ita non se haberet veritas, d. apocam in sui præiudiciū confecisset, vt argumentatur *Rot. apud Duran. d. decis.* 98. *num.* 14.

Et omnis in casu nostro cessat difficultas ex depositionibus Per Illustriū DD. Roberti Benamati de Cantiano, & Francisci Sanctinelli de Vrbi-

22 no, ex quibus d. apoca corroboratur † quibus om nino est standum, cum ipsi fuerint mediatores, & ideo nullus alius reperiri possit melius informatus, & cum deponant post initum negocium, nec aliquod intersit in eis considerari possit *Bart. in l. omnibus* 9. *num.* 7. *in fin. C. de testi. Rot. apud Card. Mant. decis.* 6. *num.* 9. *&* 10. quam refert, & sequitur eadem Rota *apud Buratt. d. decis.* 775. *num.* 4. *& apud Merlin. de pigno. decis.* 32. *num.* 10. & fuit dictum in *Rom. dotis.* 14. *Maij* 1635. *coram. Card. Panzirolo. § quod autem &c.* & in his terminis non dissentit *Farina. de testi. quæst.* 60. *nu.* 411. *ver. & post huius &c.* maximè cum agatur de depositionibus virorum nobilium *Farinac. d. quæst.* 60. *num.* 436.

23 Quod haber locum (& hoc sit dictum ex abundanti) licèt d. apoca declaratoria quantitatis dotis facta fuisset ex interuallo, cum illa patefaciat veritatem rei ab initio gestæ, sit verisimilis, & depositionibus supradictorum testium, & alijs adminiculis sit roborata, suadentibus, dictam dotem fuisse verè scutorum trium millium quingentorum tantùm, ita vt veniret attendenda, etiam in præiudicium D. Magdalenæ vxoris, licèt, vt dixi, ex interuallo esset confecta, vt not. *Gruell. decis.* 48 *num.* 11. quem sequitur. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 7. *glo.* 3. *par.* 12. *num.* 61. *Surd. decis.* 55. *nu.* 3. *& seq. Rot. decis.* 496. *num.* 1. *par.* 1. *diuer. & in Tudert. societatis* 21. *Iunij* 1638. *coram Card. Panzirolo*, quam refert, & sequitur *Rot. in Rom. fructuum dotis* 29. *Aprilis.* 1641. *coram eodem Card. Panzirolo §. non obstat &c.* licèt alias d. declaratio facta ex interuallo regulariter habentibus ius quæsitum ex Instrumento dotali præiudicare non posset, vt post *Pereg. conf.* 80. *num.* 7. per eam adductum declarat *Rot. vbi sup.*

Iniustaq. est etiam prætensio eiusdem D. Magdalenæ, & eius secundi viri consequendi vsuras dotales decursas pro rata dotis non solutæ tempore Domini de Guidutijs primi viri ipsius

24 D. Magdalenæ, † cum illæ dentur in compensationem matrimonij *l. dotis fructus.* 8. *ff. de iur. doti. l. pro oneribus* 20. *C. de iur. doti. Tomat. decis. Mareb.* 143. *num.* 18. latè *Leotard.*

25 *de vsur. quæst.* 28. *nu.* 2. *& seq.* † vndè siuè exactæ, siuè non exactæ, sunt propriæ mariti, & d. primi viri, qui sustinuit onera matrimonij, & ad eum spectant iure proprio tex. est in d. *l. dotis fructus.* 8. *ff. de iur. doti.* & in d. *l. pro onerib.* 20. *C. eod. tit.* & tradunt *Arct. in §. fuerat. nu.* 7. *Inst. de actio. Menoch. conf.* 4. *num.* 16. *lib.* 1. *& in tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsump.* 9. *n.* 4.

Surd.

Surd. de alime. tit. 1. quæst. 35. num. 4. & quæst. 45. num. 49. & sequen. Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 1. par. 3. num. 9. & clau. 9. glo. 2. par. 2. num. 5. Ciria. contro. 29. num. 69. vbi dicit, quod si maritus permittat, d. fructus dotis percipi ab vxore titulo donationis, possit illos repetere quatenus facta est locupletior, vt ibi per eum, *& contro. 30. num. 4. & seq. et contro. 32. num. 15.* vbi dicit, id procedere etiam si dos esset nulliter constituta, *& contro. 151. num. 36. Rot. apud Card. Manti. decis. 123. num. 2. & decis. 168. num. 2. par. 2. et decis. 44. num. 11. et seq. et decis. 259. num. 10. par. 6. rec. et apud Merlin. de pigno. decis. 62. num. 12.* & quod fructus dotis sint illius, qui sustinet onera matrimonij, firmauit *Rot. in Romana fructuũ dotis 29. Aprilis 1641. coram Card. Panzirolo §. verum D. Carolus* alios adducens concordantes.

26 Et in tantum fructus dotis durante matrimonio spectant ad maritum, licèt exacti non sint, vt, viro mortuo, spectent ad hæredes ipsius, & ad eos transmittatur ius, & actio illos petendi, & exigendi *Sali. in auth. ad hæc quæst. 5. C. de vsur. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. sub nu. 113. Aldoni. cons. 84. num. 6.* vbi hoc dicit indubitatum, & plures adducit ita sentientes, *Gratia. discep. foren. cap. 700. num. 54. et seq. par. 4. et decis. Marcb. 126. num. 11. Thoma. decis. Marcb. 83. num. 5. et seq.* & voluit *Rot. in d. Romana fructus dotis 29. Aprilis 1641. coram Card. Panzirolo §. verum D. Carolus etc.*

27 In iure enim formato in vita defuncti hæredes repræsentant illius personam, & ad eos tale ius transmittitur *Cagnol. in l. hæredem 59. nu. 16. ff. de reg. iur. et post Aret. Gratia. et Surd.* per eum adductos tradit in puncto *Thoma. d. decis. 83. num. 8. Noal. de transmis. casu 42. num. 10. Costa de ratio. rata. quæst. 223. num. 8. Gratia. discep. foren. cap. 783. num. 27. par. 4. Surd. decis. 297. num. 3.* Rot. *decis. 590. n. 30. par. 4. rec. tom. 3.* Cum hæres sit eiusdem potestatis, & iuris prout erat defunctus *d. l. hæredem 59. et l. nihil aliud. 24. et ibi Bart. Alcia. et alij ff. de verb. signif.* Rot. *apud Dura. decis. 7. num. 14.*

Neq. obstat, quod ius consequendi d. vsuras dotales a D. Decio patre fuerit cessum D. Magdalenæ, & Domino de Blancalanis eius secundo viro ab hæredibus Domini de Guidutijs primi viri, & ideo illis, vti cessionarijs, liceat
28 illas exigere a D. Decio, † cum cessionarius representet personam cedentis *Surd. cons. 22. num. 16. lib. 1. & cons. 322. num. 4. lib. 3. Cenc. de Cens. quæst. 67. num. 4. Graff. de except. in prælud. num. 185. D. Andreol. contro. 158. nu.*
29 *4. Rot. decis. 300. num. 5. par. 7. rec.* † & vti possit omnibus iuribus cedenti competentibus *Scapuc. de Salua. lib. 1. quæst. 18. nu. 2. Paitel. ad expedit. ciuil. 42. sui patris num. 25. & seq.* Rot. *apud Cenc. de Cens. decis. 68. num. 3. & apud Merlin. de pigno. decis. 33. num. 11. & seq.* cum succedat in ius cedentis *Thoma. decis. Marcb. 134. num. 3. & decis. 295. num. 4. Rot. apud Cenc. de Cens. decis. 408. num. 4. & decis. 413. num. 2.*

Quia respondeo, d. ius exigendi dicta interusuria dotalia per hæredes primi viri eis cedi non potuisse, cum illa fuerint per lapsum temporis tacitè remissa per Dominum de Guidutijs pri-
30 mum virum D. Magdalenæ, † quod autem non est, cedi non potest *Pir. Maur. de fideins. par. 2. sect. 6. cap. 5. sub num. 8. Thoma. decis. Marcb. 88. num. 73.* Rot. *apud Duran. decis. 290. num. 5. & decis. 106. num. 10. par. 6. rec.* ex regula *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. & cap. nemo potest 79. de reg. iur. in 6.* quam exornat *Barbo. axiom. 160. num. 2. Rot. decis. 77. num. 4. par. 6. rec.* & in terminis cessionarij, quod non possit habere plus iuris, quam habeat cedens, dixit *Rot. apud Cenc. de Cens. decis. 83. num. 7. & decis. 498. num. 12. & d. decis. 77. num. 4. par. 6. rec. & apud Merli. de pign. decis. 98. num. 2.*

Quod verò dicta interusuria dotalia per Dominũ de Guidutijs primum virum D. Magdalenæ per longum tempus non petita a D. Decio socero censeantur remissa, & sic cedi non potuisse per illius hæredes, probatur clarè ex eo, quia licèt diuersæ sint opiniones inter Doctores, quando vsuræ dotis per longum tempus non petitæ per
31 virum censeantur remissæ, † cum aliqui voluerint, illas censeri remissas, si non sint petitæ per decennium ad tex. *in l. cum quidam 17. §. diuus ff. de vsur.* inter quos fuerunt *Bald. cons. 474. par. 3. Corn. cons. 206. sub num. 10. lib. 2. Alex. cons. 74. n. 8. lib. 5. Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 32. num. 4. Tiraq. de præscr. §. 1. glo. 4. ver. octauo &c. Bar. Ias. Neuiza. Ceph. & alij* quamplures, quos allegat *Amat. var. resol. par. 1. resol. 43. sub num. 19.* & alii, quos adducunt *Rola. cons. 65. nu. 8. vol. 4. & Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. num. 89. Osasch. decis. Pedem. 132. num. 2. & 3. Surd. cons. 534. num. 29. vol. 4. Ceph. cons. 85. num. 13. lib. 1. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 25. num. 2. & seq. Fachin. contro. iur. lib. 10. cap. 9. ver. mihi prior &c. & Leotar. de vsur.* post hæc scripta visus *quæst. 92. num. 6. & seq.* latè comprobans.

32 Aliqui verò voluerunt, ad vsurarum dotaliũ remissionem inducendam non sufficere minus tempus triginta annorum, inter quos fuerunt *Roma. cons. 517. num. 14. Alex. cons. 63. num. 16. lib. 4. Dect. cons. 571. num. 4. Balb. de præscrip. in 1. par. 3. par. quæst. 10. num. 14.* & alij, quos refert, & sequitur *Rola. d. cons. 65. n. 17.*

ver.

ver. quarto &c. lib. 4. Surd. de alim. d. quæst. 42. num. 92. & seq. vbi hoc latè comprobat, & dicit, tex. in *d. §. diuus* supra adductum procedere in vsuris odiosis, non autem in fauorabilibus, vt sunt vsuræ dotales, & *conf. 290. num. 31. vol. 2. Gratia. discep. foren. cap. 143. num. 16. par. 1. Costa de scien. et igno. cent. 1. dist. 21. num. 5. et 6. Altogra. conf. 30. lib. 1. per tot.* alios adducens concordantes *D. Andreol. contro. 135. num. 36. Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 2. par. 4. num. 21.* vbi testatur de veriori opinione, *Rot. decis. 252. num. 10. par. 4. diuer. et apud Posti. de manut. decis. 144. num. 3.*

33 Alij verò arbitrati sunt, vsuras dotales nullo temporis spatio remissas censeri, nisi sit elapsum tantum tempus, quod sufficiat ad præscribendam actionem, inter quos fuerunt *Ias. in l. quæ dotis 34. num. 17. et seq. ff. solu. matr. Roma. d. conf. 517. num. 14. Gram. decis. 70. per tot. Alex. conf. 56. num. 5. et seq. et conf. 63. num. 16. lib. 4. et conf. 208. nu. 10. lib. 7. Rim. Iun. conf. 67. num. 34. et seq.* quem refert, & sequitur *D. Andreol. d. contro. 135. num. 36. ver. imò nullo etc. et contro. 247. num. 2. Fachi.* sibi contrarius *contro. iur. lib. 3. cap. 103. per tot. Rot. apud Buratt. decis. 159. num. 5.* quibus adiungi possunt Doct. supra in secunda opinione relati.

34 Nec defuerunt qui in hac quæstione voluerint, quod per mortem viri, qui in vita vsuras dotales non petijt, sit præclusa via illas amplius petendi, ita vt d. ius non transeat ad hæredes, inter quos fuerunt *Bart. in l. vir vsuras 55. ff. de donat. int. vir. & vxo. Roma. d. conf. 517. nu. 16. & ibi Adden. Menoch. de præsump. lib. 3. d. præsump. 15. num. 6. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 19. num. 27.* & alij, quos refert *Amat. d. resol. 43. num. 24* & latè comprobat *Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 2. par. 4. num. 25. & seq.* vbi testatur de communi, etiam si maritus mortuus sit ante decennium, vt ibi per eum *Balb. de præscrip. in prima par. 3. par. prin. quæst. 10. num. 17.* qui mouentur per tex. *in l. vir. vsuras 55. ff. de donat. int. vir. & vxo.* qui difficilè potest cauillari, vt dicit *Fontanel. loc. cit. num 27.* quos sequitur *Leotard. de vsur. d. quæst. 92. nu. 22.* alios adducens concordantes quamplures.

35 Succedit postremò magis vera, & secura opinio, quod dictæ vsuræ dotales censeantur remissæ, si cum silentio decem annorum concurrat etiam mors mariti, quam tenuerunt *Aret. in §. fuerat num. 22. Inst. de actio. Roma. d. conf. 517. num. 16. & ibi Adden. Borgn. decis. 22. num. 50. & seq. par. 4. Surd. d. conf. 290. nu. 13. lib. 2.* vbi dicit, hoc esse indubitatum, & *conf. 500. num. 3.* vbi testatur de communi opinione, & *conf. 534. num. 29. vol. 4. & de alim. tit. 1. quæst. 42. num. 111. & seq.* vbi hoc latè comprobat, & contrarijs respondet, quam opinionem sequuti sunt *Bald. Roma. Lup. Corn. Cremen. Alex. Gomez. Balb. Neuiza. Campeg. Boer. Soc. Iun. Grama. Alcia. Marsil. Abb. & Ceph.* quos refert, & sequitur *Osasch. decis. Pedem. 132. num. 11. & 19. Aldoui. conf. 84. n. 82. & ibi Spannoch. in subscriptione Ceph. conf. 85. num. 13. & seq. vol. 1. Costa Neapol. conf. 47. num. 30. & seq. Costa Papien. de iur. & fact. scien. & igno. cent. 2. dist. 21. num. 6. Fachin. contro. iur. lib. 10. cap. 9. in fin. Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 2. par. 4. num. 21. & seq.* vbi testatur de communi opinione, & dicit, illum habere locum etiam si maritus moriatur infra decennium, *D. Andreol. contro 135. num. 37. Dom. Ant. de Marin. resol. quoti. cap. 194. num. 4.* & ita tenendum dicit *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 9. num. 161. in fin.* vbi reprobat *Peregr. & Sene.* contrarium sentientes, quibus addo *Thoma. decis. Marcb. 83. num. 6. & decis. 143. nu. 19.* vbi testatur de communi opinione, & *Leotard. d. quæst. 92. num. 21.*

Et secundùm dictam opinionem iudicatum fuit in quampluribus Italiæ tribunalibus, & præcipuè in Senatu Pedemontano vt testatur *Osasch. d. decis. 132.* in Senatu Sebusiano, vt testatur *Ant. Fabr. in suo Codic. lib. 5. tit. 7. de iur. dot. diffin. vlt.* in Senatu montis Ferrati, vt testatur *Surd. d. conf. 290. & d. conf. 534.* in Senatu Apuliæ, vt refert *Viui. decis. 423. num. 16. in fin.* in Rota Florentina, vt testatur *Mago. decis. 83. nu. 10.* & in Senatu Cathaloniæ, vt dicit *Fontanel. d. clau. 6. glo. 2. par. 4. num. 28.* quibus additis Doctoribus in tertia opinione relatis, qui volunt, sufficere solam mortem viri ad dictam remissionem inducendam, certè negari non potest, quin hæc sit magis recepta Doct. opinio, & sequenda in iudicando, & consulendo.

36 Maximè cum in casu nostro non remanserint filij primi matrimonii, & sic cesset difficultas considerata per *Lup. de vsur. comme. 1. §. 4. nu. 83. & per Valasc. consult. 84. circa fin.* quos refert *Fontanel. d. par. 4. num. 32.* volentes, illorum existentiam cessare facere d. præsumptam remissionem vsurarum dotalium, contra quos tamen tenet *Leotar. d. quæst. 92. num. 28.* &, non extantibus filiis, cum opinione supradicta pertransit etiam *Altogra. d. conf. 30. in fin. lib. 1.* Et cum vltra mortem viri concurrat lapsus non solùm decem, sed ferè viginti annorum, per quod tempus nunquam d. vsuræ fuerunt petitæ, non obstante, quod dos fuerit promissa primo viro per D. Decium patrem, non autem per D. Magdalenam vxorem, quo casu cessare d. præsumptam remissionē vsurarum, voluerunt *Thoma. d. decis. 143. in fin. & Altogr. d. conf. 30. in fin.* cum tex. in d. *§. diuus & in d. l. vir vsuras su-*

rat supra adducti suadentes d. remissionem vsurarum generaliter loquantur, & ideò generaliter sint intelligendi, iuribus vulgaribus, & cum rationes d. remissionis habeant locum tam in dote promissa a socero, quam a filia, vt benè expendit *Leotar. d. quaest. 92. num. 8. & seq.*

Neque obstat, si dicatur, d. remissionem vsurarum dotalium sapere donationem, quae est prohibita per Decretum de donationibus inter viuos, vt sentit *D. Andreol. d. contro. 135. in fin.*

37 Quia respondeo tripliciter, & primò, dictum Decretum non habere locum in donatione tacita, & praesumpta non redacta in scripturam, vt post *Rot. in Romana de Massis 3. Iunij, & 4. Iulij 1601. coram R. P. D. Corduba* per eum relatam tradit *Theod. Rube. in Siag. Rot. Rom. tom. 2. circa Stat. Interp. ad cap. 149. lib. 1. Stat. Vrb. num. 8.*

38 Secundò quia Decretum prohibet donationes inter viuos, dicta tamen remissio, quatenus sapiat donationem, cum accipiat vim, & confirmationem a morte viri, vt supra, habet vim potius vltimae voluntatis, quam contractus ad instar donationis inter virum, & vxorem, vt not. *Clar. in §. donatio. quaest. 9. ver. scias autem, & Card. Manti. de tacit. lib. 21. tit. 7. n. 1.* vndè in ea non debet habere locum Decretum, quod, vti correctorium iuris communis, est strictè interpretandum *Doct. in auth. quas actiones C. de Sacro. Eccl. Rot. decis. 188. num. 8. par. 7. rec.*

Postremò quia cessat ratio Decreti, ne homines in vita depauperentur, cum in hoc casu remissio vsurarum non habeat effectum, nisi post mortem viri, & sic cessat causa Decreti, vt in simili not. idemmet *D. Andreol. contro. 73. n. 36. & 37.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa praedicta non fuit terminata per sententiam, ob mortem ipsius D. Magdalenae sine filijs. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Forensis an possit cogi ad soluendum collectam in duplo pluri, quam faciant Ciues, pro bonis, quae possidet in territorio. Ciuitas, praecipuè subiecta Sedi Apostolicae, an possit condere Statutum. Qui non potest condere Statuta, an possit inducere consuetudinem. Licentia, & confirmatio Superioris quando praesumatur ex antiquitate temporis. Consuetudo collectandi forenses in duplo pluri, quam habitantes, an sit rationabilis, & seruanda. Clericus quando possit adstringi ad solutionem collectarum, praecipuè pro bonis, quae in eum transeunt cum onere collectae.

S V M M A R I V M.

1 *Vnusquisque quo ad munera publica grauari debet aequaliter pro modo facultatum.*

2 *Forensis non potest cogi ad solutionem collectam duplicatam.*

3 *Onere duplici pro eadem re nemo grauari debet.*

4 *Consuetudo, & Statutum ad paria iudicantur.*

5 *Vniuersitas, quae non potest condere Statuta, neq; potest inducere consuetudinem.*

6 *Vniuersitas recognoscens Superiorem non potest condere Statuta sine licentia Superioris.*

Quod eò magis habet locum in locis subiectis Sedi Apostolicae. n. 7.

8 *Licentia, & confirmatio Superioris praesumitur interuenisse ex antiquitate temporis.*

Procedit, constito de obseruantia cum scientia Papae. n. 9.

Non procedit, stante Decreto irritanti. n. 10.

Neque quando agitur de magno praeiudicio. num. 13.

11 *Confirmatio Papae praesumitur in forma communi.*

Quae, tamquam generalis, non comprehendit Statutum, quod est contra ius. n. 12.

14 *Consuetudo collectandi forenses debet esse immemorabilis.*

15 *Consuetudo immemorabilis non potest probari per scripturas, & Instrumenta.*

16 *Fundamentum suae exceptionis reus tenetur plenè probare.*

17 *Collectas exigendi ius acquisitum ex praescriptione, vel consuetudine contra illos tantùm exerceri potest, contra quos d. consuetudine vsa fuit.*

18 *Consuetudo irrationabilis non est attendenda.*

19 *Consuetudo dicitur irrationabilis, quando est contraria iuribus in ratione naturali fundatis.*

Et quae tertium indebitè grauat. n. 20.

21 *Forenses non tenentur soluere collectam impositam pro salario medici, & ludimagistri, si eorum opera non vtuntur.*

22 *Collecta imposita sine iurisdictione forensibus censetur vi, & metu extorta.*

23 *Consuetudo habens principium vitiosum non est attendenda.*

24 Decia. cons. 55. lib. .. & cons. 44. lib. 4. *reprobatur.*

25 *Doctor dicens aliquid incidenter, & non examinato articulo, non dicitur esse illius opinionis.*

26 *Clericus est exemptus ab onere collectarum.*

27 *Bona affecta onere collectarum transeunt in Clericos cum dicto onere.*

Procedit, quando collecta sunt perpetua, certa, & immutabiles, aliàs secùs. n. 28.

29 *Breuis narratiua debet iustificari, aliàs non est locus executioni illius.*

Clerici

30 *Clerici non tenentur ad collectas, nisi deficientibus bonis Laicorum. & in subsidium.*

31 *Constitutione ex vna desumitur declaratio ad aliam.*

32 *Papa non præsumitur, quod voluerit Clericos duplici onere grauare.*

33 *Constitutio contra Clericos, vti odiosa, strictè venit interpretanda.*

34 *Collectam, vti odiosam, non esse soluendam, in dubio est iudicandum.*

ALLEGATIO XXVIII.

R P. Sententia lata in partibus ad fauorem Perillustris Vniuersitatis Terræ Montis Auij contra Illustrissimum D. Liuium Bonauenturam Clericum Vrbinaten. quod vti forensis teneatur soluere collectam in duplo pluri, quam soluant Ciues, & habitantes d. loci pro bonis, quæ possidet in Territorio Montis Auij, venit ex capite iniustitiæ reuocanda, supposito etiam, citra veri præiudicium, quod forensis de generali consuetudine teneatur ad solutionem collectarum, ex illa conclusione communiter, ni fallor, recepta
per Doctores, 1. quod vnusquisque quo ad munera publica substinenda æqualiter grauari debet pro modo facultatum, & non vltra, vt sunt tex. clari in *l. 3. §. præses. ff. de muner. & bono. in l. omnes 11. C. de operi. publ. in l. 1. C. de muner. patrim. & in l. 1. C. de quibus muner. lib. 10.* & tradunt *Petr. de Vbald. de collect. num. 13. & 21.* Rola. *cons. 66. num. 11. & seq. lib. 1. Ludo. decis. Perus. 43. num. 8. Costa de portio. & rata quæstio. 158. num. 3. & seq. & num. 9. Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 218. num. 12. lib. 2. Cohel. ad Bull. boni regim. cap. 50. num. 2. Losen.*
2 *de iur. vniuer. par. 3. cap 9. num. 15.* † & in
puncto, quod forensis non teneatur ad solutionem collectę duplicatę tenent expressè *Thoma. de collect. in §. sanè si negocium num. 20. fol. mihi 472. Bocacc. ad constit. March. glo. 6. num. 61* benè comprobantes, & *Carpan.* dum se refert ad *Bocacc. vbi supra in d. cap. 218. num. 13.*

3 Regula namque est generalis, quod nemo pro eadem re duplici onere grauari debet *l. nauis onusta 4. §. cum autem ff. ad leg. Rod. de iact. l. Titia cum testamento 35. §. qui in vita ff. de lega. 2.* cum alijs relatis per *Barbo. axiom. 169. in prin.* & tradunt etiam *Alba. cons. 486. num. 3. lib. 4. Silua. cons. 92. num. 2. Natt. cons. 193. num. 1. par. 1. &* Rota *decis. 672. in fin. par. 1. recen.*

Neque Vniuersitas prædicta potest aliquod facere fundamentum super Statuto, seù consuetudine collectandi forenses in duplo pluri, quam faciat Ciues, & habitantes: non quidem in Statuto, cum illud non adsit, dum de eo non docetur, imò nec allegetur quidem: neque in consuetudine ex pluribus, & primò ex defectu
4 potestatis, † quia cum Statutum, & consuetu-
do ad paria iudicentur *Craue. cons. 96. num. 6. Franc. Becci. consil. 213. num. 82. lib. 2. Surd. decis. 334. num. 12. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. in proe. num. 22. Ciriac. contro. 460. nu. 16.* cum consuetudo non differat a Statuto, nisi tamquã tacitum ab expresso *Deci. cons. 694. num. 7. Craue. cons. 134. n. 25. Surd. cons. 460. num. 33. lib. 4. Decia. cons. 42. num. 24. vol. 5. Giurb. in d. proem. num. 22.* alios adducens,
5 *Gallia. ad consuet. Alex. præfa. 4. num. 11.* † si-
cut Vniuersitas prædicta, vti recognoscens Superiorem, non poterat condere Statutum concernens decisionem causarum sinè confirmatione superioris, vt infra dicetur, neque potuit inducere consuetudinem collectandi forenses in duplo pluri, quam Ciues, & habitantes sinè eadem confirmatione, & licentia Superioris, vt tradunt *Corn. cons. 293. num. 18. vol. 3. Alex. cons. 173. num. 12. & ibi Adden. lib. 6. Natta 574. in fin. par. 3. Craue. cons. 96. num. 7. & cons. 134. num. 25. Borgn. decis. 11. num. 49. par. 1. Mascar. de genera. Stat. interp. concl. 6. num. 42. Sperell. decis. 103. num 37. Adden. ad* Roe *decis. 20. n. 28. par. 3. rec.* Rot. *decis. 479. num. 3. par. 3. rec. & apud Merlin. decis. 353. num. 55. par. 1. & decis. 740. num. 16. par. 2.* maximè si agatur de consuetudine, quæ est contra ius, vt in casu nostro, vt benè considerat Rot. *in decis. supra adductis, & Gratia. discept. foren. cap. 973. n. 38. par. 5.*

6 Quod verò Cõmunitas Montis Auij, vti recognoscens in Superiorem olim Duces Vrbini, & Sedem Apostolicam, non potuerit condere statuta concernentia decisionem causarum sinè confirmatione, & licentia Superioris, est satis manifestum, vt tradunt *Bart. & Doct. communiter in l omnes populi 9. ff. de iusti. & iur.* & post *Bart. Felin. Alex. Paris. Ceph. Seba. Medi. Corn. Aret. Seueri. Cagnol. & alios* per eum adductos latè conprobat *Eugen. cons. 96. nu. 4. & seq.* loquens de Terra Durantis Status Vrbini *lib. 2.* vbi omnibus contrariis doctè respondet, & scripserunt etiam Roma. *cons 218. num. 2. & ibi Adden. Carpa. ad Stat. Mediol. in prælud. num. 26. Loscu. de iur. vniuer. par. 3. cap. 15. num. 3. Grass. de except. except. 1. num. 1. 2. & seq.*

7 Quod quidem nullam habet difficultatem in casu nostro, cum simus in Oppido, & loco subiecto Sedi Apostolicæ, cui est omninò prohibitum condere Statuta sinè confirmatione eiusdem Sedis Apostolicæ, vt tradunt *Bocac. ad*

Constit. March. glo. 6. num. 42. & 62. in terminis nostris *Euge. d. cons. 96. num. 26.* dicens, id habere locum etiam in loco mediatè subiecto, *Gratia. discep. foren. cap. 245. num. 37. par. 2. & d. cap. 973. num. 38. Adden. ad Greg. XV. decis. 267. num. 14.* Rota apud eundem *Grego. d. decis. 267. num. 7.* & in puncto pariter de loco mediatè subiecto eadem *Rota apud Buratt. decis. 6. in prin. & ibi Adden.* qui alias referunt eiusdem *Rotæ* decisiones *& decis. 438. num. 36 par. 4. rec. tom. 3.* Maximè, quando Statutum est contra ius, vt in casu nostro *Rot. apud Merlt. d. decis. 353. num. 55. par. 1. & d. decis. 740. num. 16. par. 2.*

8 Neq. prædictis replicari potest, quòd ex antiquitate temporis præsumitur, licentiam Superioris, & confirmationem adfuisse, *D. Andreol. contro. 134. num. 89. & contro. 145. num. 37. Sperell. decis. 37. num. 57. par. 1. Gargiar. Iun. cons. 6. num. 33. lib. 2. Rota apud Greg. XV. decis. 52. num. 2. & decis. 354. in fin.* ex plu-
9 ribus, & † Primo, quia nō probatur obseruantia cum scientia Papæ, sine qua cessat præsumptio confirmationis *Affli. decis. 107. num. 8. & post Bald. Alex. Affl. Crauet. Feli. Crot. Capic. Ruin. Mascar.* & alios per eum relatos scribit *Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 133. num. 70. & 71. Rot. apud. Buratt. d. decis. 6. num. 2. & decis. 297. num. 16. par. 9. rec. to. 1.*

10 Secundò, quia repugnat Decretum irritans adiectum in Constitutione Aegidiana *lib. 2. cap. 36.* & in confirmatione Pauli Tertij *Felin. in cap. cū accessissent 8. num. 30. ver. quartò limita de Const. Gabr. com. concl. de clau. claus. 3 num. 40. & 44.* quos refert, & sequitur *Rot. apud Buratt. d. decis. 6. num. 3.*

11 Postremò, quia in omnem casum confirmatio præsumeretur solùm in forma communi *cap. porrecta. 6. de confir. vtili, vel inut. Rot. decis. 780. num. 5. par. 1. diuer. & in Bononien. census 4. Maij 1643. coram R. P. D. Ghisilerio*
12 *† minus censuerunt, &c.* Quæ tanq. generalis nō comprehendit consuetudinem, vel Statutum, quod est contra ius cōmune tanq. iniustum, vt in casu nostro, *Paris. cons. 19. num. 14. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 245. num. 38. Rot. d. decis. 780. num. 6. in fin. par. 1. diuer. & decis. 103. num. 12. par. 2. diuer. & d. decis. 6. apud Buratt. num. 5. & ibi Adden lit. B.* & generalem Statuti confirmationem in d. casu non sufficere, sed requiri specialem firmant *Adden. ad Greg. XV. d. decis. 262. num. 14.*

Maximè, cùm agatur de magno præiudicio D. Liuij forensis, & hæc erit quarta responsio ad mo-
13 tiuum †, quo casu lapsum temporis non facere presumi solemnitatem, vel licentiam scripserunt *Paris. cons. 26. num. 21. vol. 1. Natt. cons. 162. num. 29. par. 1. Vasq. quæst. Illu. cap. 64. num. 10. ver. quartò limita &c.* latè *Surd. cons. 28. num. 98. lib. 1.* alios adducens.

14 Secundò non nocet prætensa consuetudo †, quia illa ad eff ctum acquirendi ius collectandi forenses non sufficit, quod sit triginta, vel quadraginta annorum, sed debet esse immemorabilis, vt tradunt *Bart. Corn. Alex. Aret. Rube. Iaf. Alcia. Deci. Ruin. Natt. & Soc. iun.* quos refert & sequitur *Gratia. discep. forea. cap. 29. nu. 13. par. 1.* vbi testatur de veriori, & magis communi Doct. opinion, cum quibus pertranseunt *Rosental. de feud. cap. 5. concl. 83. num. 6. & Illustrissimus Sperell. decis. 121. num. 76. par. 2.* quicquid contrarium senserint *Paris. & alij* relati per *Gratia. vbi sup.* contra quos adest verior, & magis communis Doct. opinio, de qua supra, de qua consuetudine immemorabili pro parte Communitatis non docetur, meritò &c.

Quod eò magis est tenendū, cùm nullos habeamus testes dè d. cōsuetudine immemorabili de-
15 ponentes †, consuetudo verò prædi non potest probari per scripturas, & Instrumenta confecta super actib. ad immemorabilem necessarijs, vt prætenditur ex aduerso *glo. in cap. 1. & ibi Io. Andr. in fin. Franc. num. 5. Gemin. num. 17. de præscrip. in 6. Alex. cons. 16. sub num. 17. lib. 5. Natt. cons. 636. num. 14. lib. 3. Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 97.* benè *Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 15. ver. dubium autem, &c. Rot. apud Greg. XV. decis. 51. num. 4. & ibi Adden, littera C.* vbi aliæ recensentur.

Immò pro parte Cōmunitatis non solùm non docetur de consuetudine immemorabili, sed neq. de quadragenaria, quia omisso, quòd deficiunt omnia requisita ad probationem consuetudinis quæ recensentur præcipuè per *Mascar. de prob. concl. 424. & seq. & per Morot. cons. 90. num. 6. & seq.* pro parte Communitatis solùm docetur de indictione collectæ per eam facta per plures annos contra forenses in duplo pluris, quàm contra Terrigenas, ex illa autem non probatur, solutiones postea pro parte forensium fuisse subsequutas, ideò intrat reg. *l. non hoc 4. C. vnde legitimi l. neq. natales 10. C. de prob.* cum alijs relatis per *Barbo. axiom. 191. num. 2.*

16 Cùm enim id sit fundamentum intentionis Communitatis, in quo fundat suam exceptionem, debet per illam concludenter probari, *Ludo. concl. 14. in 3. ampl.* alios adducens, latè *Graff. de except. in prælud. num. 271. & seq. Mascar. de prob. concl. 185. in prin. lib. 1. Rot. apud Greg. XV. decis. 201. num. 3. & decis. 228. num. 2.* cùm reus in exceptionibus dicatur actor *l. in exceptionibus 19. ff. de prob. Ludo. d. concl. 14. ampl. 3. Graff. in d. prælud. num. 271. Gratia. discep. foren. cap. 402. num. 11. par. 3.* & te-

& tenetur probare in indiuiduo, f.uile solutas
collectas per d. tempus per ipsum D. Liuium.
17 Quia ius exigendi collectas contra forensem
ex consuetudine, vel præscriptione per Com-
munitatem acquisitum contra eos tantùm
exerceri potest, contra quos d. consuetudine
vsa fuit, & non in alios, vt tradit *Bald. cons. 257. circa medium par. 2. & benè* comprobat *Natt. cons. 555. n. 4. & seq. lib. 3.* cum consuetudo
sit stricti iuris, & non extendatur de persona ad
personã, vt post *Bald. Natt. Craue. Rola. Ceph. & Surd.* per eum relatos tradit *Gratia. discep. foren. cap. 973. n. 39. & seq. par. 5.* & in terminis nostris
Natt. d. cons. 555. n. 4. & seq. & Ciriac. contro. 23. num. 22.

18 Postremò quia d. prætensa consuetudo, quate-
nus de illa cõstaret †, vti irrationabilis, nõ venit
attendenda, *cap. mala autem consuetudo 8. dist.* & tradunt *Gratia. discep. foren. cap. 79. n. 6. & cap. 88. n. 19. par. 1. Adden. ad Buratt. decis. 800. n. 10. Sperel. decis. 182. n. 35. Thoma. decis. March. 298. n. 18. Rot. decis. 265. num. 20. par. 5. rec.* Cum forma medullaris consuetudi-
nis sit, quod illa sit rationabilis *cap. erit autem lex. 4. dist. Gratia, discep. foren. cap. 171. num. 7. par. 1. Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. in proem. num. 23. Adden. ad Rot. decis. 28. num. 10. par. 3. recen.*

Si enim nulla est lex, nisi sit iusta, & honesta
d. cap. erit autem lex. 4. dist. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 1. in prin. Sola. ad Decret. Sabaud. in proe. glo. 2. nu. 27. plenè *Giurb. ad consuet. Messan. in proe. num. 23.* Ita nullam ad-
mitti consuetudinem, nisi sit talis, scripserunt
Paris. cons. 27. num. 45. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 82. num. 17. & d. præsump. p. num. 4. Fontanel de pact. nupt. cla. 4. glo. 19. par. 2. num. 14. & Giurb. in d. proem. num. 23.

Quod verò d. consuetudo sit irrationabilis, &
iniusta, benè probatur authoritate, & ratione:
authoritate quidem, quia talem illam appellat
in puncto *Thoma. de collect. in d. §. sanè si negotium num. 20. fol. mihi 472.*

19 Ratione verò, quia consuetudo dicitur ir-
rationabilis, quando est contraria iuribus in ra-
tione naturali fundatis, vt post Rocc. *de Curt. de stat. & consuet. num. 17.* per eum relatum
tradit *Illustrissimus Sperell. decis. 179. num. 60. par. 2.*

Consuetudo verò collectandi forenses in duplo
pluri, quam Terrigenas, & habitantes, est con-
traria iuribus in naturali ratione fundatis, quę
volunt, quod quilibet teneatur ad solutionem
onerum, & collectarum æqualiter, & pro mo-
do facultatum, & non vltra, & quod nemo
duplici onere grauetur, vt probaui supra in
principio, & tradunt *Thomat. d. num. 20. Costa de rata. quæst. 149. num. 2. & seq. Boccac. ad const. March. glo. 6. num. 61. & Sperell. decis. 121. num. 104. par. 2.* meritò &c.

20 Secũdò illa dicitur consuetudo irrationabilis,
quæ tertium indebitè grauat, vt tradunt *Adden. ad Rot. d. decis. 28. num. 13. par. 3. rec. Menoch. de arbitr. casu. 87. num. 17. Giurb. ad consuet. Messan. in proe. d. num. 23.* alios addu-
cens concordantes, & quod statutum grauans
vnum plus alio sit irrationabile, & nullum, la-
tè comprobat *Caballi. ad Cõstit. March. lib. 2. cap. 23. glo. 1. n. 1. & seq.* dicens, id neq. fieri
posse indirectè, vt ibi per eum.

Quod verò tertium indebitè grauet, dum cogit
forenses soluere collectas in duplo pluri, quam
Terrigenas, est manifestum ex duobus; ex primò
quia collecta est imponenda ęqualiter pro mo-
do facultatum, vt probaui latè supra in prin-
cipio, & tradunt etiam *Petr. de Vbaldis cons. 2. num. 4. post. tract. de collec. & Gratia. discep. foren. cap. 892. num. 15. par. 5.*

Secũdò, quia collecta ĩponitur pro necessitate Rei-
publicæ, & præcipuè pro soluendis salarijs Me-
dicorum, Magistri Scholæ, Chirurghi, & simi-
21 lium †, si ergo forenses, qui opera supra-
dictorum non vtuntur, de iure non tenentur ad
solutionem d. collectæ, vt scribit *Thes. decis. Pedem. 149.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuisse iu-
dicatum, & *Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 28. num. 125.* & quò ad D. Liuium Clericum est
clarissimum, vt infra dicetur, necessariò se-
quitur, quod eò minus compelli possint ad sol-
uẽdam collectam duplicatam, & maiorem sinè
manifesta iniustitia, & grauamine, vt patet.

Ita vt d. consuetudo, vti merus abusus, & corru-
ptela, sit omninò eliminanda *Adden. ad Rot. d. decis. 28. num. 241. par. 3. rec. Ciriac. contro. 512. in fin. Rot. apud Merli. decis. 5. num. 6.*
Maximè cum duplicatio collectæ sit facta fo-
22 rensibus sinè aliqua iurisdictione †, & ideò il-
læ præsumantur vi, & metu extortæ *Inoc. in cap. si diligenti. 17. num. 5. de præscrip.* quem se-
quuntur *Mascar. de prob. concl. 316. num. 9. lib. 1. Rosental. de feu. cap. 5. concl. 83. num. 7. Alcia. cons. 19. num. 15. lib. 5. Sperell. decis.*
23 *121. num. 79. par. 2.* †, & ideò nulla consue-
tudo, vti habens principium vitiosum, nec
pręscriptio venit attendenda *Couar. in cap. personam par. 2. §. 3. num. 7. ver. quo fit. de reg. iur. in 6. Craue. cons. 180. num 5.* in fortioribus ter-
minis *Sperell. decis. 121. num. 79. & 80. Gratia. discep. foren. cap. 210. num. 25. par. 2. Rota decis. 136. num. 12. par. 1 recen.*

Quę quidem sunt manifesta quò ad D Liuium Cle-
ricum, qui non solùm non tenetur ad solutio-
nem collectæ pro rata salarij Medicorum, Ma-
gistri Scholæ, Chirurgi, & similium, quorum
opera non vtitur vti forensis, vt tenent *Thesa. d. decis. 149. num. 5. & seq. & Cobel. ad Bull. bon.*

regim. cap. 28. num. 135. sed etiam vti simplex Clericus; vt declarauit Sac. Congr. de qua mentionem facit *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 4. in tit. de immun. Eccles. num. 307. sub. ampl. 60. & Caren. resol. 17. num. 13.* ita vt non solùm non possit grauari ad duplicem collectam soluendam, sed pro d. rata etiam a simplici veniat exgrauandus.

24 Neq. vllum exaduerso potest fieri fundamentum super authoritate *Decia. cons. 55. num. 7. lib. , & cons. 44. num. 102. lib. 4.* sentientis statutum posse grauare forenses ad soluendam maiorem collectam, quam Ciues, cum quo videtur transire dubitatiuè tamen *Crauc. cons. 301. sub. num. 14.* ex pluribus, & primo quia *Decia.* allegat *Curt. Iun. cons. 129. num. 10.* qui hoc non dicit, sed solùm generaliter asserit, posse statutum facere deteriorem conditionē forensium, quā subditorum, loquendo in diuersis terminis, cum qua conclusione transit etiam *Menoch. cons. 1060. num. 102.*

25 Secundo quia *Decia.* hoc dicit incidenter, non examinato articulo, & ad alium finem, & sic non potest dici, illum tenere d. opinionem *Rola. cons. 65. in fin. lib. 4.* vbi dicit, talis opinionis nullam habendam esse rationem, *Thob. Non. cons. 104. num. 16. Menoch. de recup. possess. remed. 1. num. 191.* benè *Caren. resol. 91. num. 19.* vbi dicit, de tali opinione non esse curandum.

Et ideo illi omninò veniunt præferendæ authoritates *Thoma. & Bocace.* in loc. adductis *sup. in prin.* qui contrarium in terminis firmant, & rationibus cōprobant articulo examinato, *Caren. d. resol. 91. num. 19. & seq.* Rota *decis. 463. num. 25. par. 4. rec. tom. 2.*

Maximè cum d. conclusio, quod statutum possit facere deteriorem conditionem forensium, quam Ciuium, quatenus esset vera, quod non credo in terminis nostris per iura sup. adducta, non procederet in D. Liuio Clerico, cuius conditio si fiat deterior, quam Laici, esset contra immunitatem ecclesiasticam Ricci. *in prax. tom. 3. resol. 207. num. 7. Megala. par. 3. lib. 3. cap. 10. quæst. 1.* Ita vt ita statuentes inciderent in Bullam Cænæ *ex Graff. pract. quæst. lib. 2. cap. 42. de violat. liber. vel immun. Eccle. num. 32.* notat *Balth. Tomas. in d. tit. de immun. Eccle num. 383.*

Postremò D. Liuius non potest per dictam Com-
36 munitatem adstringi ad aliquod onus collectarum, cum vti Clericus, tam quò ad personam, quam quò ad bona ab illis sit omninò exemptus, ita vt ad illas soluendas cogi non possit sine incursu censurarum *cap. non minus 4. cap. aduersus 7. de immun. eccles cap. quanquam 4. de censi. in 6. clem. 1. de immun. Eccles.* & tradunt *Vgoli. ad Bull. Cænæ cap. 15. ver. Nec non,* *qui statuta §. 2. ant. fin. & cap. 18. §. 1 per tot. Sair. in Thes. casu. conscie. lib. 3. cap. 32. num. 2. Sperell. decis. 35. num. 14. & decis. 37. num. 66. & seq. par. p. & decis. 121. num. 42. par. 2.* latissimè *Baltha. Tomas. in suis. tract. var. tom. 4. de immunit. Eccles. num. 242. & seq.* vbi innumeros ferè adducit, *Barbo. de iur. Eccles. vniuer. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 6. Leo. in Thesa. fori Eccles. cap. 14. num. 1. & seq. par. p. Rota decis. 42. per tot. par. 4. rec. & in Alben. gabella 28. Iunij 1630. in prin. coram R. P. D. Merlin.* vbi latè hoc comprobat, & dicit, neminem ex catholicis audere hanc conclusionem impugnare.

Bona enim Clericorum, & Ecclesiarum in hoc sunt æquipatata, cum immunitas prædicta non in bonorum sanctitate, sed in absoluta exemptione personæ sit fundata, vt latè comprobat, & tuetur *P. Suarez. in defen. fidei cathol. lib. 4. cap. 24. per tot. & cap. 25. circa finem,* quem refert, & sequitur *Ill. Sperel. decis. 42. num. 9. par. 2. & decis. 121. num. 42. par. 2.*

27 Neq. pro parte Communitatis potest fieri fundamentum super eo, quod bona, de quibus agitur, cum essent apud laicos collectis obnoxia, transierint in D. Liuium Cler cum cum eodem onere, ad tex *in can. tributum 23. quæst. 8.* cum alijs allegatis per *Thesa. decis. Pedem. 234.*
28 *num. 6. & seq.* † Quia cum dictæ collectæ nō sint perpetuæ, & inuariabiles, & certæ, imò sint omnino variabiles, cum quotannis varientur quando in plus, & quando in minus iuxta necessitatem Vniuersitatis, vt apparet ex processu, ideò non possunt transire in Clericos bona cum d. onere collectarum, vt declarant *Canonistæ in cap. 1. de immunit. Eccles. in 6.* & tradit plenè *Rot. in Brundusina gabella 13. Februarij 1604. coram R. P. D. Pensa.* quæ est, *decis. 869. inter eius impressas, & in Alben. gabella 28. Iunij 1630. coram R. P. D. Merli. §. quo autem ad onera, quæ est inter eius impressas decis. 902.* vbi alij cumulantur ad saturitatem.

Neq. potest facere fundamentum super Breue Pij Quarti concesso ad instantiam q. Ducis Vrbini ex pluribus, & primò, quia cum illud fuerit concessum sub quamplurimis expressionibus nempè fraudis, & quod maior pars bonorum erant Clericorum, & Ecclesiarum, & prout la-
29 tius in eo †, illis non iustificatis non est locus executioni Breuis *Maresco. var resol. lib. 2. cap. 1. num. 21. & seq. Adden. ad Buratt. decis. 175. litera A.* alios adducēs, *Rot. apud Greg. XV. decis. 210. num. 1. & ibi Adden. num. 5. & decis. 242. num. 1. & ibi Adden. num. 10. & decis. 288. num. 1. & decis. 490. num. 7. & apud Buratt. d. decis. 175. in prin. & decis 264. num. 1. & decisio. 797. num. 9. & apud Merli. decis. 129. num. 1. & decis. 827. num. 2.* & alibi passim.

30 Sec-

30 Secũdo quia vt Clericorũ,& Ecclesiarum bona
possint collectari requiritur, quod bona Vniuersitatis, & singulorum hominum laicorum
pro oneribus publicis sustinendis non sufficiãt,
& sic in subsidium tantùm, vt not. *Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 218. num. 61. lib. 2. Marta de iurisd. par. 4. casu 1. num. 4.* quem referẽdo sequitur *P. Dian. Resolut. moral. par. 5. tract. 1. resol. 11. Balth. Thomas. in suis tract. var. tom. 4. de immun. eccles. num. 267. latè Caren. resolu. 17. num. 9.* alios adducens. *& Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 28. num. 113. & 114.* secundũ autem prædicta est intelligendum Breue Pij Quarti, vt benè colligitur ex Bulla Vrbani Papæ Octaui concessa Ducatui Mediolani pro collectandis Ecclesiasticis, & ex alia Bulla simili concessa Ciuitati Panormi, quę loquuntur expressè in d. terminis, hoc est in subsidium, vt
31 supra † cum ex vna Constitutione desumenda
sit declaratio ad aliam *Mascar. de general. Stat. interpret. concl. 2 num. 103. & seq.* plenè *Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 6. glo. 5. num. 10.* alios adducens concordantes, cum nõ sit incõueniens, quod vna Constitutio declaretur ab alia. *Borgn. decis. 35. num. 4. par. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 23. tit. 34. num. 18. Giurb. vbi supra num. 9.* meritò &c.

Postremò quia Breue prædictũ, quatenus prædicta
32 cessarẽt, quod nõ credo, posset habere locum in
Collectis quæ communiter soluuntur per Terrigenas, & habitantes, nõ autem in duplicatis 32. cũ non sit præsumendum, quod Papa voluerit Ecclesiasticos duplici onere grauare, *Rot. in Casarauguſt dismembrat. 23. Iunij 1600. coram Cardin. Pamphilio, & apud Merli. decis 722. num. 4.*

33 Maximè cum Breue prædictum, vti contra
Ecclesiasticos concessum, dicatur odiosum, & ideò strictè veniat interpretandum, vt minus quam fieri potest, lædat immunitatem ecclesiasticam, & Clericis noceat *cap. ad audientiam 12. de decim. Abb. in cap. Rodulphus. 35. num. 5. de rescrip. Surd. cons. 140. num. 72. lib. 1. Rota decis. 531. num. 24. & seq. par. 4. rec. tom. 3.* & in terminis Bullę cõcessę super bonis emphiteoticis eadem *Rot. apud Merli. de legit. decis. 94. num. 10.*

34. Quibus eò magis locus esse debet, cũ in du-
bio iudicandum sit contra collectam, vti odiosam, & sic ad fauorem D. Liuij, vt post *Corn. Crau. & Mar. Anton.* per eum relatos tradunt *Franc. Becci. cons. 73. in fin. lib. 1. & Sperell. decis. 36. pariter in fine* & cũ agatur de Clerico *Balth. Tomes. in d. tit. de immun. eccles. num. 392.* & in dubio pro reuocatione Sententiæ, vt tollatur damnum partis irreparabile, & causa melius ventiletur *Caball. cons. 85. num. 8 & cons. 118. num. 1. lib. 1. Gratia. discep. foren. par. 5. cap. 965. num. 35.*

Quare &c. Saluo semper &c.

Secũdum prædicta resolutum fuit in Alma Vrbe per Sacram Congregationem ad fauorem D. Liuij reuocata Sententia lata contra eum in partibus de Mense Martij 1663. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Transactio inita ex falsa causa, siuè per errorem quando sit nulla. Ex falsa assertione an præsumatur dolus. Contractus initus per dolum an sit ipso iure nullus, vel rescindendus. Iuramentum an firmet transactionem factam ex falsa causa, vel per errorem. Transactio an rescindatur per læsionem enormissimam, & quando dicatur adesse læsio enormissima. Restitutio in integrum an concedatur maiori ex causa erroris in facto alieno, & quadriennium ad illam petendam concessum a quo tempore læso currere incipiat.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio ex defectu falsæ causæ est nulla.*

2 *Transactio facta per errorẽ, nullum habere potest iuris fomentum.*

Cum dicatur deficere ex defectu consensus num. 3.

4 *Error excludit consensum.*

5 *Obligatio nulla nasci potest sinè consensu.*

6 *Reseruatio actum modificat, & mentem reseruantis declarat.*

7 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

8 *Clausula*, & non alias, &c. *demonstrat præcisam contrahentium mentem.*

Et est limitatiua voluntatis, & præseruatiua iuris in casu contrario num. 9.

Et adimit consensum ab actu num. 10.

Et importat conditionem, qua deficiente, perindè est, ac si nihil actum fuisset. num. 11.

12 *Dolus præsumitur ex falsa assertione.*

13 *Dolus reddit contractum ipso iure nullum.*

Vel facit illum rescindi, si sit contractus stricti iuris num. 14.

15 *Iuramentum facit valere transactionem, quæ aliàs non valeret.*

Cum illud habeat vim enixæ voluntatis, ita vt actus iuratus valeat omni meliori modo num. 16.

17 *Iuramentum non firmat transactionem quando concurrit error transigentis.*

Cum tunc in iurante deficiat consensus, quẽ iuramentum non supplet num. 18.

Ita vt neq. valeat pactum in quo deficit causa finalis expressa per errorem num. 19.

20 *Transactio rescinditur ob enormissimam læsionẽ*

21 *La-*

21 *Læsio enormissima, quæ dicatur rimititur arbitrio Iudicis*

Dicitur tamen læsio enormissima, quæ est longè vltra dimidiam. num. 22.

23 *Restitutio ex causa erroris in facto alieno datur etiam maiori ex clausula generali.*

24 *Restitutio datur etiam elapso quadriennio, quando læsio est enormissima.*

25 *Quadriennium ad petendam restitutionem non currit, nisi a die scientiæ læsionis.*

Cum illud a principio sit vtile, & postea continuum. num. 26.

27 *Restitutioni locum esse iudicandum est in dubio.*

ALLEGATIO XXIX.

REu. P. Per Ill. D. Decius Benamatus de Terra Cantiani, qui in contractu transactionis inito inter eum, & D. Gentilescam vxorem relictam q. Sebastiani Felicis de Collegigliono Comitatus Fabriani inter alia promisit nõ molestare ex causa residui crediti censualis Per Ill. DD. de Vallemanis de eodem, & alios, de quibus in Instrumento transactionis, nec illorum bona pro d. censu obligata sub falsa assertione, quod adessent alia bona quamplura, super quibus ipse consequi posset residuum sui crediti cẽsualis, non extantibus, nec repertis dictis bonis non valet impediri, quin molestare, & agere possit ad bona per eum liberata, vt supra, stante
1 falsitate ei suppositorum † cum tunc transactio sit nulla ex defectu causæ *Castr. in l. si ex falsis. 42. num. 3. C de transa. Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 53. & seq. & lib. 26. tit. 1. nu. 29. D. Andreol. contro. 246. num. 18.* Rot. *Bononien. in causa transact. & donat. iurium. D. Vincentij de Sala coram R. P. D. Vincio Firmano, nu. 16. & 17.* Rot. Rom. *apud Card. Seraph. decis. 1190. per tot. & apud Greg. XV. decis. 81. in prin. & decis. 149. per tot. & decis. 160. num. 3. & seq. par. 1. diuer. & decis. 429. in fin. par. 4. rec. tom. 2. & apud Merli. decis. 799. num. 16. & decis. 34. n. 8. & decis. 146. n. 4. & decis. 292. num. 10. et decis. 293. num. 27. et decis. 294. n. 11. par. 4. rec.*

Tum etiam, quia D. Decius ex mala persuasione, & calliditate aduersarij per errorem inductus
2 fuit ad ita transigendum †, & ideò illius promissio nullum potest habere iuris fomentum, per ea, quę not. *Deci. cons. 63. num. 6. Alex. cons. 46. sub. num. 8. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 470. in prin. par. 4. Gargiar. Iun. cons. 5. num. 39. lib. 2. Rot. d. decis. 190. num. 3. & seq. par. 1. diuer. et decis. 1. num. 1. par. 8. recen.*

3 Sed illa dicitur deficere ex defectu consensus *Gargiar. Iun. cons. 3. num. 22. et seq. et d. cons. 5. num. 37. lib. 2. Rot. Bonon. ubi supra. num. 15. & seq. Rot. Rom apud Cæsar. de Graff. decis. 14. num. 2. et d. decis. 1. num. 3. et ibi latè Adden. in prin. par. 8. rec.*

4 Consensum enim per errantem excludi, in confesso est apud omnes *l. non fatetur 2. ff. de confes. l. nihil consensui. 116. §. fin. ff de reg. iur. Surd. cons. 28. num. 122. lib. 1. Graff. de except. except. 8. num. 2. Gratia. discep. foren. cap. 988. n. 6. par. 5.* latè Barbo. *axioma 182. in prin. Rot. apud Duran. decis 50. num. 19. et d. decis. 1. num. 4. et ibi Adden. num. 90. par. 8. rec.*

5 Sine consensu autem nulla obligatio nasci potest *l. 1. §. 1. in fin. ff de pact. l. 2. et l. obligamur. 51. ff. de act. et oblig. 10. Oinot. Inst. de obliga. ex consen. num. 3.* plenissimè *Adden. ad* Rot. *d. decis. 1. num. 1. & seq. par. 8. rec. Card. Manti. de tacit. lib. 1. tit. 9. num. 25.*

Si enim D. Decius sciuisset, non adfuisse alia bona debitoris, super quibus consequi posset eius creditum, certè dicta bona DD. de Vallemanis, & aliorũ ab hypotheca super illis pro suo censu competente non liberasset, neq. dicto modo fuisset contracturus, vt de iure præsumi dicit *Ciriac. contro. 23. n. 41.* alios adducẽs, & manifestè probatur, nõ solũ ex assertione sibi facta, quod adesant alia bona debitoris, & ex reseruatione per eum facta in Instrumẽto transactionis agẽdi cõtra alia bona debitoris pro residuo sui crediti
6 censualis †, quæ reseruatio actum modificat, & mentem reseruantis declarat *Deci. cons. 656. num. 6. Paris. cons. 76. num. 15. lib. 3. Alba. cons. 13. num. 4. lib. 1. Rota in Bononien. fideicommissi 28. Martij 1650. coram* R. P. *D. Celso. §. talis enim etc.* & facit actum conditionalem *Hond. cons. 86. num. 44. lib. 2.* Rot. *decis. 513. num. 3. par. 1. rec. et in* Rom. *pensionis 28. Ianuar. 1641. coram* R. P. *D. Verospio. §. neq. visa fuit &c.*

7 Ex illa conclusione, quod nemo præsumitur velle iactare suum *l. cum de indebito 25. ff. de proba.* latè *Tiraq. in l. si vnquã. in ver. Donatione largitus num. 206. C. de reuoc. donat.* cum alijs relatis per Barbo. *axiom. 182. per tot.*

8 Sed præcipuè ex clausula, *& non alias, aliter &c.* in Instrumento transactionis apposita †, quę demonstrat pręcisam contrahentium mẽtẽ *l. non aliter. 67. ff. de lega. 3. l. qui hæredi. 44.* §. fin. *ff. de condit. & demon. Barbo. de claus. claus. 81. n. 3.* Rot. *post primum vol. consil. Farina. decis. 10. num. 5.* & est limitatiua voluntatis, & præseruatiua sui iuris in casu contrario *Gratia. discep. foren. cap. 587. num. 11. par. 3. & cap.*
10 *748. num. 10. par. 4.* † & adimit consensum ab actu, quo non sequuto operatur, ac si nihil fuisset actum *glo. Bald. & alij in l. si quidem 9. C. de except. Grat. cons. 128. num. 13. Gratia. discep. foren. d. cap. 748. num. 12. & 13. Barbo. d. clau.*

d. clau. 81. *num.* 5. *&* 14. vbi dicit, quòd ha-
bet vim resolutionis contractus, & idem dicit
Gratia. discep. foren. cap. 515. *num.* 1. *& seq. &*
cap. 530. *num.* 21. *par.* 3. *Rot. decis.* 115. *n.* 6.
11 *par.* 1. *rec.* † ac etiam dicta clausula importat
conditionem, qua deficiente perinde est, ac si
nihil actum fuisset *Ias. in l. fin. num.* 142. C. *de*
iure emphit. Paris. cons. 12. *num.* 104. *lib.* 2.
Rolan. *cons.* 63. *num.* 24. *lib.* 4. cum alijs rela-
tis per *Barbo. d. claus.* 81. *num.* 11. Rot. *decis.*
286. *n.* 2. *par.* 2. *rec.*

12 Quod eò magis est dicendum, cùm ex dicta
falsa assertione, adesse alia bona, super quibus
consequi posset residuum sui crediti, præsuma-
tur dolus *Craue. cons.* 2. *num.* 13. *& cons.* 192.
num. 13. *Mascar. de proba. concl.* 531. *num.* 19.
& 76. *lib.* 1. *Menoch. de præsump. lib.* 5. *præsump.*
3. *num.* 53. *D. Andreol. contro.* 214. *num.* 4.
Rot. Bononien. supra allegata num. 15. *coram*
R. P. *D. Vincio.* Rot. *Rom. apud Gregor. XV.*
13 *decis.* 149. *num.* 2. † qui reddit contractum
ipso iure nullum *Card. Manti. de tacit. lib.* 1. *tit.*
9. *num.* 23. *P. Sanch. de matrim. lib.* 1. *disput.*
64. *in prin. P. Azor. instit. Moral. par.* 3. *lib.* 6.
tit. de contrac. cap. 10. *quæst.* 2. *Mangil. de*
euict. quæst. 41. *num.* 7. *& seq. D. Andreol. d.*
contro. 214. *num.* 7. Rot. *Bononien. supra allega-*
ta num. 16. latè *Graff. de except. except.* 22. *n.* 6.
& seq. Rot. *in Bononien. fideicommissi de Maluetijs*
14 7. *May* 1640. *coram* R. P. D. *Peutingero*, † vel
saltem, quatenus sumus in contractu stricti iuris
operatur, quòd contractus veniat rescinden-
dus, vt volunt *Card. Manti. d. tit.* 9. *num.* 24. *&*
seq. & Merlin. Pignatel. contro. foren. cap. 25.
num. 37. *& seq. cent.* 2. nec non *Buttigli. de*
success. theore. 98. *num.* 7. qui alios adducunt
ita sentientes, licèt hæc distinctio, attento iure
canonico, non placeat *Graff. d. except.* 22. *n.* 7.
cum quo videtur sentire *Buttiglie. vbi supra*
num. 17.

Neque vllum ex aduerso fieri potest fundamen-
tum super iuramento in contractu transactio-
15 nis apposito, † quod facit valere transactio-
nem, quæ aliàs non valeret, vt not. *Doct.* &
precipuè *Alex. num.* 5. *& Curt. Sen. num.* 17.
& seq. in l. si causa cognita 32. *C. de transa. &*
in l si quis maior. 41. & præcipuè B*art. num.* 9.
Castr. num. 5. *Alex. num.* 3. *C. eod. tit.* Rot. *apud*
Card. Seraph. decis. 737. *num.* 7.

16 Quis, licèt iuramentum habeat vim enixæ vo-
luntatis, cuius causa transactio sustineri, & va-
lere debebat omni meliori modo, quo poterat
Bart. in d. l. si causa cognita 32. *& ibi Alex. nu.*
5. *C. de trans. Ias. in l.* 1. *num.* 17. *ff. eod. tit.*
Adden. ad Rot. *decis.* 1. *num.* 13. *& seq. par.* 8.
17 *rec.* † nullum tamen effectum operari potest,
quando vltra falsitatem causæ concurrit etiam
error iurantis, vt in casu nostro, ad tex. *in l. si*
ex falsis 42. *& ibi not. Bart. in prin. Bald. num.*
1. *Castr. num.* 1. *& alij C. de transa. Bart. in l. si*
quis pro eo 57. *num.* 15. *ff. de fideiuss. Surd. cons.*
37. *num.* 7. *& seq. vol.* 1. *Card. Manti. de tacit.*
lib. 26. *tit.* 1. *in fin.* in puncto *Rot. d. decis.* 34.
num. 28. *par.* 8. *rec.*

18 Quia tunc in iurante deficit consensus, † qui
requiritur de necessitate ad ortum obligatio-
nis, quem iuramentum non supplet *Soc. Inn.*
cons. 50. *num.* 32. *lib.* 4. *Gabr. cons.* 142. *n.* 6.
lib. 2. *Hond. cons.* 46. *num.* 35. *lib.* 1. *Surd. d.*
cons. 37. *num.* 8. *& seq.* latè *Adden. ad* Rot. *d.*
decis. 1. *num.* 18. *& seq. par.* 8. *rec.* vbi dicunt,
in dicto casu non esse necessariam absolutionē a
iuramento, *Rot. d. decis.* 34. *num.* 28. *& seq.*
par. 8. *rec. & in Meleuitana donationis* 17. *De-*
cembris 1646. *coram* R. P. D. *Tarraconen. §. ni-*
hil releuat &c. & in Romana seu Florentina cam-
biorum 3. *Iunij* 1650. *coram Eminentiss. Card.*
Corrado §. vndè resultat &c. & in Romana *do-*
tis 10. *Decembris* 1657. *coram* R. P. *D. Meltio*
§. *nihil etiam &c.*

19 Ita vt neq; valere possit pactum, in quo defi-
cit causa finalis expressa a paciscente ignoran-
ter, siuè per errorem *Ang. in l si diuortio* 21.
& ibi etiam Alex. n. 1. *ff. de verb. oblig.* Rum.
cons. 132. *num.* 7. *lib.* 1. *Card. Manti. de tacit.*
lib. 26. *tit.* 1. *num.* 29. *& seq.* & præcipuè *nu.*
36. Rot. *d. decis.* 34. *num.* 30. *par.* 8. *rec.* Rot.
Bononien. de qua supra n. 34.

Postremò est aduertendum, quod D. Decius ex
liberatione per eum facta de bonis, de quibus
supra obligatis pro suo credito censuali, fuit
enormissimè læsus, vt patet ex ipso instrumen-
to transactionis, in quo receptis tantùm scu-
tis vigintiquinque liberauit D. Gentilescam, &
eius bona, & bona DD. de Vallemanis, & alio-
rūm obligata pro scutis septuaginta quinque
pro sorte principali census, & pro scutis se-
ptuaginta tribus pro fructibus d. census decur-
sis, & non solutis, & sic pro scutis centum qua-
draginta octo in totum, absque eo, quod pro
illis se reualere possit super alijs bonis debito-
ris census, itaut læsio sit satis longè vltra di-
midiam, & sic enormissima, quæ est benè suf-
20 ficiens ad rescindendam transactionem; vt
post *Deci. Cagnol. Corn.* Rim. *Sen. Rub. Alex.*
Deci Soc. Inn. Paris. Grat. *Flam. de* Rub. *Pan-*
cirol. Rande. Berret. Ceph. Natt. Crau. Osaseb.
Surd. Gabr. *Alba. Molphe. Ant. Perez.* Guttier.
Mising. Ann. Vrsill. Fontanel. Gram. *Thesa.*
Castill. S. *Felic. Giurb. Salon. de Pace, &* Rot.
per eum adductos tradit *D. Andreol. contro.*
246. *num.* 3. quibus addo Card. *Manti. de tacit.*
lib. 26. *tit.* 9. *nu.* 23. *& seq. et* Rot. *decis.* 292.
num. 13. *par.* 8. *rec.* vbi testatur de veriori, &
magis communi Doct. opinione.

21 Licèt enim, cùm a iure non sit determinata
quan-

quantitas præcisa ad constituendam læsionem enormissimam, id relinqui arbitrio Iudicis, scripserint *Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 4. num. 121.* quamplures adducens ita sentientes *Giurb. decis. 110. num. 3.* & alij, quos refert *D. Andreol. d. contro. 246. nu. 5.* cum quibus pertranseunt *Posti. de subhast. inspect. 59. num. 4. Fontanell. decis. 65. num. 6. & seq. Calui. de æquit. lib. 2. cap. 101. num. 43. & Adden. ad Buratt. decis. 115. num. 16.*

22 Quandò tamen læsio est admodum longè vltra dimidiam, & in quantitate notabili, vt in casu nostro, omnes conueniunt, illam dici enormissimam, vt tradunt *Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 1. num. 8. C. de rescin. vendit. Seraph. de priuil. iuram priuil. 83. n. 90. ver. quartò &c. Giurb. d. decis. 110. num. 5. Fariu. in fragm. crim. litera I. num. 1289. Menoch. cons. 1. num. 494. lib. 1. Mising. obser. 59. in fin. cent. 5. Morot. cons. 87. num. 19. Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 12. nu. 16. ver. enormissima tandem &c.* alios cumulans sectatores *D. Andreol. d. contro. 246. num. 4. Altogra. cons. 102. num. 47. vol. 2. Rot. decis. 130. num. 4. par. 4. rec. tom. 2.*

Quę omnia licèt satis clara sint, nolo tamen omit-
23 tere, † quod in omnem casum D. Decio, licèt maiori, competit restitutio in integrum ex causa erroris in facto alieno ex clausula generali *l. in contractibus 3. C. quibus ex can. maio.* & post *glo. Bart. Ang. Petr. Fulgo. Castr. Alber. Franc. Marc. & alios* per eum relatos tradit *Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 8. num. 19. & seq.* plura referens exempla, *Grat. discep. foren. cap. 797. n. 19. & seq. par. 4. Adden. ad Rot. decis. 10. num. 29. par. 3. rec. & decis. 460. num. 225. & seq. par. 4. rec. tom. 2. Rot. in Romana, seu Florentina restitutionis in integr. 10. Maij 1641. coram Eminentissimo Card. Pauzirolo. §. licèt enim &c.*

24 Neq. ei obstat lapsus quadriennij a die lęsionis, quia cum simus in læsione enormissima, vt supra, restitutio conceditur etiam elapso quadriennio *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 10. Thob. Noni. cons. 18. num. 17.* latè *Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 19. num. 66. ver. in contrarium &c.* vbi testatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, *Gratia. discep. foren. cap. 148. num. 19. par. 1. & cap. 601. nu. 45. par. 4. Giurba plenè decis. 106. num. 12.* innumeros ferè adducens concordantes *Costa. remed. subsid. 47. num. 7. Rot. decis. 284. nu. 50. & seq. par. 6. rec. Hodier. ad Surd. decis. 4. nu. 21.* alios pariter adducens, Maximè quandò proceditur in causa sola facti veritate inspecta *Costa. remed. subsid. 47. num. 7. Giurb. d. decis. 106. num. 12.* qui alios recenset eiusdem sententiæ quamplures.

Secundò quia D. Decius non habuit scientiam, nō adfuisse alia bona libera pro cōsequutione residui sui crediti censualis, & sic ipsum fuisse læsum ex dicta liberatione bonorum per eum fa-
25 cta †, quadriennium autem ad petendam restitutionem in integrum non currit, nisi a die scientiæ læsionis *Rola. cons. 3. num. 21. lib. 1. Thob. Noni. cons. 39. num. 23. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 6.* latè *Odd. de restit. in integr. quæst. 20. n. 32. ver. in contrarium &c.* vbi testatur de magis communi Doct. opinione, & quod temerarium esset in iudicando ab ea recedere *Giurb. decis. 77. num. 7.* latè *Adden. ad Rot. decis. 3. par. 3. rec. Rot. decis. 284. nu. 56. & seq. par. 6. rec.*

26 Quod quidem est manifestum, cum d. quadriennium a principio sit vtile, & postea continuum doctrina *Bald. in l. falsam 3. sub num. 3. C. si ex fals. instrum.* quam sequuntur, & vti celebrem extollunt *Boer. decis. 39. num. 4. Thesa. decis. Pedem. 133. sub num. 4. Odd. de restit. in integr. par. 2. quæst. 90. sub num. 27.* vbi dicit, totum mundum hanc Baldi. opinionem recepisse, *Ludou. decis. Lucen. 52. num. 13. Costa de iur. & fact. igno. centu. 1. distin. 96. num. 13.* & latè comprobant *Adden. ad Rot. decis. 3. n. 91. & seq. par. 3. rec.* vbi testantur de veriori, & magis communi Doct. opinione, quam sequitur *Rot. decis. 39. in prin. par. 3. diuer. & d. decis. 3. num. 2. par. 3. rec.*

27 Maximè cum in dubio iudicandum sit pro restitutione, cum nitatur æquitati *Adden. ad Rot. d. decis. 3. num. 30. par. 3. rec.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa, de qua supra, fuit incæpta in Oppido Fabriani, sed non fuit adhuc per sententiam terminata. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Mulier, si alienet fundum dotalem pro vtilitate viri, an possit ab eo repetere prætium illius, & an ei competat actio a die alienationis, vel a die promissionis dotis, & an teneatur priùs experiri contra dictum fundum alienatum. Dos an sit ius vniuersale, & in eo pretium succedat loco rei. Vir, & vxor si vendant fundum dotalem, pretium an præsumatur peruenisse ad virum, vel ad vxorem. Donatio facta post mortem donatoris an dicatur inter viuos, vel causa mortis, maximè quandò effectus est collatus post mortem, & an possit reuocari in testamento postea condito. Augumentum dotis factum in contractu dotalitio ex parte vxoris an sit pars dicti contractus, & veniat appellatione dotis. Statutum Principis laici an liget Clericos. Episcopus an possit facere Statutum contra

contra ius commune; Dos quando venjat in Statuto generaliter loquente. Constitutio Ægidiana an sit merè Laicalis, & an liget Clericos, & additio ad dictam Constitutionē Cardinalis Carpensis an liget extra Prouinciam Marchiæ.

SVMMARIVM

1 *Prior qui est in tempore potior est in iure.*

2 *Maritus tenetur restituere vxori pretium rei dotalis simul alienatæ, si est conuersum in eius vtilitatem.*

3 *Dos ex parte mulieris dicitur ius vniuersale.*

Ideò pretium rei dotalis venditæ, quod retinet maritus, dicitur succedere loco rei. n. 4.

Imò id censetur tacitè actum inter partes. num. 5.

6 *Maritus tenetur ad restitutionem pretij rei dotalis venditæ vxori a die promissionis dotis, non a die alienationis.*

7 *Maritus, & vxor si vendant rem dotalem, pretium illius præsumitur perueniße ad maritum.*

8 *Vxor non potest agere contra rem dotalem per eam alienatam, maximè cum iuramento.*

Contrarium, quod vxor possit ad illa agere in subsidium, & quando ei non est consultum in alijs bonis viri. n. 9.

10 *Remedia plura quando alicui competunt, ille potest eligere remedium, quo vti velit ad eius libitum.*

11 *Instrumentum publicum habens pro se dicitur habere intentionem fundatam.*

12 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

Et rem claram, & manifestam. num. 13.

14 *Obligatio conditionalis, purificata conditione, dicitur pura.*

15 *Actum ad constituendum in esse requiruntur copulatiuè voluntas, & potestas.*

16 *Voluntas, si non probetur mutata, præsumitur durare.*

Etiam ex longo temporis internallo. n. 17.

18 *Contractus non venit appellatione testamenti.*

19 *Testamentum non venit appellatione contractus.*

20 *Testamento reuocato, non censetur reuocatus contractus, etiam in eo contentus.*

21 *Augumentum dotis factum ex parte vxoris idem est, quod dos, & n. 47.*

22 *Augumentum est eiusdem iuris, cuius est principale.*

23 *Augumentum dotis factum in contractu dotalitio censetur pars contractus dotalis.*

24 *Pacta omnia in contractu apposita dicuntur pars contractus.*

25 *Dos cum habeat speciale nomen, dicitur contractus nominatus.*

26 *Verbum* promisit *importat stipulationem.*

27 *Donatio dicitur inter viuos collato effectu post mortem donatoris, quando mentio mortis fuit adiecta per modum dilationis, & taxationis temporis.*

28 *Donatio præsumitur inter viuos, quando non adsunt quinq; testes.*

29 *Verba* e adesso per all'hora *designant actus perfectionem de præsenti.*

30 *Contractus ab initio sunt voluntatis, & ex post facto necessitatis.*

31 *Donatio inter viuos non potest reuocari, vel mutari.*

Præsertim stante promissione de obseruando promissa in contractu. n. 33.

32 *Actio acquiritur absenti irreuocabiliter, stante stipulatione.*

34 *Iuramentum facit actum irreuocabilem.*

35 *Augumentum dotis dicitur portio ipsius dotis continens publicam vtilitatem, sicuti dos.*

36 *Dotis fauore inducitur stipulatio ipso iure.*

37 *Dotis fauore quæritur actio absenti, & hoc est speciale in dote.*

38 *Vxor ex matrimonio sequuto censetur tacitè ratificare promissionem dotis viro factam.*

39 *Scientia præsumitur in his, quæ afferunt commodum.*

Maximè concurrentibus cohabitatione, longinquitate temporis, & alijs, de quibus ibi. num. 40.

41 *Acceptatio præsumitur ex scientia in actibus fauorabilibus, & lucrosis.*

42 *Statutum, seù Decretum Principis Laici non ligat Clericos ex defectu potestatis.*

43 *Statutum Laicale prohibens donationes non comprahendit Clericum donantem.*

44 *Episcopus non potest facere Statutum contra ius commune.*

45 *Statutum auferens liberam bonorum suorum administrationem dicitur iniquum.*

46 *Statuto se fundans tenetur probare esse in vsu quando illud est contra ius commune, vel exorbitans.*

48 *Dos est specialiter priuilegiata, quod quilibet pro ea valeat se obligare.*

49 *Dos non comprahenditur in Statuto generaliter loquente, quando in illo casu est specialiter priuilegiata.*

50 *Mixtum in mixtis potentius prævalet.*

51 *Solemnitates non exiguntur in contractu dotis, & matrimonij.*

52 *Statutum prohibens donationee non habet locum in donatione impropria.*

53 *Statutum auferens liberam bonorum administrationem est correctorium, & strictè interpretandum.*

54 *Constitutio Ægidiana est merè Laicalis.*

Et ideò non ligat, nec comprahendit Clericos. n. 55.

Et est strictè intelligenda, nec venit extendenda de casu ad casum. n. 56.

57 *Additio ad Constitutionem Marchia Cardinalis Carpensis non ligat extra Prouinciam Marchiæ.*

58 *Constitutio Ægidiana fuit extensa per Paulum 3. ad totum Statum Ecclesiasticum, sed non dicta additio.*

59 *Interpretatio in dubio est facienda pro validitate actus.*

60 *Opinio in dubio est tenenda, per quam minus receditur a dispositione iuris communis.*

61 *Opinio in dubio est tenenda, quæ fauet doti.*

ALLEGATIO XXX.

EXcellentiss. Domine. Per Illustribus DD. Hieronymo, & Io. Francisco de Benedictis de Vrbino filijs, & heredibus q. D. Felicis eorum matris venit assignandus locus in concursu creditorum faciendo de bonis q. DD. Hippoliti, & Sebastiani eorum Patris, & Aui respectiuè pro duabus tertijs partibus scutorum sexcentorum pro pretio domus dotalis D. Felicis alienatæ per D. D. Hippolitum, & Sebastianum, ac ipsam D. Felicem, ad effectum extinguendi censum ad ipsos DD. de Benedictis spectantem, vt apparet ex Instrumentis in iudicio exhibitis, a die celebrati Instrumenti promissionis dotium, in quo adest obligatio conseruandi, & restituendi dotem ad fauorem filiorum, & hæredum D. Felicis iuxta priorita-
1 tem d. crediti ex vulgari regula † qui prior est tempore potior est in iure *l. potior. 11. ff. qui potio. in pign. hab. l. qui fundum 4. C. eod. tit. cap. qui prior. 54. de reg. iur. in 6.* quam exornant *Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 22. num. 1. & seq. Posti. de subhas. inspect. 41. num. 17. & seq.* latè *Barbo. axiom. 188. in prin. Amat. Roder. de concur. credit. par. 2. cap. 1. in prin.* & in puncto de dote *Balth. Tomas. in suis tract. diuer. tom. 3. de concur. credit. num. 549.*

2 Cum enim D. Felix alienauerit d. domum dotalem ad effectũ extinguendi censum spectantẽ ad D. D. Hippolitum socerum, & Sebastianum maritum, vt patet ex ipso Instrumento alienationis domus, & sic ad illorum vtilitatem, sequitur, quod ipsi teneantur, & obligati sint ad restituendum ipsi D. Felici, & suis filijs, & heredibus pretium ipsius domus venditæ, vt tradunt *Bart. cons. 124. num. 2. & seq. Bour. decis. 23. num. 7. Barbosa in l. diuortio 8. §. si vir. num. 11. ff. solu. matri. Ant. Gomez. ad leges 50. Taur. num. 57. Neguz. de pignor. in 4. membr. 4. par. num. 57. Surd. cons. 330. num. 10. lib. 3. Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glo. 2. par. 4. num. 20. Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 18. num. 65. &* latius *quæst. 19. num. 69. & lib. 3. quæst. 52. num. 3. et seq. Rota decis. 113. num. 5. par. 3. recen. et decis. 159. num. 4. et 11. par. 4. recen. tom. 2.*

3 Nam cum ex parte mulieris dos dicatur ius vniuersale, sicut hæreditas, peculium, & similia *l. quod dicitur 5. & ibi glo. ff. de impen. in reb. dot fact. Bart. in d. cons. 124. num. 2. Neguz. de pign. in d. 4. memb. 2. par. num. 59. Campeg. de dot. par. 1. quæst. 4. num. 6.* contrarijs respondens *Paitel. exped. ciuil. 49. nu. 4. Costa remed. subsid. 61. num. 7. Cardin. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 6. per tot. Fontanel. d. par. 4. n. 22.*

4 Ideò d. pretium rei dotalis venditæ, quod retinet maritus, succedere dicitur in locum ipsius rei, vt not. *Bart. d. cons. 124. num. 2. & seq. Neguz. in d. membr. 4. num. 59. Gabr. cons. 37. num. 3. lib. 1. Card. Manti. de tacit. d. tit. 6. n. 9. Morot. cons. 20. num. 2. Fontanel. d. glo. 2. par. 4. num. 22. & seq. Surd. d. cons. 330. nu. 8. & 9. lib. 3. Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 19. num. 69. & lib. 3. quæst. 52. num. 7. & seq.* vbi dicit etiam, hoc esse speciale in dote *Paitel. d. expedit. ciuil. 49. num. 3. & 4.* benè *Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1451.* vbi dicit, hoc vti receptius ab omnibus teneri *Costa d. remed. subsid. 61. num. 7.* Rota *decis. 113. n. 5. par. 3. rec. & d. decis. 159. num. 4. & 11. par. 4. rec. tom. 2.*

5 Imò cum sit de natura dotis, quod pretium succedat loco rei dotalis, vt tradunt *Doct.* supra adducti, id censetur tacitè actum inter partes, vt voluerunt *Bart. in d. cons. 124. nu. 2. & seq. Cassan. in consuet. Burgun. in tit. des drott. rub. 4. §. 22. in fin.* quem referendo sequitur *Fontanel. in d. glo. 2. par. 4. num. 22. & Merli. in d. quæst. 52. num. 6.* maximè accedente vtilitate mulieris, vt tradunt *Bart. Fontanel. & Merli. vbi supra.*

Et est clarissimum in casu nostro, stante assertione facta in Instrumento venditionis domus, quod bona viri sunt sufficientia pro securitate dotiũ ipsius D. Felicis, quæ demonstrat animum restituendi, & recuperandi respectiuè d. pretiũ domus venditæ; vt in terminis aduertit *D. Andreol. contro. 162. n. 5.*

6 Ita vt D. Felix, & DD. Hieronymus, & Io. Franciscus illius filij, & heredes dicantur, & sint veri creditores DD. Hippoliti, & Sebastiani pro pretio Domus alienatæ, & eis competat ius cum hipotheca bonorũ ad illud recuperandum ex illorum bonis a die promissionis dotis, non autem a die factæ alienationis domus, vt not. *Bart. in d. cons. 124. num. 4. Capic. decis. 78. num. 11. Gaitien. [illegible] confirm. par. 1. cap. 1. num. 14. circa fin.* quem refert, & sequitur

quitur *Fontanel. de pact. nupt. clau. 7. glo. 2. par. 4. num. 19. & seq. vsq. ad n. 27.* vbi dicit, ita fuisse pluries in illo celeberrimo Senatu iudicatum, & ita voluit expressè etiam *Merlin.de pigno lib. 2. quaest. 18. nu. 65.* & clarius *quaest. 19. num. 69. & seq. & lib. 3. quaest. 52. num. 9. & D. Andreol.* post hæc scripta visus *contro. 355 n. 12.*

Quę quidem habent locum non solùm in terminis casus viri, in quo cum ex Instrumento venditionis domus appareat euidenter, alienationem illius factā fuisse pro extinguendo censum spectantem ad virum, & ad vxorem nihil de pretio peruenisse, nulla cadit dubitatio, quin vxori competat repetitio prætij contra virum, vt not. *Doct.* supra proximè adducti, sed etiam

7 quando essemus in dubio, † vt quia vir, & vxor vendidissent rem dotalem, & simul fassi fuissent recepisse pretium, quia adhuc maritus teneretur restituere integrum pretium vxori, cum in dubio præsumatur, negocium spectasse ad maritum, & vxorem, vti fideiussorem, interuenisse, & totum pretium rei venditæ ad maritum peruenisse, vt scripserunt *Capic. decis. 78. num. 9. Afflic. decis. 209. num. 2. & 3. & ibi Vrsill. in addit. Bald. Nouel de dote par. 7. priu primo n. 15. veronam nullum &c.* vbi testatur de communi opinione, & ita in facto obtinuisse in Ciuitate Perusiæ *Boer. decis. 23. num. 6. & seq. Rola. cons. 64. per tot. vol. 1.* vbi testatur de communi opinione, *Gabr. cons. 58. in prin. vol. 2.* vbi dicit, hanc opinionem esse veriorem, & receptiorem contra *Bart. Hond. cons. 45. num. 26. lib. 1.* vbi testatur de magis communi, & verissima opinione, *Osasch. decis. Pedem. 44 num. 5. & decis. 140. num. 2. & 7. Ant. Gomez. ad leg. 50. Taur. num. 57. Mangil. de euict. quaest. 75. num. 4. Surd. con. 330. num. 10.* vbi testatur de communi opinione contra *Bart. vol. 3. Crau. cons. 91. per tot. Scapuc. de Saluia. lib. 2. quaest. 7. num. 3. Thesa. decis. Pedem. 222. num. 14. &* de veriori opinione testatur etiam *Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 44.* latè comprobans, *& Gratia. discep. foren. cap. 498. in prin. par. 3.* vbi etiam de magis communi opinione testatur, benè *Thomat. decis. March. 109. num. 9.* & benè pariter declarat *Costa. de ratio. ratæ quaest. 42. num. 6.* & post quam plures ab eo adductos scribit *Fontanel. in d glo. 2. par. 4. num. 19.* vbi dicit, hoc esse indubitatum, & ita in illo Senatu fuisse pluries iudicatum, ex quibus negari non potest, hanc esse magis communem Doct. opinionem.

Quod tamen in casu nostro, vt dixi, transit sinè controuersia, cum non simus in dubio, sed ex ipso Instrumento venditionis domus appareat euidenter, pretium illius non peruenisse ad D. Felicem, sed totum fuisse conuersum in vtilitatem DD. de Benedictis, vt admittit etiam *Ciriac. contro. 37. num. 34. & 35.* qui a supradicta opinione videtur recedere, & quod vxor possit repetere dotem a viro, nisi constet, pretium rei dotalis alienatæ cessisse in eius vtilitatem tradit *Thoma. d. decis. March. 109. num. 9.* alios adducens concordantes.

Neq. DD. de Benedictis Agentes pro consequtione dictarum pecuniarum tenentur experiri contra domum alienatam, vt ex aduerso prætenditur, cum hoc iure cautum non inuenerim, nec Doctores supradicti volentes, vxori competere ius agendi ad pretium rei dotalis venditæ contra virum, & eius bona de hoc vllum faciunt verbum, imò *Merli. in d. quaest. 18. num. 65.* dicit contrarium, dum ait solùm esse consultum vxori agendi ad pretium contra viri bona, vt

8 ibi per eum †, & pariter quod vxor, & eius hæredes non possint vllo modo agere contra bona dotalia alienata per eam, maximè cum iuramento, tenuerunt quamplures Doct. & præcipuè *Boer. d. decis. 23. num. 7. & 9. Hond. d. cons. 45. num. 31.* & post *Cranet. cons. 613. n. 32. vol. 4. & Morot. cons. 87. num. 8.* p r eum relatos tradit *Costa remed. subsid. 85. num. 5. Vinc. de Franch decis. 84. per tot. Rola cons. 70. num. 20. & seq. lib. 2. & Marta voto 181.* quem refert *Hodier. ad Surd. decis 86 num. 25.* vbi dicit, ita in illo Sacro Consilio fuisse pluries iudicatum, & hanc opinionem, pluribus relatis Doct. authoritatibus, veriorem de iure dicit *Thesa. decis. 223. num 13.* licèt contrariam sequatur Senatus Pedemontanus, vt ibi per eum

9 Licèt in subsidium posse vxorem agere ad bona dotalia alienata, quando scilicet ei non est consultum super alijs bonis viri, ne remaneat indotata, verius tenuerint *Affl. decis. 315.* licèt subobscurè cum duabus decis. seq. & ibi *Vrsil. num. 2. & seq. & ad decis. 209. num. 7. Vinc. de Franc. decis. 477. num. 11.* quamplures adducens ita sentientes. *Card. Manti. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 34. & sub. num. 37. Cancer. var. resol. par. 3 cap. 15. num. 100. & seq.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuisse pluries iudicatum, *Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 13. defin. 14. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quaest. 52. num. 20. & seq.* quos refert, & sequitur *Hodier. ad Surd. decis. 86. num. 26.* cum quibus pertranseunt *Paris. cons. 75. num. 13. & seq. vol. 3. Gratia. discep. foren. cap. 723. num. 20. & seq. par. 3. Merli. de pigno. lib. 2. quaest. 18. num. 66. & seq. Senatus Pedemon. apud Thesa. decis. 223. num. 13. Fontanel.* latè de pact. nupt. clau. 7. glo. 2. par. 6. num. 7. & seq. & Rota apud Cenc. de Cens. decis. 33. num. 5. & seq.

Et quatenus DD. de Benedictis ex aliqua causa, vel iure liceret agere cōtra domum alienatam, tamen eum eis competat ius agendi contra bo-

10 na DD. Hippoliti, & Sebastiani vt supra†, &
sic eis plura competant remedia, ipsis licet eli-
gere remedium, quod eis magis placet, & sic
non possunt cogi agere contra d. domum, vt
tradunt *Bart. in l. cum proponas 17. num. 3. C. de transa. Surd. cons. 458. num. 34. & cons. 529. num. 38. lib. 4. Costa. de scien. & igno. cent. 2. dist. 80. num. 21.* Rota *apud Duran. decis. 241. num. 16.*

Nec non etiam eisdem DD. de Benedictis venit as-
signandus locus in concursu bonorum q. ad.
Reu. D. Hieronymi Spaccioli pro duabus ter-
tijs partibus scutorum mille, iuxta promissio-
nem, & obligationem factam per ipsum D.
Hieronymum ad illorum fauorem in Instrumē-
to promissionis dotis, de quo in actis, a die
11 promissionis, & obligationis, † cum dicantur
habere intentionem fundatam in dicto Instru-
mento publico *l. cum precibus 18. C. de prob. Ceph. cons. 180. num. 20. lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 2. presump. 44. n. 3. Ciriac. contro. 181. n. 22* alios adducens Rota *decis. 207. n. 1. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 287. num. 25. par. 7. recen.*

12 Quod Instrumentum publicum facit proba-
tionem probatam *Surd. cons. 192. num. 13. vol. 2. Thomat. decis. March. 13. num. 10. & decis. 26. num. 9.* Gratia. *discep. foren. cap. 963. nu. 10. & cap. 939. num. 41. par. 5.* Rota *apud Cenc. de Cens. decis. 53. num. 2. & decis. 133. num 6. & decis. 427. num. 1. & decis. 495. nu.*
13 1. & alibi passim †, & facit rem claram, &
manifestam, & de eo iudicatur, vt de casu le-
gis, de quo non venit dubitandum, *Cenc. de cens. quæst. 43. num. 10. & seq. & quæst. 51. n. 2.* alios adducens concordantes *Gratia. discep. foren. cap. 269. num. 37. par. 2. & cap. 796. num. 1. & cap. 717. num. 24. & seq. par. 4. Thoma. decis. March. 50. num. 28. & seq. & n. 334. & decis. 79. num. 1. & decis. 95. num. 7.* Rota *decis. 89. num. 9. apud Posti. de manut. & apud Cenc. de Cens. decis. 136. num. 6. & decis. 554. num. 2. & decis. 374. num. 2. & 3. & apud Grego. XV. decis. 157. num. 13. & decis. 321. num. 1.*

Maximè cum verificata fuerit conditio per D.
Hieronymum apposita circa paupertatē DD.
de Benedictis †, quo casu obligatio dicitur pu-
ra *l. fin. §. 1. & ibi Alex. ff. de vulga. & pupil. Paris. cons. 48. num. 12. lib. 1. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 2. num. 26. Osasch. decis. Pedem. 145. num. 3. Surd. cons. 179. num. 11. vol. 2. Card. Manti. de tacit. lib. 14. tit. 46. n. 1.* Rota *apud Duran decis. 112. num. 12.* Cum puri, &
purificati idem sit iudicium *l. sed & si 34. §. 1. in fin. ff. de acq hered. Ceph. cons. 272. nu. 60. vol. 2. Surd. d. cons. 179. num. 10. Paris. cons. 11. num. 64. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 43.* *num. 17. Fusar. de subst. quæst. 271. per tot.* qui
alios adducunt.

Neq. obstat prætensio creditorum asserentium, d.
promissionem fuisse reuocatam per D. Hiero-
15 nymum in eius testamento †, quia ad consti-
tuendū actū in esse, & sic dictam reuocationem,
requiruntur copulatiuè voluntas, & potestas
Affl. decis. 305. num. 7. Couar. in cap. cum esses 10. sub num. 7. de testam. et var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 9. Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 80. num. 11. Barbo. axiom. 12. num. 18. Rota *decis. 208. num. 1. par. 4. rec. et decis. 510. nu. 8. par. 4. rec. tom. 3.* in casu verò nostro deficit
vtrumq. vt demonstrabitur, meritò &c.

16 Deficit primò voluntas, de cuius mutatio-
ne cum ex aduerso non doceatur, ideò illa præ-
sumitur durare, & non fuisse mutatam *l. cum qui 22. ff. de proba.* & docent *Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 37. num. 1. et seq. Card. Manti. de coniect. lib. 2. tit. 1. num. 2. Mangil. de imput. quæst. 101. num. 6. Nouar. quæst. foren. lib. 1. quæst. 108. num. 6.* Rota *apud Duran. decis. 74. num. 46. et apud Grego. XV. decis. 156. num. 6. & seq & decis. 130. num. 12. par. 6. recen. & decis. 206. num. 18. & seq. par. 7. recen.*

17 Etiam accedente longo temporis interuallo
l. Sancimus 27. & ibi Ias. num 6 C. de testam. Paris. cons. 67. num. 25. lib. 3. Menoch. d. præsump. 37. num. 29. Rota *apud Grego. XV. decis. 156. num. 6.* Maximè non constito de noua
causa *Card. Manti. de coniect. lib. 12. tit. 8. nu. 17.* Rota *decis. 247. num. 18. par. 6. recen.*

Neq. contrarium suadere potest Clausula appo-
sita in testamento D. Hieronymi ex aduerso
ponderata, nempè *cassans omne aliud testamentum etc.* quia illa non comprehendit, nec ex-
tendi potest ad d. obligationem, & promissio-
nem scutorum mille factam in Instrumento do-
18 talirio, & per viam contractus †, cum con-
tractus non veniat appellatione testamenti *l. verba contraxerunt 20. & ibi glo. & Alcia. in prin. ff. de verbo. signific. Bald. & Doct. in l. testamentum non ideò 17. C. de testam. Ias. in l. qua de legato 48. num. 28. ff. de lega. 1. & in d. l. testamentum non ideò num. 1. Cran. cons. 307. n. 5. Barbo. de appell. verb. signif. appell. 262. nu. 6.* alios adducens.

19 Nec testamentum veniat appellatione con-
tractus, vt not. *Doct. in d. l. testamentum non ideò Cranet. d. cons. 307. n. 6. & post Bald Ias. & Afflict.* per eum relatos tradit *Card. Mant. de tacit. lib. 1. tit. 2. num. 19.* & benè comprobat in terminis *Buttiglier. de success. cap. 2. theore. 67. num. 2. & seq.* cum testamentum non
sit contractus *glo. in d. l. testamentum non ideò 17. in verbo contractus Tiraq. de legib. connub. glo. 5. num. 93. circa medium Barbo. d. appell. 262. in*

262. *in fin.* alios adducens concordantes, cui autem non conueniunt verba, neque potest conuenire dispositio *l. 4. §. toties ff. de damn. infec. Tiraq. in l. si vnquam in ver. libertis n. 2. C. de reuoc. donat. Mar. Anton. var. resol. lib. 3. resol. 9. num. 4. Barbo. axiomat. 222. n. 33.*

20 Et in puncto quod, reuocato testamento, non censeatur reuocatus contractus etiam in eo contentus, tenuerunt *Bart. in l. cum quis decedens 35. §. codicillis num. 3. & seq. ff. de lega. 3. Bald. in l. fin. ff. de rebus eorum & in l. si auia 6. in prin. C. de iur. delib. Oldra. consi. 124. per tot. Roma. consi. 171. in vlt. dubio Guid. Pap. consi. 223. in fin.* & alij relati per *Tiraq. de legibus connub. glo. 5. num. 102. Surd. consi. 169. num. 9. lib. 2. Seraph. de priu. iura. priu. 19. num. 17. Gamma. decis. 339. sub num. 4. Gratia. discep. foren. cap. 116. num. 55. & 56. par. 1. Hodier. ad Surd. decis. 55. num. 15. in fin.* ita vt hæc dici possit communis Doct. opinio, quicquid contrarium voluerint aliqui relati per *Tiraq. in loc. supra cit.*

Quod verò dicta promissio scutorũ mille sit contractus, demonstratur apertè ex lectura Instrumenti, vbi dicta promissio appellatur *augu-*

21 *mentum dotis*, † quod, vti factum ex parte vxoris, idem est, quod dos *Ripa. in l. 1. num. 28. ff. solu. matr.* plenè *Ceph. consi. 156. nu. 25. & 34. & consi. 468. num. 4. & consi. 598. num. 50.* quem refert, & sequitur *Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 26. num. 10. Surd. consi. 196. n. 20. vol. 2. Gratia. discep. foren. cap. 172. num. 19. & seq. par. 1. & cap. 254. nu. 65. par. 2. Ciriac. contro 452. num. 49. Altogra. cons. 34. num. 3. lib. 1. Rota decis. 300. num. 8. par. 6. rec.* & venit appellatione dotis etiam in statutis *Gratia. decis. March. 213. num. 3. & seq. Costa. de ratio. rata quæst. 111. num. 3. Merlin. de pigno. lib. 2. quæst. 18. num. 39. & lib. 3. quæst. 50. num. 3. Rota decis. 246. num. 1. par. 2. rec.*

22 Cum augumentum sit eiusdem iuris, cuius est principale *l. etiam 8. in fin. C. de iur. dot. l. inter socerum 26. §. cum inter ff. de pact. dot. l. si conuenerit 18. §. si nuda ff. de pignor. actio. & post Roma. Ias. Purpu. & Cepoll.* per eum adductos tradit *Ciriac. d. contro. 452. num. 49.* & dicatur vnum, & idem cum ipsa re principali *Ceph. consi. 773. num. 42. & 43. vol. 5. Ciriac. vbi supra.*

23 Et cum dictum augumentum, vti factum in contractu dotalitio, censeatur pars contractus dotalis, & vnica contractus *Guid. Pap. decis. 145. num. 2. Vinc. de Franch. decis. 205. nu. 1. & seq. et decis. 436. num. 4. et seq. Surd. consi. 457. num. 23. et 24. vol. 4. Fontanel. de pact. nupt. cla. 4. glo. 1. num. 19. et glo. 9. num. 32. par. 1. D. Andreol. contro. 155. num. 11. Rota decis. 44. num. 6. et seq. et decis. 127. num. 13.*

24 *par. 6. recen.* † cum omnia pacta in contractu apposita dicantur pars contractus *l. fundi partem 79. et ibi Bald. ff. de contrah. empt.* in puncto *Ias. consi. 171. num. 14. vol. 4.* quem refert, & sequitur *Surd. d. consi. 457. num. 23.* & latius idem *Surd. consi. 217. n. 6. et seq. vol. 2. Cardin. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 15. num. 49.*

25 Dos verò, cum habeat speciale nomen, dicitur contractus, & quidẽ nominatus, vt tradunt *Doct. in rub. ff. solu. matr. & in l. legem 10. C. de pact. Campeg. de dote par. 1. quæst. 6. in fin.* vbi testatur de communi opinione, & ibi *Adden. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 2. num. 9. et seq.* & ante eum *Bald. Nouel. de dote par. 6. priuil. 1. num. 2. ver. vnde sicut etc.* & est ex vtraq. parte obligatorius: ex parte vxoris, vt dotem præstet, & ex parte viri, vt illam restituat, vt post *Barbo. in l. exigere dotem 65. num. 5. ff de iudi.* per eum relatum dicit *Mangil. de euictio. quæst. 70. in prin.*

26 Maximè stante illo verbo *promette*, quod importat stipulationem *Ant. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 11. num. 17. Barbo. de dict. dictio. 288. in prin. Card. Manti. de tacit. lib. 1. tit. 2. num. 8.* in puncto *D. Andreol. contro. 112. num. 11. Rota decis. 427. num. 6. et decis. 471. num. 1. apud Card. Seraph. et decis. 318. num. 6. apud Greg. XV. et decis. 118. n. 15. par. 6. & decis. 37. n. 7. par. 7. recen.* & in terminis nostris *apud Buratt. decis. 149. num. 3.*

Stipulatio autem est contractus *Ant. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 9. num. 3. Franc. Becci. consi. 34. num. 8.* vbi dicit, quod stipulatio est firmior contractus, qui sit in iure, *Cenc. de Cens. quæst. 8. num. 11.* vbi dicit, quod est contractus nominatus, *Card. Manti. de tacit. lib. 1. tit. 5. num. 4. & lib. 14. tit. 2. num. 5. & seq.* vbi probat, stipulationem esse propriè contractum, & idem firmat latè *Costa. in sua prax. connen. n. 240. & seq.*

Et cum dicta promissio scutorum mille fuerit facta in Instrumento promissionis dotis, & sic in contractu, vt supra probaui per verbum *inoltre*, quod est repetitiuum præcedentium qualitatum, vt post *Bart. Ang. Fulgo. Deci. & alios* per eum adductos probat *Surd. consi. 274. num. 16. lib. 2. & Ang. Grat. de dictio. dict. 286. num. 1.* alios adducens.

Et facta fuerit cum duobus testibus, quod conuenit so'u n contractibus, non autem vltimis voluntatibus, vt declarat *Rota decis. 9. nu. 15. & seq. par. 7. rec.* & cum promissione de obseruando promissa, & cum iuramento, quæ pariter adaptari non valent vltimis voluntatibus *Alba. consi. 782. num. 12. Rota d. decis. 9. num. 9. & seq. & num. 23. d. par. 7. recen.*

27 Et negocium eò magis clarescit in casu nostro, in quo mentio mortis in dicta promissione ta-

ne facta fuit per modum dilationis, & taxationis temporis, quo promissio effectum esset habitura, ita vt substantia d. promissionis, & augumenti non fuerit collata post mortem D. Hieronymi, sed tantùm effectus illius, vt clarè cantant verba promissionis ibi, *e s'intenda hauer l'effetto dopo la morte di esso Sig. Girollamo &c.* quo casu d. promissio non potest dici donatio causa mortis, sed vera promissio inter viuos, & de præsenti, suspenso tamen effectu vsq. ad mortem promissoris, vt not. *Rola. cons. 8. sub num. 26. vol. 1.* benè *Gabr. cons. 141. sub num. 3. et 4. lib. 1. Cranc. cons. 214. num. 1. et seq.* vbi latè *Boer. decis. 352. num. 12. Couar. in rub. de testam. par. 3. sub num. 25. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 35. num. 4. Vinc. de Franch. decis. 436 num. 6.* latè *Borgn. decis. 42. de contr par. 1. Ciriac. contro. 314. num. 11.* doctè *Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 3. num. 4.* alios adducens ita sentientes, & benè declarat *Rot. d. decis. 9. num. 24. et seq.*

28 Maximè cum desint quinq; testes, quo casu donatio præsumitur inter viuos, etiamsi mentio mortis facta sit, vt post *Petr. Cin. Alex. Corn. Ruin. Bertran. Soc. Iun. Rola. Cranc. Natt. Rimi. Iun. et alios* per eum adductos firmat *Menoch. in d. præsump 35 num. 5. Ciriac. d. contro. 314. num. 14. et Rota vbi supra.*

Et cum habeamus causam expressam, quare dictum augumentum factum sit, nempè contemplatione matrimonii, cui conuenit esse irreuocabile, & sic esse donationem inter viuos, cum aliàs matrimonium non potuisset habere effectum, vt aduertunt *Boer. d. decis. 353. nu. 10. Vinc. de Franch. in d. decis. 436. num. 4.* & declarat *Fontanel. in d. glo. 3. num. 8.*

29. Quæ omnia eò magis vera esse demonstratur ex illis verbis in dicta promissione appositis, *e adesso per allora*, quæ designant actus perfectionem de præsenti, collato effectu in tempus futurum, vt not. *Negus. de pigno. in 2. memb. 2. par sub num. 5. Barbo. de dictio. dict. 117. per tot. Theod. Rube. de clau. clau. 798. num. 23. et seq. in suis singul. Rot.* Rom. in puncto *Gabr. d. cons. 141. num. 4. vol. 1. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 4. num. 1.*

Secundò deficit potestas, quia cum simus in contractibus, vt est probatum, in illis non admit-
30 titur reuocatio, cum illi ab initio sint voluntatis, & ex post facto necessitatis. *l. sicut. 5. C. de actio. & oblig. l. de contractu 3. C. de rescin. vend. l. quamuis 39. C. de trans. l. eo quod 10. C. sicut petatur l. si quis argentum 35. §. fin. C. de donat.* in terminis *Rota decis 489. in princ. par. 1. diuer.*

31 Et in terminis quod d. contractus, vti donatio inter viuos, non possit reuocari, vel mutari tradunt *Clar. in §. donatio. quæst. 1. in fin. Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 3. num. 7.* vbi in puncto quod non reuocatur per testamentum, *Fontanel. in d. clau. 4. glo. 3. in prin. Rota apud Buratt. decis. 640. num. 13. & seq. eadem Rota* in terminis nostris *decis. 44. num. 4. 5. & seq. par. 6. rec. & in Comen. beneficij 27. Iannar. 1642. coram R. P. D. Roias post. prin.*

32 Maximè interueniente stipulatione, de qua supra fuit demonstratum ex verbo *Promisit* etiam sinè acceptatione, vt post *Bald. Alex. Imol. Aret. Corn. Ruin. Rola. Couar. Osasc. & Ceph.* per eum adductos firmat *Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 8. num. 9. & seq. Gratia. discept. foren. cap. 586. num. 6. par. 3. Surd. cons. 60. num. 16. ver. non obstat. &c. lib. 1. Adden. ad Grego. XV. decis. 97. num. 8. Turre. cons. 60. vol. 2. per tot.* vbi, relatis quampluribus Doct. authoritatibus, testatur de magis communi opinione *Anton. de Amat. var. resol. par. 1. resol. 30. num. 6* plures referens concordantes, *Cancer. var. resol par. 1. cap. 8. n. 52. ver. quam tamen &c.* vbi testatur de receptissima opinione, quam, vti veriorem, & magis communem, sequitur *Ciriac. contro. 322. num. 2. & seq.* alios referens sectatores, *Rota apud Duran. d. decis. 640. num. 13. & apud Buratt. decis. 149. num. 4 & ibi Adden. num. 10. & decis. 773. num. 2. & apud Merli. de pigno. decis. 50. num. 4.* quamplures adducens ita sententes, *& decis. 683. num. 4. par. 1. diuer. & decis. 359. num. 3. & decis. 488. num. 6. par. 2. rec. & decis. 653 num. 2. par. 4. rec. & decis. 83. nu. 5.* vbi de stipulatione pro filijs nascituris, & *decis. 194. num. 6.* vbi pariter habetur de filijs nascituris *par. 4. rec. tom. 2. & decis. 428. num. 4. & seq. & decis. 463. num. 11. et decis. 487. n. 7. d. par. 4. rec. tom. 2.*

33 Et stante promissione de obseruando promissa, de qua in fine instrumenti promissionis dotis, quæ impedit prætensam reuocationem, vt post *Bald. Castr. Alex. Aret. Ias. Rip. Ruin. Boer. Bertr. et alios* per eum adductos firmat *Rola. cons. 8. nu. 26 vol. 1.* plenè *Ciriac. contro. 322. num. 32.* alios adducens quamplures, *Rota in Neapolitana donationis 8. Iulij 1648. coram R. P. D. Roias in prin.*

34 Et stante iuramento, quod facit actum irreuocabilem, etiam ante acceptationem *Rola. vbi supra num. 26. et seq. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 14. num. 10. Seraph. de priuil. iura priuil. 74. num. 162. Card. Manti. de tacit. lib 4. tit. 3. num 9. et lib. 13. tit. 7. num. 21. et seq. Peregr. de fideic. art. 51. num. 52. Surd. cons. 450. nu. 25. lib 4. Thesa decis. 70. sub num. 8. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. num. 14. et seq. et cla. 6. glo. 1 par. 1. num. 29. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 39. et par. 2. cap. 1. num. 146. et seq. Pascal. de patr. potes. par. 1. cap. 8. sub n. 158.*

num. 158. & par. 4. cap. 16. num. 48. Gratia. discep. foren. cap. 575. num. 13. & seq. par. 3. benè *Ciriac. contro. 322. num. 32. Rota decis. 489. sub num. 5. & decis. 685. num. 3. par. 1. diue. & apud Burat. decis. 149. num. 2. & decis. 375. num. 11. & decis. 9. num. 23. par. 7. rec. & in d. Neapolitana donat. 8. Iulij 1648. coram* R. *P. D.* Roias *§. nec afficit &c.*

Est enim hoc regulare, quod iuramentum reddit actum sui natura reuocabilem irreuocabilem *glo. in l. si pecuniam 5. in ver. Necesse ff. de cond. cau. dat. Bald. cons. 482. num. 8. vol. 1. Bero. cons. 4. num. 16. lib. 1.* Gabr *comm. concl. de iureiur. concl. 9. num. 1.* cum faciat, rem non esse integram, & ideò non esse locum pœnitentiæ *Seraph. de priuil. iura. priu. 134. num. 1. Ciriac. d. contro. 322. num. 33. & seq.*

35 Nec non etiam cum vltra stipulationem, vt supra, ponderatam, nos agamus de augmento dotali, quod dicitur portio dotis continens publicam vtilitatem non minus, quam dos, vt vltra *Doct. supra adductos num. 21. & seq.* quos breuitatis gratia non refero, tradunt *Fontanel. de pact. nupt. cla. 4. glo. 9. par. 5. num. 18. Ant. Fabr. in suo Cod. lib. 5. tit. 9. defin. 1. & 2. Rota apud Duran. decis. 140. num. 6.* & de quo idem iudicatur, quod de ipsa dote, cum illud dicatur dos, vt pariter vltra *Doct. supra adductos d. num. 21.* probant *Mangil. de imput. quæst. 14. num. 43. &* Rot. *decis. 300. num. 8. & seq. par. 6. rec.* vbi alij recensentur.

Vnde ad similitudinem dotis dicitur statim ius
fuisse perfectè quæsitum D. Feliciæ vxori *Arg.*
in l. quoties 30. ff. solu. matr. Gabr. cons. 58. num.
9. ver. cum igitur lib. 1. Rot. decis. 497. num. 9.
36 *par. 4. rec. tom. 2.* † cum ad eius fauorem ipso
iure inducatur tacita legalis stipulatio *l. vnic. in*
prin. & §. accedit C. de rei vxo. act. & post *Denis.*
Peregr. & Io. Bosch. per eum relatos tradit *Rota*
37 *d. decis. 497. num. 10.* † & hoc fit speciale in
dote, quod mulieri quæratur ius, licet absenti
per iura supra adducta *Bart. cons. 131. num. 11.*
Deci. cons. 35. num. 1. Alex. Trentacinq. var.
resol. lib. 3. in tit. de donat. resol. 1. quem referendo
sequitur *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8.*
num. 37. Rot. d. decis. 497. n. 7.

38 Imò in casu nostro constare dici potest de ratificatione D. Felicis desumpta ex matrimonio postea sequuto inter ipsam, & D. Sebastianum *Deci. cons. 35. num. 1. & 3. Surd. decis. 62. sub num. 13. Fontanel. de pact. nupt. claus. 3. glo. vni. num. 7. Rot. decis. 89. num. 11. & 12. par. 2. diuer. & d. decis. 497. num. 11. par. 4. rec. tom. 2. & apud Buratt. decis. 283. num. 8. & ibi Adden. litera A & apud Duran. decis. 42.* in fine & sic dictum in *Mediolanen. bonorum 30. Aprilis 1638. coram R. P. D. Merlino §.*

39 Maximè cum scientia D. Felicis præsumatur cum simus in his quæ afferunt commodum *Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 23. n. 84. Pastell. ad expedit. ciuil. 84. sui patris n. 38. Adden. ad Greg. XV. decis. 97. litera B. in fin Rota decis. 262. num. 6. par. 1. rec. & apud Duran. d. decis. 42. in fin.*

40 Præcipuè innectis consanguinitate, cohabitatione in eadem domo, & longinquitate temporis, & cum agatur de summa notabilis quantitatis *Rol. cons. 4. num. 31. vol. 2. Guid. Pap. cons. 23. num. 2. Thesa. decis. 70. num. 10. Surd. decis. 111. num. 13. Rota decis. 142. num. 7. in fin. par. 4. rec.* plenè *eadem Rota apud Merli. de pign. decis. 50. num. 40. & seq. & in Romana diuisionis 15. Iunij 1640. coram R. P. D. Bichio §.* eò *magis concurrente &c.*

41 Ex quia scientia, cum agatur de actu lucratiuo, & fauorabili, præsumitur acceptatio *Craue. cons. 251. num. 5. & cons. 985. Deci. cons. 58. num. 2. Thesa. d. decis. 70. num. 12. Adden. ad Greg. XV. decis. 97. litera B. Menoch. cons. 229. num. 26. & cons. 1153. num. 13. Ciriac. contro. 315. num. 27. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 1. sub num. 58. Rota d. decis. 262. num. 6. par. 1. rec. & d. decis. 142. num. 7. par. 4. rec. & apud Buratt. decis. 47. num. 2. & apud Merli. de pignor. decis. 50. num. 25. & seq.* vbi dicit, hoc procedere etiam si scientia sit elicita ex coniecturis, vt in casu nostro.

Quæ acceptatio D. Felicis sufficit etiam pro filiis nascituris, quia cum illi, vti non nati, non possint acceptare promissa, lex admittit illam acceptationem, quæ fieri potest *Ciriac. contro. 312. num. 89. Rota apud Merlin. d. decis. 50. num. 14.* Imò cum ipsi, vti non nati, consentire, & acceptare d. promissionem non possent, illa eis acquisita fuit absque acceptatione, vt post *Deci. cons. 245. num. 3. & Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 75.* per eum relatos tradit *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 58.* subdens rationem, quia qui consentire non possunt in iis, quæ eorum vtilitatem respiciunt, pro consentientibus habentur ad tex. *in l. iubemus 5. C. de emancip. liber. & in l. si quis in emancipatum 26. C. de donat.* vt ibi latius per eum.

Neq; vllum potest ex aduerso fieri fundamentum
super Decretis prohibentibus donationes inter
42 viuos †, nam Decretum Ducale, vti conditum
a Principe laico, non ligat D. Hieronymum clericum
ex defectu potestatis *cap. quæ in Ecclesiarum
7. & cap. Ecclesia S. Mariæ 10. & ibi not.
omnes Canon. de constit.* & tradunt *Ciriac. contro.
144. num. 6.* late *Adden. ad Rot. decis. 30. par.
4. rec. tom. 2. Genuen. in pract. Archiep. Neapol.
cap. 75. per tot.* vbi dicit, hanc esse veritatem luce
meridiana clariorem *Surd. cons. 2. num. 14.
& seq. vol. 1. Illustrissimus Dominus* meus *Spe-*

relius

vellus Episcopus Eugubinus vir ob egregias eius virtutes nunquam satis laudatus *decis. 12. n. 52. & decis. 100. num. 26.* vbi de magis communi benè *P. Diana in summa in ver. Statutum laicale in prin. Balth. Tomas. de immun. Eccle. num. 110. & seq. & num. 433. et seq et num. 570. et seqq. in suis tract. var. tom. 4. Theod. Rube. in sing. Rotæ Rom. tom. 2. circa stat. interp. ad rub. num. 2* Rota *decis. 91. num. 8. apud Duran. et decis. 96. num. 19. apud Merlin. de pign. et decis. 84. num. 7. par. 7. rec.*

43 Et in terminis de donatione prohibita per statutum laicale, quod dictum statutum non comprehendat clericum, tradunt *Soc. Sen. cons. 14. col. 1. lib. 4. Hond. cons. 3. num. 23. lib. 1. Grass. de effect. cleric. effec. 2. num. 479.* quem referendo sequitur *Balth. Tomas. in d. tract. de immun. eccle. num. 666.* Rota *apud Put. decis. 233. num. 5. lib. 3.* maximè cum d. Decretum loquatur in personam, licèt det formam actui, vt post *Caccialup. Bald. Corn. Ruin. & Alex.* per eum relatos benè declarat *Surd. d. cons. 2. sub num. 42. lib. 1. et Balth. Tomas. vbi supra num. 492.*

44 Neq. pariter nocet Constitutio Illustrissimi Archiepiscopi Vrbini ex pluribus, & primò quia est nulla, cum Episcopus non possit facere constitutionem contra ius commune, & precipuè contra ius canonicum, vt tradunt *Feder. de Sen. cons. 17. col. 3. ver. solutio &c. Alex. cons. 106. num. 1. et 2. vol. 2. Adden. ad Buratt. decis. 758. num. 13. Gratia. discep. foren. cap. 894. num. 14. par. 5. Barbo. de Offic. Episc. alleg. 93. num 29. et seq. et in addit. ibi ver. verùm licèt etc. Theod. Rub in sing.* Rotæ *Rom. tom. 2. circa interp. stat. obseru 3. num. 2. Illustrissimus Dominus meus Sperell. decis. 66. num. 4. par. 1.* Rota *decis. 15. num. 2. par. 2. rec. et apud Posth. de manut. decis. 658. num. 7.* vbi dicit, id procedere, etiam si esset facta in synodo. *et decis. 3. num. 11. par. 5. recen.*

45 Maximè cum dicta Constitutio sapiat iniquitatem, vti auferens liberam bonorum administrationem *Curt. Iun. cons. 110. num. 8. Barbo. axiom. 199. num. 2.* alios adducens, & est tex. *in l. non vsq. adeo 2. ff. si quis a paren. fuer. manu.* latè *Aldoui. cons. 108. num. 15. et seq.* vndè apud Platonem lib. 11. de legibus ita exclamabat interlocutor ille Athen. *Graue est nimium, o Dij, si mea mihi non licebit cuicumq. volo relinquere, et alijs plura, et alijs pauciora*, quem refert *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 83. num. 7.* & cum de nulla causa euidenti, & necessaria appareat *Illustrissimus Sperellus vbi supra*.

Quod verò dicta Cōstitutio sit contra ius tam ciuile, quam canonicum habetur ex *l. in re mandata 21. C. manda. et ex l. in traditionibus 49. ff. de pact. & ex cap. 1. & 2. 32. quæst. 3. & ex cap. quia nos 9. & ex cap. relatum 11. §. cæterum de testam.* Rot. *decis. 125. num. 5. par. 5. rec.*

46 Secundò quia fundans se in dicta Cōstitutione tenetur probare, illam esse in vsu, & obseruantia, quando est contra ius commune, vel exorbitans, vel nulla, vt in casu nostro *Theod. Rube. in sing.* Rotæ *Rom. tom. 2. circa interp. Stat. Vrb. num. 6.* Rota *decis. 56. num. 4. et decis. 775. num. 1. par. 2. diuer. & decis. 3. n. 15. par. 5. rec.*

47 Tertiò quia de augumento dotis facto ex parte vxoris idem iudicatur, quod de ipsa dote, & illud censetur dos *Rola de lucr. dot. quæst. 100. num. 3. Surd. cons. 196. num. 20. lib. 2. Costa de ratio. rata quæst. 111. nu. 3. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 26. num. 10. Mangil. de imputat. quæst. 14. num. 43. Gratia. discep. foren. cap. 254. num. 65. & seq. par. 2. Altogra. cons. 34. num. 3. lib. 1.* Rota *apud Buratt. decis. 340. num. 6.* cum d. augumentum sit substantialiter dos *Ias. in rub. ff. solu. matr. in fin. Rola d. quæst. 100.* alios adducens *Mangil. d. quæst. 14. num. 43.* & continet publicam vtilitatem, sicut ipsa dos *Fontanel. de pact. nupt. clau. 4 glo. 9. par. 5. num. 182. Ant. Fabr. in suo Cod. lib. 5. tit. 9. deffin. 1. & 2.* cum alijs adductis *supra nu. 21. & seq.*

48 Sed dos, vti specialiter priuilegiata, vt quilibet pro ea obligari valeat *l. promittendo dotem 42. ff. de iure dot. Gratia. discep. foren. cap. 735. num. 11. & seq. par. 4. Ciriac. contro. 295. num. 7. & contro. 508. num. 39. & 40. D. Andreol. contro. 73. num. 53. & contro. 113. num. 26.* & alij per me adducti *allegat. 30. n. 50.*

49 non comprehenditur in Statuto generaliter loquēte, vt not. *Surd. decis. 154. num. 4. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 43. num. 12.* vbi testatur de magis communi Doct. opinione *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 1. num. 32. Gratia. discep. foren. cap. 647. num. 23. & cap. 610. num. 26. par. 4.* vbi pariter testatur de magis communi *Adden. ad Rot. decis. 460. num. 37. & seq. par. 4. rec. tom. 2.* latè *D. Andreol. d. contro. 182. num. 11. & seq. Ciriac. contro. 81. num. 1. & seq. Merlin. Pignatel. contro. foren. cap. 56. n. 4. & seq. Theod. Rub. singul.* Rot. *Rom. tom. 2. circa interpretat. stat. ad cap. 151 Stat. Vrb. lib. 1. num. 57.* Rota *deci. 256. num. 2. par. 4. diuer.* cum alijs pluribus per me adduct. *allegat. 30. num. 48. & seq.* ergo neque comprehendere debet augumentum dotis, quod venit appellatione dotis, & dicitur dos, vt tradunt *Doct. supra adducti*, & vltra eos *Merlin. de pignorib. 2. quæst. 18. num. 29. in punct.* Rot. *in Fulginaten. dotis 23. [illegible] coram R. P. D. [illegible]*

Maxi-

Maximè, cum dicta promissio sit apposita in contractu dotalitio, & ideò sit pars contractus dotalitij, & censeatur vnicos contractus, & cum eo confundatur, ita vt amittat naturam donationis, & assumat naturam dotis, & matrimonij, pro quo facta fuit, vt not. *Guid. Pap. d. decis. 145. num. 2. Natt. cons. 619. num. 41. Vinc. de Franch. decis. 205. num. 1. & seq. & decis. 436. num. 4. & seq. Mastrill. decis. 212. num. 15. par. 3.* vbi dicit, hanc non esse meram donationem, sed contractum innominatum *Fontanel. de pact. nupt. cla. 4. glo. 1. num. 19.* & benè comprobat Rota *decis. 127. num. 3. par. 6. recent. & in d. Fulginaten. dotis coram R. P. D. Albergato* post hæc scripta visa.

50 In imiatis enim potentius prçualet *l. legitima 6. ff. de pact. l. quaritur 10. ff. de Stat. homi. Couar. pract. quæst. cap. 36. sub num. 5. Melch. Phæb. decis. 214. num. 3. tom. 2.* potentior autem est dotis, & matrimonij contractus, vti longè fauorabilior *Oldr. cons. 295. num. 4.* & ideò frustra disceptatur de licentia requisita a Constitutione, si non attenditur natura donationis, quia illa sit mutata in alteram speciem, nempè
51 in contractum dotis, & matrimonij, † in quo
non exiguntur solemnitates, vt in terminis Decreti Ducis Vrbini tradit latè *Eugen. cons. 14. lib. 1. per tot.* & vltra eum adnotarunt *Bald. Nouel. de dote par. 6. priuil. 47. & 48. per tot. Soc. Sen. cons. 80. num. 23. lib. 4. Gabr. cons. 26. num. 40. lib. 2. Paitel. exped. 69. num. 8.* nec non *Surd. Maresc. Cancer. Gratia. Adden. ad Rot. Ciriac. Merli. Pignat. Theod. Rube. & D. Andreol. relati supra num. 49.* & alii per me relati *d. alleg. 20. nu. 49.* vbi quamplures *Rotæ Romæ* decisiones cumulaui, quibus nunc addo eandem *Rot. apud Merli. de pigno. decis. 114. in fin.* siuè obligatio sit necessaria, siuè voluntaria, vt benè probat *Theod. Rube. in Sing. Rot. Rom. tom. 2. circa interp. Stat. ad Stat. Vrb. 151. lib. 1. num. 57.* quamplures referens *Rotæ* decisiones, & expressè firmat *Rota decis. 241. num. 7. & seq. par. 7. rec.* vbi dicitur, *Rotam* semper reiecisse d. distinctionem de causa necessaria, & voluntaria, quicquid sit, quando augumentum dotis fuisset factum etiam ex parte mulieris post contractum matrimonium, quo casu requiri solemnitates voluit *Rota d. decis. 241. num. 3.* quod non verificatur in casu nostro, vt ex instrumento promissionis dotis est videre.

52 Et quòd dicta Constitutio non habeat locum in donatione impropria voluerunt *Natt. cons. 609. num. 6. & seq. Rola. cons. 44. num. 17. lib. 4. Crau. cons. 540. num. 11. & seq. Menoch. cons. 261. nu. 9.* quem refert, & sequitur *Surd. decis. 214. num. 14. & seq. Merli. de legit. lib. 2. quæst. 10. tit. 1. num. 20. & 23. Ciriac. contro. 270. num. 10. Gargiar. Iun. cons. 13. nu. 24. & seq. lib. 1.* in puncto *Rota apud Buratt. deci. 274. num. 14. & decis. 168. num. 6. & 7. pa 7. rec.* nec in contractu matrimonii, & in dependentibus ab eo *Theod. Rub. in Sing. Rot. Rom. tom. 2. circa Interp. stat. ad Sat. Vrb. lib. 1. cap. 151. num. 53. & num. 55.* vbi idem dicit in augumento dotis, vt in casu nostro, plures adducens *Rotæ* decisiones, *Rot. apud Caputaq. decis. 3. num. 2.*

Quod eo magis est dicendum, cum dicta Consti-
tutio, vti auferens liberam disponendi de rebus
suis facultatem, non solum sit iniqua *d. l. non*
vsq. adeo 2. ff. si a paren. quis fuer. manu. cum
aliis adductis *supra num. 45.* sed etiam sit corre-
53 ctoria, & odiosa, † & ideò venit strictè inter-
prætanda, vt corrigat ius cõmune minus, quàm
fieri potest *Aldon. cons. 12. n. 12. & cons. 108. num. 13.* vbi in puncto de hac Constitutione *Ceph. cons. 12. num. 3. lib. 1. Laderch. cons. 64. num. 2. Peregr. cons. 19. num. 10. lib. 3. Curt. Iun. d. cons. 110. num. 8.* licèt non auferat liberam dispositionem in totum, vt tradunt *Doct. supra cit.* & licèt si facta sub specie boni *l. dudum. 14. C. de contrah. empt.* ibi *sed quia grauis videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis &c.* benè *Massin. de confiscat. bono. quæst. 16. n. 60.*

54 Neque obstat Constitutio Ægidiana, quia illa est Constitutio merè Laicalis, cum Cardinalis Ægidius habuerit potestatem solùm in laicos, vt not. *Thoma. decis. March. 3. num. 7. & decis. 26. num. 3. & seq. & decis. 71. num. 11. & seq. Hond. cons. 20. nu. 5. & seq. lib. 2. Rota decis. 472. per tot par. 2. rec. & apud Merli. de pigno. decis. 122. in prin.*

55 Et ideò ex defectu iurisdictionis non ligat, nec comprehendit D. Hieronymum clericum, vt tradunt *Hond. d. cons. 20. n. 5. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 421. num. 76. par. 3. Marescot. vari. resol. par. 2. cap. 75. n. 37. & seq.* latè comprobat *Thoma. d. decis. 3. num. 5. & seq. & dicta decis. 26. num. 2. & 3. & d. decis. 71. num. 11. & seq.* alios adducens *Rot. decis. 32. num. 2. par. 1. recen. & decis. 43. num. 9. par. 4. rec. tom. 2.* vbi habetur, ita in Rota fuisse pluries iudicatum, & plures recensentur decisiones, & *decis. 51. num. 13. par. 5. recen. & & apud Buratt. decis. 515. in prin.* licèt illa fuerit confirmata per Sedem Apostolicam, vt declarant *Maresco. d. cap. 75. num. 37. & seq. & Thoma. d. decis. 71. num. 12.* quicquid perperam scripserit *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. memb. 3. post num. 15.*

Secundò quia dicta Constitutio loquitur tantùm de minoribus 25. annis, non autem de alijs personis, vt ex illa est videre, & aduertit *Rota decis. 238. num. 14. par. 6. rec.* vndè strictè est intelligenda, & non potest extendi de casu ad

casum, & de persona ad personam *Salic. in l. 2. C. de noxal. Peregr. cons. 9. num. 17. lib. 2. & in subscriptione ad cons. Aldoni. 30. nu. 10. idem Aldoni. cons. 69. num. 59. Ciriac. contro. 345. num. 18.* Nec potest ampliari contra ius commune *Bald. in l. illam 19. sub n. 2. C. de collat. Ciriac. contro. 389. num. 18. & contro. 400. num. 114.*

Neque vllum potest fieri fundamentum super additione posita ad dictam Constitutionem in versiculo *eandem formam &c.* vbi prohibentur etiam donationes factæ a maioribus 25. annis, quia dicta additio est Cardinalis Carpensis, qui
57 erat Legatus Marchiæ, † & ideò illa non habet locum extra ipsam Prouinciam Marchiæ, vt apparet ex secunda approbatione Pauli Papæ III. & in terminis tradit *Rota decis. 375. nu. 5. & 6. & decis. 561. num. 3. & 4. par. 3. rec. & decis. 238. num. 14. & 15. par. 6. recen.*

58 Licèt enim Constitutio Ægidiana, stante quod Cardinalis Ægidius esset Legatus in tota Italia, fuerit extensa per Paulum Tertium ad totum Statum Ecclesiasticum, non tamen fuit extensa Constitutio Cardinalis Carpensis, qui erat tantùm Legatus Marchiæ, vt benè declarat *Rota in loc. supra cit.* & præcipuè *in d. decis. 238. n. 15. par. 6. recen.*

59 Quibus omnibus eò magis locus esse debet, cum in dubio sit facienda interpretatio pro validitate actus *l. quoties 13. ff. de rebus dub. l. si quando 112. ff. de lega. 1. Roma cons. 150. num. 4. & seq. Bertaz. de clau. Instr. clau. 1. glo. 4. num. 5. Giurb. decis. 36. num. 18.* latè *Barbo. axiom. 12. num. 17.*

60 Et cum tenenda sit opinio, per quam minus derogatur dispositioni iuris communis *Franc. Becci. cons. 12. num. 43. lib. 1. Surd. decis. 174. num. 25. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. glo. 9.*
61 *sub num. 34.* † & quæ fauet doti *l. in ambiguis 71. ff. de iur. doti. Bald. Nouel. de dote par. 7. priuil. 34. num. 5. in fin. Fontanel. de pact. nupt. clau. 6. glo. 1. num. 66.*

Quare &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit in Ciuitate Vrbini ad fauorem DD. de Benedictis per Excellentissimum D. Prætorem eiusdem Ciuitatis de anno 1654. de Mense Octobris. Laus Deo, & Virgini &c.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta a sorore volente ingredi Religionem bonis paternis, maternis, auitis, & agnatis an comprehendat bona fraterna. Renunciatio quando dicatur realis, vel personalis, maximè facta ob ingressum in Religionem, Negatiua an dicatur probata negando aliquem adesse agnatum, & qui contrarium dicit probet. Renunciatio quando comprehendat causam de futuro non habentem causam de præsenti, & facta pro conseruatione agnationis, illa deficiente, euanescat, & an comprehendat bona ex fideicommisso adhuc non purificato, si de testamento non sit certiorata, ad *l. de his 6. ff. de transact.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quando est realis, renuncians habetur pro mortuo.*
2 *Hæreditas defertur proximioribus in gradu ab intestato.*
3 *Renunciatio facta ab ingrediente in* Religionem *dicitur realis.*
Contrarium tenent aliqui Doct. num. 4. quæ declarantur.
5 *Renunciatio facta pro se, hæredibus, etc. et successoribus, etc. dicitur realis.*
6 *Clausula* ad habendum *importat idem, quod Clausula*, & quibus dederit.
7 *Renunciatio facta cum verbis generalibus, et amplissimis dicitur realis.*
Et quando est facta, quod bona renunciata transeant ad hæredes etiam extraneos. n. 8.
9 *Renunciatio dicitur realis, quando fuit promissum perpetuò obseruare, et non contrauenire.*
10 *Renunciatio præsumitur realis, quando est correspectiua ad dotem, seù alia.*
11 *Renunciatio dicitur realis, stante Clausula, et ex*tenditur &c.
12 *Renunciatio facta per sororem, vti odiosa, non comprehendit bona fraterna.*
13 *Renunciatio est stricti iuris, & non extendenda, nisi ad expressa.*
14 *Renunciatio comprehendit etiam bona fraterna, quando fuit renunciatum bonis agnati.*
Maximè, si non adesset alius agnatus vltra fratrem. n. 15.
16 *Dispositio, quando nō potest verificari, nisi in vno, perinde est, ac si de eo esset facta specialis mentio.*
17 *Agnatum alium non extare, probatur asserendo, nullum alium extare, & qui contrarium dicit probet.*
18 *Negatiua probatur asserendo, non extare, nisi talem, & qui contrarium dicit probet.*
Quod procedit siuè præsumptio adsit pro negante, siuè non. n. 19.
Licèt contrarium teneat Caroc. relatus ibi num. 20.
21 *Renunciatio generalis omnia complectitur, itaut comprehendat etiam bona fraterna.*
22 *Renunciatio generalis omnia complectitur.*

23 *Ver-*

23 *Verba ampla, & generalia apposita in renunciatione faciunt illam extendi vltra expressa.*

24 *Renunciationes facta a Monialibus latè interpretantur.*

Cum illa censeantur facta, vt renunciatarius de bonis possit disponere, licèt deficiant persona contemplata. n. 25.

26 *Renunciatio stipulata pro hæredibus quibuscunque extenditur etiam ad hæredes extraneos.*

27. Rota in Bononien. hęreditatis de Armis coram R.P.D. Merlino *in quibus terminis procedat.*

28. Rota decis. 543. par. 5. recen. lib. 2. *in quibus terminis loquatur.*

29 *Renunciare quod soror voluerit ad fauorem remotiorum in gradu, non est verisimile.*

30 *Mens contrahentium non est attendenda, quando verba non conueniunt.*

31 *Argumentum a superfluitate est valdè frigidum.*

32 *Superfluitas est magis tolleranda, quam quod fiat contra mentem contrahentium.*

33 Renunciatio *intelligitur causa de futuro, quæ tamen habet causam de præsenti, & non aliàs.*

Contrarium est verius, quando verba renunciationis sunt lata, & generalia, quia tunc renunciatio comprahendit etiam causam de futuro nullam habentem causam de præsenti. n. 34.

35 *Renunciatio collata post mortem fratris nullius est momenti.*

Fallit, quando renunciatio continet pactum de non succedendo. n. 36.

37 *Renunciatio facta fauore agnationis, illa deficiente, euanescit.*

38 Renunciatio *facta ob plures causas, si vna cesset, & aliæ remaneant, illa non cessat.*

39 Renunciatio *facta ob ingressum in Religionem præsumitur causa finalis renunciationis.*

Et quando dicatur facta ob solùm ingressum in Religionem. *n. 40.*

41 Renunciatio *habet locum, quando vltimus agnatus decessit cum testamento, secùs si ab intestato.*

Fallit si renunciatio sit facta in vim donationis irreuocabilis transitoria etiam ad hæredes extraneos. n. 42.

Declaratur vlterius. n. 43.

44 *Renunciatio non comprahendit bona debita ex testamento, si non adsit clausula* inspectis verbis testamenti.

Fallit, quando verba renunciationis sunt ampla, generalia, et repetita. n. 45. & 47.

Maximè si in alio testamento verba renunciationis verificari non possunt. n. 46.

48 Renunciatio *omni legum auxilio comprehendit l. de his. ff. de transact.*

49 *Iuramentum habet vim specialis expressionis, & renunciationis.*

50 Renunciatio *valet iuri debito ex testamento, quãdo ex verbis constat, de illo fuisse cogitatum in genere, si verba sint generalia.*

ALLEGATIO XXXI.

R. P. Hereditatem q. Per Ill. D. Octauii Scirri de Ciuitate Vrbaniæ modo possessam per Ven: Monasterium S. Luciæ Ciuitatis Vrbini, vti spectantem ad Sor. Mariam Victoriam sororem carnalem D. Octauij in d. Monasterio olim professam, deberi Per Illustri, & Excellentissimo D. Flaminio, & fratribus de Palmis de Vrbino fratribus consobrinis D. Octauij, excluso dicto Monasterio ex persona sor. Mariæ Victoriæ prædictæ, de iure respondendum esse conseo ex illa communi conclusione, quod cum amplissima renunciatio facta per Sor. Mariam Victoriam in ingres-
1 su Religionis sit realis, vt infra probabo †, & ideò ipsa non dicatur amplius esse in rerum natura tempore mortis D. Octauij, sed haberetur pro mortua, vt tradunt *Castr. in l. planè. 34. §. si duobus ff. de lega. 1. Molphe. ad consuet. Neap. tom. 1. tit. 4. de renuncia. quæst. 13. num. 2. & quæst. 2. num. 13. Mar. Cutell. de donat. inter patr. & fil. tract. 1. discur. 3. par. 6. num. 127.* quos refert, & sequitur *Caren. resol. 69. num. 8.* & not. etiam *Pascal. de patr. potes. par. 3. cap. 7. num. 48. Buttiglier. de success. par. 2. theore. 49. num. 1. & theore. 71. num. 5. Consiliar. Merli. contro. foren. par. 1. cap. 5. num. 11. Altogra. cons. 66. num. 46. lib. 1. & Rota in Ariminen. success. 26. Ianuar. 1654. coram R. P. D. Bichio in prin.* vbi alij recensentur.

2 Sequitur, quod hæreditas prædicta delaradicatur ipsis DD. de Palmis fratribus consobrinis D. Octauij prædefuncti, vti illius proximioribus, in capita, sublata omni differentia sexus, agnationis, & cognationis iuxta dispositionem tex. *in Auth. post fratres & ibi not. Doct. communiter C. de legit. hæred.* & tradunt *Mathes. de success. par. 3. prin. num. 29. ver. ista conclusio &c. Nicol. de Vbal. de succes. ab intest. par. 3. num. 7. Couar. pariter de succes. ab intes. num. 11. & Crass. de success. §. successio ab intestato quæst. 33. per tot.* & in his terminis tradit *Cammara. respo. decisiu. 21. per tot.* post hæc scripta visus.

Quod verò renunciatio prędicta sit realis, benè probatur ex pluribus, & primò quia illa facta fuit intuitu ingressus in Religionem, vt apparet ex proemio ipsius renunciationis, ex quo colligitur causa finalis illius *Bero. cons. 141. n.*
1 8. *lib. 3. Rota apud Greg. XV. decis. 531. num.*
3 5. †, quo casu renunciatio habetur a Doct. pro reali, vt tradunt *Mastril. decis. 65. num. 12. Ronit. consil. 42. num. 11.* secundum quod fuisse in Sacro Consilio indicatum testatur ipse-

met. *conf.* 44. *in fin.* & idem tenuit *conf.* 43. *nu.* 13. *Vinc. de franch. decis.* 375. *num.* 4. *Mar. Cutell. de donat. inter patr. & fil. tract.* 1. *discur.* 3. *par.* 6. *num.* 127. quos refert, & sequitur *Caren. resol.* 69. *num.* 5. *& resol.* 245. *num.* 5. *Consiliar. Merlin contr. foren. cap.* 5. *lib.* 1. latè *Buttiglier. de success. cap.* 2. *theore.* 49. *num.* 15. vbi dicit, in dicto casu renunciationem semper esse realem, & tunc nullam dari fratrum contemplationem, *& num.* 27. *Rota decis.* 543. *n.* 9. *par.* 5. *recen lib.* 2.

4 Quicquid contrarium tennerint *D. Andreol. contro.* 310. *num.* 30. *& Rota apud. Merli. de legit. decis.* 48. *num.* 15. *& 16*, quorum opinio vel conuincitur a supradictis, vel locum habere potest, quando renunciatio non est facta ob ingressum *in* Religionem, vel quando renunciationis realitas nullo alio fouetur fundamento, quàm ingressus in Religionem, in quibus terminis ipsi loquuntur, non autem in casu nostro, in quo vltra ingressum in Religionem plura alia concurrunt realitatem renunciationis suadentia, de quibus infra.

5 Suadetur igitur secundò realitas renunciationis *prædictæ* ex stipulatione facta pro D. Octauio, eiusq. hæredibus &c. & successoribus &c. quæ clausula extenditur pro successoribus quibuscunq., vt not. in terminis *Caren. d. resol.* 247. *num.* 6. alios adducens, *& Buttiglier. de succes. d. theore* 49. *num.* 28. ex quo colligitur, mentem renunciantis fuisse a se perpetuò bona renunciata abdicare *Rouit. d. conf.* 42. *num.* 11. *Marta de succes. legal. par.* 1. *cap.* 84. *art.* 1. *num.* 11. *Pute. inter conf. Odd. conf. vlt. num.* 34. *Surd. conf.* 244. *sub num.* 11. *& num.* 13. *lib.* 2. quos refert, & sequitur *Caren. d. resol.* 69. *num.* 6. *& d. resol.* 245. *num.* 6. *Buttiglier. d. theore.* 49. *num.* 27. *& seq. Consil. Merlin. d. cap.* 5. *num.* 5.

6 Maximè stante clausula *Ad habendum &c.* quæ importat idem, quod clausula *& quibus deaerit Barbo. de clauf. clauf.* 4. *num.* 3. *Rot decis.* 435. *num.* 11. *& decis.* 642. *num.* 4. *par.* 1. *recen. & decis.* 294. *num.* 3. *par.* 2. *rec.* & stantibus verbis *Eiusq. hæredes, successores, & cessionarios,* quæ important concessionem liberam alienandi *Curt. Iun. conf.* 1. *in prin. Crauc. conf.* 92. *n.* 5. *&* 6. *& conf.* 84. *num.* 11. *latè* Rola. *conf.* 55. *num.* 40. *& seq. lib.* 3. etiam in extraneos *Marta de clauf. par.* 2. *clausula.* 46. *num.* 1. Rouit. *conf* 42. *num.* 12. vbi dicit, renunciationem tunc esse omnino realem, *Caren. d. resol.* 245. *num.* 8. *Buttiglie. d. theore.* 49. *num.* 28. Rota in *Papien. bonorum* 10. *May* 1602. *coram Eminentissimo Card. Pamphilio.*

7 Tertiò desumitur realitas d. renunciationis ex illis verbis ipsius *Dedit, cessit &c. omnes, & quascunq. ratas partes quorumcunq. bonorum rerum, iurium &c. ipsi Mariæ Victoriæ debitorum, & debendorum, & quæ de præsenti ad eam spectant, & in futurum spectabunt &c. & quomodolibet spectare poterunt super quibuscunq. bonis paternis, maternis, auitis, agnatis &c. tàm de præsenti, quàm de futuro, & ex quacunq. causa* cum alijs generalibus verbis, quæ sequuntur, ex qua generalitate verborum tàm effusa benè arguere licet, mentem renunciantis fuisse renunciare successioni vnde Agnati, & vnde Cognati, & se excludere perpetuò ab omnibus bonis donatis, nec vllum ipsam ad ea sibi reseruare voluisse regressum, vt aduertunt *Rouit. d. conf.* 42. *num.* 11. *&* 12. *Caren. d. resol.* 245. *num.* 7. *Buttiglie. d. theore.* 49. *num.* 26 *Altogra. d. conf.* 66. *num.* 45. *& seq. lib.* 1. *et Rot. apud. Merli. de legit. decis.* 48. *num* 17. *et seq.*

8 Quartò id euidenter probatur ex verbis pariter eiusdem renunciationis ibi *Quæ bona, iura et actiones cessas d. Monialis Maria Victoria per pactum expressum voluit ad dictum D. Octauium fratrem, eiusq. hæredes, et successores cessionarios spectare totaliter, liberè, et pleno iure etc.* ex quibus apparet, D. Octauium potuisse transferre dicta bona renunciata etiam in extraneos, id enim important illa verba *Successores, & cessionarios Curt. Iun. conf.* 1. *in prin. Crauc. conf.* 92. *col.* 3. *& conf.* 89 *num.* 11. plenè *Rolan. d. conf.* 55. *num.* 40. *lib.* 3. *Caren. d. resol.* 245. *sub num.* 8. quo casu renunciationem esse omnino realem voluerunt *Capic. decis.* 190. *num.* 1. *et* 2. Rouit. *d. conf.* 42. *num.* 12. *Caren. d. resol.* 245. *num.* 8. *et Buttiglie. de success. d. theore.* 49. *num.* 27. *et seq.*

Quod quidem est satis manifestum in casu nostro stante dictione *quibuscunq.* contenta in stipulatione *pro se, hæredibus, et successoribus* &c. ex natura verborum, vt dixi supra versiculo *suadetur igitur etc.* per quod verbum bona renunciata sunt transitoria ad extraneos hæredes, vt benè comprobant *Barbo. de clau. clau.* 113. *n.* 1. *et seq. Theod.* Rube. *ind. tract. de clauf. clauf.* 556. *num.* 2. Rot. *decis.* 251. *num.* 6. *par.* 5. *rec. et in Ariminen. success.* 26. *Ianuar.* 1654. *coram* R. P. D. *Bichio* §. *mox enim etc.*

9 Arguitur quintò realitas d. renunciationis, ita vt perpetuò noceat renuncianti ex verbis eiusdem renunciationis ibi *promittens d. eius voluntatem perpetuò seruare etc. et nullo vnquam tempore contrafacere etc.* vt voluerunt *Mastrill. d. decis.* 65. *num.* 12. *et seq. Caren. d. resol.* 245. *num.* 7. *&* 9. *et* Rot. *apud Card. Caualer. decis.* 293. *num.* 3. *et Consiliar. Merli. d. cap.* 5. *n.* 12.

10 Colligitur sextò perpetuitas renunciationis prædictæ ex correspectiuitate ad dotem, & alia promissa per D. Octauium ipsi sor. Mariæ Victoriæ, quā benè in proposito pōderauit *Excellētiss. D. Garauina Aduoc. Rō. meritiss.* in sua do-

ctissima

ctissima allegatione in hac causa reddita in versiculo suadetur hocidem &c. & in versiculo seq. circa quę nihil mihi est addendum cũ illã apposuerim in fine præsentis allegationis, & scripsit etiam Consil. Merlin. contro. for. par. 1. cap. 5. num. 2.

11 Postremò desumitur realitas renunciationis prædictæ ex clausula, et extendatur ad consilium sapientis, de qua in fine instrumenti renunciationis, vt post Consiliar. Merli. contro. foren. d. cap. 5. in fine per eum relatum tradit Battiglier. de success. d. theore 49. num. 30.

12 Quibus ita firmatis non obstat, quòd renunciatio prædicta non comprehendat bona fraterna, vti in illa specificè non expressa, vt tradunt Michal. de fratr. par. 3. cap. 12. num. 99. Adden. ad Rot. decis. 375. num. 23. par. 4. rec. tom. 2. Rota apud Merli. de legit. decis. 47. nu. 6. et decis. 48. in prin et decis. 543. num. 11. et 12. par. 5. recen. lib. 2. et ibi pariter Adden.

13 Cum renunciatio sit stricti iuris, & ideo non extendenda, nisi ad ea, quæ fuerunt expressè renunciata Cenc. de cens. quæst. 66. num. 54. & seq. Gargiar. Inn. cons. 21. num. 13. lib. 1. Gabr. cons. 60. num. 6. lib. 1. Altograd. d. cons. 56. num. 41. lib. 1. Rota apud Greg. XV. decis. 15. num. 3.

Quia obiectum euitatur dupliciter, & primò, quia renunciatio per sor. Mariam Victoriam facta, fuit non solùm bonis paternis, maternis, & auitis, sed etiam agnatis, siuè agnatitijs, & sic bonis fraternis ipsius D. Octauij, qui vti frater ex eodem patre natus ipsius dicitur propriè agnatus §. sunt autem Inst. de legit. agnat. tut. §. sunt autem Inst. de legit. agnat. sucess. Aret. in §. 1. in prin. de legit. agna. tut. Io. Oinot. in eod. §. 1. num. 8. Inst. eod. tit. Petr. Greg. Tholos. in suo syntag. iur. vniu. lib. 12. cap. 9. num. 6. & lib. 45. cap. 12. in prin. & not. in terminis Altogra. d. cons. 66. num. 2.

Cum agnati dicantur omnes per virilem sexum coniuncti l. fin. §. 1. in fin. ff. de grad. l. 2. §. agnati ff. de suis & legit. hæred. Curt. Iun. cons. 5. nu. 22. par. 1. Paris. cons. 22. num. 64. & seq. lib. p. Fusar. de subst. quæst. 351. num. 40. latè Barbo. de appell. verb. signif. appellat. 13. in prin.

15 Quod quidem certissimum censeo in casu, de quo agitur †, in quo, cum nullus alius adesset agnatus sor. Mariæ Victoriæ renunciantis præter dictum D. Octauium fratrem, necessariò ad illius bona, & hæreditatem renunciatio venit referenda Ceph. cons. 606. num. 15. & seq. lib. 5. Surd. cons. 562. num. 6. lib. 4. Fusar. de subst. quæst. 362. in fin. Gratia. discep. foren. cap. 568. num. 29. par. 3. vbi dicit, allegantem nullum alium extare, habere intentionem fundatam, & contrarium esse probandum per aduersarium Gallera. de renunciat. cap. 2. num. 33. Rot. decis. 714. num. 1. in fin. par. 2. recen. & decis. 48. num. 6. apud Merli. de legit. & decis. 598. nu. 2. par. 3. recen. & scripsit etiam Altogra. d. cons. 66. num. 11. & 12.

16 Quando enim dispositio verificari non potest, nisi in vno, perindè habetur, ac si de illo esset facta specialis mentio l. 1. & 2. & ibi not. Doct. communiter ff. de lib. & posthu. Franc. Becci. cons. 34. num. 14. latè comprobans lib. 1. Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 11. benè Surd. d. cons. 562. num. 6. lib. 4. Ciriac. contro. 128. num. 120. Altogra. d. cons. 66. num. 11. & 12. Merli. Pignat. contro. foren. c. 48. num. 19. cent. 2.

17 Quòd verò nullus alius adsit agnatus, dicitur probatum eo ipso, quod asseritur, nullum alium extare, ita vt onus probandi, alium extare, incumbat aduersario, vt in terminis nostris, quãdo asseritur, nullã aliam causam adesse, ad quam renunciatio possit referri, quòd asserens, aliam adesse causam, teneatur illam probare, tenuerunt Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 115. num. 35. Peregr. de fideic. art. 52. n. 32. Gratia. discep. foren. cap. 346. num. 11. par. 2. & cap. 568. num. 30. par. 3. Fusar. de subst. quæst. 593. nu. 113. aliàs adductus, & sentit Rota in Rom. fideicomm. de Cosciarijs 26. Martij 1648. coram Eminentissimo Card. Corrado §. voluntas, circa medium.

18 Negatiua enim benè probatur per abnegationem, asserendo, non adesse, nisi talem, & si quis asserat, alium adesse, probet ad glo. in l. cum de lege 17. ff. de prob. Costa de retrotrac. cap. 8. casu 9. num. 29. Paitell. exped. ciuil. 16. num. 4. latè Caroc. de excuss. quæst. 35. par. 2. num. 7. & seq. innumeros ferè adducens ita sentientes, vbi dicit, hoc habere locum in qualibet negatiua deducenda, vt ibi per eum Rot. decis. 351. nu. 2. & seq. par. 5. rec. & apud Merli. de pigno. decis. 215. num. 9. & latè comprobat Ciriac. contro. 5. n. 9. alios adducendo concordantes.

19 Quod habet locum, siuè præsumptio sit pro negante, siuè non, vt tradunt Curt. Sen. cons. 27. num... dicens, ita seruari in practica, & Hercul. de prob. negat. num. 255. vbi testatur de communi opinione, & alij, quos allegat Pacia. de prob. lib. 1. cap. 46. num. 26. Ciriac. vbi supra num. 10.

20 Licet contrarium tenuerit Caroc. d. quæst. 35. num. 10. qui requirit concursum alicuius coniecturæ saltem leuis, prout tenet etiam Rot. decis. 93. num. 11. par. 8. recent. alios adducens concordantes, quæ tamen in casu nostro concurrit, nempè, quòd pluralitas personarum non præsumitur Mascar. de prob. concl. 1180. n. 30. lib. 3. Gratia. discep. foren. cap. 93. num. 11. & 12. par. 3. & notorium in Ciuitate Vrbaniæ, nullum alium extitisse de Agnatione, & Casata DD. de Scirris.

21 Se-

21 Secundò quia cum renunciatio sor. Mariæ Victoriæ fuerit concepta verbis generalissimis videlicet *omnes, & quascunq. ratas, partes quorũcuncunq. bonorum, rerum, iurium, & actionum ipsi sor. Mariæ Victoriæ debitorum, & debendorum, & quæ de præsenti ad eam spectant, & in futurum spectabunt, & pertinere, et spectare possent in, et super quibuscunq. bonis paternis, maternis, auitis, agnatis, et super quibuscunq. bonis aliorum quorumcunq. affinium, et consanguineorum, et aliorum quomodolibet, tam virtute quorũcuncunq. testamentorũ, quam cuiussuis ius alterius successionis cuiuscunq. personæ, vel personarum, et quocunq. alio titulo, et quocunq. tempore tam de præsenti, quam de futuro, et ex quacunq. causa tam scita, quam ignorata, etiam si speciali nota digna essent, cum generali iurium cessione competentiũ, et competiturorũ cum clausula ad habendũ, cessit, atq. donauit D. Octauio, eiusq. hæredibus et successoribus &c.* quę verba sunt adeò ampla, & vniuersalia, vt omnem succedendi modum includant, & nihil incompræhensum relinquãt, & nulla persona, cui succedendum sit, exempta videatur, & sic comprehendant etiam bona fraterna, vt in terminis scripserunt *Menoch. cons. 335. num. 15. et seq. lib. 4. P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 7. cap. 7. num. 6. in fin. Gratia. discep foren. cap. 568. num. 37. & seq. par. 3. Gionagno. cons. 91. num. 3. & sequen. lib. 1. Altogra. cons. 66. in prin. num. 2. & in fin. lib. 1.* Rot. *decis. 47. num. 8. et decis. 48. num. 6. apud Merli. de legit. & decis. 714. num. 1. et seq. par. 2. rec, et in* Rom. *success. de Comitibus 23. Iunij 1642. §. clarissima etc. coram R. P. D Dunozetto Dec. et decis. 171. num. 4. par. 8. recen.*

22 Renunciatio enim generalis omnia complectitur *Ceph. cons. 463. n. 29. lib. 4. Menoch. d. cons. 335. n. 17 Ciriac. contro. 128. n. 49. Ca'un. de æquit. lib. 2. cap. 186. n. 4.* alios adducens concordantes *Altogra. d. cons. 66. n. 3.* & latius *in addit. ibi Rot. decis. 286. n. 4. par. 7. recen.* & renunciantes, qui nimis effuso sermone vtuntur in renunciando in manifestum iurium suorum periculum amissionis incidere, scripserunt *Paul. Rube. ad decis. 523. n. 84. par. 4. recen. tom. 3. & Altograd. ad d. cons. 66.* videndus.

Quæ eò magis locum habere debent, cum dicta verba, *et super quibuscunque bonis aliorum quorumcunque affinium, et consanguineorum, et cuiussuis alterius successionis cuiuscunque personæ, vel personarum* non solùm amplient modos
23 succedendi personis expressis, sed etiam ad effugiendam superfluitatem importent renunciationem succedendi alijs personis vltra eos, qui fuerunt expressi, & specificati, maximè stante dictione *Aliorum, et Alterius*, quæ includunt diuersa ab expressis, vt benè comprobant *Menoch. d. cons. 335. num. 16. et sequen. Hond. cons. 49. n 13. et 14. lib. 1. Gratia. discep. foren. d. cap. 568. n. 37. et 38. Altogra. d. cons. 66. post prin. lib. 1.* quamplures adducens ita sentientes, & latius *ad d. cons. 66.* benè comprobans Rota *decis. 149. n. 3. par. 1. diuer. et d. decis. 714. n. 5. 6. et seq par. 2. recen. et decis. 47. n. 8. apud Merli. de legit. et decis. 375. n. 10. par. 4. rec. tom. 2. et dicta decis. 171. n. 4. par. 8. rec.*

Dicta enim verba de sui propria natura ampliant, non restringunt dispositionem, & non possunt verificari, nisi in iuribus diuersis a iure competente super bonis renunciatis *l. ea tamen adiectio 44. et ibi Doct. ff de lega. 3. Surd. cons. 303. n. 35. et seq. lib. 2.* Rota *d. decis. 149. n. 3. par. 1. diuer. et d. decis. 714. n. 5. par. 2. recen.* quicquid dixerit eadem *Rota decis. 144. n. 18. par. 8. rec.* cum verba generalia ibi apposita sint restricta ad bona paterna, & materna, vt ibi est videre, quod non accidit in casu nostro.

Quibus non nocet, quod renunciatio sit stricti iuris, & odiosa, & ideò non sit extendenda ad personas in ea expressè non contentas, vt tradunt *Cenc. Gabr. Gargiar. Iun. Altograd. & Rota in locis relatis supra n. 12.* cum quibus pertransit eadem *Rot. apud Merli. de legit. decis. 47. num. 6. & decis. 48. in prin. & decis. 480. n. 8. par. 5. rec. lib. 2.*

Quia aut volumus intelligere, quod renunciatio non compræhendat personas non specificatas passiuè, & sic bona fratris, & respondeo, id locum habere posse in renunciationibus, quæ fiunt a mulieribus nubentibus in sęculo, quæ strictè interpretari debent. ita vt minus noceant renuncianti, quam sit possibile, non autem in renunciationibus, quæ fiunt a Monialibus Religionem profiteri volentibus, & protestantibus, se bonis temporalibus spoliatas velle
24 Deo perpetuo famulari †, quia huiusmodi renunciationes ex verosimili mente renunciantis non strictè, sed latè sunt interpretandæ, vt docent *P. Moli. Theol. de iusti. & iur. tom. 3. disput. 579. sub num. 19. Gargiar. Iun. cons. 100. num. 49. lib. 1. & cons. 87. num. 44. lib. 2. Adden. ad Rot. decis. 375. num. 26. par. 4. rec. tom. 2. & ad decis. 523. num. 126. par. 4. rec. tom. 3. Gratia. discep. foren. cap. 568. num 50. par. 3. Altogra. d cons. 66. num. 4. lib. 1.* Rot. *in d. Maceraten. pecuniaria 20. Iunij 1644. coram Eminentiss. Card Ottobono § non obstat &c. & in* Romana *fideicommissi de Cosciarijs 16. Martij 1648. §. prædicta verò &c. coram Eminentissimo Card. Corrado.*

25 Cum dictę renunciationes censeantur dicto animo factæ, & receptæ, vt renunciatarius possit de illis disponere, etiam si deficiant personæ contemplatæ, vt tradunt *Doct. supra adducti*, ac etiam

ac etiam, vt Moniales humanarum rerum curis omninò liberæ magis quieto animo valeant Deo inseruire, vt tradunt *Gratia. discep. foren. cap. 568. num. 46. & seq. par. 3. Altogra. d. cons. 66. num. 29. lib. 1. &* Rota *d. decis. 714. num. 9. par. 2. rec. & in d. Maceraten. pecuniaria coram Eminentissimo Card. Ottobono §. quod verò &c.*

Aut volumus intelligere, quod renunciatio non extendatur ad personas non specificatas actiuè, & sic ad personas DD. de Palmis, & respondeo,

26 † quod cum renunciatio stipulata fuerit pro hæredibus, & successoribus quibuscunq. vt supra probaui *num.* 5. illa comprehendit indistinctè omnes hæredes, etiam extraneos, & sic DD. de Palmis, vt declarant in terminis *Mollin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 85. num. 60. Ant. Fab. in suo Codi. lib. 2. tit. 3. defin. 22. ver. sed sufit &c.* quos referendo sequitur Rota *in d.* Ro*mana successs. de Comitibus 23. Iunij 1642. coram* R. *P. D. Deca. §. cessat difficultas, &c.* vbi dicit nó deficere Doctores volentes, renunciantem excludi etiam ab hæredibus extraneis, licèt renunciatio stipulata fuerit simpliciter pro hæredibus absq. verbo *quibuscunq.* aut alio vniuersali, quorum quamplures adducit optimè *Redenascus viden. cons. 46. num. 56.*

27 Neque vllum potest fieri exaduerso fundamentum *in Bononien. hæredit. de Armis coram* R. *P. D. Merlino,* quæ est *decis. 47. post Merli. de legit.* confirmata apud eundem *decis.* 48. quia in eis renunciatio erat restricta ad bona paterna, & materna tantùm, & ideò non mirum, si non extendebatur ad fraterna, vt ex eis est videre, & ponderat expressè *Rot. in d. Romana success. de Comitibus §. neque applicantur &c.* & sic non percutit casum nostrum, in quo fuit renunciatum etiam bonis agnatis, & sic comprehendit bona fraterna, vt supra fuit probatum *num.* 17. & in quo renunciatio est concepta verbis generalissimis, vniuersalibus, & ita effrenatis, vt omnia comprehendat, vt pariter supra probaui.

28 Prout non obstat *decis. 543. par. 5. rec. tom.* 2. in qua fuit dictum, renunciationem bonis paternis, maternis, & auitis non comprehendere bona fraterna, quia ibi pariter non aderat renunciatio bonis agnatorum, quę dicitur comprehendere bona fraterna, vt supra, & non aderant verba ita generalia, & vniuersalia, vt in casu nostro, neque aderat verbum *quibuscunq;* vt considerat Rot. *in d. Romana successs. de Comitibus, de qua supra.*

Neque similiter nocet, quod attenta mente vtriusque contrahentis, quæ in huiusmodi renunciationibus venit maximè attendenda Rot. *d. de-*
29 *cis. 543. num. 13. par. 5. rec. lib.* 2. † non est verisimile, quod sor. Maria Victoria voluerit renunciare successioni fratris ab intestato ad fauorem remotiorum in gradu, neque, quod D. Octauius renunciatarius voluerit sororem in dicto casu ab eius successione excludere ad fauorem pariter fratrum consobrinorum remotiorum, vt supra, vt considerauit Rot. *d. decis. 543. num 13. & seq. par. 5. rec. lib.* 2.

Quia cum sor. Maria Victoria, dum expressè renunciauit successioni agnatorum, dicatur necessariò renunciasse etiam successioni D. Octauij fratris agnati, maximè, dum in alio renunciatio verificari non poterat, vt probaui *supra nu.* 17. non est vlterius inuestigandum de eius
30 mente, † cum illa non veniat attendenda, quando verba nullo modo conueniunt, vt tradunt *Bald. cons. 182. num. 6. par. 1. Ceph. cons. 424. num. 183. lib. 3. & cons. 737. num. 21. vol. 5.* Rola*. cons. 59. num. 42. & seq. lib. 3.* benè *Card. Manti. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 12.* & in terminis tradit *Altogra. d. cons. 66. num. 45. & seq. lib.* 1. alios adducens concordantes, quæ non concurrebant in casu *d. decis. 543. par. 5. rec.*

Maximè cum renunciatio sor. Mariæ Victoriæ non fuerit facta ad fauorem hæredum D. Octauij prorsus ignotorum, & sibi extraneorum, sed illa facta dici possit ad fauorem hæredum sibi in omni casu coniunctorum, & cum quibus renuncians ipsa fuit in eadem domo educata, & sic ab ea maximè prædilectorum, quales sunt DD. de Palmis Actores, vt in facto etiam demonstrabitur, & sic cessat argumentum ab inuerisimili ad not. per *Euerar. in sua Topic. legal. in loco a verisim. num.* 12.

Neque vis vlla fieri potest super ineptitudine stipulationis ex eo, quia nulla vtilitas resultabat D. Octauio fratri, quod sor. Maria Victoria eius successioni renunciauerit, cum ipse ad libitum de illa disponere potuerit, in quo se fundat Rota *d. decis. 543. num. 23. par. 5. recen. lib.* 2.

31 Quia respondeo dupliciter, & primò, quod argumentum a superfluitate desumptum est valdè frigidum, vt latè comprobat *Eugen. cons. 88. num. 110. & seq. vol.* 1. & firmat Rot. *apud Merli. de legit. d. decis. 47. in fin.* & illud leuissimum appellat *Peregr. de fideic. art. 14. sub n. 21. Surd. cons. 325. sub num. 14. lib. 3.* & ante eos *Aleia. in l. 3. num. 3. ff. de lega. 1.* quos sequitur *Altogra. cons. 60 num. 88. lib. 1.*

Secundò, quia, cum ex renunciatione facta per sor. Mariam Victoriam etiam bonis agnatis dicatur expressè renunciasse etiam bonis fraternis, maximè, dum in alio dicta renunciatio verificari non poterat, vt supra probaui *nu. 17. & seq.*
32 † magis toleranda venit superfluitas, quàm contra mentem renunciantis operatio *l. verbis ciuilibus 7. & ibi Alex. num. 3. ff. de vulg. & pupill.*

pupill. Cuma. conf. 108. *Crau. conf.* 25. *& conf.* 70. quos refert, & sequitur *D. Andreol. contro.* 220. *n.* 16.

33 Quibus pariter non obstat, quòd renunciatio prædicta intelligi debeat de causa de futuro habente causam de præsenti, non autem de causa de futuro nullam habentem causam de præsenti, qualis est renunciatio successioni D. Octauij fratris, quod dicitur ius de futuro ex causa de futuro nullam habens spem probabilem de præsenti, vt not. *Ciriac. contron.* 292. *n.* 8. *Altogra. d. conf.* 66. *num.* 15. *& Rot. d. decis.* 543. *n.* 27. *p.* 5. *rec. lib.* 2.

Quia hoc non habet locum in casu nostro ex duobus, & pr. mò, quia fuit renunciatum bonis agnatorum, quæ compræhendit hæreditatem D. Octauij fratris, vt probaui *supra n.* 17. *& seq.* quæ breuitatis gratia non repeto.

34 Secundò, quia repugnant verba renunciationis ibi *qua de præsenti ad eam spectant, & in futurum spectare poterunt quomodolibet &c.* & ibi *quocunque tempore tàm de præsenti, quàm de futuro, & ex quacunque causa &c.* & rursus ibi *tàm de præsenti, quàm de futuro, & ex quacunque alia causa, iure, vel titulo &c.* quæ sunt adeò generalia, lata, & effrænata, vt compræhendant iura de futuro, etiam ex causa de futuro, *Menoch. conf.* 401. *num.* 119. *lib.* 4. *Alba conf.* 31. *num.* 17. *lib.* 1. *Gallerat. de renunciat. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 32. *Mastrill. decis.* 65. *num.* 10. latè *Altogr. d. conf.* 66. *num.* 19. vbi quamplures adducit ita sentientes, & testatur de veriori, & receptiori opinione, *lib.* 1. *Rot. in terminis decis.* 714. *num.* 5. *par.* 2 *rec. & decis.* 141. *n.* 3. *par.* 5. *rec.* latè comprobans, *& apud Buratt. decis.* 310. *num.* 8. *& ibi Addeu. litera B.*

Non enim verificarêtur verba *ex quacunque causa, & quomodolibet* in renunciatione apposita, si restringeretur renunciatio ad causam de præsenti, vel de præterito *Altogra. d. conf.* 66. *nu.* 18. *in fin.* Rota *d. decis.* 714. *num.* 5. *par.* 2. *rec. & d. decis.* 141. *num.* 4. *par.* 5. *recen.* ita vt renunciationem prædictam compræhendere, etiã vna ignorata, dixerit *Ciriac. contro.* 128. *n.* 50. *& seq.* alios adducens concordantes.

Prout pariter non nocet, quòd sor. Maria Victoria non potuit habere ius in hæreditate D.

35 Octauij fratris, nisi eo mortuo †, quo casu renunciatio, vti collata post mortem fratris, & sic in tempus, quo esset incapax, renunciatio illa manis redderetur, vt dicit *Rot. d. decis.* 543. *num.* 25. *par.* 5. *rec. lib.* 2.

36 Quia, cum ipsa renunciauerit bonis paternis, maternis, auitis, & agnatis, quam renunciationem compræhendere etiam bona fratris, maximè cum d. verbum *Agnatis* in alio verificari non poterat, fuit supra pluries dictum, & comprobatum, cum amplissima renunciatione, de qua supra ad fauorem D. Octauij fratris tunc viuentis, & illius hæredum, & successorum quorumcunque dicta renunciatio resoluitur in pactum de non succedendo eidem, in cuius hæreditate nullum ius ipsi renuncianti tunc competebat, nec competere poterat ob dotem receptam *l. post emancipationem* 7. *§. illud. vbi Bart. num.* 2. *&* 3. *ff. de libe. legi. idem Bart. in l. fin. num.* 18. *C. de pact. Rot apud Buratt. decis.* 333. *in prin.* in terminis *eadem Rot. apud Salgad. in Laber. credi. decis.* 84. *n.* 8.

Neque aliquod videtur fieri posse exaduerso fundamentum, quod renunciatio, de qua agitur, facta fuerit pro conseruatione agnationis, vt ha-

37 betur in ipsa renunciatione, & ideò, dum frater, & alij renunciatarij de agnatione ampliùs non extant, & agnatio defecit, & sic deficit causa finalis ipsius renunciationis, defecerit etiam renunciatio, & illius effectus, ita vt extendi non valeat ad extraneos non nominatos, vt tradunt *Pascal. de patr. potes. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 52. *Thoma. decis. March.* 50. *num.* 165. *P. Sanch. in pracep. Decal. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 19. *& seq. Capic. Latro decis.* 200. *num.* 76. *& seq. lib.* 2. *Rot. in Maceraten. pecuniaria* 14. *Iunij* 1641. *& in eadem* 12. *Maij* 1642. *coram R. P. D. Merlino, & in Rom. success. de Comitibus* 15. *Ianuar.* 1642. *§. his tamen &c. coram Reuerendissimo Decano.*

Quia, omissis multis, quæ adduci possent, quia, inquam, sor. Maria Victoria renuncians non mota fuit ad renunciandum fauore agnationis tantummodò, sed mota fuit ex pluribus causis, & principaliter ob ingressum in Religionem, vt habetur in principio narratiuæ Instrumenti renunciationis ibi *cum sit, quòd Ren. Monialis Sor. Maria Victoria de Sciris cupiat professionem mittere, & Deo perpetuò famulari &c.* & in dispositiua ibi, *& hoc fecit Sor. Maria Victoria ob ingressum Religionis &c.* secundò ob promissionem ei fact. m per D. Octauium fratrem de soluendo ei quotannis scuta decem, & octo durante vita ipsius monialis, tertiò, quia ab eo recepit congruam dotem ad effectũ se monacandi, & postremò ad effectum conseruandi agnationem domus dicti sui fratris, vt ex ipso instrumento renunciationis clarè

38 videre est, † & ideò, cum ex pluribus causis mota fuerit ad renunciandum, licèt vna ex eis defecerit, nempè agnationis, & aliæ remanserint in suo robore, non cessat tamen renunciatio, & disposi io *§. affinitatis inst. de nupt. Osasch. decis Pedemon.* 118. *num.* 6. *Surd. conf.* 361. *n.* 14. *lib.* 3. in puncto *Maresco. var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 8. *Gratia. discep. foren. cap.* 971. *num.* 6. *&* 7. *par.* 5. *Rot decis.* 587. *n.* 7. *par* 1. *recen. et decis.* 348. *num.* 2. *par.* 4. *recen. et apud Buratt. decis.* 12. *num.* 12. *& in d. Maceraten. pecu-*

pecuniaria coram Eminentissimo Card. Ottobono §. vlterius fuit, &c.

39 Maximè quia cum plures causę renunciationis fuerint expressæ, ingressus in Religionem fuit causa finalis, conseruatio autem agnationis fuit impulsiua, & ideò, defecta agnatione, adhuc durat renunciatio Rota *in Rom. census 12. Iunij 1651. §. non obstat donationis &c. coram* Eminentissimo *Card. Ottobono, & in d. Maceraten. pecuniaria §. vlterius coram eodem Eminentissimo Ottobono, & in Ariminen. success. 26. Ianuar. 1654. coram* R. P. *D. Bichio §. facilius accedente &c.*

Secundò quia supradicta procedere possunt in terminis renuncitationis factæ fauore agnationis cum clausula *Pro se, hæredibus, & successoribus dumtaxat*, secùs tamen est dicendum, quando renunciatum fuit bonis paternis, maternis, auitis, & agnatis, quam renunciationem compræhendere etiam bona fraterna, probatum fuit *supra num. 17. & seq.* & pluries fuit replicatum *pro se, hæredibus, & successoribus, & cætera*, sub qua dictione *cæterata* venit Verbum *Quibuscunq. vt ex Barbo. Theod.* Rube. *& Caren. probant supra num. 5. & seq.*

Maximè cum vltra verbum *Successores* fuerit etiã additum verbum, *& cessionarios*, quod importar concessionem liberam alienandi etiam in extraneos, vt ex *Curt. Iun. Craue. &* Rola, probaui pariter in loco prædicto, & stante clausula *ad habendum*, quæ æquiparatur Clausulæ *& quibusdederit*, quæ facit pariter, rem transire ad hæredes extraneos, vt tradunt *Doct.* adducti *supra num. 6.* & alij, quos refert, & sequitur *Barbo. de claus. clausula 57. num. 3. & 4.*

40 Quod verbum *Quibuscunq.* cum ob sui latitudinem compræhendat etiam hæredes extraneos, vt not. Rola. *cons. 96. num. 28. lib. 2. Deci. cons. 294. num. 2. in fin. Barbo. clau. 113. num. 6. & seq. & dictio. 317. num. 9. Rota in Sarsinaten. feudi 22. Iulij 1645. coram Reuerendissimo Decano*, clarè apparet, renunciationem non fuisse factam contemplatione solius agnationis *Crau. cons. 288. num. 3. Monter. decis. Aragon. 10. num. 34.* Rota *decis. 252. sub num. 4. par. 5. recen. & in Aueuionen. fideicommissi 30. Aprilis 1646. §. 1. coram R. P. D. Verospio*; sed etiam pro hæredibus extraneis D. Octauij fratris, & sic pro DD. de Palmis actoribus, vt tradunt *Ruin. cons. 44. num. 8. lib. 1. Rota in d. Romanum success. de Comitibus 13. Iunij 1642. §. nec refragatur, & §§. seq. coram* Reuerendissimo *Decano*, vbi hoc latè comprobat, & in *Maceraten. pecuniaria 20. Iunij 1644. coram Eminentissimo Card. Ottobono, et in* Romana *fideicommissi de Cosciarijs 26. Martij 1648. §. quando etc. in fin. coram Eminentissimo Card. Corrado*, & benè declarat eadem *Rota in d. Ariminen. successionis 26. Ianuar. 1654. coram* R. P. *D. Bichio §. neq. obstat, quod renunciatio, etc.*

41 Non obstat postremò, quod renunciatio habeat locum, quando vltimus agnatus decessit cum testamento, secùs tamen si decessit intestatus, vt in casu nostro, quia tunc, decedendo intestatus, videtur, renuncians iterum ad bona renunciata, dum non superest persona compræhensa in renunciatione, reuocare voluisse, etiamsi stipulatio sit facta pro se, hæredibus, & successoribus *Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 15. num. 40. & seq. Paul.* Rube. *ad decis. 523. num. 110. par. 4. rec. tom. 3.* Rot. *d. decis. 543. num. 42. & seq. par. 5. recen. lib. 2. & in Maceraten. pecun. 20. Iunij 1644. §. agnationis itaq. coram Eminentissimo Card. Ottobono.*

42 Quia respondeo dupliciter, & primò, quod prædicta possunt habere locum in terminis simplicis renunciationis, in quibus loquuntur authoritates supra adductæ, secùs tamen est in terminis renunciationis factæ in vim donationis irreuocabilis, & transitoriæ ad hæredes, vt in casu nostro, quia tunc renunciatarijs deficientibus, dispositione de rebus renunciatis non facta, bona in vim donationis renunciata transeunt ad illorum hæredes, non autem redeunt ad renunciantem, vt tradunt *Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20. Gratia. discep. foren. cap. 386. num. 14. & seq. par. 2. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 6. D. Andreol. contro. 252. num. 4.* Rot. *decis. 587. nu. 9. par. 1. recen. & d. decis. 714. in fin. par. 2. recen. & in* Romana *fideicom. de Incoronatis 5. Nouembris 1639. coram* R. *P. D. Pirouano, & in dicta Maceraten. pecuniaria 20. Iunij 1644. coram Eminentissio Card. Ottobono.*

Secundò respondeo, supradicta non habere locum in casu nostro, in quo stipulatum fuit non solùm pro se, hæredibus, & successoribus simpliciter, sed etiã cum dictione *& cætera*, sub qua contineri verbum *Quibuscunq.* & etiam pro cessionarijs, vt supra probaui, quia cum d. verbum *Quibuscunq.* ob sui latitudinẽ compræhendat etiam hæredes extraneos, vt tradunt *Rola. Deci. &* Rota *in loc. supra proximè adductis*, ex eo colligitur, renunciationem non fuisse factam contemplatione solius agnationis, vt pariter ex *Crauet. Monter. et* Rota *dixi supra num. 41.*

43 † sed renunciantem voluisse fauere non solùm hæredibus renunciatarij ex testamento, sed etiam hæredibus ab intestato succedentibus, vt tradunt Molin. *de ritu nupt. quast. 83. num. 60. et seq. lib. 3. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 2. tit. 3. desin. 22. post. prin. Ruin. d. cons. 44. num. 8. lib. 1. et Rot. in d.* Rom. *Successionis de Comitibus 13. Iunij 1642. coram Reuerendissimo Decano §. clarissima* vbi hoc latè comprobat, & in d. *Maceraten.* pecuniaria 20. *Iunij 1644. coram Eminentiss.*

BB *Card.*

Card. Ottobono, & in Romana fideicommissi de Cosciarijs 25. Martij 1648. § quando etc. in fine coram Eminentissimo Card. Corrado, & in dicta Ariminen. successionis 26. Ianuar. 1654. §. mox enim &c. coram R. P. D. Bichio.

Maximè quia cum renunciatio sit realis, vt fuit supra in principio latè comprobatum, persona sor. Mariæ Victoriæ habetur pro mortua, & sic censetur inhabilitata ad succedendum, vndè benè aperitur via succedendi alijs sequentibus in gradu, etiam ab intestato, ad tex *in. l. 1. & tot. tit. ff. de successo. edic.* & considerauit *Rota in d. Ariminen. successi. 26. Ianuar. 1654. post. prin. coram R. P. D. Bichio.*

Quod verò Monialis renunciatio non excludatur per hæredes renunciatarij ab intestato remotiores in gradu ipsius renunciantis ex *Couar. Sanch. & alijs adductis* per Excellentissimum D. Ronconum in Alma Vrbe Aduocatum, benè satisfacit D. Garauina in eadem Ciuitate Aduocatus nemini secundus in sua allegatione in hac causa reddita, de qua infra, meritò circa hoc ulterius non immoror.

Neq. Monasterium s. Luciæ ex persona sor. Mariæ Victoriæ potest se tueri ex iuribus fideicōmissi instituti per q. D. Iulium Cæsarem Scirrum eius auum paternum, ad quod fuit ipsa expressè vocata, & illud fuit ad eius fauorem purificatum per mortem D. Octauij fratris si-
44 nè filijs †, cui non censetur sor. Maria Victoria renunciasse, cum non legatur facta specialis mentio d. testamenti, & tenoris illius, nec adsit clausula *Visis, & inspectis verbis testamenti* ad tex in *l. de his. 6. ff. de transa. Fusar. de subst. quæstio. 594. num. 1. & seq. Rota decis. 598. num. 3. par. 3. rec.*

45 Quia cum verba renunciationis sint amplissima, geminata, & repetita, vt supra, quæ hic breuitatis gratia iterum non refero, deliberatam, & manifestam demonstrant intentionem, & voluntatem sor. Mariæ Victoriæ comprehendendi hanc substitutionem, & hæreditatem auitam, ita vt dari non possit de defectu illius consensus, vt tradunt *Corn. Deci. Ruin. Paris. Marz. tr. Surd. Peregrin. Menoch. Ceph. Marcabr. Fachin. Marta. Negus. Gratia. & Minad.* quos refert, & sequitur *Altogra. d. cons. 66. in prin. lib. 1.* latè comprobans, & *Rot. d. decis. 714. num. 1. & seq. par. 2 rec. & decis. 598. n. 2. par. 3. recen. & in d. Romana fideicomm. de Cosciarijs 16. Martij 1648. coram Eminentissimo Card. Corrado §. voluntas verò*, vbi aliæ recensentur.

46. Maximè cum in nullo alio testamento d. verba possint verificari *Fusar. de subst. quæst. 593. num. 109. & seq. Altogra. d. cons. 66. n. 12.* alios adducens *Rota d. decis. 714. num. 1. par. 2. recen. & decis. 598. num. 2. par. 3. rec.* cum quibus pertransit *Gratia. discep. foren. cap. 346. num. 9. par. 3.* & fuerit expressè renunciatum etiam bonis, & iuribus debitis, & debendis super bonis auitis quomodolibet, &c. *Altogra. d. cons. 66. num. 1. 2. 3.* & pluribus sequen. latè comprobans, & cum præsumatur quod nulla alia causa adfuerit *Fusar. d. quæst. 593. num. 113.* alios adducens ita sentientes.

47 Ita vt cum ex prædictis constet de enixa, & deliberata voluntate sor Mariæ Victoriæ intendentis renunciare omnia, & quæcunq. iura etiam ex testamento tàm de præsenti, quàm de futuro, & ex quacunque alia causa, indè benè deducitur intellectualis præcedens illorum inspectio, atque cognitio, quam voluntas obsequuta actum propositę renunciationis compleuit, quo casu dispositio *d. l. de his* substantialiter impleta censetur iuxta receptam theoricam *Bart. in l. qui Romæ 122. §. duo fratres sub num. 17. ver. sed puto ff. de verb. oblig. & in d. l. de his sub num. 6. & ibi Castr. sub nu. 4. Ias. sub num 8. et alij ff. de transa.* & tradunt *Menoch. d. cons. 408. num. 120. et seq Galleia. de renunc. lib. 4. cap. 2. num. 44. Gratia. discep. foren. cap. 346. num. 14. et 15. par. 2. et cap. 568. num. 46. par. 3.* & latè comprobant *Altogra. d. cons. 66. num. 26. et seq. et Marta cons. 139. num. 3. et 24. et seq. Rota d. decis. 714. sub num. 7. par. 2. rec. et apud Buratt. decis. 658. num. 9.* & latissimè comprobat eadem *Rota in d. Romana fideicom. de Cosciarijs §. ac proindè*, vbi aliæ recensentur.

48 Maximè stante renunciatione omni legum auxilio, per quam renunciatum censeri dispositioni *d. l. de his 6. ff. de transact.* voluerunt concurrente præsertim iuramento *Barbo. de claus. clau. 133. num. 16. Fusar. de subst. quæst. 594. num. 16. & Alex. Ias. Ruin. Deci. Socci. Sen. Curt. Iun. Card. Manti. Decia. Marta, Fusar. & Cutell.* quos refert, & sequitur *Altograd. d. cons. 66. num. 33.* vbi testatur de magis communi Doct. opinione, & *Rota d. decis. 714. num. 7. par. 2. rec. & decis. 598. num. 3. par. 3. recen. & in d. Rom. fideicom. de Cosciarijs §. & proindè &c.*

49 Cum iuramentum habeat vim specialis expressionis, & renunciationis, ac etiam certiorationis, & scientiæ eorum, quæ Ius disponit *Hond. cons. 33. n. 39. & 40. lib. 1. Card. Manti. de tacit. lib. 26. tit. 2. num. 25. Fusar. de subst. d. quæst. 594. num. 12. & 16.* qui alios adducunt concordantes.

50 Addo prædictis, quod supradicta eò magis locum habere debent, stante generalitate, & vniuersalitate verborum, & mentione facta de testamento, quo casu adesse in renunciante generalem, & præsumptam scientiam, negari non potest, & fuisse saltem in genere cogitatum de iuribus ex testamento deuoluendis, quam esse sufficientem ad sustinendam renunciationem

non ob-

non obstante *d.l. de his* maximè stante iuramẽto, & renunciatione omni legum auxilio voluerunt, *Ripa. in d. l. qui Romæ* 122. *§. duo fratres num.* 99. *ff. de verb. oblig. Peregr. de fideicom. art.* 52. *num.* 49. *Natt. conf.* 546. *num.* 20. *lib.* 4. *Menoch. conf.* 335. *num.* 52. *& seq. lib.* 4. *Card. Manti. de tacit. d. lib.* 26. *tit.* 2. *num.* 24. *Gratia. discep. foren. d. cap.* 568. *num.* 41. *& seq. par.* 3. latè *Altogra. d. conf.* 66. *num.* 33. *lib.* 1. benè Rota *d. decis.* 714. *num.* 7. *&* 8. *par.* 2. *& d. decis.* 598. *num.* 3. *par.* 3. *recen.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa, de qua supra, adhuc non fuit decisa per sententiam, sed pendet inter dictas partes in Alma Vrbe. Laus Deo, & Virgini Deiparæ, &c.

ARGVMENTVM.

In eadem causa renunciationis Monialis, & est Consilium Excellentissimi Domini Iulij Garauinæ Aduocati in Alma Vrbe celeberrimi.

SVMMARIVM.

1 *Frater consobrinus dicitur esse in gradu successibili.*

2 *Renuncians cum clausulis amplissimis successioni non dicitur esse in rerum natura.*

Et habetur pro mortuo. n. 4.

3 *Paria sunt non esse, & non posse succedere.*

5 *Renuncians cum verbis generalibus, & amplis omnia dicitur comprahendere.*

6 *Renunciatio dicitur realis, quando fuit promissum perpetuò obseruare, & non contrauenire.*

7 *Renunciatio ob ingressum in* Religionem *dicitur realis.*

Et quando rinunciatio est correspectiua ob aliquod datum, vel promissum. n. 8.

Et quando renunciatio facta fuit ob dotem receptam. n. 9.

10 *Causæ impulsiuæ defectus non præiudicat.*

11 *Causæ renunciationis quando sunt plures, si vna deficiat, aliæ remanent.*

12 *Ius metimur ex persona Actoris.*

13 *Distinctio obitus renunciatarij cum testamento, vel ab intestato, quando intret.*

14 *Renunciatio realis cum cessione iurium facit, quod renuncians habeatur pro mortuo, & aperitur via succedendi sequentibus in gradu.*

15 Couar. in cap. quamuis. de pact. in 6. par. 3. § 3. *in quibus terminis loquatur.*

16 *Doctorum authoritates in scholijs, & annotationibus non sunt magnæ authoritatis.*

17 Maran. disput. 10. num. 14. *in quibus terminis loquatur.*

18 Rot. decis. 543. par. 5. rec. & apud Tambur. de iure Abbat. *in quibus terminis loquatur.*

19 *Argumentum a contrario sensu in authoritatibus Doct. non est validum.*

Neq. ab authoritate Rotæ *num.* 20.

ALLEGATIO XXXII.

1 REuerende Pater; Delatam esse hæreditatem Octauij Scirri ad D. Flaminium Palmam, & fratres de Ciuitate Vrbini, concludendum videtur †, ipse enim est consobrinus dicti Octauij, & propterea in gradu successibili *Auth. de hæred. quæ ab intest. defer. §. si verò, & §. quarto gradu. Inst. de grad. cognat.*

Nil refragrante existentia D. Mariæ Victoriæ de Scirris germanæ sororis D. Octauij Monialis professæ †, quia cum D. Maria Victoria fecerit amplissimam renunciationem iuratam cum verbis vniuersalibus, & clausulis pregnantibus, est sublata de medio perinde, ac si non esset in rerum natura *Menoch. conf.* 211. *num.* 13. *lib.* 2. & comprobat *modernus Neapolit. in tract. de renunciat. cap.* 2. *num.* 122. *& seq.*

3 Et paria sunt non esse, & non posse succedere *l.* 1. *§. vlt. ff de success. contra tab.* cum susè relatis per *Tiraq. in l. si vnquam in verbo Susceperit num.* 7. *C. de reuoc. donat.* Rugger. *conf.* 3. *n.* 210. *in prin. Io. Cerier. in tract. de primog. lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 2. *Surd. conf.* 138. *num.* 17. *lib.* 1.

4 Imò talis renuncians habetur pro mortuo *Gugliel. de Benedic. in cap.* Raynutius *vers.* & vxorem nomine Adelasiam *nu.* 100. *de testam. Matthesil. in tract. de Success. ab intest. art.* 3. *num.* 11. *Oliuer. Textor. in eod. tract. num.* 88. *Aret. in §. si plures num.* 3. *Inst. de legit. agnat. success.* cum aliis congestis per *Modern. Neapolit. d. cap.* 2. *num.* 122. *et* 125. et in terminis successionis, quod, proximiore renunciante, remotior admittatur perinde, ac si proximior non esset in rerum natura est tex *in l.* 1. ibi *si quis dare voluerit, tunc cæteris bonorum possessio perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit ff. de success. edict.* & ita in puncto ad exclusionem sororis germanæ Monialis ad fauorẽ Auunculi decisum fuit in *Ariminen. successionis* 26. *Ianuarij* 1654. *§. p. coram bon. mem. Bichio.*

Nec hæsitari potest, renunciationem comprehendere bona fraterna, illamque esse realem, & perpetuam, nec expirasse per obitum fratris, ad cuius fauorem fuit renunciatum, siuè attendantur verba, siuè causæ finales eiusdem renunciationis.

Nam verba illa *Omnes, et quaſcunq. ratas partes* 5 *quorumcunq. bonorum, rerum, iurium, et actionum ipſi* Mariæ *Victoriæ debitorum, et deben. et quæ de præſenti ad eam ſpectant, et in futurum, ſpectabunt, et pertinere, ac ſpectare poſſent, et poterunt in, et ſuper quibuſcunque bonis paternis, maternis, auitis, agnatis, et ſuper quibuſcunque bonis aliorum quorumcunque affinium, et conſanguineorum, et aliorum generaliter, tàm virtute quorumcunque teſtamentorum, quàm cuiuſuis alterius ſucceſſionis cuiuſcunque perſonæ, vel perſonarum, et quocunque alio titulo, et quocunque tempore tàm de præſenti, quàm de futuro, et ex quacunque cauſa tàm ſcita, quàm ignorata, etiam ſi ſpeciali nota digna eſſent, cum generali iurium ceſſione competentium, et competiturorum, cum clauſula ad habendum etc. ceſſit conceſſit, atque donauit D. Octauio, eiuſque hæredibus, et ſucceſſoribus etc.* ſunt adeò ampla, & vniuerſalia, & efficacia, vt nihil incompræhenſum relinquant, iuxta theoricam *Bart. in l. ſi de certa C. de tranſact. Menoch. conſ. 335. num. 15. 20. & 21. lib. 3.* Rota *deciſ. 587. n. 4. par. 1. & deciſ. 714. ſub num. 9. par. 2. recen. et deciſ. 95. num. 1. et 3. poſt Gilian ad Statu. Peruſiæ, et deciſ. 141. par. 5. recen. eadem Rota in* Romana *ſucceſſionis de Comitibus 23. Iannarij 1642. §. clariſſima etc. coram* Reuerendiſſimo *Domino meo Decano, et in* Romana *fideicommiſſi de Coſciaris 16 Martij 1648. §. voluntas etc. coram Eminentiſſimo Card. Corrado.*

Ponderanda ſunt etiam alia verba in fine renunciationis appoſita, *Promittens huiuſmodi voluntatem perpetuò ſeruare, et habere ratam, et* 6 *nullo vnquam tempore contrafacere,* † quæ operantur, vt renunciatio dicatur realis, & perpetuò noceat renuncianti, vt perpendit *Maſtrill. deciſ. 65. num. 12. & 15.*

7 Eandemque perpetuitatem renunciationis demonſtrant cauſæ expreſſæ, *& hoc fecit D. Maria Victoria propter ingreſſum* Religionis Molin. *de iuſti & iur. tom. 3. diſput. 579. ſub num. 19. Franch. deciſ. 375. num. 2.* Rota *deciſ. 6. poſt Tambur. de iur. Abbat. num. 7.* quæ etiam habetur *par. 5. recen. deciſ. 543. Card. Ottoboni deciſ. 10 §. & in hanc ſententiam &c. et in d. Ariminen. ſucceſſ. § facilius etc. coram bo. mem. Bichio.*

8 Suadetur hoc idem ex alia cauſa expreſſa, *et quia vice verſa d. Octauius per ſe, et ſuos hæredes etc. promiſit quolibet anno ſoluere ſcuta decem, & octo,* quæ cum ſit correſpectiua, ſicut annua præſtatio, transfundetur in quemcunque hæredem Octauij ſiuè ex teſtamento ſiuè ab inteſtato, ita etiam emolumentum inde proueniens ex vi correſpectiuitatis *l. alumnę §. ſcio ff. de adim. lega. l. cum eiuſdem ff. de edilit. edic. Mandel. conſ. 43. nu. 3. par. 1. Gratia. diſcep foren. cap. 924. num. 2. par. 5. Rota deciſ. 147. num. 1. poſt Merlin. de pigno.*

9 Perpetuitas demum reſultat ex tertia cauſa expreſſa, *& quia habuit dotem*, cuius aſſignatio cum cenſeatur perpetua *l. 1. §. per alienationem in fin. ff. quand. de pecul. act. anna. ſit* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 194. Rota in* Rom. *Caſalis Aguzzani 16. Decembris 1641. §. 1. coram* Reuerendiſſimo *D. Terraconen.* ita renunciatio correſpectiua facta ad dotem perpetua cenſetur ex ſupra deductis.

Et licèt ſubdatur alia, *& ad conſeruandam etiam agnationem domus d. eius fratris*, tamen illa 10 fuit ſecundaria, acceſſoria, & impulſiua † illiuſq. defectus non preiudicat *Oldra. conſ. 5. num. 1. Buratt. deciſ. 861. num. 7. Merlin. de-* 11 *ciſ. 22. num. 6. et* 10. & quatenus etiam eſſet finalis, illius deficientia non eſt habenda in conſideratione, cum remaneant in ſuo robore aliæ cauſæ habiles, & ſufficientes ad ſuſtinendum renunciationem *§. affinitatis Inſt. de nupt. Gratia. diſcep. foren. cap. 568. num. 15. par. 3.* & egregiè comprobatur in *d. deciſ. 10. Card. Ottoboni, et in d. Ariminen. ſucceſſionis §. facilius* & prius firmauit Rota *d. deciſ. 587. par. 1. et d. deciſ. 714. par. 2. recen.*

Non obſtant doctiſſimè more ſuo ſcripta per Dominum Aduocatum N. quia vltra tres caſus per eum cõſideratos, ſupplicatur aduerti, poſſe ſuper addi alios, & ſignanter quartum, quando renunciatio eſt realis, & perpetua, & hunc caſum realitatis renunciationis perpendunt *Maſtrill. deciſ. 65. num. 12.* Rota *in* Romana *ſucceſſionis de Comitibus 15. Iannarij 1642. §. & hinc ceſſant &c. coram* Reuerendiſſimo *Domino meo Decano, & in dicta Ariminen. ſucceſſionis 26. Maij 1655.* quæ eſt confirmatoria alterius de anno 1654. ſupra citata *Paſcal. de iur. patr. poteſt. par. 3. cap. 7. num. 48.* Modern. *Neapolita. de renunciat. cap. 3. num 11. & ſeq.* vbi plures *prærogatiuas*, & effectus renunciationis realis recenſet.

Qui eſt caſus noſter, tunc enim non conſideratur quis concurrat, an hæredes ab inteſtatu, vel 12 hæres ex teſtamento † ſed metimur ius ex perſona Monialis actricis *l. ſolemus ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. peta.* cuius perſona eſt inhabilitata ad ſuccedendum per d. renunciationem realem, & eius ius ſucceſſionis eſt effractum, eliminatum, atq. eneruatum, ita vt nullos effectus parere poſſit, & parum eſt curandum an concurrat hæres extraneus ex teſtamento, vel cognatus ab inteſtato, quia conſtituere differentiam inter iſtos duos caſus, eſt proſternere diſpoſitionem tex *in l. conficiuntur ff. de iur. codicill.* nam hæredes ab inteſtato cenſentur tacitè inſtituti, & præſumitur teſtatorem in

rem in

rem in tantùm non condidisse testamentum, in quantùm habuit d. hæredes ab intestato prædilectos.

13 Et distinctio obitus renunciatarij cum testamento, vel ab intestato propriè cadit, quando renunciatio est personalis, & facta per filiam ad fauorem patris, & eius hæredum, quia moriente patre cum testamento, renunciatio purificatur ad fauorem hæredis scripti, si ab intestato decedat, cum prima causa successionis sit filiorum filia renuncians potest allegare, se esse hæredem patris, ideòque reintegratam ad successionem, non autem arcendam ab illius hæreditate.

14 Quæ ratio non militat, quando renunciatio est realis coniuncta concessione iurium, & clausula *ad habendum &c.* quæ importat perpetuã, & irreuocabilem renunciationem, vt firmat *Eminentissimus Card. Ottobonus d. decis.* 10. §. *quo verò &c.* tunc enim cum persona renunciatarii sit inhabilitata ad succedendum proinde, ac si esset mortua, aperitur via succedendi aliis sequentibus in gradu etiam ab intestato iux. tex. in *d.l.* 1. *ff. de success. edict.* & firmatur in dicta *Arminen. de anno* 1654. *coram Bichio.*

Ideòque Doctores per eum allegati, quiuè allegari possent, non refragantur, sed suffragantur

15 nostræ intentioni *Couar.* enim in alleg. *cap. quamuis pactum de pact. in 6. par.* 3. §. 3. *in nono casu* loquitur dubitatiuè, ac per verbum *forsan*, nec figit pedes in opinione relata, imò supra casu tertio expresse firmat, hanc esse quæstionem voluntatis, & totam pendere a verbis, seu coniecturis, ita vt si ex illis appareat, mentem renunciantis fuisse, vt renunciatio resolueretur, sit resoluta, vel sit salua, si de contrario constet; In casu autem nostro verba, & causæ renunciationis sunt vndequaque clarissima pro perpetuitate renunciationis &c. & quis vnquam dixerit, renunciationem ex mente sororis Mariæ Victoriæ renunciantis subsistere ad inclusionem hæredis prorsus extranei, & sibi ignoti, & euanesceret ad exclusionem fratris consobrini per eandem Victoriam æqualiter prædilecti! vt in facto probari poterit, quod proficuum, & vtilissimum est; Doctrina verò *Stra. ad Cranett. cons.* 42. parum est attenden-

16 da †, cum authoritates Doctorum in scholiis, annotationibus, & additionibus non sint magni ponderis, vt testatur *Menoch. cons.* 106. *num.* 200.

Sanchez. ad decal. lib. 7. *cap.* 7. *num.* 27. defendit, renunciationem præiudicare filiæ, & quod pater decedat ab intestato, licèt postea subdat *Maran.* contrarium sentire, ergo in doctrina, & opinione *Sanch.* nulla vis fieri potest.

17 *Maran. autem disput.* 10. *n.* 14. loquitur in simplici renunciatione personali facta ad fauorem patris, & eius hæredum absq. clausula *ad habendum &c.* destituta verbis generalibus, & sine causa ingressus in Religionem, vel alia per petuitatem importantia.

Io. Franc. a Ponte cons. 39. reprobatur a *Mastrill. d. decis.* 65. *vbi num.* 15. dicit, contra dictum *cons. Io. Franc. a Ponte* fuisse iudicatum.

Molin. de iust. & iur. disput. 579. est merus relator *Couar.* & refert eius opinionem subdubiam quando pater decedit intestatus.

18 *Decisio in Rom. de Perottis coram eodem Reu. Dunozetto*, quæ est 6. *penes Tamburi. de iure Abbatissæ* seu *decis.* 543. *par.* 5. *recen.* principaliter fundatur in eo, quod renunciatio non comprehendebat hæreditatem fratris, ad cuius fauorem illa emanauerat, neq. aderat dictio *Quibuscumque* teste eodem Ponente, qui ita suam decisionẽ declarauit in *d. Rom. successionis de Comitibus* 23. *Iunij* 1642. §. *nec applicatur circa medium &c.*

Maceraten. verò pecuniaria, quæ est *decis.* 10. *Card. Ottoboni* firmat, & optimè comprobat per totam decisionem conclusionem pro exclusione renunciantis, & tantùm obiter subdit in §. *primo, quicquid dicendum esset, si Paulus decessisset nullo condito testamento* †, & ita non valet argumentum a contrario sensu in decisionibus *Doct. Vinc. de Franch. decis.* 486. *n.* 6.

20 † nec in decisionibus rotalibus *Serap. decis.* 1342. *n. primo.*

Et ita, & salua semper saniori sententia, &c.

Ego Iulius Garauina de veritate requisitus ita iuris esse censeo &c.

ARGVMENTVM.

Societas Officii contracta vltra illius valorem an sustineatur. Fructus illius soluti an sint imputãdi in sortem. Societas prædicta vltra valorem officij, an sustineatur, stante consuetudine ita contrahendi. Distinctio an cum vno, vel cum pluribus dicta societas sit contracta, an sit iuridica. Societas semel contracta an durare præsumatur. Beneplacitum, & voluntas quousque durare præsumantur. Actori an sufficiat probare intentionem suam per præsumptionem iuris. Ignorantia supina, & crassa quando nocet. Procurator excedẽs fines mandati an obliget Dominum.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij contracta vltra valorem officij non sustinetur.*

2 *Bulla Pij Quarti prohibet, fieri societates officii vltra valorem officii.*

3 *Legis*

3 Legis casus vbi est clarus, non est vlterius quærendum.

4 Societas officij sinè subiecto, & officio consistere non potest.

5 Societas officij vt sit valida, requiritur, quod officium sit lucri, & damni communicatiuum.

6 Societas non datur sinè lucri communicatione.

7 Officialis in societate officii admittit dantem pecunias ad participationem fructuum officii.

8 Fructus societatis officii contractæ vltra valorem illius soluti imputantur in sortem.

Et si non sint soluti, non debentur, nisi probatis requisitis Castren. num. 9.

10 Societas officij sustinetur ratione periculi.

Procedit, dummodo concurrat etiam officium, aliàs secùs num. 11.

12 Societas officii super solo periculo vitæ contrahi non potest.

13 Societas officii non sustinetur vltra illius valorē etiam data ignorantia dantis pecunias.

14 Officialis vigore Bullæ Pii IV. tenetur exprimere societates super eius officio contractas.

Et dans pecunias debet officialem de d. societatibus super officio contractis interrogare num. 15. & 20.

Aliàs d. ignorantia, vti supina, illi non suffragatur num. 16.

17 Ignorantia supina non prodest, sed habetur pro scientia.

Maximè quando quis potuit, & noluit se informare num. 18.

16 Ignorantia, etiam in facto alieno, non excusat, quando quis potuit, & noluit se informare.

21 Lata in culpa dicitur esse, qui non inquirit ea, quæ consueuerunt inquiri.

Et in dicto casu ignorantia non excusat. num. 22.

23 Ignorantia dantis pecunias non tollit, quod non desit officium, quando societas est contracta vltra illius valorem.

24 Societates officij initæ vltra valorem illius sunt nullæ, siuè sint contractæ cum vno, vel cum pluribus.

25 Societas officii vltra valorem illius est nulla, non obstante stylo in contrarium.

26 Consuetudini in societatibus plurimùm defertur.

27 Consuetudo in conuentionibus est optima illarum interpres.

28 Contractus iustificatur per solitum.

29 Consuetudo in materia vsurarum nihil operatur.

Quicquid sit in foro fori ad euadendam pœnam. n. 30.

31 Officialis, non existente officio, nihil habet periculo expositum.

32 Societatis officii sors, non existente officio, remanet purum mutuum.

33 Mutuum non stat periculo conferentis.

34 Dans pecunias in tantùm debet illas amittere, in quantùm officialis potest amittere officium.

35 Probatio non concludens per necessè non attenditur.

36 Societas officij semel contracta præsumitur durare, nisi doceatur de extinctione.

37 Societates officii contrahuntur ad sex menses, et deindè ad beneplacitum.

38 Beneplacitum præsumitur durare, nisi expressè reuocatum fuerit, & n. 41.

29 Voluntas non præsumitur mutata, sed durare præsumitur.

Itaut allegans mutationem voluntatis teneatur illam probare. n. 40.

42 Mutatio est accidens, quod non præsumitur.

43 Præsumitur in præsens ex præterito.

44 Actori sufficit probare intentionem suam per præsumptionem iuris, & n. 47.

45 Præsumptio iuris dicitur vera, & liquidissima probatio.

46 Præsumptio, quam lex habet pro veritate, transfert onus probandi contrarium in aduersarium.

48 Testis depositio concludens præsumptiuè est sufficiens.

49 Mors non præsumitur, sed est probanda ab allegante.

50 Procurator non potest obligare principalem vltra contenta in mandato, & n. 54.

Et actus factus per Procuratorem vltra fines mandati est nullus num. 51.

Licèt in modico excedatur num. 52.

53 Fines mandati sunt diligenter custodiendi.

55 Forma, & mandatum sunt quid indiuisibile.

56 Forma in parte non seruata, actus est nullus in totum.

57 Facultas data accipiendi pecunias super officio, intelligitur vsq. ad illius valorem.

58 Verba vniuersalia restringuntur ad id, quod est iuris.

59 Officium, finita societate per mortem, disdictam &c. quando reuiuiscat.

60 Iudicandum est in dubio contra agentem ad lucrum in societate officii.

ALLEGATIO XXXIII.

EXcellentissimi Domini. Sententia lata per Excellentissimum D. Locūtentem Vrbini ad fauorem Illustrissimi D. Comitis de Odasijs de eodem, in qua fuit daclaratum, non esse locum lucro pecuniarum in societate officij positarum per d. D. Comitem Odasium per mortem personæ in ea nominatæ, stante nullitate d. societatis impositæ super officio d. societatis non capaci, cum illud esset onera-

oneratum quampluribus alijs societatibus longè superantibus valorem eiusdem officij, vt apparet ex attestationibus in iudicio productis pro parte d. Domini Comitis, venit, inquam, dicta sententia confirmanda, non obstantibus ex aduerso oppositis contra d. D. Comitem de Odasiis.

Iustitia enim d. sententiæ colligitur ex illa conclusione ab omnibus ferè approbata, quod societas officii inita vltra valorem officij non sustinetur, quam firmant Leonell. super Bulla Pij Quarti glo. 14. & 15. Bocacc. de societ. n. 126. Castrac. de societ. cap. 6. num. 1. & seq. Felic. in eodem tract. cap. 9. num. 64. Nauar. cons. 29. col. 2. ver. secunda conditio &c. de vsur. lib. 2. vbi dicit, quod aliàs venderetur, & emeretur quod non est, vt ibi per eum, Azor. Inst. moral. lib. 9. cap. 8. ver. sed quæritur &c. & cap. 9. par. 3. Pacif. de Saluia. inspect. 4. cap. 1. n. 79. & seq. Comitol. respo. moral. lib. 3. cap. 14. Zacchi. de societ. num. 66. & seq. & num. 101. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 900. num. 12. par. 5. & latè comprobat D. Contelor. in sua quæst. de societ. num. 90. & seq. alios referens ita sentientes, & idem scripserunt Eminentissimus Card. Lugo de iustis & iur. disput. 30. sect. 5. num. 60. & sequen. Leotar. de vsur. quæst. 23. num. 57. alios pariter adducens concordantes, & Vermiglio. cons. crim. 306. num. 10. post hæc scripta visus, & pluries resoluit Rota, & præcipuè decis. 310. num. 4. par. 4. diuer. & decis. 18. per tot. & decis. 28. num. 1. vbi dicit, quod ita semper tenuit Rot. Rom. & quod secundum prædicta per plures Theologos fuit consultum, & decis. 37. in prin. & decis. 38. num. 1. & seq. latè comprobans, & decis. 44. num. 1. apud Zacchi. de societ. & decis. 321. n. 10. apud Cenc. de Censibus, & decis. 167. num. 1. & ibi Adden. litera A. apud Greg. XV. & aliàs sæpè.

2 Adest enim Bulla Pij Quarti id expressè prohibens ibi Decernentes, quod de cætero ipsis officialibus &c. non tamen vltra valorem officiorum, super quibus illas fieri contigerit, ita quod ad requisitionem secum societates contrahentium teneantur in ipso contractu specialiter exprimere illas societates super eodem officio contractas &c. vti aduertunt etiam Zacchi. de societ. num. 5. D. Contelor. in d. quæst. num. 90. & Rot. d. decis. 28. in prin. vbi canonizatur veritas d. Bullæ Pij Quarti, & d. decis. 37. n. 2.

3 Vbi autem adest casus legis clarus, non est vlterius quærendum l. ancillæ 12. & ibi glo. C. de furt. l. illam 19. & ibi Doct. & præcipuè Doct. num. 1. C. de collat. Hond. cons. 32. num. 84. vol. primo Rot. decis. 183. num. 11. par. 7. rec. etiam si lex esset dura, quia adhuc est seruanda §. oporteat auth. de indic. l. prospexit 12. & ibi glo. in verbo lex dat concordantes ff. qui, & a quibus Bald. in l. fratrum 9. C. de his, quibus vt indign. Adden. ad Rot. decis. 460. num. 138. par. 4. recent. tom. 2.

4 Secundò circumscripta etiam d. Constitutione Pij Quarti, quia in terminis iuris cõmunis societas sinè subiecto consistere non potest l. verum 64. §. fin. ff. pro soci. & docent Bocacc. de societ. num. 102. Castrac. de societ. cap. 5. n. 4. & seq. Zacchi. in eodem tract. num. 5. & 66. & seq. Gratia. d. cap. 900. num. 12. Gabr. cons. 63. num. 5. lib. 2. Card. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 2. num. 18. & tit. 24. num. 35. Cenci. de Cens. quæst. 99. num. 28. D. Contelo. in d. quæst. de societ. num. 91. & Leotar. de vsur. d. quæst. 23. num. 57. Rot. d. decis. 28. num. 7. & 8. & d. decis. 37. num. 2. & decis. 439. num. 4. apud Greg. XV. & Adden. ad d. decis. 167. eiusdem Greg. XV. litera A. si igitur Officium valeat, pura scutis mille, & super eo contrahantur societates scutorum duorum millium, in illis scutis mille, quæ excedunt valorem officij, cum sint sinè officio, & sinè subiecto, societas consistere non poterit, vt post Comitol. resp. moral. lib. 3. quæst. 14. ver. secunda opinio &c. per eum relatum benè argumentatur D. Contelor. in d. quæst. de societ. num. 90. & seq. vbi hoc latè comprobat, & dicit in d. casu societatem sustineri non posse neq. ratione census consignatiui, neq. ratione census vitalitij, neq. in vim sponsionis, neq. alterius contractus, vt ibi per eum, Leotar. d. quæst. 23. num. 57. contrarijs benè satisfaciens Rot. d. decis. 28. apud Zacchi. de societ. per tot.

Vlterius societas officij non solùm requirit ad sui validitatem subiectum, & sic officium, vt su-
5 pra diximus, verùm etiam necesse est †, quod
d. officum sit communicatiuum lucri, & damni, & aptum reddere lucrum, & damnum d. l. verum 64. §. fin. ff. pro Soci. Zacchi. de societ. n. 90. & 131. & 362. & dixit Rot. in Romana de Nerlis 11. Nouembris 1608. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Perusina bonorum 18. Decembris 1609. coram R. P. D. Manzanedo, quas referendo sequitur eadem Rot. d. decis. 321. n. 6.
6 apud Cenc. de Censi. alios adducens, † cum sinè
lucri communicatione non detur societas l. 1. & l. si non fuerint 29. §. aristo. ff. pro soci. traditque Rot. decis. 763. num. 1. et 2. par. 1. diuer. et decis. 304. num. 11. par. 2. rec. et d. decis. 28. num. 9. apud Zacchi. de societ. et decis. 32. n. 4. par. 5. rec.

Socius enim per contractum societatis admittitur ab officiali ad societatem officij, vt dicit Leotar. d. quæst. 23. num. 58. et Rot. decis. 9. nu. 3. apud Cenc. de Cens. & ad participationem fructuum officij, vt not. Zacchi. vbi supra num. 38. D. Contelor. vbi supra num. 94. & dixit Rot. d. decis. 9. num. 3. et decis. 28. num. 1. & apud

Zacchi.

Zacchi. et decis. 160. *num.* 18. *par.* 4. *rec. tom.*
2. si ergo officium, vt supra dixi, sit valoris scu-
torum mille, & super d. officio iam sint con-
tractæ societates pro dicta summa scutorum
mille, & longè vltra, & sic iam sint commu-
nicati omnes fructus d. officij socijs, qui dictas
societates super eo contraxerunt, necessariò
sequitur, quod nulli alij remaneant fructus
communicabiles alijs sociis, qui postea vltra
valorem officij contraxerunt, cum quod non
est non possit communicari ad tex. in *l. eius*
qui in Prouincia 41. *ff si cert. peta.* & not. in pro-
posito *D Contelo. in loc. supra cit. num.* 92. *&*
Rot. d. decis. 439. *num.* 4. *apud Greg. XV.* & sic
quod nulla societas vltra valorem officii vali-
dè contrahi possit, vt præcipuè argumentatur
Rot. d. decis. 28. *num.* 9. *apud Zacchi. de so-*
ciet. & not. *Vermiglio. d. cons.* 306. *num.* 10.
& alij Doct. supra adducti.
8 Quod in tantùm vendicat sibi locum, vt si
fructus ex societate sic inita vltra valorem offi-
cii essent per principalem, vel fideiussorem so-
luti in aliqua summa, possent repeti, & veni-
ant restituendi, vel in sortem imputandi, vt
tradunt *Pacif. de Salui. inspec.* 4. *cap.* 1. *num.*
79. *Zacchi. de societ. num.* 70. *Mangil. de euict.*
quæst. 175. *num.* 17. alios adducens *Vermiglio.*
d. cons. 306. *num.* 10. *Rot. d. decis.* 11. *in prin.*
& d. decis. 37. *pariter in prin. apud Zacchi. de*
9 *societ.* † & si non sint soluti, nô possunt præten-
di, neque ratione damnorum, & interesse, nisi
probatis requisitis per *Castr. in. l.* 3. *§. fin. ff.*
de eo, quod cert. loc. ad not. per *Hond. cons.*
38. *in fin. vol.* 1. *per Pacif. de Saluia. d. cap.* 1.
num. 81. *per Contelo. in d. quæst. de societ. num.*
95. *in fin.* & per *Rot. in d. decis.* 37. *num.* 6. alias
plures recensentem.
10 Neque vllum potest fieri fundamentum,
quod societas officii propter solum periculum
vitæ sustineatur, vt scripserunt *Felic. de societ.*
cap. 35. *num.* 52. *Castrac. in eod. tract. cap.* 4.
num. 26. & dixit *Rot. decis.* 4. *num.* 4. *apud*
Zacchi. de societ. & decis. 763. *num.* 7. *par.* 1.
11 *diuer.* † quia id est verum, & procedit, dum-
modo cum periculo vitæ concurrat ipsum offi-
cium, quod est subiectum societatis, & con-
currat communicatio, & participatio fructuû
eiusdem officii, sinè quibus societas contrahi
nullo modo potest, vt dixi *supra num.* 5. *&* 6.
& declarat *D. Contelo. in d. quæst. de societ. num.*
103. *& Rot. d. decis.* 28. *apud Zacchi. num.* 28.
& benè eadem *Rot. decis.* 321. *num.* 3. *& seq.*
12 *apud Cenc. de Cens.* † cum societas super solo
periculo vitæ contrahi nullo modo possit, vt
not *Castrac. de societ. cap.* 5. *num.* 4. *&* 18.
Boccac. in eod. tract. num. 126. *Leonel. super*
Bulla Pij Quarti in prin. Zacchi. de societ. num.
122. *&* 130. *D. Contelo. in d. quæst. num.* 101. *et*
Rot. in d. decis. 321. *num.* 3. *et seq. apud Cenc.*
de Cen. et decis. 61. *num.* 11. *apud. Zacchi.*
de societ. & scribit etiam *Leotar. de vsur. d. quæst.*
23. *sub. num.* 57.
Et licèt quamplures ex Doctoribus supradictis
scripserint, supradictam conclusionem princi-
palem, quod societas officii non sit valida, si
sit contracta vltra valorem officii, non habere
difficultatem, data scientia vtriusque contra-
13 hentis †, ego tamen sentio, d. conclusionem
esse indistinctè accipiendam, etiam data igno-
rantia dantis pecunias, quod officium sit gra-
uatum vltra illius valorem, & ratio est euidens
14 †, quia cum in d. Bulla Pii Quarti in fin. præ-
cipiatur officialibus, etiam sub pæna priuatio-
nis officii, quod ad requisitionem contrahen-
tium secum dictas societates teneantur expri-
mere societates super eorum officio iam con-
tractas, vt aduertunt etiã *Castrac. de societa. cap.*
6. *num.* 4. *Zacch. in eod. tract. n.* 77. *D. Contelo.*
vbi supra n. 110. *et Rot. d. decis.* 37. *num.* 4.
apud Zacch. de societ. sequitur, quod si officialis
vigore d. Bullæ tenetur exprimere societates
iam contractas super eius officio socio cum
15 eo contracturo †, quod etiam ipse socius, &
dans pecunias possit, & debeat interrogare
officialem de societatibus super eius officio
contractis, quod si socius non facit, & officia-
lem non interrogat, sibi imputet, si nulliter con-
trahit ad not. per *Deci. & Alex. in l. si procura-*
tor. 6. *num.* 4. *& seq. ff. de condi. indeb.* & do-
cent *Zacchi. vbi supra num.* 73 *et D Contelo. vbi*
pariter supra num. 110. *et Rot. d. decis.* 310. *in*
fin. par. 4. *diuer.* & cum Papa per d. Bullam
prouiderit danti pecunias, vt scire possit, an
super officio aliæ sint contractæ societates, &
dans pecunias id non curet scire, sequitur, tam
crassam, & supinam ignorantiam illi suffraga-
re non debere, vt not. *Zacchi. vbi supra num* 78.
et seq. & ante eum *Castrac. in eod. tract. cap.*
6. *num.* 21. *et cap.* 48. *num.* 10.
17 Ignorantia enim supina non prodest, sed
habetur pro scientia *Rimi. Iun. cons.* 245. *num.*
22. *Surd. cons.* 150. *num.* 28. *et seq. lib.* 1. *Ci-*
riac. contro. 519. *num.* 40. *Rot. decis.* 216. *num.*
1. *apud Cenc. de Cens.* Maximè quando quis
potuit, & noluit se informare *Ceph. cons.* 218.
num. 14. *& seq. & cons.* 444. *num.* 12. *Surd.*
decis. 265. *num.* 46. *& seq. Rot. Auenio. decis.*
28. *num.* 8. *Ciriac. d. contro.* 519. *num.* 36. *&*
19 *seq. & contro.* 533. *num.* 16. alios referens †,
cum ignorantia, etiam in facto alieno, non
excuset, quando quis potuit inuestigare, & cer-
tiorari, & noluit id facere *Decia. cons.* 4. *sub.*
num. 35. *vol.* 4. *Ciriac. d. contro.* 519. *num.*
37. *Altogr. cons.* 71. *num.* 37. *lib.* 1. cum di-
catur ignorantia ex facto ipsius ignorantis pro-
ueniens, quæ nunquam excusare solet *Surd. de*
alim.

alim. tit. 1. quæst. 45. num. 37. Costa de scien. & igno. inspect. 85. num. 10. Giurb. decis. 79. sub num. 4. Pacif. de Saluia. inspec. 4. cap. 3. nu. 32. & seq.

Quæ eò magis locum habere debent in casu nostro, in quo socius non solùm potest, sed debet se informare, an aliæ societates super officio
20 sint contractæ ex regula, † quod quilibet debet inuestigare, & inquirere iura sua, ac qualitates, & conditiones illius, cum quo contrahit l. qui cum alio 20. & ibi Doct. ff. de reg. iur. & not. in proposito Zacchi. de Societ. num. 92. Adden. ad Rot. decis. 3. num. 72. par. 3. rec. eadem Rot. decis. 87. num. 2. par. 1. rec. & in terminis nostris decis. 310. in fin. par. 4. diuer. & quod quilibet teneatur inuestigare, quando negocium spectat ad factum proprium not. Alba. cons. 162 num. 9. et seq. quem referen-
21 do sequitur Ciriac. d. contro. 519. n. 38. † cum in lata culpa esse dicatur, qui non inquirit ea, quæ consueuerunt inquiri, itaut pro sciente habeatur, vt dicit Graue. cons. 97. num. 6. et cons. 270. num. 2. Aldoni. cons. 19. num. 87. Surd. decis. 198. num. 16. et seq. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. num. 133. Giurb. d. decis. 79. sub num. 4.

22 Quo casu ignorantiam non esse excusabilem, imò illam haberi pro scientia, dixit Roma. cons. 481. num. 8. & seq. Adden. ad d. decis. 3. n. 7. Aldoni. d. cons. 19. num. 8. 18. & 87. et seq. Surd. cons. 150. num. 26. vol. 1. benè comprobans Pacif. de Saluia. inspec. 4. cap. 3. num. 33. Giurb. d. decis. 79. num. 4. alios adducens Rot. decis. 615. num. 4. & seq. par. 4. rec. tom. 3. alios pariter recensens concordantes, quicquid sit, quando officialis interrogatus a dante pecunias, an alias societates super eius officio contraxerit, illas falsò negasset, vt not. Castrac. d. cap. 6. num. 4. & seq. Zacchi. vbi supra n. 73. & 80. & sentit etiam D. Contelo. in d. sua quæst. num. 108.

23 Vltra quod ista ignorantia dantis pecunias, quatenus adesset, non tollit, quod, quando societas est inita vltra valorem officij, non desit subiectum societatis, sinè quo societas non potest consistere, & sinè quo fructus ex ea non debentur, vt probaui supra, & considerant Zacchi. de Societ. num. 82. in fine, et Rot. apud eundem Zacchi. d. decis. 28. num. 9. et 27. et ferè per totam.

24 Ex quo sequitur, quod nullo modo attendi debeat distinctio, an societates sint contractæ cum vno, vel cum pluribus, vt sentit Salust. in pract. A. C. lib. 1. cap. 22. num. 2. et Ant. Merend. de camb. nundin. cap. 8. num. 4. et seq. & videtur colligi ex decis. 37. in prin. apud Zacchi. de Societ. quia illa communiter reijcitur, vt tradunt Zacchi. de Societ. num. 82. D. Contelo. in d. quæst. de Societ. num. 90. et seq. Eminentissimus Card. Lugo de iusti. et iur. dispu. 30. sect. 5. nu. 63. et seq. Leotar. de vsur. d. quæst. 23. nu. 58. vbi d. contrariam sententiam refellit, & eius rationibus benè satisfacit, Rot. d. decis. 310. num. 5. par. 4. diuer. cum dicta distinctio fundari non possit super ignorantia dantis pecunias, vt admittere videtur Zacchi. vbi supra nu. 82. quia illam nullo modo esse sufficientem ad sustinendam societatem vltra valorem officij, supra proximè latè fuit comprobatum; sublato verò dicto fundamento ignorantiæ dantis pecunias, dicta distinctio remanet merè verbalis, quia cum per societates antecedentes absorbentes integrum valorē officij fuerint communicati omnes fructus illius, vt dixi supra, & admittit Rot. d. decis. 28. num. 9. sequitur, quod alijs ineuntibus alias societates subsequentes nihil remaneat communicabile, et sic remaneant societates postea contractæ sinè officio, quod fieri nullo modo posse, dixi pariter supra num. 5. et 6. & exemplo census impositi super fundo alteri censui obligato confirmat Eminentissimus Card. Lugo d. sect. 5. num. 63. et seq. et Leotar. post eum d. num. 58. & certè quid refert, cuinam fructus officij sint communicati siuè vni, siuè pluribus, hoc enim certum est, quod semel communicati alijs communicari non possunt, & sic societas remanet sinè subiecto contra formam Bullæ Pij Quarti, & dispositionem iuris communis, vt supra probatum fuit n. 4. 5. & seq.

Neque obstant adducta subtilizando contra prædicta per Merend. vbi supra, quia illis ita doctè satisfacit Leotar. d. quæst. 23. n. 58. vt, ne lõgissimus euadam, mihi sufficiat solùm ad illã DD. Iudices remittere, nec circa ea refellenda sit mihi vlterius immorandum.

25 Neque vis vlla fieri potest super stylo, seù
consuetudine in contrarium, quod, inquam,
quotidiè societates contrahantur super offi-
cijs grauatis vltra illorum valorem, de quo te-
stari videtur Salust. in dicta pract. A. C. lib. 1.
26 cap. 22. num. 2. † cum in istis societatibus
plurimùm deferatur consuetudini, vt not. Leo-
nel. ad Bullam Pij Quarti in prin. & glo. 11. in
fin. Zacchi. de Societ. num. 351. Rot. decis. 31.
27 num. 7. apud Zacchi. vbi supra, † & cum in con-
uentionibus consuetudo optima sit illarum in-
terpres ad tex. in l. si de interpretatione 36. et in
l. minimè 22. ff. de legib. & docet Card. Manti.
de tacit. lib. 12. tit. 33. n. 26. prout est etiam
obseruantia Rot. apud Zacchi. de Societ. decis. 61.
num. 5. et decis. 78. num. 5. et decis. 247. nu. 7.
28 par. 7. rec. cum contractum iustificari per so-
litum, scripserint Scacc. de camb. §. 8. glo. 1.
num. 48. et Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. n. 1594.
& consuetudinem facere contractum licitum,

CC dixe-

dixerint *Oldra. conf.* 207. *in fin. Surd. conf.* 327. *num.* 52. *vol.* 3. *et Leotar. de vsur. quæst.* 89. *num.* 9. *et quæst.* 99. *num.* 1.

Quia respondeo, omisso, quod idem *Saluft.* ibi asserit, consuetudinem prædictam, vti peccati nutritiuam, admodum improbari a Confessariis, & Concionatoribus, vt per eum ibi, & omisso etiam, quod dicta consuetudo, vti non obtenta in contradictorio iudicio cum oppositione partium, imò cum constet de pluribus sententijs in contrarium prolatis a Rota Romana, non veniat attendenda, vt dicit eadem *Rot. d.*

29 *decis.* 28. *num.* 33. *& seq.* † respondeo, inquam, dictam consuetudinem nihil operari posse in materia vsurarum *cap. quia in omnibus* 3. *de vsur. Felic. de Societ. cap.* 18. *num.* 34. *& seqq. Castrac. in cod. tract. cap.* 5. *num.* 25. *& seq. Zacchi. pariter in eod. tract. num.* 348. *Grattian. discep. foren. cap.* 14. *n.* 13. *par.* 1. *D. Concolo. in d. quæst. de Societ. num.* 105. & latè comprobat *Leotar. de vsur. quæst.* 99. *nu.* 3. *&* 4. alios adducens, *Rot. decis.* 7. *in fin. & decis.* 11. *n.* 3. *& decis.* 28. *in fin. apud Zacchi. de Societ. & decis.* 321. *num.* 13. *apud Cenc. de Cens.* vbi dicit, d. consuetudinem, vti nutritiuam peccati, potius corruptelam esse appellandam, *eadem Rot. decis.* 160. *num* 14. *par.* 4. *rec. tom.* 2.

Quicquid d. consuetudo operari possit in foro fori ad euadendam pœnam, vt declarant *Castrac. in d. cap.* 5. *num.* 23. *Caroc. decis.* 13. *n.* 7. *Gratia. d. cap.* 14. *num.* 12. *Surd. conf.* 327. *n.* 51. *lib.* 3. *Zacchi. vbi supra num.* 349. *Adden. ad Greg. XV. decis.* 93. *num.* 9. *in fin. Leotar. de vsur. quæst.* 33. *num.* 18. *& latius d. quæst.* 99. *nu.* 3. *&* 4. alios adducens concordantes *Rot. decis.* 301. *num.* 22. *& seq. par.* 5. *recen. & decis.* 29. *in fin. apud Merlin. de pign.* & prius scripsit *Farina. de pæn. temper. quæst.* 95. *nu.* 8. alios referens ita sentientes.

Cum igitur societas, de qua agitur, fuerit contracta super officio grauato satis vltra illius valorem, vt plenè constat ex attestationibus in iudicio productis pro parte D. Comitis de Oda-

31 fijs, † sequitur, quod, non existente officio, nihil remaneat officiali periculo expositum, vt

32 dicit *Rot. d. decis.* 28. *num.* 23. † & ideò sors d. societatis remanet vti purum mutuum, vt dicit eadem *Rot. decis.* 4. *num.* 2. *&* 3. *& d. decis.* 11. *num.* 2. *& d. decis.* 28. *num.* 27. *apud Zacchi. de Societ.* in quo non potest esse locus

33 lucro per mortem personæ nominatæ, † cum purum mutuum non stet periculo consentientis, vt habetur in *voto* RR. *PP. Societatis Iesu* impresso post *decis.* 160. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *n.* 10.

34 † & dans pecunias in tantum debet illas amittere, in quantum officialis potest amittere officium, cum periculum cum periculo compensetur, vt not. *Felic. de Societ. cap.* 9. *n.* 64. *Zacchi. in eod. tract. num.* 136. *& dixit Rot. d. decis.* 28. *num.* 10. *& decis.* 48. *num.* 11. *&* 12. *apud Zacchi. vbi supra:* si ergo, quando societas est contracta vltra valorem officii, officialis nihil habet periculo expositum, pari modo dans pecunias non debet subire periculum amissionis sortis in societate expositæ.

Neque obstant in contrarium adducta contra D. Comitem Odasium per Excellentissimos DD. meos Iudices causæ, nempè quod ex attestationibus in iudicio exhibitis pro parte D. Comitis non sit sufficienter probatum, officium, super quo societas, de qua agitur erat contracta, fuisse grauatum vltra illius valorem, ex eo, quia in dictis attestationibus solummodo asseratur, super dicto officio valoris scutorum 1500. fuisse côtractas societates ascêdentes ad summam scutorum quinque millium, non autem asseratur instrumenta dictarũ societatum scutorum 5000. esse accensa, & verè existere de tempore contractæ societatis per D. Comitem, cum esse possit, quod de dicto tempore dictæ societates scutorum 5000. essent extinctæ, seu finitæ, vt sæpè accidere solet, & sic de tempore initæ societatis per D. Comitem of-

35 ficium non esset plenum, † probatio autem per necesse non concludens, sed per possibile, non venit attendenda *cap. in præsentia* 8. *de prob. l. non hoc* 4. *C. vnde legit.* cum alijs cumulatis per *Rot. decis.* 353. *num.* 2. *apud Greg. XV.*

Quia respondeo, quod id leue quidem est fundamentum, quia cum pro parte D. Comitis fuerit probatum, super d. officio valoris scutorum 1500. fuisse impositas societates in summa scutorũ 5000. d. societates præsumuntur etiam adesse super eodem officio de tempore contractæ societatis per D. Comitem, & quod illæ fuerint extinctæ est de intentione excipientis,

36 † cum societas semel contracta præsumatur durare, & adhuc adesse, nisi doceatur de extinctione, vt in terminis tradit *Castrac. de Societ. cap.* 55. *num.* 17. *& Zacchi. in d. tract. nu.* 206. *& Rot. apud. Zacchi. vbi supra decis.* 41. *sub num.* 10. & sentit etiam *Ciriac. contro.* 252. *num.* 61. & generaliter, quod, societate semel probata, præsumatur continuata vsque ad mortem, nisi doceatur de contrario post tex. *in l. pen. C. commu. diuid. & in §. fin & ibi Ang. Inst. de Societ. & Card. Seraph. decis.* 303. *num.* 10. per eam relatos tradit *Rot. decis.* 28. *num.* 2. *par.* 7. *rec.*

37 Ratio est, quia societates officiorum contrahuntur ad sex menses, deindè ad beneplacitum, vt patet ex generali stylo contrahendi d. societates, & ex formula posita per *Zacchi. in princ. tract. de Societ.* & ex not. per eum in *d. tract. num.* 201. & testantur etiam *Leonell. ad Bullam Pij IV. glo* 12. *in prin. & Castrac. de Societ. cap.*

55. in

38 55. *in prin.* † Beneplacitum verò, sicù voluntas semper durare præsumitur, nisi expressè reuocatum fuerit *l. cum tacitum 3. ff. de prob.* & post *Ang. Deci. Gozad.* Couar. *Menoch. Marsil. Alex. & Ruin.* per eum adductos tradit *Castrac. d. cap.*
39. 55. *num. 9. &* 17. † & quod voluntas non præsumatur mutata, sed præsumatur durare, scripserunt *Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 64. num.* 10. alios adducens *Giouaguo. cons. 40. num.* 10. *lib. 2. Posti. de manut. obseru. 57. nu. 60.* Rot. *apud eundem decis. 83. num. 6. & decisio. 217. num. 46. & apud Greg. XV. decis. 156. num. 6.* vbi dicit, id esse verum, etiam si longum tempus intercesserit, & *decis. 497. nu. 3. par. 3. rec.* & mutationem voluntatis non præsumi, neque ex interuallo, tradunt *Paris. cons. 67. num. 25. & cons. 97. num. 13. vol. 3. Craue. de antiq. tempo. par. 1. par. 1. princ. num. 60. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 37. n. 28. & Rot. d. decis. 156. num. 6. apud Greg. XV.*

40 Ita vt allegans mutationem voluntatis teneatur id probare *l. eum qui 22. ff. de proba. &* not. *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 165. num. 2.*

41 Et beneplacitum pariter quod duret vsque ad mortem, nisi constet de reuocatione, post tex. *in l. 4. ff. loca.* voluerunt *Caroc. decis. 18. in prin.* alios adducens ita sentientes, *Ceue. de Cens. quæst. 106. num. 11. Zacchi. vbi supra num. 107.* latè *Farina. in fragm. crim. litera B. num. 99. & seq.* vbi recenset plures casus, in quibus beneplacitum extenditur etiam post mortem, vt ibi per eum *Ciriac. contro. 58. num. 16. & contro.*
41 160. *num. 5.* alios cumulans †, cum mutatio sit accidens, quod non præsumitur *l. 1. §. qui pro rei, & ibi glo. ff. qui satisd. coga. Menoch. d. præsump. 165. num. 3. & cons. 1. num. 121. lib. 1.*

43 Addo prædictis, quod ex præterito benè præsumitur in præsens *Enerar. in cent. lega. in loco a temp. ad temp. in prin. & num. 4. & seq. Osasc. decis. Pedem. 95. num. 40.* latè *Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 35. num. 1. & seq. & lib. 1. quæst. 24. num. 8. & seq. Ciriac. contro 192. num. 23.* Rot. *apud Greg. XV. decis. 166. num. 9. & decis. 555. num. 10. &* faciunt not. per *Posti. de manut. obser. 17. num. 24. & seq.*

44 Et actori sufficit probare suam intentionem per præsumptionem iuris *Bald. in l. si tutor petitus 5. & ibi glo. C. de peric. tuto. Felin. in rub. de prob. num. 2.* & post *Abb. Socci. Tiraq. Natt. Marsil. Alcia. &* Menoch. per eum adductos not. *Surd. cons. 1. num. 42. vol. 1.* Couar. *var. resol. lib. 2. cap. 6. in prin.* latè *Garzia de benef. par. 5. cap. 1. num. 535.* & benè declarant *Addeu. ad Greg. XV. decis. 278. num. 12.* vbi dicunt contrariam opinionem *Rotæ Rom.* procedere in præsumptione hominis, non autem in præsumptione iuris, vt ibi per eos.

45 Præsumptio enim iuris dicitur vera, & liquidissima probatio *Deci. in rub. extra de prob. sub num. 13. et ibi Felin. num. 2. et Bero. sub. n. 55. Paris. cons. 80. num. 15. & cons. 97. num. 6. lib. 1. Craue. cons. 6. num. 42.* & benè comprobat Menoch. *de recup. possess. remed. 15. nu. 400. et de præsump. lib. 1. quæst. 36. num. 3. et seq. et cons. 5. num. 10. lib. 1. Adden. ad d. decis. 278. num. 12.* Rot. *decis. 4. num. 21. par.*
46 *2. diuer. et decis. 756. sub num. 4. par. 2. rec.* † Ita vt præsumptio, quam lex habet pro veritate, nisi contrarium probetur, vt in casu nostro, reijciat onus probandi contrarium in aduersarium *Bald. in l. siuè possidetis 16. num. 6. C. de prob. Beniut. decis. 67. num. 9. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 33. num. 2. et seq. Cepl. cons. 435. num. 86. D. Andreol. contro. 104. in fin.* alios adducens *Surd. d. cons. 1. num. 63. lib. 1. Conar. d. lib. 2. cap. 6. num. 2.*

47 Et quod probatio concludens præsumptiuè sufficiat ad victoriam causæ, post *Alex. Salic. Castr. & Ias. in l. non hoc 4. C. vndè legit.* not. *Surd. cons. 95. num. 13. lib. 1. & cons. 1. num. 42. eod. lib.* Rot. *apud Buratt. decis. 266. num. 2.*
48 †, & depositionem testis concludentem præsumptiuè sufficere ad victoriam causæ, not. *Gratia. discep. foren. cap. 492. num. 22. par. 3. Gargiar. Iun. cons. 50. num. 8. et seq. et cons. 65. num. 17. lib. 1.* maximè cum in causa procedatur sola facti veritate inspecta vigore Decreti q. Serenissimi Ducis Vrbini, quo casu Iudicem posse moueri ex probationibus imperfectis, & persuasiuis, & probationes coniecturales habere vim plenæ probationis, voluerunt *Amat. decis. March. 8. num. 42. et seq. Peregri. decis. 97. num. 6.* quos referendo sequitur *D. Andreol. contro. 79. num. 32. et seq.*

Cum igitur pro parte D. Comitis probatum fuerit, super officio valoris scutorum 1500. si per quo contracta fuit societas, de qua agitur, fuisse cotractas paulò ante societates ascendentes ad summā scutorū 5000. & sic officiū fuisse grauatū satis vltra illius valorem, sequitur, quod d. officium præsumatur grauatum etiam tempore contractæ societatis, de qua agitur, ex dicta conclusione, quod societas semel contracta sēper durare præsumitur, nisi doceatur de illius extinctione, per rationes, & authoritates supradictas, ita vt allegans illarum extinctionem, vti in facto consistentem, teneatur id probare, tum ex regula, quod facta non præsumuntur, nisi probentur *l. in bello. 12. §. facta ff. de capti. et postli. reuc. cap. cum Ioannes 10. de fide instr.* cum simil. tum quia, cum extinctio societatis requirat mutationem voluntatis, vt probaui *supra num.* 38. allegans d. mutationem teneatur id probare, tex. literalis in *l. eum, qui 22. ff. de prob.* cum alijs relatis supra *num. 38. & seq.*

Neque obstat, si replicetur, quod societates extinguuntur, & cessant non solùm per reuocationem beneplaciti, vt supra, sed etiā alijs modis, nempè per mortem officialis, & dantis pecunias, & personæ nominatæ, per alienationem officij, & alijs modis, quos recenset *Zacchi. de societ. num. 267. & seq.* quia adhuc viget eadem ratio durationis, cum omnes prædicti modi, per quos societas finitur, consistant in facto, quod non præsumitur, sed debet probari *d. l. in bello. 12. §. facta ff. de capt. & postli. reuer. l. si emancipati. 9. C. de collat.* cum simil. Prout neque mors præsumitur, sed est probanda. *Ludo. decis. Perus. 12. num. 3. Boer. decis. 288. sub num. 2.* latè *Mascar. de proba. concl. 1073. in prin. vol. 2.* alios adducens *Rot. apud Greg. XV. decis. 228. in prin.*

Secundò principaliter respondeo, quod cum mandatum Procuratoris, cum quo fuit contracta societas, de qua agitur, fuerit factum ad accipiendū super eius officio ab officiali pecunias ad societatē pro summa scutorū 1500. & fuerint ab eo acceptæ pecuniæ in sūma scutorū 5000. societates cōtractę vltra d. summā scutorū 1500. sunt nullę, & inualidæ, vti cōtractę cum

50 facultate consumpta, & expirata †, cum Procurator suum principalem vltra ei demandata obligare non possit *l. si procurator. 10. & ibi glo. & Ias. in prin. C. de procu. l. cum mandati 12. C. manda. Paris. consi. 93. num. 30. & seq vol. 1.* & tradit in puncto *Zacchi. de societ num. 93.* & dixit *Rot. decis. 310. num. 2. & seq. par. 4. diuer.* pro illa enim quantitate pecuniarum, quæ est vltra d. scuta 1500. in mandato expressa, mandatum dicitur consumptum, & nihil potest operari, vt dicit *Zacchi. loc. cit. Rot. decis. 106. num. 14. par. 7. rec.*

51 Et indubitati iuris est, quod actus factus per Procuratorem vltra fines mandati est nullus *Ias. in d. l. si procurator. 10. C. de proc. Felin. in cap. cum dilecta 22. num. 1. & seq. de rescrip. Paris. consi. 47. num. 49. & seq. vol. 1. Surd. decis. 187. num. 3. & decis. 209. num. 7. & consi. 105. num. 27. lib. 1. Ciriac. contro. 278. num. 6.* alios adducens *Rot. decis. 130. in prin. apud. Merli. de pign. & decis. 7. n. 5. & seq. par. 8. recen.* post hæc scripta visa.

52 Quod procedit, licèt in modico excedatur *Parif. d. cons. 47. num. 43. Rot. Genuen. decis. 64. num. 1. & decis. 209. num. 3. Card. Manti. de tacit. lib. 7. tit. 15. sub. num. 8. Ciriac. d. con-*

53 *tro. 278. num. 7.* † cum fines mandati sint diligenter obseruandi *l. diligenter 5. in prin. ff. mand. l. cum mandati 12. C. eod. tit.* & tradunt *Paris. d. cons. 47. num. 41. Surd. d. consi. 105. num. 27. & d. decis. 187. num. 3. & d. decisio 209. num. 6. Gargiar. Iun. cons. 60. num. 27. vol. 2. Thoma. decis. March. 97. num. 3. Ciriac. d. contro. 278. num. 4. Rot. d. decis. 130. num. 2. apud Merli. de pign. & d. decis. 7. nu. 5. & seq. par. 8. rec.*

54 Ita vt quando excessi sunt fines mandati, mandans in nihilo obligetur *d. l. si procurator 10. & 161. Ias. in prin. C. de procu. Paris. d. consi. 47. num. 41. & seq. Gargiar. Iun. d. cons. 60. num. 30. & seq. Surd. d. decis. 209. num. 8. Ciriac. d. contro. 278. num. 3. Rot. decis. 79. in prin. par. 6. rec. & decis. 708. num. 6. par. 3. rec. & d. decis. 130. num. 2. apud Merli. de pigno.* Cum forma, & mandatum sit quid indiuisibile *Bald. in l. 2. num. 6. & seq. C. de hæred. actio. Ciriac. d. contro. 278. num. 9. & seq.* alios adducens concordantes *Rota decis. 574. num. 37.*

56 *par. 4. recen. tom. 3.* Ita vt si forma in parte tantùm non sit seruata, vel sit excessum, vti indiuidua, vitietur totus actus *Paris. d. cons. 47. num. 45. Surd. decis. 168. sub num. 19. Ciriac. d. contro. 278. num. 11. Gratia. discep. foren. cap. 853. num. 27. & seq. par. 5. Rot. decis. 471. num. 8. et 9. par. 1. diue. et decis. 30. sub num. 3. par. 1. rec. et decis. 437. num. 7. apud Buratt. et decis. 286. num. 3. apud Dura.* & fuit latè dictum *in Bononien. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. coram Card. Corrado.*

Quod procedit non solùm, quando est data facultas limitata accipiendi tot pecuniarum quantitates, vt in casu nostro, verùm etiam quando est data facultas accipiendi quascunque pecuniarum quantitates ad societatem super eius

57 officio †, quia intelligitur d. facultas accipiendi pecunias ad societatem vsque ad valorem officij tantùm, vt not. *Zacchi. de societ. n. 87. & seq. & Rot. d. decis. 310. num. 2. & seq.* cum voluntas reguletur a potestate *D. Andreol. contro. 220. num. 12. Paul. Rube. de testam. cap.*

58 *29. num. 465.* †. & verba vniuersalia restringi debeant ad id, quod est iuris, & probabile *Craue. cons. 3. num. 3. & seq. D. Andreol. contro. 112. num. 42. Rot. vbi supra num. 3.* & in contractibus illa facienda sit interpretatio, quam contrahentes interrogati fecissent *glo. in l. tale pactum 41. §. vlt. ff. de pact. Deci. cons. 555. num. 7. & cons. 697. n. 8. Rot. apud Merlin. de pigno. decis. 100. nom. 2.*

59 Neque potest dici, quod finitis societatibus per dictam, mortem, &c. officium reuiuiscat, vt videtur innuere, licèt in diuersis terminis, *Zacchi. vbi supra num. 104.* quia, quicquid sit de hoc, quod non transit finē difficultate, vt videre est ex eodem *Zacchi. ibi, & ex D. Contelo. vbi supra num. 106.* id non nocet, cum esset asserere id, de quo disputatur, cum supra clarè fuerit demonstratum, societates semel super officio impositas præsumi adhuc durare, nisi doceatur de extinctione, per iura ibi adducta, cum id sit de intentione excipientis, vt dixi pariter supra. Ex qui-

Ex quibus omnibus licèt apertissimè appareat de iustitia sententiæ latæ ad fauorem D. Comitis de Odasijs, si tamen aliquam possent recipere dubitationem, quod non credo, adhuc partes DD. Iudicum esse debent in confirmando d.
60 sententiam †, cum in dubio iudicandum sit contra illum, qui in societate agit ad luctum. *Zacchi. vbi supra num. 243. Gratia discep. foren. cap. 161. num. 18 par. 1. Rot. decis. 41. num. 16. & decis. 58. num 9. & decis. 79. num. 8. apud Zacchi. de societ.*
Quare, &c. saluo semper, &c.
Secundùm prædicta iudicatum fuit in celeberrimo Collegio Ciuitatis Vrbini de anno 1652. de Mense Februarij, confirmando sententiam D. Iudicis a quo. Laus Deo, & Virgini, &c.

A R G V M E N T V M.

Datio bonorum in solutum facta creditori, si sit rescissa vti læsiua, creditor an possit redire ad primæua iura, maximè si agatur de credito dotali, & quid si rescissio illius ex causa læsionis sit facta amicabiliter, sed tamen ad illam faciendam partes potuissent compelli. Statutū loquens de venditione an habeat locum in datione in solutum. Remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* an vendicet sibi locum in datione in solutum. Sententia excessiua an sit nulla, vel iniusta, & iniustitia sententiæ, vt æquiparetur nullitati, an debeat esse notoria, vel sufficiat quælibet iniustitia. Res iudicata quando obstet sententię. Nullitas, vt impediat illius transitum in iudicatum, an debeat esse notoria. Executio sententiarum conformium quando valeat impediri exceptione nullitatis illarum, & quid si agatur de executione duarum conformium subrogatarum loco trium vigore Statuti.

S V M M A R I V M.

1 *Datio bonorum in solutum extinguit debitum.*
2 *Contractus si sit per partes rescissus, perinde est, ac si factus non fuisset.*
3 *Titulus quando reducitur ad non titulum, partes redeunt ad primæua iura.*
Et omnia reducuntur in pristinum statum. num. 4.
5 *Dotis fauore locus est reuiuiscentiæ actionis.*
Etiam soluto matrimonio, ante factam restitutionem dotis. n. 6.
7 *Datio in solutum, si non habuit effectum, non potest obligationem, & debitum extinguere.*
8 *Paria sunt non fuisse factum, vel non habuisse effectum.*
9 *Euictione sequuta bonorum datorum in solutum, creditor non redit ad primæua iura, sed debet agere actione ex empto, & n. 11.*
Contrarium tenent quamplures Doct. n. 10.
12 *Contractu rescisso, habetur ac si non fuisset factus, etiam si sit rescissus amicabiliter, si tamen ad id potuissent cogi partes.*
13 *Actus dicitur necessariò factus, non autem voluntariè, quando partes ad faciendum cogi potuissent.*
14 *Paria sunt aliquid ex necessitate facere, vel timore necessitatis.*
15 *Statuti vbi est decisio, ibi non est vlterius quærendum.*
Et inanis redditur omnis disputatio. n. 16.
17 *Statutum generaliter loquens generaliter est intelligendum.*
18 *Statutum recipit interpretationem a iure communi.*
Etiam si sit correctorium iuris communis. num. 19.
20 l. 2. C. de rescin. vend. *dispositio habet locum etiam in datione bonorum in solutum.*
21 *Venditionis dispositio habet locum in datione in solutum.*
22 *Datio in solutum voluntaria similis est venditioni.*
Et in omnibus illius vicem sustinet. n. 23.
Imò dicitur venditio. n. 24.
25 *Statutum loquens de venditione non habet locū in datione in solutum.*
Contrarium tenent plures Doct. n. 26.
Prima opinio non procedit, quando species fuit data in solutum pro quantitate num. 27.
Neque in datione in solutum voluntaria num. 28.
29 *Iuramentum tollit remedium* l. 2. C. de rescin. vendit.
30 *Iuramentum nihil operatur, quando Statutum reputat illud dolosum, & metu extortum.*
31 *Fraus non præsumitur, nisi probetur.*
Maximè quando apparet de veritate rei gestæ num. 32.
Et quando actus gestus concernit vtilitatem, illum facientis n. 33.
Et quando actus fit ex necessitate n. 34.
35 *Sententia excessiua est nulla in totum.*
Contrarium defendit Author. num. 36. & sequen.
37 *Sententia non est nulla, quando est lata contra ius litigatoris, secùs tamen si sit lata contra ius legis.*
38 *Sententia excessiua non est nulla antequam sit executioni demandata.*
Suadente præsertim æquitate, ad circuitum euitandum. n. 39.
Et ita seruatur de stylo in tribunali A. C. num. 40.

41 Rota

41 Rota Rom. authoritas est maxima, cum illa dicatur splendor Vrbis, & Orbis.
Non tamen est tanta, vt præferatur legi, & rationi. n. 42.
43 Quod fieri debet, non quod fit, spectandum est.
44 Opinio æquior sequenda est in iudicando.
45 Sententia iniusta æquiparatur sententiæ nullæ.
Procedit, quando iniustitia est notoria, ita vt nullo modo valeat offuscari. n. 46.
47 Statutum de duabus conformibus est correctorium iuris communis, & ideò est strictè interpretandum.
48 Statutum de duabus conformibus intelligitur dummodo sententiæ sint iustæ, & validæ, & num. 65.
49 Excessus non attenditur, quando est dubius.
50 Res iudicata operatur, vt de re decisa non sit vlterius disputandum, & n. 51.
52 Res iudicata facit de albo nigrum.
Et de indebito debitum. n. 53.
Et imponit finem litibus. n. 54.
55 Acceptare dicitur sententiam cum omnibus suis qualitatibus ab illa non appellans.
56 Sententia nulla non transit in rem iudicatam.
Quod procedit quando sententia est notoriè nulla, aliter secus. n. 57.
58 Nullitas dubia, & quæ requirit altiorem indaginem, non impedit executionem sententiæ.
59 Dispositum in tribus sententijs de iure communi habet locum in duabus vigore Statuti.
60 Executio trium conformium non potest agendo, nec excipiendo exceptione nullitatis retardari.
Quod, habet locum etiam in duabus conformibus loco trium subrogatis per Statutum. num. 61.
62 Subrogatum sapere debet naturam eius, in cuius locum est subrogatum.
Etiam in materia stricta, & correctoria. num. 63.
64 Nullitas dubia, & requirens altiorem indaginem non impedit executionem sententiæ, licèt constet ex eisdem actis.
66 Via non debet aperiri vulnerandi ex qualibet leui causa rem iudicatam.
67 Sententiæ frustra latæ esse non debent.

ALLEGATIO XXXIV.

Excellentissime Domine. Executio sententiarum conformium latarũ ad fauorem Per Ill. D. Isabellæ Baldinacciæ de Eugubio in remedio Saluiani non potest retardari sub prætextu nullitatis illarum ratione excessus ob dationem bonorum in solutum factam ipsi D. Isabellæ Actrici pro scutis
quinque millibus per Per Ill. DD. Heredes q.
D. Io: Francisci Baldinacci illius quondam vi-
ri ad computum suarum dotium ex pluribus, &
primò, quia, licèt dicta datio in solutum illius
1 obligationem, & creditum dotale extinxisse di-
ci posse videatur pro dicta quantitate, quasi so-
lutione facta, per quam tollitur obligatio §. 1.
Inst. quibus mod. toll. oblig. & tradunt *Posti. de*
subhas. inspec. 42. num. 50. & inspec. 43. n. 24.
Hodier. ad Surd. decis. 266. in prin. Rota *decis.*
2 278. *num. 21. par. 5. rec.* tamen, cum ex causa
læsionis valoris bonorum in solutum datorum
vltra tertiam partem iusti pretij vigore Statuti
lib. 2. rub. 58. datio in solutum fuerit resoluta
de consensu partium, præuijs æstimationibus
per peritos factis de dictis bonis, vt apparet
ex publico Instrumento desuper confecto, & in
iudicio exhibito, perindè est, ac si illa facta non
fuisset *l. si hominem* 19. *ff. de vsucap. Fab. de*
Mont. de empt. & vend. quæst. 8. prin. num. 3.
Surd. cons. 179. n. 37. vol. 2. Ciriac. controu. 55.
n. 32. & controu. 63. n. 31. & controu. 500. nu.
31. in terminis nostris *Merli. de pigno. lib. 4.*
quæst. 202. n. 3. alios adducens, Rota *decis. 634.*
num. 8. par. 1. & decis 92. n. 7. par. 7. recen.
& apud Duran. decis. 441. n. 3.
3 Cum igitur datio in solutum fuerit ex causa
læsionis rescissa, & sic titulus redierit ad non
titulũ, quælibet ex partibus redijt ad primæua
iura *Maugil. de subhas quæst. 49. num. 2 & 65. &*
quæst. 157. num. 2. Posti. de subhas. inspec. 65.
num. 21. Cenc. de Cens. quæst. 107. sub num. 19.
vers. sicut per assignamenta &c. Thoma. decis.
81. num. 26. Rota *decis. 370. num. 3. par. 1.*
recen. & d. decis. 278. num. 21. & seq. par. 5.
recen. & apud Duran. d. decis. 441. num. 3. &
apud Cenc. de Cens. decis. 400. num. 14. et decis.
4 530. *nu.* 13. & omnia reducuntur in pristinum
statum Roma. *cons. 454. num. 26. et seq. Surd.*
consil. 492. num. 5. vol. 4. latè *Tiraq. de retract.*
lignag. §. 32. glo. 1. num. 69. & inducitur om-
nimoda resolutio actus gesti *Roma. d. cons. 454.*
num. 26. et 27. Costa de scien. et ignor. regul. 13.
num. 8.
5 Quod quidem est certum in casu nostro, in
quo agitur de credito dotali, in quo speciali
fauore dotis Doct. volunt, esse locum reuiuis-
centiæ actionis, ita vt vxor agere possit primæ-
uis actionibus *l. qui res 98. et ibi Bart. num. 1.*
vers. sed si contra etc. ff. de solut. Bald. in l. libera.
8. num. 4. vers. sed etiam etc. C. de sent. et interlo.
omn. Iud. Boer. decis. 337. num. 2. Bald. Nouell.
de dote par. 8. priuil. 19. Faber in suo Cod. lib.
8. tit. 29. defin. 49. Thesau. quæst. foren.
88. num. 13. lib. 2. Surd. cons. 145. num. 24.
vers. quartus casus etc. vol. 1. Gratia. disc. p.
foren. cap. 3. num. 17. par. 1. & cap. 706. nu.
61. et cap. 759. num. 8. par. 4. Fontanel. de
pact.

pact. nupt. claus. 5. glo. 8. par. 14. num. 85. & seq. Mangil. de euict. quaest. 72. num. 22. & quaest. 145. num. 13. & 37. Altograd. cons. 16. num. 13. & 14. lib. p. Merlin. Pignatel. controu. 27. num. 15. Castil. decis. 5. num. 7. Merli. de pigno. lib. 4. quaest. 150. num. 42. Posti. de subbast. inspect. 65. num. 36. & seq. Rota apud Merli. de pigno. decis. 143. num. 8.

6 Quod habet etiam locum soluto matrimonio fauore dotis, vt supra, ante factam restitutionem dotis vxori, vt tradunt Altograd. d. cons. 16. num. 15. & Merli. de pigno. d. quaest. 150. num. 8.

7 Nec non cum dicta datio in solutum bonorũ ob subitam rescissionem illius ex causa dictae laesionis non habuerit effectum, nec executionem facti, & ideò non potuerit extinguere debitum, & primaeuam actionem dotalem ipsius D. Isabellae Surd. decis. 51. num. 20. & seq. Asin. de execut. §. 7. cap. 263. in fin. Hodier. ad Surd. decis. 266. num. 9. Ciriac. contro. 327. num. 20. Balth. Tomas. in suis tract. var. decad. 3. tit. 19. num. 4529. vers. Vbi verò data in solutum, &c. cum, non sequuta traditione, potius dici potuerit dicta datio bonorum in solutum promissio de assignando, quam vera assignatio, vt post Corne. Ruin. Ceph. Cioff. & Asin. per eum relatos tradit Ciriac. d. controu. 327. num. 22.

8 Paria autem sunt non fuisse factum, vel non habuisse effectum l. 1. §. nihil. ff. de inoff. testa. l. si quis sub conditione 11. ff. de testam. tutel. l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appellat. Surd. decis. 51. num. 21. & consil. 245. num. 14. vol. 2. Barbo. axiom. 174. num. 21.

9 Neque difficultatem affert, quod quando bona data in solutum creditori euincuntur, creditor non redeat ad primaeua iura, sed agere debeat vtili actione ex empto ad not. per Gabr. cons. 36. num. 66. lib. p. & per Surd. decis. 113. num. 3. & cons. 145. num. 14. & seq. vol. 1.

10 Quia respondeo dupliciter, & primò, quod dicta opinio non est tuta, cum contrarium teneant Doct. quamplures, & praecipuè ex moderníoribus Ant. Faber. de error. pragmat. decad. 100. erro. 7. Merli. Pignatel. contro. 27. num. 8. & 20 vers. sit ergo conclusio &c. Gratia. discep. foren. cap. 706. num. 60. par. 4. Thesau. quaest. foren. lib. 2. quaest. 88. num. 5. & seq. vbi dicit, hoc verius esse, Capie. Galeot. lib. 1. controu. cap. 32. num. 1. & seq. & Merli. de pigno. lib. 4. quaest. 150. num. 26. & seq. vbi hanc opinionem, vti veriorem, & optima ratione fundatam, latè comprobat, & dicit, pro ea extare tex. ad literam in l. si quis aliam 46. ff. de solut. vt ibi per eum, cum quibus pertransit Rota decis. 373. num. 24. vers. pro qua &c. & nu. 66. vers. praeterea in casu &c. par. 4. recen.

Quod procedit sinè dubio, quando sumus in causa dotis, vt in casu nostro, vt ex Bart. Bald. Boer. Bald. Nouel. Fabr. Thesau. Surd. Gratia. Fontanel. Mangil. Altogra. Merli. Pignat. Castil. Merli. Posti. & Rota probaui supra num. 5.

Secundò quia nos non sumus in terminis euictionis sequutae de bonis in solutum datis, sed longè diuersis, nempè in terminis rescissionis contractus factae lege permittente, vt infra dicetur, & reductionis tituli ad non titulum, quo casu D. Isabellae creditrici licuit agere primaeuis actionibus, ac si contractus fuisset nullus Gabr. cons. 36. num. 66. vol. 1. Posti. de subhas. dicta inspect. 63 num. 21. Thomat. d. decis. March. 81. num. 26. benè Cenc. de Cens. dicta quaest. 107. num. 19. vers. sicut per &c. Rota dicta decis. 278. num. 20. par. 5. recen. cum alijs supra adductis num. 5.

11 Et ratio est, quia quando res data in solutum euincitur per tertium, creditori datur actio vtilis ex empto contra debitorem, vt tradunt Gabr. & Surd. in loc. supra adductis, & Hodier. ad Surd. d. decis. 266. n. 6. sed quando contractus rescinditur, & reducitur ad non titulum, vt in casu nostro, dicta actio vtilis dari non potest creditori contra debitorem propter resolutionem contractus, & ideò, ne remaneat omni actione destitutus, redire debet ad primaeua iura, vt not. Gabr. d. cons. 36. in fin. vol. 1. Thesau. d. quaest. 88. sub n. 3. Surd. d. decis. 51. n. 20. & benè declarat Rota d. decis. 370. num. 5. par. 1. recen.

12 Quae omnia habent locum, etiam si non mediante via iuris, sed amicabiliter sit facta dicta contractus resolutio, dummodo ad id partes cogi potuissent, vt tradunt Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 3. n. 16. C. de rescin. vend. Surd. de alimen. tit. 9. priuil. 42. n. 23. alios adducens ita sentientes Ciriac. controu. 55. n. 35. & Merli. de pigno. d. lib. 4. quaest. 202. num. 6. & 7.

13 Cum enim DD. de Baldinaccis cogi potuissent per D. Isabellam matrem dotium venditricem ad rescindendum dictum contractum vigore laesionis vltra tertiam vigore Statuti, vt infra dicetur, rescissio praedicta dicitur necessariò, non voluntariè facta Pinel. in d. l. 2. par. 2. cap. 3. num. 13. & seq. Negus. de pigno. in p. membr. 5. par. num. 43. & seq. Tiraq. de retrac. lignag. §. 32. glo. 1. num. 66. & seq. & de retract. conuent. §. 3. glo. 1. num. 11. Deci. cons. 22. num. 2. Aldoni. cons. 15. num. 7. & seq. in terminis Ciriac. contro. 55. num. 31. vbi probat, hoc habere locum etiam si vigore dictae laesionis possit agi alternatiuè ad rescissionem contractus, vel ad supplendum pretium, vt ibi per eum, & latè comprobat Merli. de pigno. d. quaest. 202. num. 7. & idem scripsi D. Andreol. controu. 133. num. 10. addo Surd. de alimen.

alimen. tit. 9. quæst. 42. num. 23. & 24. & voluit Rota *apud Burait. decis. 526. num. 5.*
14 Paria enim sunt aliquid ex necessitate facere,
vel timore necessitatis *l. nouissimè 7. ff. quod fals.
tuto. auth.* quem tex. singularem dicit *Suarez.
allegat. 23. num. 3.* & idem scripserunt *Pinel.
in d. l. 2. d. cap. 3. num. 16. & Aldoui. d. cons.
15. num. 8.*
Quod verò, stante læsione, quæ adfuit in valore
bonorum datorum in solutum D. Isabellæ vltra
tertiam partem, fuerit locus rescissioni ipsius
dationis in solutum, habemus claram dispositionem
Statuti *lib. 2. rub. 58.* id concedentis,
15 quo stante non est vlterius quærendum *Bald. in
l. gallus 29. §. si eius etc. in secundo not. ff. de liber.
& posth. Ciriac. controu. 176. num. 26. Rot.
decis. 346. num. 2. par. 6. recen.* & inanem red-
16 dit omnem disputationem Rol. *cons. 99. num.
22. & seq. vol. 4. Cephal. cons. 138. num. 20.
lib. 1. Aldoui. cons. 35. num. 13. & cons. 82.
num. 5. et cons. 83. num 5.*
17 Maximè cum dictum Statutũ generaliter loquatur
de omnibus contractibus, & negocijs,
& ideò generaliter sit intelligendum *l. de pre-
tio 10. ff. de public. in rem act. l. 1. §. generali-
ter ff. de lega. præst. l. 1. §. quod autem ff. de
aleat. Bertaz. ad l. si quis maior num. 213. C. de
trans. Surd. cons. 271. num. 28. vol. 2. Ciriac.
controu. 176. num. 28.*
18 Et cum Statutum recipiat interpretationem
a iure communi *Paris. cons. 20. num. 36. vol.
2. Houd. cons. 24. num. 20. vol. 1. Cephal. cons.
138. num. 45. lib. 1. Aldoui. cons. 83. num. 19.
Ciriac. controu. 25. num. 13. Caren. resolut. 172.*
19 *num. 9.* etiã si sit correctiuum iuris communis
Rolan. *cons. 80. num. 27. lib. 4. Houd. dicto cons.
24. num. 22. vol. 1.* benè Rota *apud Duran. decis.
140. in prin.*
20 De iure autem communi dispositio *l. 2. C. de
rescind. vendit.* habet locum etiam in datione
in solutum *Curt. Iun. cons. 53. num. 8. par. 1.
Ioseph Ludo. decis. Perus. 60. num. 8. Pinel. in
d. l. 2. par. 1. cap. 4. num. 8. Fachin. controu.
iur. lib. 2. cap.* 21 vbi testatur de communi
opinione, *Paitell. ad exped. 79. sui Patris nu.
70. Rota apud Put. decis. 230. lib. 1. eadem Rota
post controu. 261. Ciriac. num. 10. & decis.
557. in fin. par. 4. rec. tom. 3.*
21 Cum disposita in venditione habeant locum
in datione in solutum *Aret. cons. 32. num. 2.
in fin.* latè *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14.
num. 2. & seq. Benedel. de iure protomis. ad princ.
Constit. num. 122. Posti. de subhast. inspec. 44.
num. 44.* Rota *apud Cenc. de Cens. decis. 158.
num. 10.* quam refert, & sequitur *Cenc. de Cens.
quæst. 66. num. 24.*
22 Datio enim in solutum voluntaria, & extraiudicialiter
facta similis est venditioni *Bor-
gni. decis. 1. num. 100. par. 3. Ioseph Ludo. d. de-
cis. 60. num. 8. Franc. Becci. cons. 94. num. 3.
lib. 1. Posti. de subhast. d. inspec. 44. num. 41.
Paitel. expedit. ciuil. 79. num. 2. & 18. & ibi
Adden. num. 14. & 15 Gratia. discep. foren. cap.
544. num. 15. par. 3.* Rota *apud Greg. XV. de-
cis. 425. num. 8. & ibi Adden.* & in omnibus
illius vicem sustinet, & vim veræ venditionis habet
*Aldobran. cons. 12. num. 43. Caball. cons.
163. num. 33. Decia. cons. 3. num. 128. vol. 1. &
cons. 81. num. 15. vol. 4.* quos refert, & sequitur
*Posti. de subhast. d. inspect. 44. num. 42. Gratia.
d. cap. 544. num. 15. Cenc. de Cens. d. quæst. 66.
num. 24. Ciriac. controu. 311. num. 16. & con-
trou. 374. num. 31.* Mangil. *de euict. quæst.
144. in prin.*
24 Imò dicitur venditio *Rim. Sen. cons. 569. nu.
6. lib. 3. Posti. d. inspect. 44. num. 43. Cenc. d.
quæst. 66. num. 24.* Ruin. *cons. 66. num. 6. lib.
4.* quem refert, & sequitur *Barbo. de appell. verb.
signif. appell. 267. num. 4.* vbi ideò dicit, in datione
in solutum habere locum dispositionem
l. curabit. 5. C. de actio. empt. Rota *decis. 52. nu.
10. par. 6. recen.*
25 Neque obstat, quod in Statuto loquente de
venditione non compræhenditur datio in solutum,
vt uot. *Deci. cons. 18. num. 3.* & alij apud
*Cenc. de Cens. d. quæst. 66. num. 24. vers. & li-
cèt &c.* Quia respondeo multipliciter, & primò
quod dicta opinio non est tuta, cum contrarium
teneant Doct. quamplures, & præcipuè
*Ias. in l. cætera 43. §. sed si parauerit num.
10. ff. de lega. 1. Deci. cons. 160. sub. num. 2.
Fab. de* Mont. *de empt. & vendit. quæst. 3 prin.
nu. 46. Bertaz. de claus. claus. 30. glo. 13. nu. 5.
Paitel. exped. ciuil. 79. per tot. Vulpell. cons.
crim 118. in prin. Asin. de execut. §. 4. cap. 3. n. 2.*
quem refert, & sequitur *Posti. de subhast. inspect.
44. num. 79* & quamplures refert *Tiraquel. de
retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 2. & seq.*
27 Secundò quia dicta conclusio non habet locum,
quando species fuit data in solutum pro
quantitate debita, vt in casu nostro, vt tradunt
*Ceph. cons. 159. num. 24. & seq. vol. 2. Tiraq.
in d. glo. 14. num. 7. Gratia. discep. foren. cap.
544. num. 15. par. 3. Cenc. de Cens. d. quæst.
66. num. 24. vers. hoc tamen &c.*
28 Neque habet locum in datione in solutum
voluntaria, vt pariter in casu nostro, vt probant
*Bar. Bald. & Castr. in l. elegauter 24. ff.
de pigno. actio. Crauet. cons. 227. num. 7. Ceph.
consil. 159. num. 26. vol. 2. Tiraq. in d. glo. 14.
num. 8. Lauren. de Pinu. cons. 67. num. 14. &
seq.* quos refert, & sequitur *Cenc. d. quæst. 66.
num. 24. vers. secundò fallit &c. Paitell. ad
exped. ciuil. 79. sui Patris num. 15. & seq. Benedel.
de iure protomis. ad princ. Constit. num. 122.*
vbi de communi, *Posti. de subhast. d. inspect.*

44. n.

44. num. 79. Rota apud Greg. XV. decis. 425. num. 9.

Quod quidem nullam censeo habere difficultatẽ
in casu, de quo agitur, propter generalitatem
Statuti, quod concedendo rescissionem contra-
ctus ob læsionem vltra tertiam, non fuit con-
tentum de solo verbo *Contractus*, sed adiecit
verbum vniuersale *Omnibus*, ac etiam verbum
Negocijs, quod latissimè patet *cap. forus 10.
de uerb. signif. cap. 1. & ibi Abb. in prin. Ne
Cleri. vel Mona. secul. neg. se immis. idem Abb.
in rub. eiusdem tit. & dixi supra num. 17.*

Quod verò stante æstimatione facta de bonis da-
tis in solutum D. Isabellæ per peritos, quæ as-
cendit tantùm ad scuta duomillia, & septingen-
tum, & quæ prius data fuerant in solutum pro
scutis quinque millibus, dicatur constare de
læsione in tertia parte, & vltra in terminis Sta-
tuti nostri concedentis rescissionem contractus
ob læsionem in tertia parte, tradit in terminis
Rota decis. 532. sub num. 4. par. 5. recen. lib. 2.

Neque exaduerso vis vlla fieri potest super iura-
mento interposito in Instrumento dationis in
solutum, quod tollere remedium *l. 2. C. de res-*
29 *cin. vend.* voluerunt *Doct.* relati per *Gabr. com-
mu. concl. de empti. & vendit. concl. 1. nu. 78.
& per Thesau. decis. 165. in prin.* nec non per
*Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 1. in prin. C. de rescin.
vend.* Quia, omissa dicta quæstione, quam, vti
satis dubiam, & controuersam, vt dicit *Thesa.
dicta decis. 165. in prin.* hic examinare non est
necesse, stante quod iuramentum in casu, de
quo agitur, cum, vti dolosum, & metu extortum
habeatur per Statutum *d. lib. 2. rub. 58.* sit nul-
lius roboris, nec momenti, & ideò dictum
30 effectum operari nullo modo valeat, vt not.
*Pinell. in d. l. 2. par. 3. c. 1. num. 6. Gratiæ
discep. foren. cap. 531. in fin. par. 3. Hond. cons.
5. num. 40. & seq. vol. 2. Surd. cons. 500. in
prin. vol. 4. D. Andreol. controu. 134. num. 61.*
Rota *decis. 665. num. 10. par. 1. & decis. 212.
num. 16. & decis. 293. num. 5. & seq. par. 4. rec.
tom. 2. & apud Posti. de manut. decis. 63. nu. 7.
& apud Zacchi. de Societ. decis. 3. num. 19.*

Neque allegari potest, rescissionem dictæ datio-
nis in solutum factam fuisse in fraudem DD. de
Benis creditorum DD. de Baldinaccis, quia
31 omisso, quod fraus non præsumitur, nisi pro-
betur *l. quoties 18. §. qui dolo. ff. de probat. l. me-
rito 51. ff. pro soci. Grat. cons. 110. n. 1. vers.
& primò quia &c. par. 1. Gabr. cons. 82. sub. n.
4. vol. 2.* latè *Mascar. de probat. concl. 814. in
prin. vol. 2.* Rota *decis. 543. num. 4. par. 4.
rec. tom. 3.* etiam si alteri fiat præiudicium
*Ruin. cons. 213. num. 10. vol. 1. Surd. cons. 240.
num. 11. lib. 2.*

Quia, inquam, cum ex æstimationibus factis per
peritos de bonis datis in solutum D. Isabellæ
constet de aperta, & manifesta læsione, & de-
32 ceptione illius, & sic de veritate rei gestæ, ces-
sat omnis fraudis suspicio Rota *d. decis. 543.
num. 7. par. 4. rec. tom. 3.* maximè cum dicta
rescissio dationis in solutum ex causa læsionis,
facta fuerit ad vtilitatem ipsius D. Isabellæ,
quæ fuerat læsa in æstimatione bonorum, quo
33 casu fraus non præsumitur, etiam si in conse-
quentiam afferat damnum tertio *Barba. cons.
30. col. 3. ver. præterea facit &c. vol. 3.* quem
refert, & sequitur *Surd. cons. 300. num. 21.
vol. 2.* & idem scripsit *Gratia. discep. foren.
cap. 970. num. 23. par. 5.*

Et cum ad dictam rescissionem dationis in solutũ
faciendam ratione lęsionis vltra tertiam partẽ
vigore statuti possent partes compelli, illa di-
34 citur necessariò facta, vt supra probaui *num.*
13. Quę autem ex necessitate fiunt non dicuntur
fieri in fraudem, vt post *Gozad. cons. 87. num.
15. & Paris de resignat. tom. 1. lib. 2. quæst. 3.
num. 40.* per eum relatos tradit *Barbo. axiom.
157. num. 3.* & quod rescissio contractus fieri
possit interueniente partium consensu etiam
si resultet in damnum tertij, admittit Rota *apud
Merli. de pigno. decis. 102. n. 12. & seq.*

Secundò principaliter executio dicatur sententia-
rum conformium non potest retardari per di-
ctam exceptionem nullitatis illarum ratione
excessus, admisso, citra veri præiudicium, d. ex-
cessum, saltem in casu, de quo agitur, quia licet
35 aliqui Doct. quos refert, & sequitur *Gratia.
discep. foren. cap. 960. num. 44. par. 5.* & præ-
cipuè *Rota Rom.* sentiat in dicto casu pro nul-
litate sententiarum, vt habetur in *Anconit. cen-
sus 11. Decembris 1641. coram. R.P.D. Cerro
§. minus obstat, &c. & decis. 411. num. 4. par.
5. recen. & decis. 75. num. 12. apud Merli. de
pigno.* & alibi passim, contrariam tamen opi-
36 nionem, pace præsertim tanti Tribunalis, cu-
ius Maiestatem summè venerari profiteor, pu-
to veriorem, quod quidem probo ratione,
& authoritate.

37 Ratione, inquam, quia sententia tunc est
nulla, quando est lata contra ius legis, secùs
autem quando est lata contra ius litigatoris,
quia tunc nõ est nulla, sed iniusta, vt post *Ægid.
concl. 73. per eum relatum tradit Vant. de nullit.
in tit. de null. ex defec. proc. sub num. 3. Capic.
decis. 51. in prin. Fachin. controu. iur. lib. 2. cap.
65. vers. & hæc sententia &c.* & declarat *Ciria.
controu. 81. num. 35. & controu. 186. num. 21.
in fin. & n. 22. & controu. 416. in fin.* In casu
verò nostro sententię prędictę prætenduntur
latæ contra ius litigatoris, & quia D. Isabellæ
actrici fuerit concessa immissio in possessionẽ
domus controuersę pro maiori summa pecuni-
arum, quam ei deberetur, non autem cõtra ius
legis, cũ fuerint seruata omnia de iure seruãda,

DD meritò

meritò dictę Sententiæ,quatenus fuerint excessiuę,non possunt dici nullæ, sed tantùm iniustæ. Pro authoritate verò adduco *Scacc. de sent. & re iudi. glo. 14. quæst. 13. num. 10. & seq. et num. 30. vers. primus casus etc.* qui latissimè comprobat, sententiam, quæ condemnat vltra debitum,non esse nullam, sed solùm iniustam, quamplures rationes adducens, quas hic referre nimis longum esset, & contrarijs benè respondens, vbi ita doctè, & profusè dictam opinionem tuetur,vt nihil certè addi posse videatur, ita vt dicta opinio verissima, & æquissima appareat, & idem ante eum scripserunt *Afft. decis. 28. num. 1. et seq. et decis. 39. num. 7. et decis. 47. num. 1. et seq.* vbi dicit, ita fuisse in Sacro Consilio iudicatum, *Posti. de subhas. inspec. 50. num. 102. & seq. Fachin. contra. iur. lib. 10. cap. 92. in prin.* & admittit eadem *Rot. apud Duran. decis. 292. in fin.*

38 Quæ quidem opinio in casu nostro facilius admitti debet, cum sententiæ adhuc executioni non fuerint demandatæ, quo casu, quatenus etiam essent excessiuæ, prout verè tales illas non esse,fuit supra ostensum, non tamen sunt nullæ, sed sustinentur pro summa debita, cum res in eodem statu existere dicatur, ita vt Dominus de Benis possessor domus possit soluẽdo, seù offerendo summam debitam se ab executione liberare, *Capic. decis. 51. num. 7. vers. fuit notatum &c.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum per Consiliũ Neapolitanum *Adden. ad Buratt. decis. 91. in fin. Rota decis. 456. num. 7. par. 4. recen. & apud Posti. de subhas. decis. 86. num. 7. & seq. & in Perus. executionis 18. Decembris 1595. coram R. P. D. Penia.*

39 Et hoc suadente præsertim æquitate, ratione circuitus euitandi, & vt litium longitudines tollantur, vt nor. *Adden. ad Buratt. d. decis. 91. num. 6. Antonel. cons. 27. num. 13. & 23.* quem refert, & sequitur *Posti. de subhas. inspec. 50. num. 104.* & idem voluit *Rota apud eum d. decis. 86. num. 8. Caluin. de aquit. lib. 1. c. 24. num. 6. & seq.*

40 Et ita ex prædictis seruari de antiquo stylo in Tribunali Aud. Cam. Apost. quod sententia excessiua non habeatur pro nulla, sed moderetur, & reducatur ad summam debitam, scripserunt *Salust. in pract. A. C. lib. 1. cap. 37. num. 4. vers. & quamuis &c. Antonel. d. cons. 27. num. 13. & seq. Posti. d. inspec. 50. num. 104.* vbi dicit,ita aliquãdo seruari per *Rot. Rom. Adden. ad Buratt. d. decis. 91.* vbi dicit,ita etiã seruari in Signatura iustitiæ ex *Marches. de cõmis. restit. in integ. par. 1. §. 1. num. 165. in fin.* per eum adducto *& Rota apud Posti. de subhas. d. decis. 86. num. 8. & seq.*

41 Neque obstat authoritas *Rotæ Rom.* quia licèt illa sit magna, imò maxima, cum Sacra Rota Rom. dicatur splendor Vrbis, & Orbis, vt scribit *Paul. Rube. in Epist. ad studiosos in prin. decis. recen. par. 7. num. 215.* ita vt Rota Rom. ad instar Oraculi Delphici loquente, cuncti reuerenter silere debeant, vt post *Mando. de monit. quæst. 27. num. 6.* per eum relatum tradit *Paul. Rube. vbi supra num. 237.* cum illa dicatur speculum ad imitandum *Gratia. decis. March. 1. num. 21. Thoma. decis. March. 49. num. 3.* cum alijs latè adductis per *Paul. Rube.*

42 *loc. cit num. 213. cum pluribus. seq.* Non tamen est tanta, vt præferatur legi, & rationi, vt dicit idem *Scacc. de sent. & re indi. glo. 14. quæst. 24. num. 8. & in tract. de comer. & camb. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampl. 8. num. 220.* Vndè sequi opinionem Rotæ non debemus, nisi quando in ea assignatur ius, vel ratio vrgens de iure, vt dicit *Scacc. d. num. 8.* benè comprobans & tradit etiam *Lazar. de blasphe. quæst. 13. nu. 48. in fin.* alios adducens, & propter rationes magis veras licere a Rotæ decisione recedere post *Euerar. in loco ab authorit. num. 11. in fin.* per eum relatum, scripsit *Scacc. d. quæst. 24. num. 8. & post eum Theod. Rub. in singul. Rota Rom. tom. 2. de stylo, & obseru. Rotæ Rom. in gen. §. 3.*

43 Nõ enim quod fit, sed quod fieri debet spectandum est *l. sed licèt 12. ff. de offic. procons. l. nemo 13. C. de sent. & interlo. omn. iud. Cranet. cons. 320. num. 5. Scacc. d. glo. 14. quæst. 11. sub. num. 66. Barbo. axiom. 93. num. 16. Rota decis. 223. num. 2. par. 1. recen.*

44 Et eò magis sequenda est hæc opinio, cum illa sit magis æqua, vtì resecans litium longitudines, & auferens illarum circuitus, vt supra dixi *Hond. cons. 29. num. 95. lib. 1. Gait. de cred. cap. 4. quæst. 11. num. 2047. Lazar. de Blasph. d. quæst. 13. num. 40.* alios adducens in puncto *Caluin. de æquita. lib. 1. cap. 24. nu. 6. & seq.*

45 Neq; replicari potest contra prædicta, quod si dictæ sententiæ ratione excessus sunt iniustæ, dicta iniustitia æquipararetur nullitati, ita vt non sint exequendæ *Mangil. de euict. quæst. 16. num. 14. Rota decis. 77. num. 1. par. 4. diuer. & apud*

46 *Greg. XV. decis. 330. num. 4.* quia id potest habere locum, quando iniustitia sententiarum est ita manifesta, & notoria, vt nullam prorsus recipiat dubitationem, neque vllo modo valeat obnubilari, vel offuscari, non autem quando adest simplex iniustitia, vt post *Felin. Rip. Franc. Deci. Contar. Ceph. Neniza. Curt. Iun. & Vant.* per eum relatos firmat *Odd. cons. 20. num. 52. & seq.* latèque comprobat *Scacc. de sent. & re iudi. glo. 14. quæst. 11. num. 56. & seq. & in consil. post d. tract. inserto num. 90. & 91. & in tract. de appell. quæst. 19. remed. 1. concl. 4. num. 25. & 27. & concl. 5. num. 6. Contar. de momen. possess. limit. 9. num. 8.* cum pluribus

pluribus seq. vbi dicit, contrariam opinionem non posse saluari *Scapuc. de Saluia. lib. 3. quæst. 2. num. 1. & 2. Gratia. discep. forcn. cap. 103. num. 23. Guazzin. ad defen. reorum defen. 37. cap. 4. num. 2. & seq. Gargiar. Ium. conf. 31. num. 45. lib. 2.* & in istis terminis loquitur *Rota decis. 24. num. 7. par. 4. diuer. & decis. 646. num. 5. par. 2. rec. & apud Buratt. decis. 158. num. 5. & seq. & ibi Addeu. & decis. 251. n. 6. & seq. & ibi pariter Addeu.* & alibi passim.

Quicquid aliquando contrarium seruauerit eadē Rota, retardando executionem sententiarum, licèt iniustitia non sit notoria, vt ex *Rota apud Ces. de Graff. apud Card. Seraph. & apud Card. Caualer.* per eos relata scripserunt *DD. Auditores Rotæ Bononien. apud Gargiar. Iun. d. cons. 31. sub num. 30. lib. 2.* & not. etiam *Scacc. de sent. et re iud. d. glo. 14. quæst. 11. num. 62. et seq.* quia licèt ea, quæ apud inferiores Iudices sunt in iure dubia, & obscura, apud Rotam ob eius eminentiam, & singularem doctrinam possint esse recta, clara, & notoria, & ideò reuocando sententias diei possit id facere, quia sibi constat de notoria illarum iniustitia, & illius iudicio standum sit, id tamen non conuenit alijs Iudicibus, qui obseruare debent distinctionem suprадictam, an iustitia sit notoria, nec ne, vt benè declarat *Scacc. in d. quæst. 11 num. 66. & in d. resp. posito post dictum tractatum num. 91.*

Nec non etiam licèt in casu nostro agatur de executione non trium, sed duarum Sententiarum conformium habentiam vim triū vigore Statu-
47 ti, vt infra dicemus, quod Statutum, vti correctoriū iuris communis cū sit strictè interpretandum *Gabr. cons. 56. num. 11. lib. 1. Guazzin. ad*
48 *defen. d. cap. 4. in fin.* alios adducens, & ideò illud intelligatur dummodo Sententiæ sint iustæ, & validę *Ioseph. Ludo. decis. Perus. 72. in fin. Rot. decis. 179. in prin. par. 7 rec.* Cum habeamus claram dispositionem Decreti, quod a duabus sententijs conformibus non liceat appellare, nec de nullitate dicere, etiam ex capite cuiuscumque notoriæ nullitatis, vel iniquitatis, nec eis aliquo modo contrariari, quod quidem omnem remouet difficultatem, vt in puncto de simili Statuto Ciuitatis Ferrariæ firmat *Rota decis. 552. num. 7. par. 3. recen.*

Talis verò obci non potest prætensa iniustitia sententiarum, cum illa, stante rescissione dationis bonorum in solutum facta D. Isabellæ, super qua fundatur prætensus excessus sententiarum, non solùm non possit dici notoria, & manifesta, sed imò appareant sententiæ omninò iustæ, vt supra fuit demonstratum, vel saltem prætensa iniustitia apparet ita turbida, dubia, & requirens altiorem indaginem, vt notoria nullo modo dici possit, & ideò impedire non valet executionē dictarum sententiarum, vt not. *Doct.* supradicti.

49 Et in terminis nostris, quod excessus non veniat attendendus, quando ille est dubius, post *Caball. cons. 31. num. 5.* per eum adductum scribit *Posti. de subhas. inspec. 50. num. 89.* & quod de excessu debeat plenè, & concludenter constare tradunt *Addeu. ad Buratt. decis. 368. num. 10. Rota decis. 34. num. 4. par. 1. recen. & in Carpentoratcn. bonorū 10. Nouēbris 1614. coram Eminentiss. Card. Verospio & in Romana expensarum 31. Ianuarij 1624. coram R. P. D. Vbaldo, & in Romana restitutionis dotis 26. Ianuarij 1629. coram Eminentissimo Card. Vbaldo.*

Tertio principaliter non obstat prætensa nullitas sententiarum ratione excessus, quia super illa, seu super dicto excessu fuit plenè cognitum in secunda instātia in gradu appellationis coram secundo Iudice, coram quo fuit exhibitum instrumentum dictæ dationis in solutum, & instrumentum illius rescissionis, & dicta exceptio fuit a dicto Iudice reiecta, & ideò obstat
50 res iudicata, ità vt non possit modò iterū proponi, nec de illa disputari *Bart. in l. 1. C. quan. prou. non est necess. Gabr. comm. concl. de excep. concl. 2. num. 15. Lancell. de atten. nullit. pend. limit. 12. num. 160. Scacc. de appell. quæst. 19. remed. 1. conc. 5. num. 19. & de sent. & re iudi. glo. 14. quæst. 2. num. 30.* alios adducens *Scayn. decis. Bonon. 85. sub num. 19.*

Neque valet obijci contra prædicta, quod super dicta exceptione opposita de excessu in causa appellationis non adsit, nisi vna sententia, idest solum secunda, in qua dicta exceptio fuit reiecta, vti non vera, quia cum ab illa non fuerit per D. de Benis appellatum, vt mihi supponitur, illa transiuit in iudicatum, vndè, licèt quo ad istam exceptionem ei non obsteut confor-
51 mes, ei tamen obstat res iudicata *l. 3. & l. si quis 7. §. & generaliter ff. de except. rei iudi. §. item si in iudicio Inst. de except. cap. quo ad consultationem 15. de sent. & re iudi. Scacc. de Sent. & re iudi. glo. 14. quæst. 2. num. 30. Ciriac. contro. 370. in prin. Rota apud Greg. XV. decis. 492. num. 2. & apud Duran. decis. 94. num. 5. & decis. 727. in prin. par. 3. recen.*
52 Quæ res iudicata facit de albo nigrum, & è contra *Roma. cons. 504. sub num. 7. Curt. Iun. cons. 177. num. 13. Alex. cons. 93. num. 5. lib. 6. Surd. decis. 170. num. 15. & decis. 289. nu.*
53 *1. Caren. resolut. 13. num. 2.* Et iacit de ind. bito debitum *Surd. decis. 74. num. 10. Asin de execut. §. 4. cap. 12. vers. secundò limitatur, & §. 7. cap. 276. num. 19 Mangil. de subhas. quæst. 93. num. 5. & seq.* quos referendo sequitur *Posti. de subhas. inspec. 50. num. 91. Barbos.*
54 *axiom. 200. num. 3.* Et per eam cessat omnis disputatio *l. 1. ff. de re iudi. Rota in Pampilonen. Decimarum 21. Maij 1642. coram R. P. D.*

Peutting. s. releu antia verò &c. Cum illa imponat si icm litibus *Thob. Nou. conf.* 68. *num.* 11. *Gargiar. Inn. conf.* 5. *num.* 6. *lib.* 1. *Aldouin. cons.* 42. *num.* 7. *Giurb. decis.* 55. *n.* 21. *Rota apud Greg. XV. decis.* 184. *num.* 2. *& decis.* 492. *n.* 3. Ita vt viterius quis non andiatur *l. cum quærebatur* 62. *cum duabus leg. seq. ff. de re iudic.* in terminis nostris Rota *d. decis.* 492. *n.* 3.

55 Maximè cum a sententia non appellans videatur illam acceptare cum omnibus suis qualitatibus *l. ab eo.* 3. *C. quom. & quan. Ius d. l. ad solutionem.* 5. *& ibi not. Doct. C. de re. iudica Alex conf.* 136. *num.* 2. *vol.* 2. *Cran. conf.* 108. *num.* 3. *Giurb. decis.* 70. *num.* 12. *Rot. decis.* 370. *n.* 9. *par.* 1. *recen. & decis.* 24. *n.* 13. *par.* 7. *rec. & apud* Merli. *de pigno. decis.* 31. *n.* 6. *et decis.* 113. *n.* 5. & in terminis nostris de nõ appellãte a secunda Sententia *Rot. in Bonon. fideicom. de Bologninis* 27. *Nouembris* 1641. *coram* R. P. D. *Carillo in fin.* & sententiam suo facto confirmare dicatur, & ad illi parendum se obligare ab ea non appellando *Surd. conf.* 360. *num.* 38. *vol.* 3. *Giurb. d. decis.* 70. *sub num.* 12. *Rota apud Merli. de pign. d. decis.* 31. *num.* 6.

56 Neque obstat, quod sententia nulla, qualis prætenditur præsertim illa ratione excessus, nõ trãsit in rem iudicatam *Rota apud Card. Seraph. decis.* 432. *num.* 6. *& decis.* 493. *num.* 4.

Quia iam supra fuit demonstratum, nullum extare excessũ in d. sẽtentijs, & quatenus extaret nõ redderet illas nullas, sed iniustas, admissa tamen, citra veri præiudicium, dicta nullitate, conclusio prædicta, quod sententia nulla non transit in iudicatum, adhuc non obstaret, cum illa habeat

57 locum, quando sententia esset notoriè nulla, alias secus, *Cantard. de moment. possess. limit.* 6. *n.* 56. *Guazzin. ad desen. desen.* 37. *cap.* 4. *num.* 2. *& seq.* & videtur sentire *Scacc. de Sent. & re iudi. glo.* 14. *quæst.* 11. *num.* 56. *& in resp. post d. tract. num.* 17. *Marescot. var. resol. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 31. & in istis terminis loquitur *Costa in sua prac. conuen.* §. 1. *num.* 183. Rota *apud Duran. decis.* 374. *num.* 2. *& apud Gregor. XV. decis.* 508. *num.* 1. Ad similitudinem iniustitiæ, quæ debet esse notoria, vt impediat transitũ sententiæ in iudicatum, *Rota decis.* 427. *num.* 2. *par.* 3. *& decis.* 719. *nu.* 3. *par.* 4. *diuer. & decis.* 260. *num.* 7. *par.* 1. *rec. & apud Posth. de subhas. decis.* 122. *num.* 14. *& decis.* 132. *num.* 10. *par.* 7. *recen.* Cum nullitas, & notoria iniustitia fraternizent *Scac. de appel. quæst.* 19. *remed.* 1. *concl.* 7. *in fin. Guazzin. ad desen. reor. desen.* 36. *cap.* 20. *num.* 3.

Aliàs quælibet nullitas, etiã dubia, obscura, & quæ requirit altiorem indaginem, impediret senten-

58 tiæ executionem, quod non est dicendum, cum contrarium firment communiter Doct. vt tradunt præcipuè *Cantard. de momen. possess. limit.* 7. *num.* 25. quamplures adducens concordantes, & post *Oldr. Trentacinqu. Carpa. Bim. Card. Tusc. Cantar. Mascar. Vant. Gabr. Vini. Ludo. Bursatt. Brun. a Sol. Rim. Iun. Gabr. & Lancell.* per eum relatos tradit *Giurb. decis.* 4. *num.* 21. *& Ciriac. contro.* 175. *num.* 16. *& seq.* alios pariter adducens ita sentientes, & idem voluit *Scacc. de Sent. & re iudi. glo.* 14. *quæst.* 11. *num.* 56. *& seq. & in resp. post d. tract. num.* 17. *Rota apud Grego. XV. decis.* 508. *num.* 1. Et res iudicata facile subuerti posset in graue detrimentum pacis, & Reipublicæ, cui maximè cordi est certo ordine litibus finem imponere, vt aduertit idem *Scacc. in d. resp. post d. tract. de sent. & re iudi num.* 91. Et ideò iure merito prędicta locum habere non possunt in casu nostro, in quo prætensa nullitas ratione excessus fundata in dicta datione bonorum in solutum facta D. Isabellæ, stante illius rescissione ex causa læsionis, vel non adest, vt supra dixi, vel magnam patitur disputationem in iure, ita vt altiorem dicatur requirere indaginem, & sic sententiarum conformium executionem impedire nullo modo valet per iura supradicta, cum non sit conueniens, vt dixi, quod res iudicata, quæ habet executionem paratam, retardetur exceptione turbida, & requirente disputationem, & altiorem indaginem, vt not. *Scacc. d. glo.* 14. *quæst.* 11. *num.* 56. *& in dicto resp. post tract. de sent. & re iudi. num.* 17. *Rota apud Greg. XV. d. decis.* 508. *num.* 1.

Quod eò magis est dicendum stantibus sententijs conformibus latis ad fauorem dictæ D. Isabellæ Baldinacciæ, quæ cum vigore Statuti, & Decreti faciant rem iudicatam, ita vt ab eis non liceat appellare, & sic dicantur subrogatæ loco

59 trium, ita vt dispositum in tribus de iure communi procedat etiam, & habeat locum in duabus, vt not. *Paris. conf.* 109. *num.* 15. *vol.* 4. *Surd. conf.* 102. *num.* 15. *lib.* 1. *Scacc. de appell. quæst.* 17. *limit. prima num.* 67. *& quæst.* 19. *remed.* 1. *concl.* 4. *num.* 4. *Theod. Rube. in singul. Rota. Rom. tom.* 2. *circa stylum, & obseruan. Rota in verbo Sententia* §. 17. *Rota decis.* 452. *par.* 1. *diuer. & decis.* 647. *in princ. & decis.* 662. *num.* 2. *par.* 1. *recen. & apud Card. Caualer. decis.* 387. *num.* 2.

60 Ideo sicut executio trium sententiarum conformium exceptione nullitatis nec agendo, nec excipiendo retardari potest *clem. vt calumnijs de re iudi. Scacc. de appel. d. quæst.* 17. *limit.* 1. *num.* 58. *& d. quæst.* 19. *remed.* 1. *d. concl.* 5. *nu.* 1. *&* 3. *Gratia. decis. March.* 18. *num.* 5. *Ciriac. contro.* 320. *num.* 1. Rota *apud Greg. XV. decis.* 508. *num.* 1.

61 Ita pariter neque possit retardari executio duarum in locum trium subrogatarum vigore Statuti, & Decreti, vt tradunt *Bald. in fin. num.*

9. C.

9. C. de sent. & interl. omn. Iud. Paris. d. cons. 109. num. 15. lib. 4. Marches. de commiss. par. 2. de commis. restit. in integ. cap. 1. num. 66. Couar. pract. quaest. cap. 25. in fin. Scacc. de appell. d. quaest. 17. limit. 1. num. 67. & d. quaest. 19. remed. 1. concl. 4. num. 4. Surd. d. cons. 102. num. 15. lib. 1. Gargiar. Inn. d. cons. 31. num. 35. & 36. lib. 2. Gabr. comm. concl. de execut. re. iudi. concl. 1. num. 38. vers. contrarium &c. Quicquid contrarium senserit *Gabr. consil. 49. n. 7. vol. 1.*

62 Cum enim duae sententię conformes sint subrogatae in locum trium per Statutum, & Decretum, sapere debent naturam, & omnes qualitates eius, in cuius locum sunt subrogatae *l. si eum 10. §. qui iniuriarum* & ibi hoc not. *Bar. Bald. Angel. & alij ff. si quis cautio. l. 1. §. haec actio. ff. si quis testam. liber. l. vnica. §. 1. C. de rei vxo. actio. Surd. decis. 35. num. 9. & decis. 306. num. 5. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 8. num. 8. Gratia. discep. foren. cap. 624. num. 2.*
63 *& seq. par. 4.* etiam in materia stricta, & correctoria *Surd. cons. 42. num. 11. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 719. num. 10. par. 4.*

Etiam si dicta exceptio nullitatis constaret ex eisdem actis, stante, quod illa saltem patiatur difficultatem in iure, & admittat disputationem, & dicatur requirere altiorem indaginem tam circa existentiam d. excessus, stante rescissione dationis bonorum in solutum facta D. Isabellae, quā etiam an dictus excessus, quatenus adesset,
64 redderet sententiam nullam, quo casu dicta exceptio nullitatis, licèt constaret ex actis, vti dubia, turbida, & requirens altiorem indaginem, vt dixi, non potest dici notoria, nec ideò impedire executionem sententiarum conformium, vt tradunt *Doct. allegati supra num. 57.* & latè comprobat *Scacc. de appell. d. quaest. 19. membr. 1. concl. 4. num. 72.* viden. *Ciriac. controu. 185. in fin.* & in terminis tradit *Rota decis. 435. num. 6. & 7. par. 4. rec. tom. 2.*

65 Neque obstat, quod dictum Statutum de duabus cōformibus recipiat interpretationem, si sententiae sint iustae, & validae, *Rot. decis. 179. in prin. par. 7. recen.* cum alijs, vt supra, adductis *num. 48.* quia, omissa disputatione, an ad dictum effectum sufficiat quaelibet iniustitia sententiarum, vel requiratur notoria, qualem requiri in casu similis Statuti sensit *Gratia. discep. foren. cap. 691. nu. 27. par. 4.* quia inquam, nos habemus dispositionem Decreti prohibentis a duabus conformibus appellare, & de nullitate dicere, etiam ex capite cuiuscunq. notoriae nullitatis, seù iniquitatis, dę quo supra mentionem feci, quod omnem aufert dubitationem, vt in casu similis Statuti loquitur *Rota d. decis. 552. num. 7. par. 3. recen.*

66 Aliàs aperiretur via ex qualibet leui causa vulnerandi rem iudicatam, & lites in longum protrahendi in maximum damnū Reip. cuius, vt dixi, interest, familias conseruari, non autem expensis, & iurgijs, quas lites afferunt consumari, vt aduertit *Scacc. de sent. & re iudi. d. glo. 14. quaest. 11. num. 56. et seq. et num. 69. et Rota d. decis. 461. num. 6.* maximè cum sententiae frustra latae esse non debeant *glo. in rub. C. de re indi. Caph. cons. 241. in prin. vol. 2.*

Ex quibus &c. saluo &c.

Secundùm praedicta fuit iudicatum in Alma Vrbe, vt audiui per D. Locumtenentem Illustrissimi, et Reuerendissimi D. A. C. de anno 1653. et sententiae, de quibus supra, fuerunt executioni demandatae in omnibus eorum partibus super domo, de qua in dictis sententijs. Laus Deo, et Virgini etc.

ARGVMENTVM.

Hospitale quando dicatur locus Ecclesiasticus, vel Laicalis, & gaudeat priuilegijs Ecclesię, praesertim vt nō possit cogi ad solutionem collectarū. Bulla Sanctissimi D. N. Alexandri Papae Septimi reuocatoria exemptionum a solutione collectarum, in quibus casibus loquatur. Ius non soluendi collectas quanto tempore pręscribatur, & an requiratur interpellatio ad dictum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale, quod regitur a Laicis, non praesumitur ecclesiasticum, sed laicale.*

2 *Hospitale fieri potest authoritate priuata.*

3 *Hospitale praesumitur in dubio laicale.*

4 *Hospitale erectum authoritate Pontificia, vel Episcopali est ecclesiasticum.*

Et aequiparatur ecclesiae, & gaudet priuilegio illius num. 5.

6 *Hospitale erectum authoritate Episcopi gaudet immunitate Ecclesiae.*

Et venit appellatione ecclesiae num. 8.

7 *Hospitale gaudet omnibus priuilegijs Ecclesiae, si est erectum authoritate Episcopi.*

9 *Hospitale susceptum per Summum Pontificem in propietatem B. Petri est ecclesiasticum.*

10 *Ecclesia non tenetur ad solutionem collectarum.*

11 *Hospitale fundatum authoritate Episcopi ab omnibus oneribus liberum esse debet.*

12 *Bullae verba quando sunt clara, cessat omnis disputatio.*

13 *Immunitas clausa in corpore iuris non censetur reuocata per legem generalem.*

14 *Priuilegium concessum Clericis censetur etiam concessum Ecclesiae.*

15 Hos-

15 *Hospitale ecclesiasticum, & religiosum potest etiam administrari a Laicis.*
16 *Quod in gratiam alicui conceditur non debet ei in damnum retorqueri.*
17 Card. Zabar. cons. 13. *reijcitur.*
18 Bulla Alex. Papæ Septimi *reuocatoria exemptionum in quibus terminis loquatur.*
19 *Lex si voluisset expressisset.*
20 *Lex si facilè casum exprimere potuisset, & non expressit, censetur noluisse comprehendere.*
21 *Interpretatio in dubio est facienda, quod priuilegium non censeatur reuocatum.*
22 *Papa in dubio non præsumitur tollere ius tertij.*
23 *Collectas non soluendi ius acquiritur ex præscriptione immemorabili.*
Ac etiam ex præscriptione quadraginta annorum 24.
Etiam quod non præcesserit aliqua interpellatio num. 25.
26 Alex cons. 136. num. 19. vol. 2. *reijcitur communiter per Doctores.*
27 *Iudicandum est in dubio pro immunitate.*
28 *Iudicãdum est in dubio pro immunitate Ecclesiæ.*
29 *Interpretatio in dubio est facienda contra collectam, vti odiosam.*

ALLEGATIO XXXV.

REu. P. Ven. Hospitale S. Mariæ Misericordiæ Plani mercati Ciuitatis Vrbini, vti Ecclesiasticũ, & religiosum, non posse compelli per DD. exactores R. Cam. Apostolicæ ad aliquam solutionem collectarum pro bonis per eum possessis vigore Bullæ Sanctissimi D. N. Alex. Papę Septimi reuocatorię exemptionum, & immunitatum a solutione onerum, & collectarum, pro vt in ea, clarissimi iuris esse censeo.

1 Et primò quia, licèt dictum Hospitale, cum regatur a Laicis, non præsumatur Ecclesiasticũ, & religiosum, nisi probetur, sed laicale, secundùm distinctionẽ *Calder. cons. 4. vers. Itẽ institutio etc. de religio. domi. Alex. cons. 120. sub n. 3. ver. sic vbi non appareat etc. lib. 1. Card. Zabar.* qui loquitur in puncto huius Hospitalis *cons. 13. per tot. Io. Franc. de Ponte cons. 18. num. 1. lib. 1. Adden. ad Capic. Latro. decis. 95. num. 14. lib. 1.* Rota *decis. 725. num. 1. part. 1. diuer. et decis. 268. num. 3. par. 3. rec.*

2 Cum Hospitale fieri possit authoritate priuata, & qualitas, quod sit Ecclesiasticum, non insit a natura, vt tradunt *Card. Zabar d. cons. 13. nu. 2.* Roma. *cons. 477. in prin. Ciriac. contro. 530. num. 2. & 6. et Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 1. in tract. de dispos. ad pias cau. tit. primo cap. 3. num. 16.*

3 Ita vt in dubio illud laicale præsumatur de iure *Rota apud* Mohed. *decis. 18. de cau. possess. et proprie. et decis. 106. num. 6. par. 2. diuer. et decis. 268. num. 5. par. 3. recen. et in Meleuitana bonorum 10. Februarij 1651. coram* R. *P. D. Meltio §. non obstat etc.*

4 Hospitale tamen, de quo agitur, cum fuerit erectum, & institutum authoritate Pontificia, vt apparet euidenter ex Bullis Bonifacij Papæ VIII., Eugenij Papæ IV. & Calisti Papæ III. dicitur Ecclesiasticũ, & religiosum, tex. est in *cap. ad hæc 4. de relig. domi.* & tradunt *Doct. in cap. inter dilectos 8. et* ibi præcipuè *Io. Andr. Butr. Imol. et Abb. de donat. Bald. in Authen. hoc ius porrectum num. 2. C. de sacros. Eccles. Alex. d. cons. 120. num. 3. Roma. d. cons. 477. num. 3. et seq. Alder.* Mascar. *de genera. stat. interp. concl. 1. num. 164. et seq. Barbo. de offic. Episc. allegat. 75. num. 3. et num. 30. et seq. Valasc. consult. 105. num. 34. Gratia. discep. foren. cap. 481. num. 11. et seq. et cap. 517. num. 7. et seq. par. 3. Io. Franc. de Ponte. d. cons. 18. num. 2.* vbi testatur de communi opinione, *Ciriac. contro. 530. num. 5. et seq. Fulgin de iur. emphit. in tit. de contra. emphit. quæst. 16. num. 11. Adden. ad Capic. Latro. decis. 95. num. 14. lib. 1. Balth. Tomas. in d. tract. de dispos. ad pias caus. tit. 1. cap. 3. num. 23. et seq. Rota decis. 30. n. 6. par. 2. recen. et in* Meleuitana *bonorum 10. Februarij 1651. coram* R. *P. D. Meltio. §. neque præsumpta &c.* vbi aliæ recensentur.

5 Et æquiparatur Ecclesijs, & gaudet priuilegijs Ecclesiæ, & bonorum illius *Gemin. in cap. 2. sub num. 6. de restit. in integ. in 6. Alex. d. cons. 120. sub num. 3. lib. 1. Beniut. decis. 13. num. 3. in fine, Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 3. n. 39. et 40. Gratia. discep. foren. cap. 34. in princ. par. 1. Ciriac. d. contro. 530. num. 23. et pluribus seq. Barbo. d. allegat. 75. num. 37. Felicia. de Cens. lib. 2. cap. 3. num. 11. Balth. Tomas. in d. tract. de dispos. ad pias cau. tit. primo cap. 3. n. 46. ver. gaudet autem etc. Fulgin. d. quæst. 16. num. 11. Rota decis. 368. num. 1. par. 1. rec.*

6 Etiam quo ad immunitatem *Conar. var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 4. in fin. ver. tertio constat etc. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 30. num. 11. et seq. Farinac. de carcer. et carcer. quæst. 28. n. 36. et in tract. de immun. Eccles. nu. 266.* vbi quamplures adducit ita sentientes *Balth.* Tomas. *in suis tract. var. tom. 4. de immun. Eccles. tit. 1. num. 210. P. Diana in summa de immun. Eccles. quo ad loca num. 5. P. Suarez. de statu Relig. lib. 3. cap. 9. n. 9.*

7 Cum omnia priuilegia concessa Ecclesijs cõpetant dictis Hospitalibus authoritate Pontificia, vel Episcopali fundatis ad tex. in *l. omnia priuilegia 34. et ibi not. per Doct. C. de sacros. Eccles.*

Eccles. Benint. d. decis. 13. *num.* 3. *Baiard. ad Clar. d. quæst.* 30. *num.* 12 *Alder. Mascar. d. concl.* 1. *num.* 162. plenè *Farinac. d. quæst.* 28. *num.* 47. alios adducens *Barbo. d. allegat.* 75. *num.* 37. *P. Diana in Summa vbi supra num.* 5.

8 Imò Hospitale, vt supra erectum, & fundatum, venit appellatione Ecclesiæ *Maceraten. var. resol. lib.* 1. *resol.* 14. *Gratia. discep. foren. d. cap.* 34. *in prin. Menoch. conf.* 1025. *num.* 11. *Balth. Tomas. d. cap.* 3. *num.* 49. & tradit etiam *P. Sanch. de matr. lib.* 9. *disput.* 15. *n.* 39. *ver. cæterum existimo &c. & Barbo. loc. proximè adducto.*

9 Quæ quidem sunt clarissima in casu nostro, cum dictum Hospitale cum omnibus suis bonis per Bonifacium Papam Octauum fuerit susceptum in ius, & proprietatem Beati Petri, vt ex eademmet Bulla ipsius erectionis est videre, & sic illud, & illius bona, vti de proprietate Beati Petri, sunt merè Ecclesiastica *cap. cum secundùm* 16. *de præben. cap. cum ex eo* 34. *de elect. in* 6. *Nauar. de reddit. Eccles. quæst. p. monit.* 18. *n.* 2. *& monit.* 46. *n.* 3. *Io. Franc. Leo in Thesaur. for. Eccles. par.* 1. *cap.* 12. *n.* 18.

Et ideò pro bonis, quę possidet, vt Ecclesiasticum, & religiosum, non tenetur ad aliquam solutio-

10 nem collectarum †, vt de Ecclesia habemus tex. de iure ciuili in *l. placet* 5. *C. de Sacrosf. Eccles. & in Aut. item nulla Communitas Cde Episc. & Cler.* & de iure Canonico *in cap. non minus* 4. *& in cap. aduersus* 7. & vtrobiq. not. *Doct. de immun. Eccles. & in cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *& in cap. quamquam* 4. *de cens. in* 6. *& in cap. grauem* 53. *de sent. excom.* & ibi Doct. communiter, & de iure diuino est tex. *Esdræ. lib.* 1. *cap.* 7. & scripserunt, relictis antiquioribus *Sylua. cōs.* 9. *n.* 12. *Surd. cons.* 301. *n.* 61. *& seq. & n.* 79. *vol.* 3. *Io. Franc. Leo in Thesa. fori Eccles. par.* 1. *cap.* 14. *n.* 1. *& seq. Aloy. Ricci. collect.* 405. *in prin. Barbo. de iure Eccles. cap.* 39. §. 5. *num.* 3. *& seq. & in d. tract. de Offic. Episc. d. allegat.* 75. *num.* 35. *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom.* 4. *in tit. de immun. Eccles. num.* 249. *& seq.* vbi latè, & latissimè doctèq. vt solet, comprobat *Illustrissimus Dominus meus Sperell. Episc. Eugub. decis.* 181. *num.* 1. *& seq. par.* 2. vbi alios refert sectarores, *Rota decis.* 159. *num.* 4. *& decis.* 339. *num.* 1. *& seq. par.* 6. *& decis.* 149. *num.* 4. *&* 5. *par.* 7. *recen. & apud Buratt. decis.* 780. *num.* 7. *& ibi Adden. littera A.* vbi dicunt, hanc conclusionem esse certam apud Theologos, Canonistas, & Iurisconsultos, quam nemo ex Catholicis audet impugnare, vt ibi per eos.

Et in terminis de Hospitali fundato authoritate Episcopi, quod, vti perdetuò Deo dicatum, ab omnibus oneribus liberum esse debet, est tex. in *d. l. sancimus* 18. *C. de sacrosf. Eccle. & in in cap. in qualibet Ciuitate* 23. *§. Sancimus* 23. *quæst. vlt.* & tradunt *Roma d. cons.* 477. *num.* 9. *& post Ferret. de gabell. num.* 494. *& Riccl. in prac. tom.* 3. *rccol.* 126. per eum relatos *Balth. Tomas. in d. tract. de dispos. ad pias causas tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 22. *vers. sextò ampliatur, & Barbo. de officio Episc. d. alleg.* 75. *num.* 35.

Bulla verò Alex. Papę Septimi reuocatoria exemptionum, & immunitatum reuocat tantū exemptiones a solutione onerum, & collectarum per priuilegia quibusuis personis specialiter concessas, vt videre est ex eadem Bulla in principio, non autem reuocat exemptiones competentes de iure communi, vt in casu nostro, vt clarè legitur in §. *per præmissa &c.* cuius verba sunt, *Per præmissa autem non intendimus reuocare exemptiones, & immunitates, quibusuis personis Ecclesiasticis tam Secularibus, quam Regu-*

12 *laribus de iure competentes*, cuius Bullæ verba cum sint per se clara, cessat ideò omnis disputatio *glo. fin. in l. ancillæ* 12. *C. de furt. Franc. Becci. cons.* 14. *num.* 28. *vol.* 1. *Surd. cons.* 53. *num.* 6. *vol.* 1. *latè Barbo. axiom.* 136. *num.* 10. & ideò non compræhendit dictum Hospitale, cui, vti Ecclesiastico, & religioso, competit de iure communi, imò de iure Diuino exemptio a solutione collectarum, vt supra, vt in casu simili benè argumentatur *Salgad. in laberyn. credit. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 48.

13 Quod eò magis est dicendum, cum dicta immunitas a solutione collectarum competens Ecclesiæ, & locis Ecclesiasticis, vti clausa in corpore iuris, vt supra, non censeatur reuocata per legem generalem, etiam continentem clausulas generales, & amplissimas derogatorias quorumcunq. priuilegiorum, sed debeat specialiter reuocari *Ias. in l.* 1. *num.* 16. *ff. de Constit. Priu. Soc. Iun. cons.* 131. *num.* 45. *vol.* 1. *Syluan. cons.* 88. *num.* 38. *Surd. cons.* 325. *num.* 8. *vol.* 3. *Ciriac. contro.* 530. *num.* 57. *Salgad. in labery. credit. part.* 1 *cap.* 7. *num.* 47. *&* 48. *Rota apud Duran. decis.* 143. *num.* 9.

Neque obstat, quod Bulla reseruet immunitatem competentem de iure communi Ecclesiasticis,

14 non autem Ecclesiæ †, quia Bulla, priuilegiando in hac parte Ecclesiasticos, censetur etiā priuilegiare Ecclesiam, cuius fauore priuilegium eis concedit *Bart. Bald. & communiter Doct. in l. non plures* 4. *C. de Sacrosf. Eccles. Rota apud Duran. decis.* 285. *num.* 122. *& decis.* 291. *num.* 7. Maximè cum maior ratio sit in Ecclesia, quam in Ecclesiasticis *Auth. multò magis C. de Sacrosf. Eccles. l. fin. iuncta glo. & ibi Io. de Plat. C. qui ętate & c. lib.* 10. cum alijs relatis per *Enear. in Topic. legal. in loco a minori in prin. per Surd. cons.* 453. *num.* 18. *vol.* 4. *& per Barbo. in suis loc. comm. loc.* 73. *in prin.*

Sicut pariter non obstat, quod Hospitale regatur a Laicis, & sic præsumatur laicale. *Io Franc. de Ponte d. cons.* 18. *in prin. Ciriac. d. contro.* 530. *num. primo* quia hoc non habet locum, quando illud

illud fuit fundatum authoritate Pontificia, vel Episcopali, vt in casu nostro, vt fatentur ijdem *Franc. de Ponte d. cons. 18. num. 1. & seq. et Ciriac. d. controu. 530. in prin.* & admittunt alij
15 *Doct. supra adducti num.* 4. † cum etiam hospitale ecclesiasticum, & religiosum possit a laicis administrari. *Thob. Noni. cons. 61. num. 6. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 3. num. 14. Balth. Tomas. in d. tract. de dispos. ad pias can. tit. 1. cap. 3. num. 26. Aloy. Ricc. collect. 1886. Adden. ad Capic. Latro d. decis. 95. n. 18. Rota decis. 725. num. 6. par. 1. diuer.*

Sicut etiam non facit dictum Hospitale præsumi laicale, quod Ordinarii visitationi nō subiaceat, vt videtur sentire *Ciriac. d. contro. 530. num. 9.* quia id euenit ex speciali priuilegio Sedis Apostolicæ, quæ expressè exemit, & liberauit Hospitale prædictum ab omni iurisdictione Archiepiscopi Vrbinaten. recipiendo illud sub protectione eiusdem Sedis Apostolicæ, vt patet ex Bullis, de quibus supra; vndè subintrat regula,
16 † quod in gratiam alicuius conceditur non debet ei in damnum retorqueri *l. nulla iuris ratio 24. ff. de legibus l. quod fauore 6. C. eod. tit. cap. quod ob gratiam 61. de reg. iur. in 6.* cum alijs relatis per *Barbo. Axiom. 96. in princ.*

17 Neque vllum potest fieri fundamentum super authoritate *Card. Zabarel. in d. cons. 13. per tot.* qui in puncto consuluit, huiusmodi Hospitale Fraternitatis S. Mariæ Plani mercati esse laicale, non autem ecclesiasticum, & religiosum; quia ipse fundat intentionem suam in falso supposito, nempè Hospitale prædictum non fuisse fundatum authoritate Pontificia, vel Episcopali, vt ex eo est videre, cuius contrarium clarissimè apparet ex Bullis summorum Pontificum supra relatis *num.* 4. quibus attentis, d. Hospitale omninò dicendum est esse Ecclesiasticum, & religiosum, vt est tex. *in d. cap. ad hæc 4. de relig. domi.* & tradunt *Io: Andr. Butr. Imol. Abb. Bald. Alex. Roma. Mascar. Barbo. Valasc. Gratia. Io. Franc. de Ponte, Ciriac. Balth. Tomas. & Rota* in loc. supra relatis *nu.* 4. & sic cessat illius authoritas.

Secundò principaliter Hospitale prædictum non potest cogi ad aliquam solutionē collectarum pro bonis per eum possessis vigore Bullæ supradictæ Alex. Papæ Septimi, non solùm ex eo, quia illud est Ecclesiasticum, & religiosum, vt supra probaui, sed etiam, admisso, citra veri præiudicium, quod illud esset merè laicale, & ratio est
18 manifesta †, quia Bulla Sāctissimi Domini Nostri Alex. Papæ Septimi, quem Deus pro Orbis vtilitate diutissimè seruet, si benè ponderetur reuocat tantùm exemptiones, & immunitates a solutione onerum, & collectarum concessas quibusuis personis per priuilegia specialia, vt dixi supra, non autē reuocat exemptiones alio modo, quam per priuilegia ad e p tas, & acquisitas, vt ex principio eiusdem Bullæ, & ex verbis subsequentibus clarissimè est videre, Vnde non censetur reuocare ius non soluendi collectas ab ipso Hospitali acquisitum, nō ex aliquo priuilegio speciali, sed ex præscriptione non solùm quadraginta annorum, sed etiam tanti temporis, cuius initij memoria non extat, cum id Bulla non dicat, & ideò subintrat regula, quod si id voluisset disponere expressisset *l. dis-*
19 *sentientis 5. C. de repud. & cap. illa. 2. ne Sede vacan.* & not. *Surd. cons. 219. num. 21. lib. 2. & Barbo. d. axiom. 136. num. 5.*

20 Cum enim dicta Bulla facilè etiam dictum casum exprimere potuisset, & illum non expressit, censetur noluisse illum comprehendere *Menoch. cons. 30. num. 8. vol. 1. Armendar. in procem. addit. ad recopil. legum Nauar. num. 150.* quem refert *Barbo. d. axiom. 136. num. 6. Rot. apud Merli. decis. 390. n. 22.*

21 Maximè cum in dubio sit facienda interpretatio, quod immunitas, & priuilegium non sit reuocatum *Vinc. de Franc. decis. 125. num. 5. Gratia. discep. foren. cap. 791. num. 11. par. 4. & cap. 845. num. 17. par. 5.*

22 Ac etiam quia Papa non præsumitur tollere ius tertii *l. 2. §. merito, & §. si quis a Principe & ibi Doct. ff. ne quid in loc. pub. glo. in cap. ad aures & in verbo intentionis ac rescrip. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 9. num. 11. Rota decis. 531. num. 22. par. 4. rec. tom. 3.*

23 Quod verò ius non soluendi collectas, & onera acquisitum fuerit per d. Hospitale, dum illas non soluit, non solùm ex præscriptione immemorabili *Deci. cons. 496. num. 6. & seq. Ceph. cons. 129. nu. 3. & seq. lib. 1. Thob. Noni. cons. 47. num. 1. & seq. Surd. cons. 525. num. 7. &*
24 *seq. vol. 4.* sed etiam ex præscriptione quadraginta annorum tradunt *Cran. cons. 111. ferè per tot. Syluan. cons. 9. num. 30. Ceph. cons. 96. num. 22. & d. cons. 129. per tot. lib. 1. Surd. d. cons. 525. num. 7. & seq. Giouagno. cons. 15 n. 14. lib. 1. Thesau. decis. pedem. 239. n. 3. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 4. num. 135. & seq. Illustrissimus Dominus meus Sperell. decis. 121. n. 74. par. 2. Regens Capic. Latro. decis. 191. num. 15. lib. 1.*

25 Etiam quod non præcesserit aliqua interpellatio ex parte DD. exactorum collectarum contra Hospitale, cum sufficiat solus lapsus temporis, & negligentia non petentis ad effectum acquirendi dictum ius non soluendi colle-
26 ctas †, vt contra *Alex. cons. 136. num. 19. vol. 2.* tenent communiter Doct. & præcipuè *Cranet. d. cons. 111. ferè per tot. Ceph. d. cons. 129. num. 6. & seq. Thob. Noni. d. cons. 47. num. 3. & seq.* Rolan. *cons. 5. num. 61. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 89. in fin. par. 1.* & benè de-

claiat

clarat *Cancer. d. par. 3. cap. 4. num. 138. & seq. & Rota apud Posti. de mannten. decis. 45. num. 8. & seq.* alios adducens ita sentientes.

27 Quibus omnibus eò magis locus esse debet, cum in dubio pro immunitate sit iudicandum *Grat. cons. 61. num. 55. lib. 1. Osasc. decis. Pedem.*
28 *95. num. 18. Ciriac. contro. 222. num. 6.* maximè pro immunitate Ecclesiæ, & loci Ecclesiastici *Siluan. cons. 9. sub num. 18. Gratia. discep. foren. cap. 88. num. 6. & cap. 131. nu. 2. par. 1.* Rota *decis. 25. num. 1. par. 2. diner.*

29 Et cum interpretatio sit facienda contra collectam, vti odiosam *Crauet. d. cons. 111. nu. 26. Franc. Becci. cons. 73. in fin. Mar. Anton. variar. resol. lib. p. cap. 97. num. 8.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa, de qua supra, non fuit per sententiam terminata, quia Exactores collectarum, visis supradictis, Hospitali, de quo supra, pro collectarum solutione nullam molestiam attulerunt, vt mihi fuit renunciatum. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Executio consumata pendente tempore decem dierum ad appellandum est attentata, & venit ante omnia reuocanda, quod an habeat locum, quando in causa proceditur sola facti veritate inspecta. Statutum non debet esse superfluum, sed debet aliquid operari. Appellatio suspensiua an admittatur in causa mercedis non constito de paupertate. Paupertas an præsumatur, vel sit probanda. Exceptio non iuris quando impediat purgationem attentatorum.

S V M M A R I V M.

1 *Executio consumata pendente termino ad appellandum est attentata.*
Et ante omnia est reuocanda n. 4.
2 *Possessio capta pendente termino ad appellandũ est attentata, & non manutenibilis.*
3 *Statuti a dispositione non est recedendum & n. 5.*
6 *Attentata, quando proceditur sola facti veritate inspecta, non est necesse ante omnia reuocare.*
7 *Statutum non debet esse superfluum.*
Neque debet inutiliter occupare membranas num. 8.
9 *Statutum, ne sit superfluum, extenditur etiam in materia correctoria.*
Et interpretatur, vt aliquid operetur vltra ius commune num. 10.
11 *Statutum recipit interpretationem a iure communi.*
Fallit, si recipiendo interpretationem a iure communi remaneret superfluum n. 12.
13 *Statutum disponens idem, quod ius commune, non dicitur superfluum, cum addat nouum vinculum.*
Contrarium tenent plures Doct. nu. 14.
15 *Appellatio non admittitur in causa mercedis, & salarij ad effectum suspensiuum.*
16 *Attentata non cadunt vbi appellatio non admittitur.*
17 *Appellatio non admittitur in causa mercedis, quando petens mercedem est pauper.*
Cessante autem paupertate admittitur ad vtrumque effectum n. 18.
19 *Fundans se in actu requirente aliquam qualitatem tenetur d. qualitatem probare.*
20 *Appellatio suspensiua non admittitur in causa mercedis, etiam si non constet de paupertate secundum* Scacc.
Contrarium tenet Autor num. 21. & seq.
22 *Paupertas præsumitur, vti qualitas naturalis.*
Contrarium, vti verius, tenent Doct. magis communiter num. 25.
23 *Probatio præsumptiua non prodest, quando est fundamentum intentionis agentis.*
Contrarium tenent plures Doct. n. 24.
26 *Paupertas, & diuitiæ sunt ex accidenti.*
27 *Accidentia non præsumuntur.*
28 *Paupertas non dicitur probata ex eo, quod quis olim fuerit pauper.*
29 *Agens ad alimenta tenetur probare paupertatem ad hoc, vt appellatio suspensiua non admittatur.*
30 *Appellatio quando fuit admissa ad vtrumque effectũ, præsumitur fuisse ad vtrumq. effectum appellabilis.*
31 *Exceptio non iuris impedit purgationem attentatorum.*
Procedit, si constet de non iure per confessionem partis, vel rem iudicatam n. 33.
De non iure non dicitur constare ante conclusum in causa n. 32.

A L L E G A T I O XXXVI.

1 EXcellentissime Domine. Executio consumata ad instantiam D. Capitanei Thomæ Pacij de Cantiano in bonis D. Andreæ Sauini de eodem vigore sententiæ latæ per D. Prætorem d. Terræ ad fauorem d. D. Thomæ pendente termino decem dierum a die sententiæ, qui dantur ad appellandum ad tex. in *auth. hodie C. de appell. & in cap. non solùm. 7. de appell. in 6.* & not. *Lancell. de atten. par. 2. cap. 11. num. 2.* consuma-

ri non potuit, maximè interposita postea in d.
termino appellatione ad instantiam d. D. Sa-
uini finè vitio attentatorum, tam ex disposi-
tione iuris communis ad tex. in *d. cap. non so-
lùm 7. de appell. in 6.* & tradunt *Alex. cons. 99.
num. 1. & seq. lib. 5. Grat. cons. 16. num. 6. lib.
2. Capic. decis. 167. num. 2. Couar. pract. quæst.
cap. 23. num. 2. Asin. in prac. §. 31. cap. 2. li-
mit. 3. per totum* vbi quamplures adducit ita
sentientes, & latè comprobat *Lancell. de atten.
par. 2. cap. 11. num. 1. & 17.* quamplurious
relatis Doct. authoritatibus, & *Rota* Rom. de-
cisionibus *Paitell. in annot. ad expedit. ciuil. 43.
sui Patris num. 84. Tomat. decis.* March. *3. nu.
16. Rota decis. 682. num. 1. par. 1. recen. & de-
cis. 411. num. 2. par. 4. recen. tom. 2. & apud
Buratt. decis. 363. num. 4. & decis. 848. num.
1.* plenè ead. Rot. *in Bituntina iuris patron. 6.
Iunij 1642. coram* R. *P. D. Cerro. §. secundò
quia &c.* & plenius apud *Merlin. de pigno. decis.
152. in prin.*

2 Et in terminis possessionis captæ pendente
termino ad appellandum, quod illa dicatur at-
tentata, & non manutenibilis tradunt *Tomat.
decis. March. 43. num. 21. & decis. 62. num. 6.
& seq.* plenè *Posth. de manuten. obseru. 12. nu.
134* vbi innumeras ferè cumulat Rot. Rom.
decisiones, & obseru. 48. num. 25. quibus addo
eandem *Rot. in Ariminen. Molendini 29. No-
uembris 1638. coram R. P. D. Verospio versic.
Nec visum fuit obstare &c. & in eadē prima Iunij
1640. coram* R. *P. D. Bichio vers. Nec Ricciar-
dellos, & in Ariminen. fideicommissi 28. Iunij
1641. §. demum possessio &c. coram* R. *P. D.
Cerro.*

3 Quam etiam ex dispositione Statuti *lib. 3.
rub. 8.* a quo non est recedendum, vt dicit *Bald.
in l. gallus. 29. §. si eius in secundò not. ff. de
lib. & post.* & not. *Dec. cons. 5. num. 2. & cons.
339. in fin. Cephal. consil. 253. num. 35. vol. 2.
Paitel. exped. ciuil. 98. num. 3. & seq. Ciriac.
contro. 176. n. 26. Rot. decis. 138. n. 2. par. 5. rec.*

4 Et ideò venit ante omnia reuocanda *d. cap.
non solùm 7. de appell. in 6. cap. cum M. 9. de
constit. Vestr. in pract. lib. 8. cap. 4. num. 27.
Afflic. decis. 352. nū. 4.* latè *Lancell. de attent.
par. 3. cap. 30. num. 168. & seq.* quamplures
cumulans Doct. authoritates, & Rotæ Rom.
decisiones *Tomat. decis. 3. num. 10. Rot. decis.
682. n. 4. par. 1. & decis. 613. n. 1. par. 4. & decis.
707. n. 2. d. par. 4. recent. tom. 3. & decis. 147. in
prin. par. 7. rec. & in d. Bituntina iuris patronatus
d. § secundò quia &c.* vbi dat concordantes, &
clarè disponitur in dicto Statuto *d. rub. 8. lib. 3.*

5 † Vndè non est vlterius quærendum *l. ancillæ.
& ibi glo. C. de furt. l. illam 19. & ibi Doct. &
præcipuè Deci. in prin. C. de collat. Hond. cons.
32. num. 84. vol. p. Gratia. discep. foren. cap.
956. num. 2. par. 5. Tomat. decis. March. 28.
num. 11.* vbi enim adest Statutum dicitur adef-
se casus legis *Hond. d. cons. 32. nu. 84. Tomat.
decis. March. 55. num. 35. Ciriac. contro. 504.
num. 41. Rot. decis. 346. num. 2. par. 6. recen.*

Neque obstat, quod, cum vigore Decreti q. Sere-
nissimi Ducis Vrbini editi super abbreuiatione
litium in principio omnes causæ sint summa-
riæ, & in eis procedatur sola facti veritate in-
6 specta †, quo casu attentata non tenetur Iu-
dex ante omnia reuocare, sed illorum decisio-
nem potest reseruare in fine litis decidendam
vna cum articulo principali, vt tradunt *Lancell.
de atten. par. 3. cap. 30. num. 227. & sequen.
Gratia. discep. foren. cap. 206. num. 2. par. 2.*
& post *Hond. Ruginel.* & alios tradit etiam *Ci-
riac. contron. 481. num. 9.* cum iudex in d. ca-
su non teneatur super emergentibus, & inciden-
tibus pronunciare, sed illa potest decidere cum
articulo principali, vt not. *Maran. in pract. par.
4. dist. 9. num. 26. Lancell. d. cap. 30. nu. 229.
& Gratia. in loc. supra cit.* alios adducens.

Quia, quicquid sit de d. opinione in terminis iuris
communis, illi tamen non esse locum, censeo in
casu nostro ex dispositione *d. Statuti lib. 3. rub.
8.* in quo expressè disponitur, pendente appella
tione, & tempore ad appellandum nihil omni-
nò innouari, & innouata, tanquā attentata, nulla
esse ipso iure, & ante omnia esse reuocanda.
quod quidē Statutum, cum generaliter loqua-
tur, conpræhendere debet etiam d. casum,
quando proceditur sola facti veritate inspecta;
Ratio autem est manifesta, quia cum in omni-
bus causis procedatur sola facti veritate inspe-
cta vigore d. Decreti, & sic in omnibus causis
attentata non sint de necessitate ante omnia
reuocanda, stante d. clausula per iura supradi-
cta, si d. Statutum sic generaliter loquens non
comprælienderet causas prædictas, in quibus
attentata prius non reuocantur, nunquam ei
esset locus, & in nulla causa verificari posset,
sed seruiret omninò de vento, quod non est vl-
7 lo modo dicendum †, cum Statutum non de-
beat esse superfluum, sed aliquid debeat ope-
rari, etiam si veniat ad correctionē iuris com-
munis, vt not. *Hond. cons. 4. num. 59. vol. 1. Ne-
gus. de pigno. in 1. membr. 8 par. num. 3. Gratia.
discep. foren. cap. 913. num. 17. par. 5. Aldou.
cons. 83. num. 22. D. Andreol. contro. 6. num.
10. Rot. decis. 253. num. 81. par. 7. recen.*

8 Non † enim est dicendum, quod illud inutiliter
occupet membranas, vt considerat *Rot. decis.
413. num. 16. par. 5. recen. & decis. 547. num.
7. d. par. 5 rec. lib. 2.* Et ideò potius dicere de-
bemus, quod necessariò cōprehendat d. causas,
in quibus proceditur sola facti veritate inspe-
cta, & in quibus attentata ante omnia non
reuocātur, cū in nulla alia causa possit verificari,

Imo

9 Imò, ne Statutũ reddatur elusorium, fit extensio etiam in materia correctoria. glo. in clem. 1. in verbo sepelire in fin. de sepult. glo. fin. in cap. quamquam 2. circa medium de vsur. in 6. Aldera. Mascar. de Stat. concl. 4. num. 184. & sequen. Fachin. cons. 52. num. 14. vol. 1. quos refert, & sequitur Ciriac. contro. 437. num. 31.

10 Et ne Statutum sit superfluũ, & elusorium interpretatur, vt aliquid operetur vltra ius commune, vt tradunt Alex. cons. 94. num. 4. vol. 4. vbi dicit, quod Statutum prohibens omnem exceptionem contra Sententiam, habet locum etiam in exceptionibus, quę in continenti probantur, ex quo exceptiones non in continenti probatæ iam erant de iure communi reiectę, & quo ad eas non erat opus noua Statuti dispositione, vt ibi per eum, Surd. cons. 252. num. 24. & seq. vol. 2. vbi dicit, quod Statutum reijciens exceptiones peremptorias ante litem contestatam, censetur etiam reijcere pręceptorias oppositas in vim dilatoriarum etiam in continenti probatas, ne sit frustratoriũ, vt ibi per eum, qui alia similia adducit ad id comprobandum Gerar. Mazol. cons. 23. num. 8. & sequen. vbi tenet, quod dictũ Statutum mandans fieri excussionem habet locum etiã quando agitur contra tertium vigore constituti, seù pręcarij, quo casu non est facienda excussio de iure communi, ne d. Statutum sit frustratorium, & aliquid operetur vltra ius eorũ, etiã si sequatur correctio, vt ibi per eum Hond. cons. 95. nu. 78. & seq. vol. 1. Ciriac. contro. 531. num. 5. & seq. D. Andreol. contro. 192. num. 7. in fine alios addducens.

11 Neque obstat, quod Statutum recipit interpretationem a iure communi Hond. cons. 110. num. 14. vol. 1. Rot. decis. 497. num. 139. par. 5. rec. lib. 2. & decis. 271. num. 15. par. 6. & decis. 68. num. 83. par. 7. recen. & ideò cum ius commune mandans, attentata ante omnia reuocari d. cap. non solùm 7. de appell. in 6. cum alijs supra adductis, hanc recipiat interpretationem, quod attentata non sint per necesse ante omnia reuocanda, quando proceditur sola facti veritate inspecta, vt volunt Lancell. Ciriac. & alij Doct. supra adducti, eandem interpretationem recipere debeat d. Statutum. Respondeo id fortasse procedere posse, quãdo d. Statutum mandans ante omnia purgari attentata intellectum secundùm ius cõmune aliquid posset operari, & in aliquo casu posset verificari, in quibus terminis loquũtur Doct. supra adducti, non autem in casu, de quo agimus, in quo, vt supra dixi, cum in omnibus causis vigore d. clausulæ sola facti veritate inspecta attentata non sint ante omnia reuocanda, si non compręhenderet d. causas, illud omninò remaneret su-
12 perfluum, & in nulla causa verificaretur †, quia tunc, si illud restringendo ad ius commune esset superfluum, non recipit interpretationem a iure communi, sed obseruatur indistinctè prout Statutum loquitur, etiam si deroget iuri cõmuni, vt benè post Neuiza. cons. 91. num. 14. & Decia. resp. 32. num. 8. lib. 2. per eum adductos declarat D. Andreol. contro. 192. num. 7. in fin. & ante eum voluit Hond. cons. 15. n. 8. & seq. vol. 2. alios adducens.

13 Neque pariter nocet, quod Statutum disponens idem, quod ius commune, non dicatur superfluum, cum dicatur addere nouum vinculum, vt not. Aldoni. cons. 83. n. 25. & Ciriac. contro. 531. num. 58. quia, omnmisso, quod
14 d. opinio non est tuta †, cum contrarium teneant Doct. quamplures, & præcipuè Ceph. cons. 151. num. 17. lib. 2. Odd. cons. 36. num. 6. Schrad. cons. 1. num. 246. lib. 1. & alij, quos refert Aldon. d. cons. 83. nu. 22. & Rot. decis. 600. nu. 26. par. 5. rec. lib. 2. Quia, inquam, in casu nostro non dico, d. Statutum esse superfluum, quia disponat idem, quod ius commune, sed quia, si non compræhenderet causas, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, nunquã, & in nullo casu ei esset locus, etiã si disponeret idem, quod ius commune, quod est omninò absurdum per iura, & authoritates supradictas, quas breuitatis gratia non refero.

15 Neque obstat, quod in casu, de quo agitur, tractetur de causa mercedis, & salarij, in qua non admittitur appellatio, saltem ad effectum suspensiuum, vt not. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 8. nu. 8. exaduerso adductus, cum quo concordant Gratia. decis. March. 53. in prin. &
16 Tomat. pariter decis. March. 10. in princ. Vbi autem appellatio non admittitur, non cadunt attentata glo. in d. cap. non solùm 7. in verbo casibus de appell. in 6. Specul. de appell. §. nouissimè vers quartus casus &c. Viui. comm. opin. lib. 2. opin. 30. in fin. vbi de communi Lancell. de attent. par. 2. cap. 11. num. 47. & cap. 12. limit. 53. in prin. Rot. apud Canal. decis. 42. n. 4. & decis. 84. num. 2. par. 7. recen. & in Toletana Matrimonij 20. Iunij 1645. coram Eminentissimo Card. Corrado §. neq. obstat &c.

17 Quia respõdeo, doctrinam Scacc. & sequaciũ procedere, & habere locum, quando petens mercedem est pauper, & adeò est pauper, vt sinè illa mercede non habeat, vndè se alere possit, cum tunc illa merces succedat loco alimentorum, vt fatentur idem Scacc. ibi, & Gratia d. decis. 53. num. 9. & Tomat. d. decis. 10. num. 2. & voluit etiam Ruggiucl. de appell. §. 2. cap. 3. n. 280. & expressè declarat Rot. per Scacc. ibi allegata d. decis. 764. in prin. par. 1. diuer. ibi Domini cum præsupposito, quod Iosephus esset pauper, non in genere, sed eo respectu, vt non habeat vndè se alat &c. arguendo ab alimentis ad mer-

ad mercedem, vt ibi per eam, cum d. priuilegium non competat ratione mercedis simpliciter, sed ratione paupertatis, & inopiæ petentis mercedem, vt, vltra supra allegatos, benè declarat *Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 60. nu. 22.*
18 *in fin.* † qua paupertate cessante, appellationem admitti in causa mercedis ad vtrumque effectum, scribit idem *Gratia. d. decis. 53. num. 3. in addit.* & dixit Rot. *in Anconitana mercedis 10. Decembris 1602. coram Sacrato, & in Romana mercedis 16. Nouembris 1583. coram Cantuccio, & in Romana mercedis 14. Februarij 1594. coram Card. Manti. & in Romana mercedis artis fumariæ 9. Iunij 1579. coram Robusterio*, quas refert *Gratia. vbi supra*.

Cum igitur de d. paupertate non constet in casu nostro, non potest esse locus conclusioni supradictæ, quod in causa mercedis non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum ex illa con-
19 clusione †, quod qui se fundat in actu requirente aliquam qualitatem tenetur illam qualitatem probare, aliàs nō potest obtinere, vt not. *Bart. in l. 1. §. quod autem ait prætor num. 2. ff. ne quid in flum. pub. Crot. cons. 422. num. 6. & seq. Rot. decis. 702. num. 4. par. 2. rec. & apud Merl. de pigno. decis. 59. num. 14.*
20 Minimè que obstat ampliatio *Scac. d. limit. 8. num. 9.* quod appellatio suspensiua non admittitur in causa salarij, etiam si non constet de paupertate petentis salarium, seù mercedem,
21 quem sequi videtur *Tomat. d. decis. 10. nu. 4.* † Quia d. ampliatio nullo modo est vera, & obstat omnibus principijs iuris, vt clarè ostendam. Ipse enim duas d. suæ opinionis adducit rationes, primam ex iure Diuino, *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane*, ex quo colligi videtur, quod cū mercedis causa desideret celeritatem ad instar alimentorum, ideò appellatio suspensiua non debeat admitti, quod quidem ego libenter admitto, quando petens mercedem est pauper, ita vt non habeat vndè se alat, testemque huius declarationis adduco eundemmet *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 5. num. 64.* vbi, post adductam per eum eandem, & alias authoritates iuris Diuini, dicit, d. authoritates procedere, quando petens mercedē est pauper, quia tunc merces succedit loco alimentorum, & quod, cessante paupertate, mercedis causa nullum habet priuilegium, vt ibi per eum, & sic ex d. prima ratione nihil aliud habemus ex testimonio eiusdem *Scacc.* quam quod appellatio suspensiua non admittitur in causa mercedis, quando illam petens est pauper, prout est in omnibus causis desiderantibus celeritatem, vt not. *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. num. 22.* & sic dicta ratio nihil aliud addit, nisi quod dixit idemmet *Scacc. d. limit. 8. num. 8.* supra adductus; At in casu, de quo agimus, non constat de dicta paupertate, quæ operatur d. effectum reiectionis appellationis, meritò d. conclusio locum habere non debet, per iura supra adducta.
22 Secundam affert rationem *Scacc. d. limit. 8. num. 8.* quia paupertas petentis mercedem, vti qualitas naturalis, præsumitur *Beninc. de pauper. quæst. 6. num. 1.* cum diuitiæ inferant mutationem, quæ non præsumitur, nisi probetur *Mascar. de prob. concl. 1159. in prin. vol. 3.* alios referens, cum quilibet nascatur pauper, & nudus, iuxta illud Catonis *Infantem nudum cum te natura creauit*, & sic appellatio suspensiua non veniat admittenda, etiam non constito de paupertate.

Verùm, vt dixi, *Scacc. in d. loco* lapsus est, & de eo non parum quidem miror, quod prædictam ampliationem firmauerit motus tam leui fun-
23 damento, quia, omisso, † quod probatio præsumptiua non prodest, quando est fundamentū intentionis agentis secūdùm opinionē Rotæ Rom. vt scribunt *Adden. ad Rot. decis. 617. nu. 43. par. 4. rec. tom. 3.* & dixit ead. Rot. *decis. 102. num. 6. par. 1. diuer. & apud Seraphi. decis. 1171. num. 2. & apud Greg. XV. decis. 278.*
24 *num. 6.* † quia id non est tutum, cum contrarium teneant quamplures Doct. & præcipuè *Conar. var. resol. lib. 2. cap. 6. in prin. Surd. cons. 1. num. 42. vol. 1. Adden. ad Grego. d. decis. 278. num. 12.* & alij, quos ego retuli *Alleg. 33. num. 44. & seq.* hoc, inquam, omisso, quia licèt non desint Doct. præsertim ex antiquioribus, qui, moti ex dicto fundamento, quod homo nascitur nudus, & quod diuitiæ sunt ex accidenti, quæ certè sunt somnia vigilantium, vt patet cuilibet benè intuenti, dixerint paupertatem præsumi, inter quos fuerunt *Albericus l. ex persona 3. C. de prob. Bart. Salic. Castr. Aret. & alij* relati per *Mascar. de probat. concl. 1159. in prin.*
25 *vol. 3.* † Hodiè tamen magis communis est conclusio, & ab omnibus firmiter recepta, quod quando paupertas est fundamentum intentionis alicuius, vt in casu nostro, in quo appellatio suspensiua in causa mercedis non admittitur, quando ille, cui merces debetur, est pauper, vt supra dixi, illa nullo modo præsumitur, sed est omninò probanda per allegantem, aliàs debet succumbere, vt not. *Deci. cons. 120. nu. 3. Rolan. cons. 20. num. 19. vol. 2. Paris. cons. 54. n. 6. vol. 4. Mascar. de probat. concl. 1159. num. 5. vol. 3.* quamplures adducens ita sentientes *Tiraq. de retrac. consang. §. 32. glo. 1. n. 94. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 25. n. 14. Gabr. comm. concl. de probat. concl. 7. num. 14. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 24. num. 7. & tit. 7. quæst. 8. num. 14. & decis. 320. num. 5. & ibi Hodier. num. 2.* alios cumulans *Gail. pract. obser. lib. 1. obseru. 142. num. 5. Costa. de remed. subsid.*

subsid. praelud. 5. *nu.* 2. & in terminis scripserunt *Afflic. decis.* 377. *num.* 6. *Alcia. de praesump. regu.* 2. *praesump.* 27. *num.* 4. vbi testatur de communi opinione *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *post prin. Becci. cons.* 105. *nu.* 28. *Giurb. decis.* 116. *num.* 10. latè comprobans, quicquid dixerit *decis.* 18. *num.* 12. *Gratia. discep. foren. cap.* 552. *num.* 10. *par.* 3. plenè *Adden. ad Rot. decis.* 617. *num.* 42. *& seq. par.* 4. *recen. tom.* 3. omninò videndus, & ita post *glo. Fulgo. Bart. Ang. Castr. Ias. Couar. & Pacian.* per eum adductos tradit *Ciriac. contro.* 5. *num.* 39. vbi firmat, quod allegans paupertatem tenetur illam probare, cum illa, vti quae potest adesse, & abesse, non praesumatur, vt ibi per eum, & ita pluries tenuit *Rota*, & precipuè *decis.* 249. *in prin. par.* 4. *diuer. & in Vlixbonen. Matrimonij p. Iunij* 1624. *coram* R. P. D. *Pironano*, quam refert, & sequitur *Ferentil. ad Buratt. decis.* 707. *num.* 10. *eadem* Rot. *decis.* 717. *num.* 15. *par.* 4. *recen. tom.* 3. ex quibus clarè patet, hanc esse magis receptam, imò receptissimã Doct. opinionem, addo eandem *Rot. decis.* 170. *in prin. par.* 4. *rec.*

Licèt enim homo nascatur nudus *can. sicut hi.* 47. *disti.* iuncto dicto carmine Catonis *Infantẽ nudum cũ te natura creauit*, & scribit *Plinius in sua naturali historia. lib.* 9. *cap.* 35. *Nos rerum natura nudos recipit*, & diuitiae dicãtur esse ex accidenti, & ideò potius praesumantur non esse, quam esse, vt dicit *Monal. cons.* 47. *nu.* 11. *& seq.* & post eum *Giurb. d. decis.* 18. *num.* 12. Negari tamen
26 nullo modo potest †, quin tam paupertas, quã diuitiae sint ex accidenti, vt experientia rerum magistra *cap. quam sit* 6. *de elect. in* 6. nobis quotidie demonstrat, & apertè docet *Senec. lib.* 1. *controuer. ibi Mutantur vires faelicitatis humanae, ludit de suis Fortuna muneribus, & quae dedit aufert, & quae aufert reddit &c.* quem referunt etiam *Adden. ad* Rot. *d. decis.* 617. *num.* 40. & idem scribit *Menoch. de praesump. d. praesump.* 25. *nu.* 11. *lib.* 6. vbi dicit, quod paupertas non est habitus permanens, sed variabilis, vt ibi per eum, cum quibus concordat *Ciriac. contro.* 5. *num.* 39. alios adducens ita sentientes.

Vndè nec mirum, si illa non praesumatur, sed debeat ab allegante probari, vt volunt Doct. su-
27 pra adducti † cum accidentia, quae possunt adesse, & abesse, non praesumatur *l.* 1. *§. qui pro rei qualitate, & ibi glo. ff. qui satisd. cogan. & not. Menoch. de praesump. lib.* 4. *praesump.* 165. *num.* 3. *& cons.* 1. *num.* 121. *lib.* 1. & voluit expressè *Rot. decis.* 219. *num.* 12. *par.* 5. *recen.*
28 Et ideò per praedicta iura, & rationes, quod paupertas non dicatur probata ex eo, quod olim quis fuerit pauper, sed debeat probari de praesenti, cum olim pauper non praesumatur hodiè pauper, tenuerunt *Bart. in l. ex diuerso* 18. *§. fin. num.* 13 *ff. solu. matri. Alciat. de praesump. reg.* 2. *praesump.* 27. *num.* 5. *latè Menoch. de praesump. d. praesump.* 25. *num.* 9. *& seq.* vbi reprobat *Comen. & alios* contrarium sentientes, *Surd. de alim. tit.* 7. *quaest.* 8. *num.* 14. benè Rot. *decis.* 170. *nu.* 3. *par.* 4. *recen.* alios adducens.
29 Et quod omnem tollit amaritudinem in terminis nostris, quod ad effectum tollendi appellationem suspensiuam agens ad alimenta, in cuius locum subrogari mercedem, dixit *Seac.* exaduerso adductus, teneatur prȩcisè probare paupertatẽ, & non sufficiat illius praesũptio, aliàs admittenda veniat appellatio ad vtrumque effectum, tenuerunt expressè Rot. *Bononien. apud Barz. decis.* 69. *num.* 21. 35. *& seq. & Rot. Rom. apud Buratt. decis.* 208. *nu.* 7. *&* 8. vbi dicit, quod, paupertate nõ probata, intrat appellatio suspensiua, vt ibi per eum omninò videndum & latius voluit eadem *Rot. in Toletana Matrimonij* 20. *Iunij.* 1645. *coram Eminentis. Card. Corrado §. primò quia &c.* in qua pariter fuit decisum, quod est necessè prȩcisè probare paupertatem per agentem ad alimenta ad effectum impediendi appellationem suspensiuam, qua nõ probata, appellatio est admittẽda ad vtrumque effectum, & intrant attentata, vt in casu nostro, vt in *ea* est videre.

Et licèt praedicta sint ita clara, vt nullam possint recipere dubitationem, placet tamen eis addere, quod cum per D. V. Excellintissimam appellatio praedicta interposita pro parte d. D. Andreȩ Sauini a supradicta sententia lata ad fauorem d. D. Capitanei Thomȩ Pacij fuerit admissa ad vtrumque effectum, parte non contradicente, non potest modò amplius de hoc dubitari, an d. appellatio sit admittenda ad effectũ
30 suspensiuum †, sed iudicandum est, ipsam appellationem etiam a principio fuisse appellabilem ad vtrumque effectum, & ideò quaecunque interea gesta per Iudicem a quo attentatorum vitio subiacere, & illa esse in pristinum reducẽda, vt firmauit *Rot. coram Durano decis.* 96. *nu.* 4. *vers. & cessat difficultas &c. & decis.* 191. *n.* 5. *& seq. vers. praeterea &c. & decis.* 240. *num.* 3. *vers. Quia quicquid &c. & coram Buratt. decis.* 902. *sub num.* 2. *vers. & cum pariter &c. & decis.* 134. *num.* 1. 2. *& seq. vers. & nihilominus &c. par.* 6. *recen.* & sequitur eadem Rota *in d. Toletana matrimonij in d. §. secundò quia &c.* vbi alias recenset eiusdem Rotae decisiones omninò videnda.
31 Neque d. purgatio attentatorum euitari potest ex allegata exceptionȩ non iuris d. D. Sauini ad not. per *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 24. *num.* 21. *& seq. & per Ciriac. contro* 481. *num.* 11. & dixit Rot. *decis.* 2. *in prin. vt lit. pend. in non. & decis.* 701. *num.* 4. *par.* 2. *recen.* quasi tunc non debeat audiri petens reuocationem attentatorum, cum sua non intersit *cap. non solent.* 2. *quaest.*

quæst.6.cap.cum inter.21.de elec.l.1.ff.de appell.
recip. Quia, omissa distinctione eiusdem *Lancell.*
in d.cap.24.num.52.& seq. quæ habet, d. con-
clusionem solùm habere locū in beneficialibus,
non autem in profanis, vt ibi per eum attestan-
tem, hanc esse veriorem opinionem, & sequen-
dam, illa, inquam, omissa, cum non sit omninò
tuta, vt ibi est videre, respondeo dupliciter, &
primò negando assumptum, quod constet ex
actis de non iure d. D. Sauini, quia, cum simus
in causa appellationis ante conclusum in causa,
adhuc potest doceri de bono iure ipsius D. Sa-
uini arg. not. per *Rot.decis.1.de prob. in antiq.* si
ergo adhuc potest doceri de bono iure d.D.Sa-
uini, sequitur, quod non possit dici constare de
non bono iure ipsius *Ægid.decis.*103. & in ter-
32 minis †, quod ante conclusionem in causa
non possit dici constare de non iure ipsius D.
Sauini, tradunt *Alex. cons. 99. num. 8. lib. 5.*
*Lancell. de attent. d. par. 3. cap.24. num.*8. plu-
res adducens Rotæ Rom. decisiones, & sensit
clarè Rot. *apud Greg. XV. decis.*465. *num. 9.*
vbi habetur, quod dū lis nō est finita, non potest
dici cōstare de nō iure alicuius, vt ibi per eam.
33 Secundò quia ad hoc, vt d. exceptio non iuris
partis impediat purgationem attentatorū, de-
ber de d. non iure constare notoriè, vel per
cōfessionē partis, vel per rem iudicatam, aliàs
d. purgationem nullo modo impedire potest,
vt latè comprobat *Lancell. d. cap. 24. num. 65.*
& seq. vbi testatur, ita fuisse pluries in *Rot.*
Rom. iudicatum, quamplurésque eiusdem *Rot.*
Rom. decisiones referens, & notat etiam *Mare-*
scot. var. resol. lib. 2 cap. 121. num, 59. & di-
xit *Rot. apud Greg. XV. decis. 465. num. 9. &*
decis. 682. num. 3. par. 1. rec. & decis. 701. nu.
4. par. 2. recen. & decis. 323. num. 6. par. 4. rece.
tom. 2. & fuit dictū in *Cesaraugustana dismembra-*
tionis 23. Ianuarij 1610. *coram Reuerendiss. Da-*
masceno, & in istis terminis intelligendus est
loqui *Ciriac. in d. contro.*481. *num.* 11. vbi scri-
bit, dici constare de bono iure attentantis ex
sententia ad eius fauorem lata, vt ibi per eum,
quia, inquam, intelligendus est, loqui de senten-
tia, quæ transiuit in iudicatum, vt col-
ligitur ex ipsomet ibi. *num.* 13. & declarat *Lan-*
cell. de attent. d. par. 3. cap. 24. num. 87. vers.
& propterea fuit &c. Aliàs *Ciriac.* vir certè doc-
tissimus malè loqueretur, cum quilibet, qui pri-
mā sententiā pro se haberet, posset attētare cō-
tra dispositionem *Rubr. & tot. tit. ff. nil nouą*
appell. pendente, & C. vt lit. pend. &c. & d.
cap. non solùm 7. de appell. in 6. cum simil.
Ex quibus &c. saluo &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit in Ciuitate Eu-
gubij per Excellentissimum D. Locumtenentem d.
Ciuitatis de anno 1651. *Laus Deo, & Virgini*
Deiparæ.

ARGVMENTVM.

Exceptio remissionis pensionis an possit opponi per eum, qui renunciauit omni iuris, & legum auxilio, & quid veniat probandum per eum, qui prætendit consequi remissionem prædictam. Ementi ius exigendi affidas animalium ductorum ad pascendum an sit facienda remissio pretij, si perpauca animalia ad pascendum sint ducta. Reus in exceptionibus dicitur actor, & quādo teneatur plenè probare suam exceptionem, vel ei sufficiat offuscare probationes actoris. Probatio dubia an releuet, & testis dubitatiuè deponens quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, quod continet summam certam, dicitur liquidum.*

2 *Instrumentum habens requisita per* glo. in l. generali. C. de tabular. lib. 10. *dicitur purum, & exequendum.*

3 *Executiuè proceditur vigore obligationis Cameralis.*

4 *Exceptioni remissionis pensionis per generalem renunciationem censetur renunciatum.*

5 *Emens ius exigendi affidas dicitur emere dubium euentum, & non potest pretendere remissionem propter damnum passum.*

6 *Reus in exceptionibus dicitur actor.*

7 *Actor sicut tenetur probare suam intentionem,*
Ita reus post probatam intentionem actoris tenetur probare suam exceptionem n. 8.
Plenè & concludenter n. 9.
Ita vt in dicto casu reo non sufficiat offuscare probationem actoris n. 10.

11 *Conductor vt consequatur remissionem affictus debet probare, fructus illius anni non fuisse sufficientes pro solutione medictatis pensionis.*

12 *Statuti dispositione stante, non est ab eo recedendum.*
Cum Statutum dicatur casus legis n. 13.

14 *Testis dubitatiuè deponens nihil probat.*

15 *Testis deponens per verbum* Credo *non probat.*

16 *Testis deponens* a mio giuditio *non probat.*

17 *Probatio incerta, & æquiuoca non operatur.*

18 *Probatio debet de præcisa necessitate concludere.*
Aliàs non dicitur probatio n. 19.

20 *Partis cognitio haberi non potest sinè scientia totius.*

21 *Testis depositio corruit, data possibili veritate in contrarium.*

22 *Testis pauper non dicitur testis omni exceptione maior.*

23 *Pau-*

23 *Paupertas non repellit testem in totum a testificando, sed solùm ei diminuit de fide.*

Fallit, quando cum paupertate concurrit alius defectus, etiam per se non sufficiens ad repellendum testem n. 24.

25 *Famulus salariatus, licèt dimissus, non est testis omni exceptione maior.*

26 *Non probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse.*

27 *Statuti forma est ad vnguem seruanda.*

28 *Statuto loquente cum aliqua qualitate, illo vti volens tenetur probare dictam qualitatem.*

29 *Exceptio remissionis pensionis requirens altiorem indaginem non retardat executionem instrumenti habentis executionem paratam.*

30 *Exceptio remissionis pensionis non retardat executionem obligationis Cameralis.*

Fallit, quando dicta exceptio esset probata num. 31.

32 *Non esse, & esse, et non apparere, paria sunt.*

ALLEGATIO XXXVII.

EXcellentisſime Domine. Venit sinè dubio relaxandum mandatum executiuum ad fauorem Per Illustris Communitatis Terrę Cantiani contra D. Capitaneum Thomam Pacium de eodem pro pensione, seù precio Montaneæ Montis Petrani per eum promisso in istrumento venditionis affidarum eiusdem Montaneæ factæ per d. Vniuersitatem ipsi D. Thomæ pro annis 1642. & 1643. cum qua Communitas notatur instrumẽto publico,
1 de quo in actis †, quod, cum cõtineat summam certam, dicitur liquidum *Gras. de except. excep. 36. num. 10. Galles. de oblig. camer. quæst. 35. num. 1. Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. nu. 893. & seq. Rota in Eugubina dotis 6. Iunij 1642. coram R. P. D. Carillo. §. non obstat &c.* & dixi ego *allegat. 1. num. 3.*

2 Et cum habeat omnia requisita per *glo. in l. generali. 3. C. de Tabul. lib. 10. et per Abb. in cap. 1. num. 3. de fide Instr.* certum est, illud esse purum, & exequendum *Galles. de oblig. Cam. quæst. 26. num. 1. Rota in d. Eugubina dotis §.*
3 *non obstat etc.* † maximè stante obligatione camerali in eo apposita, cuius vigore competit via executiua *Gras. de excep. in præludi. num. 22. Thoma. decis. March. 57. num. 7. Zacchi. de oblig. camer. quæst. 2. nu. 4. et 26. Rota apud eundem Zacch. ibi decis. 10. nu. 1. et decis. 44. num. 5. et decis. 54. num. 1. et decis. 67. num. 2. et decis. 69. num. 1. et apud Duran. decis. 111. in prin. et apud Merli. de pigno. decis. 103. num 10. et decis. 148. num. 1.* dixi ego *d. allega. 1. num. 5.* Quibus in nihilo obstat exceptio remissionis affictus exaduerso opposita pro parte d. D. Capita-
4 nei Thomæ ex pluribus, & primò † quia d. exceptioni per generalem renunciationem in instrumento venditionis contentam censetur per eum renunciatum. *Adden. ad Alex. cons. 11. in verbo Auxilio lib. 2.* alios referentes *Capic. decis. 87. num. 10. Rolan. cons. 13. num. 8. lib. 1. Pinel. in l. 1. par. 1. par. 3. num. 26. C. de rescin. vendit. Caroc. de locat. in tit. de remiss. merced. quæst. 7. nu. 112. Gratia. discep. forcu. cap. 534. num. 45. par. 3. Marta de claus. cl. cu. 136. num. 6. Theod.* Rube. *in singul.* Rotæ Roma. *tom. 2. de claus. claus. 680. num. 6. Barbo. de clau. clau. 133. num. 10.* qui alios adducit concordantes, & idem voluerunt *Surd. cons. 43. num. 37. vol. 1. & cons. 197. num. 18. vol. 2. et Balth. Tomas. in suis tract. var. de tuto. et curat. tit. 19. num. 646. ampl. 161.* & fuit originale dictum *Alberic. in l. item quæritur 14. §. exercitu. ff. loca.* & est communis Doct. opinio, quicquid contrarium senserint *Franc. Becci. cons. 82. num. 22. et Bertaz. de claus. claus. 40. glo. 6. num. 5.* obiter id tangentes.

Secundò quia ipse D. Thomas emit a dicta Vniuersitate ius exigẽdi affidas ab omnibus ducentibus animalia ad pascendũ in dicta Montanea
5 Montis Petrani †, quo casu dicitur, ipsum emisse pedagium incertum, & aleam quandam, & dubium euentum, & solam spem exigendi affidas de animalibus supradictis & ideò si perpauca animalia ducta fuerint ad pascendum, id euenit a casu, quem ipse cogitare debebat euenire posse, & ideò ei venit imputandum, ita vt nulla ei debeatur remissio, ad tex. *in l. si iactum retis. 13. ff. de actio. empt. et in l. nec emptio. 8. ff. de contrah. empt.* & tradunt *Bart. in l. cotem ferro. 11. §. qui maximos num. 4. & seq. & ibi Castr. num. 5. Imol. & Ludo. Roma. ff. de public. & vectigal. Bald. in l. si ea lege 17. num. 2. & 3. C. de vsur. & in l. licet. 8. num. 5. C. de loca. et cond. Caroc. de loca. & cond. in tit. de locat. vectigal. quæst. 7. num. 11. et 12. et in tit. de remon. merced. quæst. 8. num. 79. Deci. cons. 4. num. 2. Alex. cons. 3. num. 1. vol. 1. Surd. cons. 507. num. 8. vol. 4.* Gail. *pract. obseru. lib. 2. obseru. 23. num. 10. vers. secùs est &c. Larrea allega. 17. n. 7. et seq. Mattien in l. 1. tit. 11. glo. 8. num. 9. lib. 5. recopil.* quos refert, & sequitur post hæc scripta visus *Regens Capic. Latro. decis. 195. num. 16. et seq. lib. 2.*

In d. enim venditione iuris exigendi affidas de animalibus prædictis, vt dixi, censetur solùm vendita spes, dubius euentus, alea, seù fortuna *d. l. si iactus retis 13. ff. de act. empt. d. l. nec emptio. 8. ff. de contrah. empt. l. quod si in venditione 10. ff. de hæred. vel actio. vend.* & not. *Doct. omnes supradicti, et vltra eos Bossi. in pract. in tit. de remiss. merced. publican. num. 9. & seq.*

& seq. Vnde nec mirum si damnum ad ipsum
emptorem spectare debeat, ita vt nulla ei sit
facienda pretii remissio, vt volunt Doct. su-
pra adducti, & præcipuè Larrea d. allegat. 17.
num. 7. cum pluribus seq. & Regens Capic. Latro
d. decis. 195. num. 16. & seq.

6 Tertiò non est locus petitæ remissioni ex re-
gula illa vulgata, quod cum reus in exceptioni-
bus dicatur actor. l. in exceptionibus 19. ff. de
probat. l. 1. ff. de except. Aldoni. cons. 46. num.
33. & cons. 76. num. 14. Ciriac. contro. 5. num.
137. Rota apud Card. Manti. decis. 230. num. 5.
7 & decis. 240. num. 4. ideò sicut actor tenetur
probare suã intentionem l. actor. 23. C. de prob.
Aldoni. cons. 13. num. 2. Surd. cons. 248. num.
3. lib. 2. Rota apud Card. Manti. decis. 68. num.
1. & seq. & decis. 86. num. 12. & decis. 211. nu. 5.
8 Ita & reus post probatam intentionẽ actoris
tenetur probare suam exceptionem, aliàs debet
condemnari l. 2. & d. l. in exceptionibus 19. ff.
de proba. Aldon. d. cons. 13. num. 2. & cons. 76.
num. 5. Surd. d. cons. 248. num. 3. lib. 2. Ciriac.
d. contro. 5. num. 136. & seq. D. Andreol. con-
tro. 163. num. 12 Rota apud Card. Manti. decis.
111. num. 1. & decis. 230. num. 5. & apud Greg.
XV. decis. 201. num. 3. & decis. 128. num. 2.
dixi ego allegat. 1. num. 14. & seq.
9 Et quidem plenè, & concludenter, plenè pro-
bata intentione actoris, vt in casu nostro,
aliàs debet succumbere Ias. in l. non hoc 4. num.
15. circa fin. C. vndè legit. Alex. in l. ex facto
17. §. si quis autem num. 5. ff. ad Trebell. & cons.
134. in prin. lib. 2. & cons. 181. num. 2. lib. 6.
D. Andreol. d. contron. 163. num. 12. Rota
apud Card. Manti. decis. 251. num. 8. & apud
Buratt. decis. 298. num. 3. & ibi Adden. litera
A. alias retuli d. allegat. 1. num. 15.
10 Ita vt in d. casu reo non sufficiat offuscare
probationem actoris, seù illam turbidam red-
dere Rota apud Card. Seraph. decis. 524. nu. 1.
& apud Card. Manti. decis. 274. num. 4. et decis.
190. num. 2. par. 2. diuer. et decis. 25. num. 1.
et 2. et decis. 182. num. 1. et 2. par. 7. recen.

Quod verò dicta exceptio remissionis pensionis
siuè pretij, admisso, citra veri præiudicium, quod
simus in contractu locationis, non fuerit pro
parte D. Excipientis legitimè probata, demon-
stratur clarissimè, quia, quicquid sit dicendum
in terminis iuris communis, in quibus diuersæ
circa probationem sterilitatis adsunt Doct.
11 opiniones †, licèt verior, & magis recepta
sit illa, probandum esse per conductorem red-
ditus recollectos de illo anno, deductis expẽsis,
non fuisse sufficientes pro solutione medietatis
pensionis soluendæ, vt tradunt Menoch. de ar-
bitr. casu 76. num. 5. vbi dicit, hanc esse veri-
orem, & crebriorem Doct. sententiam, & quam-
plures cumulat Doct. authoritates in addit.
ad d. casum 76. num. 3. Caroc. de loca. & cond.
par. 4. in tit. de remiss. mercedis quæst. 1. num.
4. & seq. vbi dicit, hanc esse receptiorem Doct.
opinionem Costa de ratio. rata quæst. 10. num.
5. & de scien. & igno. cent. 2. dist. 3. num. 8.
Surd. cons. 34. per tot. vol. 1. & cons. 197. n.
3. lib. 2. Gratia. discep. foren. cap. 534. nu. 39.
et cap. 557. nu. 8. par. 3. vbi dicit, hanc esse
veriorem opinionem, quam seruat etiam Rota
Rom. D. Andreol. contro. 119. num. 3. latè Ad-
den. ad Capic. Latro decis. 18. num. 22. vbi te-
statur de communissima opinione Rota decis.
188. num. 1. par. 4. diuer. et apud Coccin. decis.
422. num. 5. attento tamen an sterilitas repa-
rati possit ex fertilitate annorũ præcedentium,
& subsequentium ad tex. in cap. propter steri-
litatem 3. et ibi not. Canonista cõmuniter de loca.
et cond. et tradunt Caroc. Menoch. et alij Doct.
supra adducti.

Nos tamen versamur extra istas difficultates, cum
habeamus claram dispositionem Statuti lib. 2.
rub. 71. mandantis, ad effectum obtinendi re-
missionem per conductorem, esse probandum,
redditus illius anni non excedere duas tertias
partes pensionis soluendæ, non attento an steri-
litas potuerit compensari, seù reparati ex vber-
tate annorum præcedentium, vel subsequenti-
12 um †, quo stante, non est ab eo recedendum
Bald. in l. gallus. 29. §. si eius in secundo not. ff. de
liber. & posthu. Hond. cons. 12. num. 7. & cons.
24. num. 3. vol. 1. Ciriac. contro. 176. num. 25.
13 Thoma. decis. March. 38. num. 1. cum illud di-
catur casus legis Deci. cons. 563. num. 7. Ceph.
cons. 138. num. 20. vol. primo Surd. cons. 58.
num. 3. vol. 1. Thoma. decis. March. 55. num.
39. ita vt illud cessare faciat omnem dubitatio-
nem Aldoni. cons. 35. num. 81. & cons. 100. n.
35. Rota apud Card. Manti. decis. 256. n. 1.

Neutrum autem ex istis probatum fuit pro parte
D. Thomæ, vt ex eiusdem processu clarè vide-
re est: primus namque testis super quarto arti-
culo deponit Mà non sò mò, se delle tre parti non
ve ne sia affidata vna conforme al solito, mà di-
co bene, che credo ne mancassero le due parti solite
ad affidarsi gl'anni passati, & articulo sequenti de-
ponit A mio giuditio l'anno passato, e questo pre-
sente non vi sarà stato affidato delle tre parti
vna &c. & super tertio interrogatorio deponit
Mà io non sò la quantità precisa, che ne sono state
affidate, nè per quanto tempo & idem deponit su-
14 per quarto interrogatorio: Testis autem depo-
nens dubitatiuè nihil probat l. eos 27. C. ad leg.
Iul. de fals. latè Farinac. de testi. quæst. 68. num.
1. & seq. alios adducens, Ciriac. contro. 407.
num. 337. & seq. Caren. de offic. S. Inquis. par.
3. tit. 6. in prin. Rota apud Card. Manti. decis.
338. num. 5. dixi ego allegat. 2. n. 29.
15 Sicut non probat testis depones per verbum

Credo

Credo Mascar. de prob. concl. 459. *nu.* 1. *& seq.*
vol. 1. vbi benè comprobat, quod qui credit
non affirmat, & quod credere, & scire non
possunt simul concurrere, vt ibi per eum, &
concl. 1370. *num.* 1. *vol.* 3. latè *Farinac. de test.*
quæst. 68. *num.* 62. *Ciriac. controu.* 150. *num.*
12. *Caren. d. tit.* 6. *n.* 7. *& resolut.* 194. *nu.* 15.
16 Neque deponens per verba *A mio giuditio*
Gabr. cons. 178. *num.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 168.
num. 9. *vol.* 2. *Caren. d. tit.* 6. *num.* 4. *Rota de-*
cis. 107. *num.* 33. *par.* 2. *diuer. & apud Card.*
Mant. decis. 147. *num.* 2. vbi habetur, quod te-
stis officium est deponere, non iudicare, cum
eius dictum non debeat transcendere sensum
corporis, vt ibi per eam.
17 Probatio enim incerta, & æquiuoca nihil
operatur *Thoma. decis. March.* 93. *n.* 14. *Franc.*
Becci. cons. 52. *sub. num.* 101. *Rota apud Greg.*
XV. decis. 405. *num.* 2. *apud Card. Manti. decis.*
111. *num.* 8. vbi dicit, hoc habere locum, etiam
si materia sit fauorabilis, *& decis.* 240. *num.* 5.
& decis. 251. *num.* 5. *& apud Buratt. decis.* 153.
num. 3. *& decis.* 709. *num.* 7. *& decis.* 380. *nu.*
10. *par.* 5. *recen.* & dixi ego *allegat. prima nu.* 18.
18 Cum probatio debeat de præcisa necessitate
concludere ad tex. *in cap. in præsentia* 8. *& ibi*
Canonista communiter de probat. Alex. cons. 24.
num. 23. *lib.* 2. *Franc. Becci. d. cons.* 52. *num.* 101.
Mascar. de prob. d. concl. 1370. *num.* 6. Rota
apud Greg. XV. decis. 353 *num.* 2. *& apud Card.*
Manti. *decis.* 111. *num.* 5. *& decis.* 285. *num.*
2. *& seq.*
19 Alias, si non sit concludens, non dicatur pro-
batio *Bald. in l. matrem* 17. *in prin. C. de proba.*
Deci. cons. 109. *num.* 3. *Franc.* Becci. *d. cons.*
52. *sub num.* 101. Rota *apud Card. Manti. d. decis.*
285. *num.* 8. sed interpretanda veniat contra
probantem *Surd. cons.* 5. *num.* 47. *& seq. et cons.*
127. *num.* 40. *vol.* 1. *Caren. in d. tit.* 6. *num.* 2.
Rota *apud Greg. XV. d. decis.* 405. *num.* 3. *et*
apud Card. Manti. decis. 149. *num.* 12. alios
adducens quamplures.
Secundus verò testis super secundo interrogatorio
deponit, *Circa il numero preciso delle bestie vacci-*
ne, e caualline, che siano state affidate in quell'
anno, non sò il numero preciso, chi affida per vn
mese, chi per tre, chi per sei &c. & super quarto
interogatorio deponit *Sò, che nõ vi sono state affi-*
date più d'vn terzo, o poco più, o meno delle bestie
solite ad affidarsi gl'altri anni passati, mà il numero
preciso non lo sò, che non l'hò mai contate,
e non sò il numero preciso, che è solito d'affidarsi
gli altri anni, se non che a mio giuditio cõsiderano,
che ci mancassero due terzi delle bestie solite &c.
Testis autem dubiam, & non concludentem
depositionem nihil operari, probaui *supra num.*
13. *et seq. ex Thoma. Becci. Mascar. Rota, et alijs*
ibi adductis.

Maximè cum etiam dictus testis deponat per ver-
ba *Iudicio suo*, vt pariter *ex Gabr. Caren. &* Rota
illum non probare, cum testis officium sit de-
ponere, non iudicare, ostendi *supra num.* 14. &
dixi latius *allegat.* 2. *num.* 29. vbi alios adduxi;
& cum dictus testis nesciat numerum bestiarum
alijs annis affidari solitum, vt ex supradicta
depositione apparet, sequitur, quod non possit
deponere, de dicto anno non fuisse affidatã ter-
20 tiam partem animalium affidari solitam, † cũ
non possit haberi cognitio partis sine scientia
totius, tanquã pars in toto contineatur *l. si quis*
cum totum 7. *ff. de excep. rei iudic. l. in toto* 133.
ff. de reg. iur. Gratia. discept. foren. cap. 766. *n.*
52 *par.* 4. dixi ego latius *d. allegat.* 2. *num.* 30.
Addo prædictis, quod idem testis super generali-
bus interrogatorijs deponit, *Credo non mi essere*
ingannato di cosa alcuna, pure potrebbe anco esse-
21 *re, che ogn'vno è sottoposto a gl'errori* †, Data
autem possibili veritate in contrarium, testis
depositio omninò corruit *Bald. in l. conuenticu-*
lam 5. *num.* 3. *C. de Epis. & cler. Farinac. de*
test. quæst. 68. *num.* 4. *Ciriac. contro.* 150. *num.*
30. *Caren. d. tit.* 6. *num.* 3. Rota *decis.* 216. *n.*
13. *par.* 6. *recen. & apud Greg. XV. decis.* 353.
num. 2. cum alijs per me adductis *allegat.* 1.
num. 20.
22 Addo vlterius, quod dictus secundus testis
est pauperrimus, vt *ipsemet* deponit super inte-
rogatorijs generalibus, vndè nõ est testis inte-
ger, & omni exceptione maior *l.* 3. *in prin. ff. de*
test. Masc. de prob. cõcl. 1003. *n.* 67. *& cõcl.* 1155.
n. 2. *& seq. vol.* 3. & hanc esse veriorem, & magis
cõmunẽ opinionẽ, testatur *Farinac. de test. q.* 57.
num. 3. alios adducens, *Gratia. discep. foren.*
cap. 144. *num.* 5. *par.* 1. *Rota apud Buratt. decis.*
349. *in prin. & apud Post. de manut. decis.* 166.
num. 43. alios adduxi ego *allegat.* 2. *num.* 8. cum
ex paupertate exoriatur in teste præsumptio
mendacij, & corruptionis *d. l.* 3. *& ibi glo. in*
verbo egens ff. de testi. & tradunt *Mascar. & Fa-*
rinac. in loc. proximè citatis.
23 Et licèt non ignorem, solam paupertatem
testem a testificando in totum non repellere,
sed solũ ei diminuere de fide, vt dixerunt *Deci.*
Crau. Gabr. Viui. Menoch. & alij apud *Farin. de*
24 *testi. quæst.* 57. *num.* 8. *& seq.* † quando tamen
cũ paupertate concurrit aliquis alius defectus,
licèt per se non sufficiens ad repellendum testẽ,
vt in casu nostro, tunc testis pauper omninò a
testificando repellitur, vt declarant *Crau. cons.*
249. *num.* 11. *Menoch. de arbitr. casu* 96. *num.*
7. *&* 8. & alij, quos refert, & sequitur *Farin. d.*
quæst. 57. *num.* 46. vbi testatur de communi opi-
nione *Caren. de offic. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.*
68. *in fin. Aldou. cons.* 57. *num.* 8. *Bertaz. cons.*
crim. 170 *lib.* 1. alios ego adduxi *d. allegat.*
2. *num.* 28.

25 Quod enim vnica ſuſpicio non operatur,plu-
res ſimul iunctę optimè operãtur *l.instrumenta*
5.l. rationes 6. l. non nudis 14. *l. non epiſtolis*
13. C. de prob. cap. illo vos. 4. de pigno. & tra-
dũt *Crau.Menoch. et Farin.* in locis proximè ad-
ductis, nec non *Gratia. deciſ.March.* 240 *nn.* 8.
Alter autem defectus, quo laborat d. teſtis, eſt,
quod fuit famulus ſalariatus dicti D. Capitanei
Thomę, vt ipſemet fatetur ſuper ĩterrogatorijs
26 generalibus,† qui licèt examinatus fuerit poſt
famulatum, ideſt elapſo vno menſe cum dimidio
circiter, non tamen dicitur teſtis integer, &
omni exceptione maior. *Tiraq. in tract. ceſſ.*
cauſ.par.1.num.103. Gabr.comm. concl. de teſt.
concl. 10. num. 18. Farin. de teſt. d. quaſt. 55.
num. 149. quod licèt non videatur tranſire ſinè
difficultate, vt videre eſt per Ro*tam Genuen. de-*
ciſ. 77. num.9. per Magon. deciſ. Lucen. 65.n.10.
& alios; expeditum tamen eſt in caſu noſtro, in
quo inter dictum teſtem, & D. Inducentem
tempore depoſitionis adhuc durabat quædam
cõtinuatio famulatus, tum ex breuitate tempo-
ris, quo fuit licentiatus, tum ob non facta inter
eos computa, vt ipſemet teſtis deponit, vt not.
Bart. in l. 1. §. item Mummio. ff. de quaſt. Surd.
deciſ.219.num.4. & voluit *etiam Farin. d. quaſt.*
55. num. 149.
Et quod omnem prorſus adimit dubitationem, il-
lud eſt, quod, admiſſo etiam, citra veri prȩiudi-
cium, quod teſtes ſupradicti probaſſent inten-
tionem inducentis, adhuc tamen probatio præ-
dicta ipſi D. Thomæ adiumento eſſe non poſſet,
quia pro eius parte erat probandum, pecunias
per eum de dicto anno exactas ex affidis bellua-
rum in dicto Monte affidatarum non aſcendere
ad quantitatem ſufficientem pro ſolutione dua-
rum tertiarũ partium penſionis ſoluendę Com-
munitati Cantiani iux. diſpoſitionẽ Statuti *lib.*
2. rub. 71. quod hoc expreſsè requirit, vt remiſ-
ſioni ſit locus: dicti verò teſtes nihil de hoc de-
ponunt, ſed ſolùm contendunt dicere, de dicto
anno 1642. & 1643. non fuiſſe affidatam in
Montanea prædicta, niſi tertiam partem ex bel-
luis affidari ſolitis. ex qua depoſitione non ve-
nit probata intentio d. D. Rei conuenti, quia
non ſequitur in Montanea non fuit affidata, ni-
ſi tertia pars animalium affidari ſolita, ergò
pecunia ex dicta tertia parte exacta non fuit
ſufficiens pro ſolutione duarum tertiarum par-
tium penſionis, ſeù pretij, cum dari poſſit ca-
ſus, quod ex illa tertia parte belluarum affida-
tarum exacta fuerit tanta quantitas pecuniarũ,
quę ſufficere potuerit ad ſoluendum integram
penſionem, ſeù pretium, vel ſaltem ad ſoluen-
dum duas tertias partes illius debitæ dictæ
Vniuerſitati.
Probatio autem non ſolùm non debet eſſe dubi[...],
& obſcura, vt *ex Becc. Thoma.* et *Rota* probaui
ſupra num. 17. & latè comprobat *Barbo. axio.*
191. num. 3. ſed debet concludere per neceſſe,
non autem per poſſibile, vt pariter *ex Alex.*
Becci. Maſcar. & Rota probaui *ſupra num.* 18.
quibus addo *eandem Rot. deciſ. 127. num. 7. &*
deciſ. 149. num. 2. par. 1. recen. & Barbo. d.
axio. 191. num. 2.
27 Non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc con-
tingit abeſſe *l. non hoc 4. C. vndè legit. l. neq. na-*
tales. 10. C. de prob. d. cap. in praſentia 8. de
prob. Aldon. conſ. 44. num. 5. Surd. conſ. 5. num.
46. vol. 1. Barbo. d. axio. 191. num. 2. alios
adducens *Gargiar. Inn. conſ. 25. num. 21. & conſ.*
32. num. 23. lib. 2.
Erat igitur, vt obtineri poſſet in hoc iudicio, arti-
culanda, & probanda quantitas pręciſa bellua-
rum affidatarum de dicto anno, & quod ex di-
cta quantitate affidata ipſe D. Thomas non
exegerit tantam pecuniarum quantitatem, quæ
fuerit ſufficiens pro ſolutione duarum tertiarũ
partium penſionis, ſeù pretij debiti Communi-
tati Cantiani iux. claram diſpoſitionem Statuti
ſupradicti, quod cum factum non fuerit, meritò
ipſe dicitur defeciſſe in ſalutari ſuo, vt dicit
Gratia. diſcep. foren. cap. 557. n. 8. par. 3. & cum
non probauerit eius exceptionem poſt probatã
intentionẽ actoris per exhibitiones Inſtrumen-
ti, venit condemnandus *l. 2. & l. in exceptionibus*
19. ff. de prob. & poſt *Aldon. Surd. Ciriac. &*
Rotam firmaui *ſupra num.* 8. ll. breuitatis ſtu-
dio iterum non repetendos.
28 Statuti enim forma eſt ad vnguem ſeruanda.
Bald. in l. comparationes 19. in 3. oppoſ. in fin.
C. de fid. Iſtru. Deci. conſ. 455. num 7. & 8. &
conſ. 612. num. 3. & ſeq. Hond. conſ. 27. num.
2. lib. 1. Paitel. expedit. 82. num. 16 Franc. Becci.
conſ. 12. num. 16. lib. 1. Thoma. deciſ. March.
94. num. 24. Cenc. de Cenſ. quaſt. 49. num. 15.
& quaſt. 50. num. 7. & quaſt. 111. num. 13.
Rota *apud eum deciſ. 312. in prin.*
29 Et vti nolens beneficio Statuti habẽtis aliquã
qualitatem debet omninò dictam qualitatem
probare, aliès non poteſt obtinere *Deci. conſ.*
520. num. 11. Menoch. conſ. 132. num. 23. lib.
2. Graſſ. de excep. excep. 2. num. 3. Paitel. exped.
12. num. 19. D. Andreol. contro. 193. num. 2.
Surd. conſ. 45. num. 14. & ſeq. vol. 1. Rotam
Senogallien. ſupplementi legitima 10. Iunii 1641.
coram R. P. *D. Merlino §. non obſtat &c. &*
in Bononien. cenſus 4. May 1643. coram R. P.
D. Ghiſlerio §. non obſtat Statutum &c.
Addo poſtremò, quod ſumus in cauſa mora vigo-
re Inſtrumenti habentis executionem paratam
vigore Statuti, & Decreti, quo caſu exceptio re-
miſſionis affictus, ſi requirat altiorem indagi-
nem, prout requirit in caſu noſtro, vt ex ſupra-
dictis clarè apparet, non retardat executionẽ
Inſtrumenti, vt not. *Caroc. de loc. & conduct. par.*
4. de

4. de remiss. merced. quæst. 8. num. 114.

31 Maximè stante obligatione camerali, cuius vigore exceptio prædicta remissionis affictus non retardat illius executionem *Zacch. de oblig. camer. quæst. 18. num. 10. Pract. Ridolphi. par. 1. cap. 8. num. 230.* Rota *apud Zacchi. vbi supra decis. 11. num. 5. & decis. 42. num. 2.* non obstante, quod illa fuerit in iudicio opposita, &

32 super ea factæ fuerint probationes, quo casu illam impedire executionem dictæ obligationis, voluerunt *Zacchi. & Pract. Ridolphina vbi supra*, nec non *Rota apud Zacchi. decis.* 105. *num.* 7. quia id habet locum, quando dicta exceptio fuit probata, cum tunc non dicatur requirere altiorem indaginem, vt declarant idem *Zacchi. vbi supra n. 11. & Rota d. decis. 105. n. 7.* In casu verò nostro illa non fuit probata, vt fuit supra plenè demonstratum, & ideò cessant prædicta, & intrat conclusio supra firmata *per Zacchi. per Pract. Ridolph. &* Rot. *num. 31.*

33 Non esse enim, & esse, & non apparere paria sunt *l. duo sunt Titij 30. ff. de testa. tutel. l. in lege. 77. ff. de contrah. empt. l. cum res 49. §. itaq. ff. de lega.* 1. cum alijs apud *Barbo. axiom.* 174. *nu. 9. & apud Rot. decis. 167. num. 35. par. 1. recen.*

Quare &c. saluo &c.

Secundùm prædicta iudicatum fuit per Excellentis. D. Prætorem Ciuitatis Eugubij Iudicem delegatū ad fauorem Communitatis Terræ Cantiani de anno 1645. quæ sententia fuit confirmata in gradu appellationis per Excellentiss. D. Locumtenentem eiusdem Ciuitatis Iudicem pariter delegatum de anno 1646. Laus Deo & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum quando sit valida, & an firmetur iuramento. Statutum prohibens actum fieri sinè solemnitate an comprehendat actum factum extra territorium statuentium. Iuramentum quando firmet actum factum cōtra bonos mores. Statutum prohibens donationes inter viuos an habeat locum in donationibus ob causam. Donatio ob causam concernentem vtilitatem donantis an dicatur donatio pura, vel permutatio, seù contractus innominatus, do, vt des.

SVMMARIVM.

1 *Donare cuilibet est permissum bona sua cui placuerit.*

2 *Quilibet est rei suæ moderator, & arbiter.*

3 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non est valida.*

Fallit, quando donans aliquid sibi reseruat ad effectum testandi n. 4.

Maximè si quantitas reseruata est notabilis aliàs seccùs n. 5.

6 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet quo ad bona præsentia, stante clausula* omni modo &c.

7 *Clausula* omni meliori modo *operatur, quod actus valeat eo modo, quo potest.*

8 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum mobilium, & immobilium non comprehendit iura, & actiones.*

Et ideò talis donatio est valida num. 9.

10 *Decretum prohibens fieri donationes non comprehendit donationes iuratas.*

11 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non firmatur iuramento.*

Contraria opinio, vti verior, & magis recepta defenditur n. 12.

13 *Iuramentum semper est seruandum, quando seruari potest sine dispendio salutis æternæ.*

14 Cap. non est obligatorium 58. de reg. iur. in *6. declaratur.*

15 *Statutum quando non simpliciter inhabilitat personam, sed solùm prohibet, actum fieri sinè solemnitatibus non comprehendit actum factum extra territorium.*

Licèt contrarium teneant Doct. relati n. 16.

17 *Donator, qui se contulit ad faciendum contractū donationis extra territoriū, præsumitur id fecisse in fraudem Statuti donationē prohibentis.*

18 *Statutum prohibens fieri donationes nō comprehendit mulierem nuptam extra territorium.*

Neque comprehendit donantem extra territorium non subdito habenti ignorantiam Statuti num. 19.

20 *Statutum prohibens fieri donationes non comprehendit donationes reciprocas, & ob causam respicientem vtilitatem donantis.*

21 *Donationes reciprocæ, & correspectiuæ non dicuntur propriæ donationes, & potius permutationes, compensationes, sed debiti solutiones.*

Et æquiparantur contractibus vltrò citròque obligatoriis n. 22.

23 *Contractus dicitur innominatus, quando inest obligatio ex parte donatarij, & adest vtilitas donantis.*

Et verè dicitur titulus onerosus n. 24.

25 *Lucrum non dicitur quod capitur ex vicissitudinarijs conuentionibus.*

26 *Donatio quando fit respectu alienius ex aduerso faciendi, dicitur donatio ob causam.*

27 *Donatio facta alicui cum obligatione, quod ei præstentur alimēta, dicitur donatio ob causam.*

28 *Donatio dicitur ob causam, quando de illa apparet, etiam stante assertione, illam factam fuisse ex causa beneuolentiæ.*

29 *Contractus qualitas vt cognoscatur non atten-*

dantur illius verba, sed effectus.

30 *Statutum prohibens donationes per verba vniuersalia comprahendit donationem ob causam.*

31 *Differentia non est facienda inter verba vniuersalia, & generalia in dispositione legis.*

32 *Statutum prohibens fieri donationes ad euitandas fraudes non comprahendit donationes improprias, & ob causam, si non concurrant coniecturæ fraudis.*

33 *Interpretatio est facienda pro validitate actus.*

ALLEGATIO XXXVIII.

EXcellentissime Domine. Donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, reseruatis scutis vigintiquinque ad effectũ testandi, factam per q. D. Piaceuolam de Cantiano vxorem relictam q. Cecchi de Visso Angelo q. Prosperi de eodem sub rogitu D. Andreæ Tigliæ Notarij publici dicti loci, validam esse, suadetur ex illa communi con-
1 clusione †, quod cuilibet permissum est donare bona sua cui placuerit *l. non vsque* 2. *ff. si quis a paren. fuer. manu. l. in re mandata* 21. *C. manda. l. dudum.* 14. *C. de contrab. empt.* & tradunt *Cepha. cons.* 192. *num.* 23. *lib.* 2. *Paris. cons.* 76. *num.* 3. *lib.* 3. *& cons.* 70. *num.* 18. *lib.* 4. *Hond. consi.* 44. *num.* 79. *lib.* 2. in terminis de muliere donante *Ciriac. contro.* 128. *nu.* 46. *Rot. decis.* 125. *num.* 5. *par.* 5. *rec.*

2 Cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter, ita vt possit facere quicquid velit *d. l. non vsq. d. l. in re mandata & l. in traditionibus* 49. *ff. de pact.* & not. *Paris. d. cons.* 70. *num.* 18. *Ceph. cons.* 121. *num.* 10. *lib.* 1. in terminis nostris *Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 26. *in prin.* Iniquum enim satis esset, si liberum non esset homini ingenuo de rebus suis posse ad sui libitum disponere, vt habetur in d. *l. non vsque* 2. *ff. si quis a paren. fuer. manu.* & post *Curt. Inn. Castr. & Card. Tusc.* per eum relatos tradit *Barbo. axiom.* 199. *post princ.*

3 Neque obstant quæ contra d. donationem in contrarium exaduerso adducuntur, & primò, quod donatio prædicta, vti omnium bonorum præsentium, & futurorum, non valeat, cum per eam donator auferre sibi dicatur liberam testandi facultatem, vt not. *Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta.* 61. *ff. de verb. oblig. Clar. in §. donatio. quæst.* 19. *in prin. Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 26. *per tot. & Pascal. de patr. potes. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 116.

4 Quia dicta conclusio nõ habet locum, quando per donatorem fuit aliquid reseruatum ad effectum testandi, vt in casu nostro, quia tunc non dicitur sublata d. facultas testandi, & donatio est valida, vt declarant *Clar. in d. quæst.* 19. *num.* 8. *Hond. cons.* 37. *num.* 30. *vol.* 1. *& cons.* 44. *num.* 79. *vol.* 2. *Gratia. decis. March.* 39. *num.* 7. *Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 31. *n.* 3. vbi dicit, hoc non habere dubium *Fachin. contro. iuri. lib.* 6. *cap.* 92. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 74. *&* 78. *Pascal. d. cap.* 8. *num.* 118. *Rot. decis.* 581. *num.* 3. *apud Buratt. & decis.* 578. *num.* 8. *par.* 5. *rec. lib.* 2.

5 Maximè cum quantitas reseruata per D. Piaceuolam non sit quid minimum, ita vt illa non dicatur sufficiens ad inueniendum hæredem, quo casu adhuc donatio non valeret, cum haberetur ac si nihil esset reseruatum, sed sit satis cõsiderabilis, nempè scutorum viginti quinque, ita vt admodum verisimile sit, illam fuisse inuenturam hæredem, vt not. *Clar. in d. §. donatio. quæst.* 19. *num.* 8. vbi dicit, esse reseruandam saltem vigesimam partem patrimonij, quod donatur, quod quidem in casu nostro longè superat, cũ bona donata ascendant ad summam scutorum 300. tantùm *Hond. d. cons.* 37. *num.* 32. *& cons.* 39. *num.* 18. *& seq. lib.* 1. *Ceph. cons.* 288. *num.* 29. *lib.* 2. *& cons.* 485. *num.* 133. *lib.* 4. vbi dicit, id remitti arbitrio Iudicis *Pascal. d. cap.* 8. *num.* 118. *& seq. Gratia. discep. foren. cap.* 120. *num.* 4. *p.* 1.

6 Quibus eò magis locus esse debet in casu nostro, cum in dicta donatione adsit clausula, *Omni meliori modo*, cuius virtute vtile per inutile non vitiatur; & ideò donatio sustinetur in bonis præsentibus *Vrsil. ad Affl. decis.* 107. *n.* 4. dicens, ita fuisse iudicatum *Surd. cons.* 450. *sub. num.* 60. *lib.* 3. *Ludo. decis. Perus.* 117. *n.* 3. *Barbo. de clau. clausula* 95. *num.* 44. & benè comprobat *D. Andreol. contro.* 2. *num.* 14. *& contro.* 15. *num.* 48. alios adducens concordantes, *& contro.* 221. *num.* 25. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 4. *glo.* 21. *par.* 1. *num.* 42. vbi testatur de communi opinione *Adden. ad Buratt. decis.* 7. *num.* 14. alias referentes Doct. authoritates.

7 Dicta enim clausula operatur, vt actus valeat eo modo, quo potest *Gabr. cons.* 137. *num.* 23. *lib.* 1. *Hond. cons.* 44. *num.* 26. *lib.* 2. *Theod. Rube. in sing. Rot. Rom. tom.* 2. *de clau. clausula* 517. *in prin. Barbo. d. clau.* 95. *num.* 8. *& seq.* in terminis nostris *Fontanel. d. glo.* 1. *par.* 1. *num.* 43. *Rot. decis.* 490. *num.* 5. *par.* 4. *rec.*

8 Secundò quia donatio prædicta omnium bonorum mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum non compræhendit iura, & actiones, quæ tertium genus constituunt *Betaz. de clau. clausula* 12. *glo.* 2. *num.* 3. *Thesa. quæst. foren.* 2. *num.* 11. *lib.* 1. *Pacif. de Salua. inspec.* 3. *cap.* 2. *num.* 205. *Fontanel. de pact. nupt. d. glo.* 21. *par.* 2. *num.* 44. *Giurb. ad consuet. Messan. par.*

fan. par. 1. *cap.* 1. *glo.* 2. *num.* 6. *Gail. de credit. cap.* 4. *quaest.* 7. *num.* 341. *Rot. apud Cenc. de*
9 *Censi. decis.* 3. *num.* 13 †, & ideò, cum de illis donatrix potuerit testari, & disponere, non potest propterea dici per talem donationem sibi abstulisse liberam testandi facultatem, & sic donatio remanet valida *Guid. Papa decis.* 291. *num.* 1. *Rola. cons.* 65. *n.* 7. & 8. *vol.* 1. *Ceph. cons.* 288. *num.* 40. *lib.* 2. *Caroc. de excus. par.* 1. *quaest.* 9. *Ant. Fabr. in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 34. *de donat. defin.* 11. *Alex. Trentacin. var. resol. lib.* 3. *de donat. resol.* 3. *num.* 13. *Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 29. *per tot.* quam opinionem sequuntur etiam *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 84. vbi dicit, ita in illo Senatu fuisse iudicatum, & *Fontanel. d. clausula* 4. *glo.* 21. *par.* 2. *num.* 43. & *seq.*

10 Tertiò quia Decretum prohibens, donationes fieri non habet locum in donationibus iuratis *Gabr. cons.* 127. *num.* 17. *lib.* 1. *Ant. Gabr. cõm. concl. de iureiu. concl.* 5. *in prin.* alios adducens *Seraph. de priuil. iuram. priu.* 22. *num.* 9. *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom.* 2. *tit.* 19. *num.* 456. *Gargiar. Iun. cons.* 13. *num.* 28. & *cons.* 38. *num.* 11. *lib.* 1. *Ceph. cons.* 170. *num.* 34. *lib.* 2. *D. Andreol. contro.* 123. *num.* 4. & *seq.* Rot. *apud Greg. XV. decis.* 391. *num.* 4. & *apud Buratt. decis.* 44. *n.* 4.

Vel saltem iuramentum in dicta donatione appositum illam confirmat, quia licèt non mediocris sit inter Doct. controuersia, vtrum donatio omnium bonorum praesentium, & futuro-
11 rũ firmetur iuramento, & partem negatiuam sequantur plures Doctores moti ex eo, quod donatio praedicta, vti auferens liberam testandi facultatem, dicatur contra bonos mores *d. l. stipulatio hoc modo concepta* 61. & *ibi Doct. ff. de verbo. oblig.* & ideò non firmetur iuramento *cap. non est obligatorium* 58. *de reg. iur. in* 6. inter quos fuerunt praecipuè *Rola. cons.* 39. *num.* 1. & *cons.* 65. *num.* 2. *lib.* 1. *Clar. in* §. *donatio. quaest.* 20. *Ossasch. decis. Pedem.* 100. *num.* 41. *Gratia. decis. March.* 39. *num.* 2. & alij plures, quos refert *Balth. Tomas. in suis trac. var. tom.* 2. *tit.* 19. *num.* 1102. & *Pascal. de patr. potest. d. cap.* 8. *num.* 119. quorum aliqui testantur de magis communi Doct. opinione.

12 Contraria tamen sententia, imò iuramentum confirmare d. donationem, verior est, & magis recepta, & quam tenuerunt praecipuè *Abb. cons.* 18. *num.* 3. *par.* 1. *Deci. cons.* 655. *n.* 12. & *seq. Cras. cons.* 139. *num.* 9. *Thob. Noui. cons.* 55. *num.* 2. *Grat. cons.* 70. *num.* 26. *par.* 1. *Menoch. cons.* 1. *nu.* 169. *lib.* 1. vbi testatur de communi, & veriori opinione *Surd. cons.* 450. *sub num.* 60. *lib.* 3. *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 4. *glo.* 21. *par.* 1. *num.* 50. & *seq.* vbi dicit iuramentum donationem praedictam confirmare saltem quo ad bona praesentia *Balth. Thomas. in d. tit.* 19. *num.* 1103. vbi alios adducit concordantes *Couar. in rub. de test. par.* 2. *num.* 5. *Fachin. contro. iur. lib.* 6. *cap.* 88. *per tot. Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 27. *num.* 2. & *seq.* vbi dicit, hanc opinionem veriorem, & tutiorem esse, & illam pariter receptiorem dicit *D. Andreol. contro.* 2. *num.* 15. & *contro.* 221. *n.* 25. saltem quo ad bona praesentia, prout illam etiam magis receptam dicunt *Adden. ad Buratt. decis.* 7. *num.* 14. *P. Lessi. de iusti.* & *iur. lib.* 2. *cap.* 18. *dubit.* 13. *num.* 96. & *P. Laiman. in sua Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *quaest.* 12. *num.* 16.

13 Iuramentum enim semper est seruandum, quando potest seruari sinè dispendio salutis aeternae *cap. cum contingat* 28. *de iureiu. cap. quamuis* 2. *de pact. in* 6. *Hond. cons.* 111. *n.* 2. *lib.* 1. *Rot. decis.* 682. *num.* 14. *par.* 4. *rec. tom.* 3. & *decis.* 58. *num.* 6. *par.* 6. *rec.* in casu verò nostro iuramentum potest seruari absque dispendio salutis aeternae, cum illud seruando nullum incurratur peccatũ, vt infra dicam, meritò &c.

14 Neque obstat *cap. non est obligatorium* 58. *de reg. iur. in* 6. quia illud habet locum, quando iuramentũ est contra bonos mores Iuris naturalis, vel canonici, cuius trangressio inducit peccatum, saltem veniale, secùs tamen est, si illud sit contra bonos mores iuris ciuilis tantùm, cuius transgressio, vti iuri naturali, & canonico nõ repugnans, non inducit peccatum, neque periculum salutis aeternae, & ideò de eo non curant Sacri Canones, vt in casu nostro, quia tunc iuramentum est obligatorium, & seruandum, vt benè declarauit ex Modernioribus *Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 27. *num.* 3. & 4. *Fachin. d. cap.* 88. *per tot. P. Lessi. de iust.* & *iur. d. dubit.* 13. *num.* 96. *P. Laima. in d. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 12. *num.* 16. *et lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 7. & *seq. P. Sanch. in praecep. Decal. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. & *seq. Illustris. Sperell. decis.* 46. *per tot.* & dixi ego *allegat.* 27. *num.* 12.

Neque pariter praedicta resistit, quod donatio praedicta facta fuit per D. Piacenolam absque licentia requisita per Decretum, & sic dicto etiã respectu donatio sit nulla ex duobus & primò, quia donatio facta fuit in Terra Vissi, & sic extra territorium, & in loco non subiecto ditioni illius, qui decretum condidit, quicquid enim dicendum sit, quando decretum, seu statutum, simpliciter inhabilitat personam, prohibendo actum fieri, ita vt quodammodo adimat exerci-
15 tium contrahendi † tamen quando non simpliciter, & praecisè inhabilitat personam, sed solùm prohibet actũ fieri sinè certa solemnitate, vt in casu nostro, in quo prohibetur donationẽ fieri sinè licentia Principis, tunc, cum potius censeatur inducta forma contractus, & praescribi sol-

bi solemnitates in contractu seruandæ, non venit attendenda solemnitas Statuti, cui subsunt contrahentes, sed attendi debet solemnitas illius loci, in quo celebratus fuit contractus, & sic Decretum non comprehendit actum factum extra territorium, vt tradunt *Gabr. comm. concl. de stat. concl.* 8. *num.* 22. quamplures adducens concordantes, *Carpa. ad stat. Mediol. cap.* 319. *num.* 2. *& seq.* vbi testatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, & *cap.* 328. *num.* 41. *Bertaz. de clau. cla.* 7. *glo.* 19. *num.* 17. *versic.* contrarium tamen &c. vbi dicit, ita ipsũ in contingentia facti obtinuisse, quamplures adducens sectatores, *Lamberteng. de contr. mulie. glo.* 2. *versic. Mulierum num.* 48. *& seq.* vbi testatur de magis communi opinione, & in terminis nostris de donatione *Ceph. cons.* 170. *& cons.* 171. *lib.* 2. *per tot. Caball. cons. ciuil.* 100. *num.* 44. *lib.* 1. qui hanc opinionem dicit verissimam, *Surd. decis.* 329. *num.* 20. *&* 21. *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom.* 2. *tit.* 19. *ampl.* 62. *fol. mihi* 887. alios quamplures adducens ita sentientes, *Mascar. de gener. Stat. interp. concl.* 6. *num.* 109. *& seq.* vbi quamplures concordantes refert, & dicit, hoc habere locum siuè Statutum loquatur in rem, siuè in personam, *Eugen. cons.* 25. *num.* 46. *lib.* 2. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 20. *Theodo. Rube. in singul. Rot. Rom. tom.* 2. *Circa Stat. interpr. ad Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 149. *num.* 1. *&* 5. *&* benè declarat *Altogr. cons.* 36. *num.* 8. *lib.* 1. alios adducens concordantes, & hanc opinionem renuit sæpius *Rota Rom.* & præcipuè *decis.* 27. *n.* 4. *& seq. apud Buratt. & decis.* 238. *num.* 3. *& sequen. par.* 6. *recen.* ita vt meritò hæc opinio, non solùm magis recepta, imò receptissima possit appellari.

16 Quicquid contrariũ voluerint *Tiraq. de legi. connub. glo.* 8. *num.* 224. *Gabr. cons.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. *Odd. cons.* 51. *num.* 10. *Morot. cons.* 53. *n.* 12. & alij, quos referunt, & sequuntur *Gratia. discep. foren. cap.* 886. *nu.* 7. *& seq. par.* 5. *D. Andreol. contro.* 41. *n.* 3. *& Gargia. Iun. cons.* 22. *lib.* 1. *per tot.* contra quos adest verior, & magis communis Doctorum, & *Rota Rom.* opinio, de qua supra, meritò &c.

17 Quod eò magis locum habere debet in casu nostro, in quo Donatrix non se contulit ad Terram Vissi ad donationem faciendam, statim, seu paulò post redeundo ad locum originis, quo casu in fraudem Decreti id factum fuisse diceretur, vt aduertunt *Carpa. in d. cap.* 319. *n.* 4. *& d. cap.* 328. *n.* 44. *Ciriac. contro.* 10. *n.* 83. *Gargiar. Iun. d. cons.* 22. *num.* 19. *& Mascar. d. concl.* 6. *num.* 134. sed illam fecit, dum in dicto loco moraretur, & inhabitaret per plures annos animo perpetuò ibi permanendi, dum in d. Terra Vissi nupta fuerat, quo casu quamplures ex Doctoribus contrarium tenentibus admittunt, id licere, vti fraude cessante, quos recenset *Tiraq. de legibus connub. glos.* 8. *n.* 219. *Peregr. decis.* 51. *num.* 7. *Lamberteu. d. glos.* 2. *n.* 53. *Cancer. var. resol. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. *Balth. Thomas. in d. tit.* 19. *limit.* 1. *fol. mihi* 828. & non dissentit *Gratia. decis. Mareb.* 102. *nu.* 6. *& seq.*

18 Imò non desunt Doctores volentes, in d. casu Decretum prædictum non ligare mulierem nuptam extra territorium, cum illa, ratione personæ, non dicatur amplius subiecta iurisdictioni originis, inter quos fuerunt *Bal. cons.* 418. *circa medium lib.* 4. *Albert. de Statu. quæst.* 10. *Silua. cons.* 1. *in* 3. *dubio, Tranc. cons.* 271. *sub n.* 3. *Deci. cons.* 277. *sub num.* 2. *Gallia. ad consuet. Alex. præfat.* 8. *num.* 42. *&* 43. *Mascar. de generra. Stat. interp. concl.* 6. *n.* 17. *& seq. Caph. cons.* 414. *ferè per tot. lib.* 3. *Hond. cons.* 5. *n.* 34. *& seq. lib.* 1. Cum mulier nupta extra territorium non dicatur amplius subdita in loco originis, vt latè comprobat *Laderch. cons.* 74. *n.* 6. *& seq.* Maximè cum illud fuerit conditum post eius discessum à territorio *Laderch. ibi n.* 15.

19 Nec non etiã conclusioni supradictæ eo magis locus esse debet, quia D. Placeuola contractum donationis fecit extra territorium non ab ea sola pendentem, vt est testamenti factio, donatio simplex, & similia, sed vltrò, citròq; obligatorium, nempè donationem ob causam, & correspectiuam cum D. Angelo Prospero de Vissos, & sic forense, & non subdito iurisdictioni Status Vrbini, & per consequens Decreti ignare, quo casu benè sustineri contractum extra territorium celebratum sine solemnitatibus Decreti, vt in casu nostro, scripserunt *Alex. cons.* 41. *num.* 9. *lib.* 5. *Gabr. comm. concl. de Stat. concl.* 8. *num.* 4. *Paris. cons.* 99. *n.* 55. *& seq. lib.* 1. *Bertaz. in d. glos.* 19. *sub n.* 17. *Carpa. in d. cap.* 328. *nu.* 42. *Balth. Thomas. in d. tom.* 2. *tit* 19. *limit.* 2. *fol. mihi* 828. quos sequitur *Rot. decis.* 27. *num.* 7. *apud Buratt.*

Secundò principaliter nõ obstat Decretum supradictum, quia cum donatio, de qua supra, non sit simplex donatio, sed correspectiua cum onere alimentorum præstandorum Donatrici toto tẽpore vitæ suæ per Angelum donatarium, ideò

20 Decretum illam non comprehendit, † Cum Decretum prohibens fieri donationes nõ comprehendat donationes reciprocas, & ob causam respicientem vtilitatem donatoris, vt firmant *Ripa in l. si vnquam num.* 26. *C. de reuoc. donat. Alex. cons.* 21. *num.* 7. *& seq. lib.* 3. *& cons.* 113. *n.* 22. *lib.* 6. *Gabr. cons.* 6. *num.* 10. *lib.* 2. *Tiraq. in l. si vnquam in ver. Donatione largitus num.* 8. *C. de reuoc. donat. Surd. decis.* 290. *num.* 20. *Franc. Becci. cons.* 55. *num.* 14. *& seq. lib.* 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 782. *n.* 22. *par.* 4. *Hond.*

Hond. conf. 40. *nu.* 65. *lib.* 1. Card. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 15. *n.* 17. Merli. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 10. *n.* 20. *Fusar. de Subst. quæst.* 308. *in fin Ciriac. contro.* 270. *num.* 10. *Theod. Rub. in sing.* Rot. Rom. *tom.* 2. *circa Stat. Interpr. ad cap.* 149. *Stat. Vrb. lib.* 1. *num.* 21. *Gargiar. Iun. conf.* 13. *num.* 29. *& seq. lib.* 1. *Altogra. conf.* 8. *n.* 33. *lib.* 1. Rot. *apud Buratt. decis.* 120. *n.* 39. *& decis.* 274. *num.* 14. *& decis.* 924. *num.* 4. *& decis.* 347. *n.* 4. *par.* 4. *diuers. & decis.* 458. *n.* 4. *par.* 2. *rec. & decis.* 447. *num.* 34. *par.* 5. *rec. lib.* 2. *& decis.* 358. *num.* 4. *par.* 6. *rec. & decis.* 168. *num.* 4. *& decis.* 240. *n.* 27. *par.* 7. *rec.*

21 Donationes enim reciprocæ, correſpectiuæ,
&ob cauſam, vt in caſu noſtro, non dicuntur
veræ donationes, ſed potius quædam permuta-
tiones, compenſationes, & debiti ſolutiones,
l. aquilius. 27. *ff. de donat.* latè *Tiraq. in d. ver.*
Donatione largitus num. 11. & poſt eum *Clar. in*
d. § *donatio. quæst.* 2. *& 3. Ciriac. contro.* 270.
22 *nu.* 4. *Rot. apud Buratt. decis.* 7. *num.* 8. † Sed
æquiparantur contractibus vltrò, citròque obli-
gatorijs *Gargiar. Iun. conf.* 13. *num.* 36. *& seq.*
alios adducens *Altogr. conf.* 7. *num.* 17. *lib.* 1.
23 Et quando ineſt obligatio ex parte eius, cui
donatur, & adeſt vtilitas donantis, dicitur con-
tractus innominatus, do, vt des. *Deci. conf.* 628.
sub num. 13. *Surd. d. decis.* 290. *nu.* 20. *Tiraq.*
in d. ver. Donatione largitus n. 109. *ver. Nam vt*
dicit &c. cũ alijs relatis per *Ciriac. d. contro.*
270. *num.* 8. *& seq.*
24 Et verè dicitur titulus oneroſus, vt probat
tex. in *d. l. aquilius* 27. *ff. de donat.* & ſcripſe-
runt *Tiraq. vbi supra num.* 11. *Surd. conf.* 419.
num. 62. *& seq. lib.* 3. *Gargiar. Iun. d. conf.* 13.
25 *n.* 82. *Ciriac. d. contro.* 270. *n.* 15. † Lucrum
enim non dicitur quod capitur ex viciſſitudina-
rijs conuentionibus, vt habetur per *Tiraq. vbi*
sup. n. 11. *& n.* 120. *&* 141. *per Ciriac. d. contr.*
270. *num.* 9. *& per* Gargiar. Iun. *d. conf.* 13.
num. 26. & quando data concurrunt non dici-
tur lucrum, ſed quædam permutatio *l. quod au-*
tem 8. §. *si vir ff. de donat. int. vir. & vxor. l.*
sed si lege 28. §. *consuluit ff. de petit. hered. Pe-*
regr. conf. 76. *num.* 29. *lib.* 1. *Altogr. d. conf.* 7.
num. 17. *Caren. resol.* 204. *num.* 13.

Quod verò donatio prædicta ſit correſpectiua, &
ob cauſam, apparet ex ipſo Inſtrumento dona-
tionis, vbi ipſi Donatrici promittuntur alimen-
ta toto tempore vitæ ſuæ, & alia per D. Ange-
26 lum Donatarium †, quando autem donatio ſit
reſpectu alicuius ex aduerſo faciendi, dicitur do-
natio ob cauſam, vt ſupra, & poſt *Imol. Rim. Iun.*
per eum relatos declarant *Ciriac. d. contr.* 270.
num. 6. Rolan. *conf.* 44. *num.* 8. *&* 14. *lib.* 4.
Gargiar. Iun. d. conf. 13. *num.* 28. *& seq. lib.* 1.
& D. Andreol. contro. 6. *num.* 33. & quando reſ-
picit vtilitatem donantis, vt in caſu noſtro, vt
tradunt *Crauet. conf.* 136. *sub num.* 2. *Aiden. ad*
Alba. conf. 240. *litera F. Ciriac. d. contro.* 270.
num. 7. *& Gargiar. Iun. d. conf.* 13. *n.* 28. *& seq.*
27 Et in terminis noſtris, quod donatio alicui
facta cum onere alimentorum non ſit donatio
ſimplex, ſed ob cauſam, tradunt expreſsè *Surd.*
de alim. tit. 8. *priuil.* 72. *num.* 4. *Gargiar. Iun.*
d. conf. 13. *nu.* 25. *D. Andreol. contro.* 2. *in fin.*
Rot. *apud Buratt. decis.* 7. *num.* 8. *& in* Rom.
rescissionis contractus 1. *Decembris* 1608. *coram*
Reuerendissimo Decano.

Neque prædictis obſtare videtur aſſertio, de qua
in Inſtrumento, quod donatio facta fuit per D.
Piaceuolam donatricem ex mera beneuolentia,
28 & quia ſic ei facere placuit, † quia dicta verba
non faciunt, quin dicta donatio non ſit ob cau-
ſam, & oneroſa, cum appareat quid verè actum
ſit, vt poſt *Oldra. Alex.* Rimi. *Iun. &* Rimi. per
eum adductos declarat *Ciriac. d. contro.* 270.
n. 19. & ante eum *Franc. Becei. conf.* 20. *n.* 21.
qui loquitur in fortioribus terminis, maximè
cum donatio facta fuerit Angelo extraneo, in
quo nulla conſiderari poteſt ratio conſanguini-
tatis, vt dicit *Tiraq. in d. ver. Donatione largi-*
tus n. 74. *& Hond. conf.* 47. *n.* 14. *lib.* 1.
29 Ad iudicandam enim qualitatem contractus
non attenduntur verba, ſed rei effectus conſi-
derandus eſt, & ideò verbum Donationis im-
propriè accipiendum eſt ſecundùm ſubiectam
materiam, vt ſcripſit *Deci. conf.* 682. *num.* 12.
& 13. *Menoch. de præsump. lib.* 3. *præsump.* 105.
n. 10. *et seq.* latè *Card. Manti. de tacit. lib.* 2.
tit. 2. *num.* 5. *et seq.* latius *Giurb. decis.* 11. *n.* 4.
et seq. Ciriac. d. contro. 270. *n.* 20. *Rot. decis.*
190. *n.* 6. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *et decis.* 52. *n.* 15.
par. 6. *rec.* cum ex falſa denominatione veritas
rei non poſſit mutari. *l. cum falsa* 5. *C. de iur.*
et fact. igno. Menoch. d. præsump. 105. *in fin.*
30 Neque obſtat, donationem prædictam licèt
ob cauſam, comprahendi a Decreto vniuerſali-
ter loquente. *Gratian. discep. foren. cap.* 82. *n.*
28. *et seq par.* 1. *D. Andreol. contro.* 55. *n.* 16.
cum verba vniuerſalia non videantur poſſe in
ſola ſimplici, & propria donatione verificari,
vt dicit *D. Andreol. in d. n.* 16. Maximè cum ra-
tio fraudis a Decreto conſiderata poſſit habere
locum etiam in donationibus improprijs, &
ideò ad eas Decretum extendi etiam debeat ex
identitate rationis, etiam in materia odioſa *D.*
Andreol. loc. cit.

Quia reſponſio, quod Decretum prædictum nullo
modo vniuerſaliter loquitur, ſed tantùm gene-
raliter, vt ex eo eſt videre, prohibendo, dona-
tiones inter viuos fieri ſinè licentia, abſq; vllo
verbo vniuerſali, & ideò illud non compræhen-
dit donationem ob cauſam, & impropriam, vt
tradunt omnes ferè Doct. adducti *supra nu.* 20.
& præcipuè *Rot. decis.* 358. *num.* 4. *par.* 6 *rec.*

alias

alias adducens Doctorum, & Rotę authoritates.

31 Maximè cũ in dispositione legis non sit constituenda differentia inter verba vniuersalia, & generalia, quicquid sit in dispositione hominis, cum in illa etiam sola verba indefinita æquipolleant vniuersalibus, vt post *Bart. Natt. & Barbo.* per eum relatos tradit idem *D. Andreol. contro.* 112. *num.* 28. *& seq.*

Neque ratio obuiandi fraudibus cõsiderata a Decreto, quæ potest adesse etiam in istis donationibus improprijs, potest efficere, quod Decretum extendatur ad istam donationem ob causam, quia, omisso, quod ratio remouẽdi fraudes fuit fortasse magis colorata, quàm vera, vt in casu suo considerat Rot. *dec.* 103. *nu.* 25. *par.* 2. *diuer.* cum vera ratio prohibendi donationes fuerit præiudiciũ Fisci, & bursæ fiscalis ex causa confiscationũ bonorum, vt quilibet vir prudens rectè iudicabit, & suadetur ex generalitate Decreti, dum ad remouendas fraudes satis erat mulieribus, & alijs imbecillioris consilij tantùm prouidere, vt patet, & omisso, quod nos non sumus in donatione, sed in contractu innominato, do, vt des, & vltrò, citròque obligatorio, & oneroso, vt probaui *supra num* 21. *& seq.* quæ hìc breuitatis gratia non repeto;

32 Respondeo, inquam, prædicta procedere posse fortasse, quando ex coniecturis apparere posset, in dicta donatione impropria fraudẽ interuenire potuisse, vt benè in donatione remuneratoria, in qua propter inæqualitatem meritorum fraus sępè potest interuenire, considerat Rot. *decis.* 358. *num.* 6. *ver. vndè in hac &c. & decis. vlt. num.* 2. *par.* 6. *rec.* in quibus *Rota* voluit firmare, d. Decretum, ratione fraudis, esse extendendũ ad donationes improprias, sed id iudicandum dixit ex circumstantijs, declarando *Decis. Buratt.* 120. *&* 924. quæ contrarium dicere videbantur procedere in donationibus puris, & simplicibus, non autem in donationibus ob causam, quæ nullo modo locum habere possunt in casu, de quo agitur, in quo bona Dominæ Donatricis erant valoris scutororũ tercentum, obligatio verò donatarij præstandi ei alimenta toto tempore vitæ suæ non solùm erat correspondens donationi, verùm illam longè superabat, & ideò nulla fraus in illa considerari potest, nec ideò ratio Decreti potest ad illam extendi, vt considerauit etiam Rot. *in decis. proximè adductis*. Vndè eadem *Rot.* in terminis Statuti Vrbis conditi ad euitandas fraudes, vt in casu nostro, sæpius declarauit illud non habere locum in donationibus ob causam, vt tradit *Theod.* Rube. *in sing.* Rot. *Rom. tom.* 2. *ad Stat. Vrb.* 149. *lib.* 1. *num.* 24. *&* 26. Rot. *decis.* 488. *num.* 27. *par.* 1. *diuer.* & alibi passim.

33 Quod eò magis est dicendum, cum in dubio pronunciandũ sit prò validitate actus. *Surd. cons.* 44. *num.* 21. *lib.* 1. *Giurb. decis.* 36. *num.* 18. latè *Barbos. axiom.* 12. *num.* 17. vbi dicit, d. interpretationem esse reginam aliarũ interpretationum, vt ibi per eum.

Quare &c. saluo semper &c.

De exitu huius causa sit mentio in allegatione sequenti. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Constitutio non publicata quando liget subditos. Statutum prohibens donationes inter viuos quando cõpræhendat donationes improprias, reciprocas, & ob causam, præsertim si loquatur per verba vniuersalia, & quando compræhendat mulierem nuptam extra territorium, est materia allegationis præcedentis.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutio non publicata non ligat.*

2 *Legis ad essentiam est necessaria publicatio.*

3 *Lex non publicata non ligat etiam scientes.*

4 *Lex publicari debet non solùm in Ciuitatibus, sed etiam in Terris, & Castris.*

5 *Lex ita publicari debet, vt ad notitiam omnium deueniat.*

6 *Decretum prohibens donationes non compræhendit donationes reciprocas, & ob causam.*

7 *Donationes ob causam non dicũtur propriè donationes, sed potiùs permutationes, & compensationes.*

8 *Donatio illa propriè dicitur, qua procedit ex liberalitate.*

9 *Decretum prohibens donationes, si loquatur vniuersaliter, compræhendit etiam donationes ob causam.*

10 *Decretum loquens vniuersaliter restringitur ad ius commune.*

11 *Differentia non est constituenda inter verba generalia, & vniuersalia, quando agitur de dispositione legis, secùs in dispositione hominis.*

12 *Casus omnes non compræhenduntur sub verbis vniuersalibus in dispositione legis.*

13 *Decretum prohibens donationes inter viuos est correctorium iuris communis.*

Et iniquum, vti auferens liberam bonorum administrationem num. 14.

Et ideò, licèt vniuersale, non est extendendũ ad correctionem iuris communis num. 15.

16 *Verba vniuersalia restringuntur ad euitandum absurdum.*

17 *Fraus præsumitur ex insolitis cautelis adhibitis.*

18 De-

18 *Decretū prohibens donationes ad euitandas fraudes compræhēdere potest donationes improprias stantibus coniecturis fraudem suadentibus.*
19 Rota in terminis Statuti Vrb. lib. 1. cap. 151. *conditi ad euitandas fraudes sæpius declarauit, illud nō habere locum in donatione impropria.*
20 *Statutum correctorium, & pœnale simul non extenditur etiam ex maioritate rationis.*
21 *Mulier nupta extra territorium non dicitur amplius subdita in loco Originis.*
22 *Subditi dicuntur, qui forum sortiuntur in loco, & quibus onera imponi possunt.*
23 *Forum quis non sortitur in loco originis, nisi ibi inuenïatur.*
24 *Statutum non ligat mulierem nuptam extra territorium.*
25 *Forū sortiri, & Statutis ligari a pari procedunt.*
26 *Statutum disponere non potest in non subditum iurisdictioni statuentium, & n. 32.*
27 *Mulier nupta extra territorium, si ibi remaneat post mortem viri eò, magis dicitur amisisse domicilium originis.*
28 *Statutum nouum non ligat originarium habitantem extra territorium.*
29 *Statuendi potestas inter subditos non arctatur territorio.*
Ita vt subditos ligare valeat Statutum quocumq; se conferant. num. 30.
Quod tamen non habet locum quoad subditum, qui contraxit domicilium extra territoriū. num. 31.
33 *Statuendi actus est iurisdictionis, & ideò exerceri debet erga subditos.*
34 *Decretum prohibens fieri donationes per subditos, etiam extra territorium, declaratur.*
35 *Domicilium originis non amittitur, cum sit immutabile.*
Procedit quoad veritatem, non autem quoad effectus resultantes ex ipso domicilio. n. 36.
37 *Mulier transiens ad domicilium viri retinet etiam utilitatem Originis.*
Procedit in fauorabilibus, non autem in contrarijs. num. 38.
Et quando in loco originis per se, vel per aliū munera sustinet. num. 39.
Vel durante vita viri, secus, si eo mortuo in domicilio viri inhabitare sequatur. num. 40.
41 *Domicilium in pluribus locis habere non est inconueniens.*
Quod procedit, quando in pluribus locis quis conuersatur. n. 42.

ALLEGATIO XXXVIIII.

Excellentissime Domine. Dixi aliàs, donationem omnium bonorū præsentium, & futurorum factam per q. D. Piaceuolam de Cantiano in Terra Vissi Angelo Prospero de eodem cum reseruatione scutorum vigintiquinque ad effectum testandi, & cum promissione alimentorum ex parte donatarij esse validam, & vti factam extra territorium, ac etiam vti donationem ob causam, & correspectiuam non compræhendi a Decreto, donationes inter viuos fieri, prohibente, per iura tunc adducta, de quibus in allegatione præcedenti, a quibus modo non recedo, sed adhuc sum in eadem sententia pro validitate donationis non obstante dispositione alterius Decreti conditi de anno 1621. quod hodiè motiuatur per D.V. Excellētiss. in quo pariter prohibētur donationes inter viuos, etiamsi fiant extra territorium, & non obstante iuramento, quod Decretum d. casu præsumit dolo, & metu extortum, & prout latiùs in eo.

Non obstat igitur dispositio d. Decreti ex pluri-
1 bus, & primò, quia † illud non fuit publicatū in Terra Cantiani, ex qua est oriunda D. Piaceuola Donatrix, neque inuenitur in libro Decretorum, neque, vt audio, reperitur publicatum in Ciuitate Eugubij, & ideò illud non ligat *l. leges sacratissimæ 9. C. de legib. cap. in istis 3. §. leges 4. distin. Borgn. decis. 30. n. 9. lib. 1. Ancar. Iun. quæst. 59. per tot. par. 2. Bursatt. cons. 200. num. 102. & Paitel. exped. ciuil. 44. n. 25. Rolan. cons. 99. n. 4. lib. 2. D. Andreol. contro. 56. n. 34.* plenè *Alder. Mascar. de gener. Stat. interp. concl. 8. n. 42. & seq. Farinac. in fragm. crim. litera C. num. 643. Costa de scien. & igno. cent. 2. dist. 98. nu. 5. Ciriac. contro. 210. n. 53. P. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 22. dubit. 13. num. 98.* benè *P. Layman. in sua Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 1. num. 3. & cap. 2. in prin. Vermigliol. cons. crim. 434. num. 19.*

2 Ad legis enim essentiam requiritur, quod sit promulgata, quia cum lex sit communis viuendi regula illa publicari debet, vt omnes secundùm eam suas actiones instituere possint *d. l. leges sacratissimæ 9. C. de leg. Felin. in cap. 1. n. 12. vers. non obstant notata de tregu. & pace Alder. Mascar. d. concl. 8. n. 43. D. Thom. par. 2. q. 90. art. 4. Nauar. cons. 1. ver. quintò dico de constit. P. Layman. in d. lib. 1. tract. 4. cap. 2. in prin.* Et ideò ex publicatione perfici legem meritò scripserunt pariter *Felin. Mascar. & Nauar.* in locis proximè adductis.

3 Quæ quidem publicatio legis adeò est necessaria, vt, etiamsi de illa habeatur scientia, tamen illa non sit sufficiens, vt lex ligare dicatur, nisi publicatio interueniat. *Bald. in l. 1. §. fin. C. de caduc. tollen. & in cap. 2. num. 25. & ibi Barba num. 67. Dec. num. 15. Bero. num. 50. de constit. idem Dec. in cap. 1. num. 19. de postul. pral. Alex. cons. 52. num. 1. in fin. lib. 7. Gabr. comm. concl. de legib. concl. 4. num. 6.* vbi testatur de magis communi opinione *Nauarr. in d. cons. 1. in 1. quæst. vers. quinto dico, de constit. Alder. Mascar. de gener. stat. interp. d. concl. 8. num. 45. Farinac. in fragm. crim. litera C. n. 640. Caroc. decis. seu casu 63. num. 3. & 4.* qui pariter testatur de magis communi opinione, quicquid contrarium dixerint *Ant. Burg. Grat. & Vinc. de Franch. in locis relatis per Farinac. vbi supra num. 646.* contra quos adest magis communis Doct. opinio, de qua supra.

4 Et dicta publicatio est facienda non solùm in Prouincijs, & Ciuitatibus, sed etiam in Terris, & Castris, vt voluerunt *Alex. cons. 181. n. 13. lib. 6. Plot. de in litem iur. §. 52. num. 12.* benè comprobans, *Ancar. Iun. d. quæst. 59. par. 2. per tot. Bursatt. d. cons. 200. num. 204. & Farinac. in d. fragm. crim. litera C. num. 650. & sentit Paitell. expedit. ciuil. 44. nu. 25. & seq. Ciriac. d. contro. 210. num. 53.* vbi dicit, non sufficere, publicationem fuisse factam in Ciuitate dominante, nisi fiat in alijs Ciuitatibus, quam plures adducens concordantes, *& sentit etiam Vermiglio. d. cons. 434. num. 21. Eugen. cons. 87. per tot. lib. 2.* quicquid sit in Bullis Pontificiis, de quibus per *Farinac.* vbi supra.

5 Ratio enim postulat, legem eo modo promulgari, vt commodè, & humano more possit omnibus innotescere, nè damnum incurrant ex ignorantia, neque se iustè possint excusare, si nõ obseruant, vt dicit *P. Less. de iust. & iur. d. lib. 2. cap. 22. dubit. 13. n. 98.* ac etiam *Paitel. d. exped. ciuil. 44. num. 29.* Quod certè non fieret, si lex vbiq; nõ promulgaretur, meritò &c.

6 Secundò non obstat dictum Decretum, quia illud non cõprahendit donationes reciprocas, correspectiuas, onerosas, & ob causam respicientem vtilitatem donantis, qualis est donatio, de qua agitur, quæ fuit facta cum onere præstandi alimenta donatrici toto tempore vitæ suæ, vt post *Rip. Alex. Gabr. Tiraq. Surd. Becci. Gratia. Hond. Card. Manti. Merli. Fusar. Ciriac. Theod. Rube. Gargiar. Iun. & Rot. Rom.* per me adductos latè probaui in *alleg. praeceden. num. 20 & seq.* & Statutum de insinnandis donationibus non compræhendere donationem ob causam firmauit *Rota decis. 460. num. 11. par. 4. rec. tom 2. & decis. 58 num. 51. par. 6. rec.*

7 Cum dictæ donationes non dicantur propriè donationes, sed potiùs permutationes, compensationes, contractus onerosi, & vltrò citròq; obligatorii, & innominati do, vt des, & ideò non compræhendatur in Decreto donationes inter viuos prohibente, vt pariter post tex. in *l. Attilius Regulus 27. ff. de don. & post Dec. Tiraq. Clar. Surd. Ciriac. Gamm. Gargi. Iun. Rot. Rom.* & alios probaui in *dicta allegat. praeced. num. 21. & seq.* quibus nunc addo eandem *Rot. d. decis. 460. num. 9. par. 4. rec. tom. 2. & dec. 127. num. 14. par. 6. rec.*

8 Donatio enim illa propriè appellatur, quæ non ex alia causa fit, quam ex liberalitate. *l. 1. & ibi. glo. ff. de donat. D. Andreol. contro. 4. n. 23. & contro. 6. num. 33. Hond. cons. 40. num. 65. vol. 1.* qualis non potest appellari donatio, de qua agitur, quæ non fuit facta ex mera liberalitate, & ex causa lucratiua, sed cum obligatione consequendi a donatario alimenta toto tempore vitæ suæ, vt patet ex ipso Instrumento donationis, vt not. *Oldra. cons. 139. vol. 2. vers. vndè verisimile &c.* & post eum *Honded. d. cons. 40. num. 65. vol. 1.* Quod quidem fundamentum, vti in iure tutissimum, & a tot Doct. & a Rota Rom. comprobatum per dictum secundum Decretum generaliter, vt dixi, donationes in viuos prohibens non est sublatum, vt tradunt *Doct. supradicti*, meritò &c.

9 Neque obstat, si dicatur, Decretum prædictũ anni 1621. vti vniuersaliter loquens compræhendere etiam donationes ob causam, vt tradunt *Gratia. discep. foren. cap. 82. num. 28. & seq. par. 1. & D. Andreol. contro. 55. num. 16.* Cum verba illa Decreti quauis causa, & occasione, & cuiuscumq; speciei donationem, non videantur posse in sola, simplice, & propria donatione verificari, vt dicit *D. Andreol. d. n. 16.* & eo magis, cum ratio fraudis a Decreto considerata possit habere locũ etiam in donationibus impropriis, & ideò etiam ad eas Decretum extendi debeat ex identitate rationis, licèt materia sit odiosa *Dec. cons. 300. num. 5. & 6. D. Andreol. loc. cit.*

10 Quia respondeo. Primò, quod etiam Decretum, quod loquitur per verba vniuersalia, restringitur ad ius commune, & secundùm illud intelligitur, & ad eius terminos, quantùm fieri potest, reducitur, vt minus ab eo recessum dicatur, vt post *Torniol. cons. 82. num. 44. & cons. 9. num. 37.* per eum relatum dicit *Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 1. glo. 2. n. 120. in fin. Altogra. cons. 34. num. 13. & seq. lib. 1.*

11 Secundò, quia, vt dixi *alleg. praeced. num. 31* in dispositione legis non est constituenda differentia inter verba generalia, & vniuersalia, cum in illa sola verba indiffinita æquipolleant vniuersalibus, quicquid dicendum foret in dispositione hominis, vt post *Bart. in l. si pluribus 45. num. 5. ff. de legat. 2. Natt. cons. 308. num. 3. & Barbo.*

& Barbo. in l. 1. par. 1. num. 4. ff. solut. matr. per eum relatos tradit idem *D. Andreol. contro. 112. num. 28. & seq.* latè comprobans, benè *Altogra. conf. 34. num. 12. lib. 1.*

12 Et sub ratione vniuersali non comprahenduntur omnes casus quando sumus in dispositione legis, sed solùm in dispositione hominis. *Osasch. decis. Pedem. 169. num. 5. Becci. conf. 100. num. 18. lib. 1. Surd. conf. 10. num. 28. lib. 1. & conf. 267. num. 19. lib. 2. & conf. 461. n. 16. ver. nec repugnat lib. 4. Capb. conf. 199. nu. 24. lib. 2. Gratian. discept. foren. cap. 724. num. 15. par. 4. idem D. Andreol. contro. 112. num. 34. Rot. decis. 377. num. 6. par. 4. rec. tom. 2. Altograd. vbi sup.*

13 Maximè cum dictum Decretum prohibens fieri donationes inter viuos dici possit correctorium iuris communis, cum sit contra tex. in *l. non vsq. adeo. 2. ff. si a parent. quis fuc. manu. & in l. dudum. 14. C. de contrah. empt. & in l. in re mandata. 21. C. manda.* & latiùs probaui

14 *allegat. 25. num. 45.* †, & sit etiam iniquum, vti auferens liberam bonorum administrationem *Curt. Iun. conf. 110. num. 8. Barbo. axiom. 199. num. 2. Aldoni. conf. 108. num. 15. & 16. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 83. num. 7.*

15 & dixi ego *d. alleg. 25. num 45.* † Et ideò licèt vniuersale ooo veniat ampliandum ad iudicandam iuris correctionem, vt tradunt *Gozad. conf. 88 num. 9. & seq. Osasch. d. decis. 169. num. 6. in fin. & nu. 13. & D. Andreol. d. contro. 112. num. 33.* & cum sit etiam pænale, & ideò non extendendum, neque ex maioritate rationis, vt dicam *infra num. 20.*

16 Addo prædictis, quod verba etiam vniuersalia restringi debent ad euitandum absurdum, *Surd. decis. 233. num. 21. Ctriac. contron. 81. num. 26. & contro. 531. nu. 57.* Non modicum autem sequeretur absurdum, si Decretum prædictum comprænderet omnes concessiones bonorum ob causam, omnesq; contractus reciprocos, correspectiuos, & innominatos, do, vt des, qui propter pactorum inæqualitatem dubitari posset, an continerent in aliqua parte tacitam donationem, ità vt ferè commercium impediretur, meritò &c.

Neque ratio a Decreto considerata obuiandi fraudibus, quæ potest etiam habere locum in istis donationibus improprijs, seù contractibus innominatis, facere potest, quod illud ad hanc donationem ob causam extendatur, quia vt dixi in allegat. præceden. non est ponere os in Cælum asserere rationem prædictam remouendi fraudes fuisse potiùs coloratam, quam veram, vt in casu suo aduertit *Rota decis. 103. num. 15. par. 2. diuer.* Cum vera ratio prohibendi donationes inter viuos fuerit præiudicium Fisci, & bursæ fiscalis, ne tali medio homines se subtraherent a confiscationibus bonorum; quod quidem suadetur ex tam enixa voluntate disponentis, qui sub colore fraudis vitandæ non semel, sed iterum, & cum tot cautelis voluit subditis dictam facultatem faciendi donationes

17 inter viuos adimere, † ex quibus simulationē, & fraudem in agente præsumi post *Castr. conf. 337. num. 20. vol. 4.* per eum adductum scribit *Mascar. de proba. concl. 815. num. 37. lib. 2.* Nec non etiā suadetur ex generalitate Decreti prohibentis omnibus indistinctè facere donationes inter viuos, dum, si verè dicta ratione fraudis vitandæ motum fuisset, satis erat mulieribus, & alijs imbecillioris consilij tantùm prouidere, vt sancitum fuit in *Statuto Romano lib. 1. cap. 151.* & quilibet vir prudens rectè poterit arbitrari.

18 Respondeo, inquam, vt dixi pariter *allegat. praeced.* supradicta fortasse locum habere posse, quando ex coniecturis apparere posset, in donatione impropria fraudem interuenire potuisse, prout in donatione remuneratoria, in qua, propter meritorum inæqualitatem, fraudē aliquando interuenire posse considerauit *Rota decis. 358. num. 6. vers. vndè in hac, & decis. vlt. num. 2. par. 6. recen.* in quibus *Rot.* noluit firmare, Decretum conditum ad euitandas fraudes, etiam donationes improprias comprænhendere, sed id dixit, ex circumstantijs esse iudicandum, declarando decis. *Burrat. 120. & decis. 924.* quæ prima fronte contrarium dicere videbantur habere locum in donationibus puris, & simplicibus tantùm, vt ibi est videre.

19 Et ideò eadem *Rota* in terminis *Statuti Vrb. lib. 1. cap. 151.* conditi, pariter ad euitandas fraudes, vt in casu nostro pluries declarauit, illud non habere locū in donationibus improprijs, & ob causam, vt videre est ex eadem *Rota apud Crescen. decis. 1. de donat. num. 6. & in Roman. donat. de Cupis 5. Iunij 1602. coram Card. Pamph. & in Rom. donat. de Castellanis 17. Martij 1630. corā Reuerendiss. Decano,* quas refert eadem *Rota d. decis. 358. n. 4. par. 6. recen.* Quæ quidem non possunt sibi locum vendicare in casu nostro, in quo promissio donatarii prȩstandi alimenta Donatrici toto tempore vitæ suæ benè correspondet donationi, quæ non excedit scuta tercentum circiter, vt dixi in *allegat. praceden.* & sic nulla fraus in ea considerari potest, nec ideò ratio Decreti ad illam valet extendi, vt patet, & considerat *Rota d. decis. 358. & d. decis. vlt. par. 6. rec.*

Cui extensioni eò minus locus esse debet, cum simus non solùm in Decreto correctorio, vt su-

20 pra dixi, sed etiam pænali, † quod, vti correctorium, & pænale copulatiuè, non patitur extensionē etiam ex identitate, vel maioritate rationis *Rol. conf. 74. n. 17. & seq. lib. 3. Aleta. conf. 22.*

conf. 22. n. 3. lib. 9. Osasch. decis. Pedem. 147. num. 3. latè *Villag. de exten. leg. in tit. de exten. leg. pæn. & correct. simul, ante num. 1. & n. 25. & seq. Farinac. in fragmen. crimin. litera E num. 162. Ciriac. contro. 345. num. 23.* alios adducens, & dicens, hoc habere locum etiam in Statuto pænali, & exorbitanti simul, vt ibi per eum.

Vltimò non obstat dictũ Decretũ de anno 1621. quia illud loquitur de subditis, vt ex eo est vi-

21 dere, † D. verò Piaceuola, vti nupta in d. Terra Vissi, & sic extra territorium, & ibi retinens domicilium non dicitur amplius subdita in loco originis, vt tradunt *Bald. in l. 2. num. 7. C. vt in possess. lega. & cons. 411. num. 2. lib. 1. & cons. 176. num. 1. lib. 5. Alberi. de Stat. par. 2. quæst. 10. Castr. cons. 89. col. 2. lib. 2. Deci. cons. 661. num. 6. Ruin. cons. 200. num. 14. lib. 2. Tiraq. de legi. connubi. leg. 1. glos. 1. num. 37. Caph. cons. 53. num. 35. & 36. lib. 1. & cons. 161. n. 9. lib. 2. Ancar. Inn. quæst. famil. 9. n. 14. par. 1.* vbi dicit, ità fuisse iudicatũ Ferrariæ *Gerar. Mazzol. cons. 86. n. 13. & 14. Rimin. Iun. cons. 15. n. 70. & seq. Laderch. cons. 52. n. 4. & seq. & cons. 74. n. 6. & seq.* latissimè comprobans, & contrarijs omnibus respondens *Hond. cons. 6. n. 16. & seq. lib. 2.* Quicquid contrarium tenuerit *Bertaz. cons. ciuil. 103. per tot.* Et ideò in dicto Decreto non debet comprehendi, vt tradunt Doct. supradicti, & præcipuè *Laderch. in loco cit.* plenè *Altogra. cons. 97. n. 30. & seq. lib. 1.*

22 Subditi enim dicuntur, qui forum sortiuntur in loco, & illi, quibus onera imponi possunt. *Bald. cons. 445. num. 6. lib. 5. Soc. Iun. cons. 7. num. 12. lib. 2. Tiraq. de retrac. lignag. §. 9. glos. 2. num. 22. Laderch. d. cons. 74. num. 6. Hond. d. cons. 6. num. 16. & seq. Rota decis. 21. n. 4. par. 5. recen.* Mulier autem alibi nupta non potest cogi in loco originis ad munera personalia subeunda *l. 1. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10.*

23 *Laderch. loc. cit.* † neque pariter conueniri potest in loco originis, nisi ibi inueniatur *Bart. in l. assumptio 6. §. filius n. 2. ff. ad municip. Castr. in l. 2. §. legatis, & ibi Curt. Inn. ff. de indic. Hond. cons. 5. num. 35. lib. 1. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 36. num. 14.* ergò non dicitur subdita, sed per inde est, ac si in totum suæ origini se exemisset, vt benè declarat *Laderch. in loc. cit. & Caph. cons. 171. num. 32. lib. 2. & Altogra. vbi sup.*

24 Et ideò Statutum non ligare mulierem nuptam extra territorium, cum illa ratione personæ non dicatur amplius subdita iurisdictioni originis, voluerunt *Bald. cons. 418. lib. 4. & cons. 226. lib. 5. Alberi. de Stat. par. 2. quæst. 10. Silu. cons. 1. in 3. dubio Castr. in d. cons. 89. n. 2. lib. 2. Cranet. cons. 271. sub num. 3. Deci. cons. 277. n. 2. ver. secundò ad Statutum & c. Gallia. ad consuet. Alex. præfat. 8. n. 43. Alder. Mascar. de gener. Stat. interp. concl. 6. num. 17. & seq. Laderch. d. cons. 74. num. 6. & seq. Caph. cons. 414.* ferè *per tot. lib. 3. Hond. cons. 5. num. 34. & seq. lib. 1.* quos refert, & sequuntus suut *allegat. præceden. num. 18. Altogra. d. cons. 97. per tot.* & præcipuè *num. 74.*

25 Forum enim sortiri, & Statutis ligari a pari procedunt *Alder. Mascar. de gener. Stat. interp. concl. 1. num. 94. Hond. d. cons. 5. num. 36. lib. 1. Caph. cons. 414. n. 4. lib. 3. Franc. Becc. cons. 62. num. 20. lib. 1.* Mulier autem nupta extra locum originis ibi forum non sortitur, nisi ibi inueniatur, vt tradunt *Bart. Castr. Curt. Inn. Hond. & Gail. in locis supra cit. num. 23. et Caph. d. cons. 414. num. 49. lib. 3.* ergò neque Statutis ligari debet in loco originis, vt in terminis argumentantur *Hond. d. cons. 5. num. 34. et seq. et Laderch. d. cons. 74. n. 16. et Caph. cons. 171. num. 31. et seq. lib. 2.*

26 Statuta autem in non subditos iurisdictioni statuentium disponere non possunt *l. fin. ff. de iurisd. omn. Ind. Bart. in l. omnes populi. 9. nu. 36. ff. de iusti. et iur. et in l. cunctos populos p. num. 26. C. de summ. Trin. et fide Cath. Bald. in l. de quibus 31. n. 25. ff. de legi.* quos referendo sequitur *Alder. Mascar. de gener. Stat. interp. concl. 6. num. 3. et seq. Hond. cons. 11. num. 9. lib. 1.* alios adducens concordantes *Gallia. ad consuet. Alex. de præfat. 8. num. 36.*

27 Quod eò magis locum habere debet in casu nostro, in quo D. Piaceuola Donatrix non solùm nupta fuit extra territorium in d. Terra Vissi, sed etiam ibi permansit post mortem viri, vndè eò magis præsumitur dereliquisse locum originis, & ciuilitatem illius amisisse *Bart. in d. l. assumptio. 6. §. pen. ff. ad municip. Caph. cons. 171. num. 32. lib. 2. Hond. d. consil. 5. nu. 47. in fin. lib. 1. Ciriac. contro. 504. num. 89. et seq.*

28 Et cum dictum Decretum conditum fuerit longè postquam D. Piaceuola domiciliũ transtulerit ad dictam Terram Vissi, in qua nupta fuit, quo casu fatentur omnes, originarium, qui alibi habitat, non ligari Statutis nouis loci originis, vt dicit *Baldus in rub. C. si a non compet. Iudic.* & post eum *Soc. Sen. cons. 271. num. 9. vers. præterea lib. 2. et cons. 79. num. 11. lib. 4. Alberi. de Stat. par. 2. quæst. 10. Ruin. cons. 200. num. 13. lib. 2.* quos refert, & sequitur *Laderch. d. cons. 74. num. 15.*

29 Licèt enim potestas statuendi inter subditos non arctetur territorio *l. fin. ff. de Decr. ab ord. fact. l. si quis in hoc 10. C. de Episc. et Cler. Mascar. de gener. Stat. interp. concl. 6. nu. 116. Petr. Pecch. de testa. coniug. lib. 3. cap. 9. in fin.* ità vt eos ligare possit quocumque se conferant, vt dicit idem *Mascar. d. concl. 6. nu. 117.*

30 † maximè si Statutum id expressè disponat, vt in

vt in ea su nostro *Alex. conf.* 128. *num.* 2. *verf. secùdò respondeo lib.*1.*Soc.Sen.conf.* 302. *in prin. lib.*2. *Rolan. conf.* 80.*n.*40. *ver. secùdò responde-*
31 *tur lib.*4.*Mascar.d.concl.*6.*n.*119.†Hoc tamen habet locum quo ad eum, quilicèt reperiatur extra territorium, adhuc tamen remanet subditus, vt quia extra territorium domicilium non contraxerit, vel illud retinuerit etiam in loco originis, secùs tamen est quo ad eum, qui contraxit domicilium in alio territorio, vt in casu nostro, in quo D. Donatrix, vti nupta in Terra Vissi, ibi contraxit domicilium, & deseruit omninò domicilium originis, quia illum Statutum non comprehendit, quomodocumque illud loquatur, ex defectu iurisdictionis, cum ille non dicatur amplius subditus, nec Statuti iurisdictioni subiectus, vt tradunt *Soc. Sen. d.conf.* 288. *col.* 1. *lib.* 2. *Gabr. comm. concl. de Stat. concl.* 8. *num.* 11. latè *Gallia. ad consuet. Alex. præfat.* 8. *num.* 16. *& seq. Mascar. d. concl.* 6. *num.* 104. *& seq. & num.* 133. vbi testatur de communi opinione, & scribit etiam *Ciriac contro.* 370. *num.* 52.

32 Statuta enim non possunt disponere in non subditos, & iurisdictioni statuentium non subiectos *Bart. in. d. l. omnes populi* 9. *num.* 36. *ff. de iust. & iur. Mascar. d. concl.*6. *num.*3. *Gallia. d. præfat.* 8. *num.* 36. *Hond. d. conf.* 11. *num.* 9. *lib.* 1. *Ciriac. d. contro.* 370. *nu.* 54. & dixi sup.
33 *num.*26. †Cum actus statuendi sit iurisdictionis, & ideò exerceri debeat erga subditos, & circa quos se extendit iurisdictio, siuè Statutum sit fauorabile, siuè odiosum *Paris. conf.*68. *n.*9. *lib.* 2. *vbi de communi Alex. conf.* 44. *num.* 9. *lib.* 5. *Gabr. de statu. d. concl.*8. *num.* 13. *&* 19. *Mascar. d. conclu.* 6. *num.* 42. alios recensens; extra enim territorium quilibet censetur ad instar priuati, & ideò illius lex non se protendit ad homines, qui non sunt suæ ditionis *Rolan. de lucro dot. quæst.* 36. *num.* 2. *Decia. conf.* 35. *num.* 37. *vol.* 1. *Paris. conf.* 12. *num.* 10. *& seq. & conf.*53. *n.* 84. *& seq. vol.* 3. *Bursatt. conf.*8. *num.* 26. *lib.* 1. *Mascar. d. concl.* 6. *n.*6. *Gratia. discept. foren. cap.* 824. *num.* 32. *par.* 5.

34 Neq; obstat, quod Decretũ loquatur etiã de illis, qui contraxerunt domicilium extra territorium, quia illud intelligi debet de illis, qui etiam in loco originis æqualiter conuersantur, & etiam in eo retinent domicilium; ita vt remaneant subditi etiam in loco originis; vt dicit *Hond. d. conf.* 5. *num.* 44. *& seq. lib.* 1. quod non adaptatur casui nostro; non autem intelligendum venit de illis, qui a loco originis omninò recesserunt, constituendo domicilium in alio territorio, & ideò amplius non sunt subditi, quia ad eos dispositio Decreti non porrigitur, vt tradunt *Doct. supra adducti num.* 31. & præcipuè *Ciriac. d. contro.* 370. *num.* 52. *&*
Ceph. conf. 170. *num.* 32. *in fin. lib.* 2.

35 Neque pariter nocet, domicilium originis non amitti, sed sit immutabile *Surd. conf.*553. *num.* 21. *& conf.* 560. *num.* 7. *lib.* 4. *P. Sanch. de matrim. lib.* 3. *disput.* 23. *num.* 4. *Barbos. de Episc. allega.* 4. *num.*20. qui dicunt, id procedere, etiam si extra locũ originis quis per mille
36 annos inhabitaret, † quia id procedere potest quo ad veritatem, cum fieri verè non possit, quin sit Ciuis loci originis, secùs tamen est quo ad effectus resultantes ex ipso domicilio, quia illud benè mutari potest; si enim Ciuitas originis deseratur, & alibi retineatur domicilium, tunc etiam domicilium originis, & ciuilitas origine acquisita mutatur, & amittitur, & amittuntur commoda ex illa resultantia, vt tradunt *Afflic. decis.* 384. *nu.* 8, *& ibi Vrsill. num.* 4. *Rolan. conf.* 79. *num.* 32. *& seq. lib.*3. *Ceph. conf.* 13. *num.*46. *& seq. lib.* 1. *& conf.* 414. *nu.* 44. *& seq. lib.* 3. *Menoch. de præsump. lib.* 6. *præsump.* 42. *num.* 5. *& seq. P. Sanch. d. disput.* 23 *in fin. Hond. d. conf.* 5. *nu.* 43. *& seq. lib.* 1. *Ladereh. d. conf.* 74. *n.*7. *Gail. prac. obser. lib.* 2. *obseru.* 36. *num.* 6. *& seq. Surd. conf.* 313. *n.* 63. *& seq. lib.* 3. & in puncto de muliere nupta extra territoriũ *decis.*330.*n.* 21. *Adden. ad Buratt. decis.*811.*nu.* 6. *Rota decis.* 327. *n.*1.*&* 5 *par.*1.*diuer.* quibus addo *D. Andreol.* post hæc scripta visum *contro.* 239. *n.*49. alios adducentem sectatores.

37 Neque venit attendendum, quod mulier trãsiens ad Ciuitatem viri retinet ciuilitatem originis, vt dicit *Bart. in l. fin.* §. *item rescripserunt num.* 5. *ff. ad municip. Surd. conf.* 560. *num.*10. *lib.* 4. *Hond. d. conf.*5. *num.*12. ita vt vti possit
38 beneficio statutorum originis, vt ibi per eos, † quia respondeo multipliciter, & primò, quod id potest habere locum in fauorabilibus, non autem in contrarijs; vt videtur sentire *Bart. ibi*, & post eum *Alex. conf.* 20. *in fin. lib.*2. *Crauct. conf.* 271. *num.* 3. *ver. non obstat modo & Gallia. ad consuet. Alex. d. præfat.* 8. *num.* 43. *Mascar. de gener. Stat. interp. concl.*6.*num.*18. *Hond.d.conf.*5.*n.*45.*Morot. conf.*53.*n.*13.*Ceph. conf.* 171. *num.* 30. *lib.* 2. *Altogra. d. conf.* 97. *num.* 112.

39 Secundò id potest procedere, quando mulier alibi nupta in loco originis per se, vel per aliũ eius nomine munera sustineret, quia tunc gauderet etiam beneficio statuti originis ad notat. per *Bart. & alios in l. cum quædam puella* 19. *ff. de iurisd. omn. iud.* & declarant *Rum. conf.*112. *lib.*5. Rolan. *d. conf.* 79. *n.*49. *verf. secundò intelligi potest &c. lib.* 3. & post eos *Hond. d. conf.* 5. *num.* 46. vbi dicit, in hoc non esse differentiam inter mulierem, & alium ciuem, vt ibi per eum.

40 Tertiò doctrina *Bart. in d.* §. *item rescripserunt*,

ruut posset fortasse habere locum in muliere durante vita viri, quia cum dicto tempore illa a domicilio originis abesse dicatur ex quadam necessitate, ideò illud deseruisse dici non valeat, vt scripsit *Morot. d. cons. 53. num. 20.* secùs tamen dicendum est si mortuo viro mulier in domicilio viri adhuc permaneat, vt facit D. Piaceuola Donatrix, vt mihi in facto supponitur, quia tunc nulla amplius in vidua consideratur necessitas, dum potest redire mortuo viro ad Ciuitatem originis, vndè permanendo in domicilio viri præsumitur omninò deseruisse Ciuitatem originis, & sic illius Ciuitatem, & domicilium amisit secundùm *Bart. in d. l. assumptio 6. §. pen. ff. ad municip. Caph. cons. 171. num. 34. lib. 2. & Hond. d. cons. 5. num. 47.* & alius DD. supra adductos.

41 Neque obstat postremò, quod nō est inconueniens, quem in duobus locis domicilium retinere *Hond. d. cons. 5. n. 44. Adden. ad* Buratt.

42 *decis. 811. n. 7.* † Quia id habet locum, quando quis in vtroq; loco æqualiter conuersatur, vt declarat *Alberi. in l. assumptio 6. §. iuris prudentibus in prin. ff. ad municip.* quem refert, & sequitur *Hond. d. cons. 5. num. 44.* Quæ non conueniunt casui nostro, meritò, &c.

Quare &c. saluo semper &c.

Secundùm prædicta sententiatum fuit pro validitate donationis in Ciuitate Eugubij per Excellentiss. D. Laurentium de Meis Moudulpheusem Prætorem d. Ciuitatis de anno 1645. & eius sententia fuit confirmata per Excellentissimum D. Locumtenentem eiusdē Ciuitatis de anno 1646. Laus Deo &c. & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Mater quando teneatur præstare filiæ alimenta, & dotem, & an teneatur præstare alimenta ex dote tradita secundo viro filijs primi matrimonij. Pro alimentis an detur hypotheca, & possit pro eis agi contra tertios possessores saltem officio Iudicis. Actio personalis, & officium Iudicis an dentur contra possidentem titulo lucratiuo, vel oneroso. Mulier dando omnia eius bona in dotem quando censeatur illa dedisse detracto ære alieno. Donatarius omnium bonorum, & Fiscus quando teneantur præstare alimenta filijs donatoris, & condemnati. Agnati an teneantur ex bonis feudalibus præstare alimenta, seù dotem filię Vasalli. Auus maternus quando teneatur præstare dotem, & alimenta nepti.

S V M M A R I V M.

1 *Mater in subsidium tenetur præstare filio alimēta.*
Et etiam illam dotare in subsidium. num. 4.

2 *Alendi onus spectat ad proximiorem.*

3 *Mater, sublato patre, est proximior filio quocumque alio, cum sit ei in primo gradu.*

5 *Mater tenetur præstare alimenta filio in subsidiū, etiam si transierit ad secunda vota.*
Contrarium tenet Author. num. 6. & seq.

7 *Filio pro alimētis competit solū officiū Iudicis.*
Non autem actio hypothecaria. 8.

9 *Filius pro alimentis debitis officio Iudicis non potest agere contra tertios possessores licèt contrarium senserint aliqui Doct. n. 10.*
Quorum opinio declaratur. num. 11.

12 *Officium Iudicis, subsistente eadem æquitate, datur contra tertium possessorem.*
Cum officium Iudicis dicatur in rem. n. 13.
Quod declaratur. num. 14.

15 *Maritus possidet dotem titulo oneroso.*

16 *Maritus ex fructibus dotis tenetur alere vxorē, & filios.*
Et si quos super lucratur ex d. fructibus suos facit. n. 17.

18 *Doctor est intelligendus secundùm legem, quam allegat.*

19 *Officium Iudicis subrogatur in locum actionis personalis.*
Et dicitur quasi actio personalis. num. 20.

21 *Actio personalis licèt in subsidium detur contra possidentem titulo lucratiuo.*
Licèt aliqui Doct. contrarium teneant. n. 22.
Non datur tamen contra possidentem titulo oneroso. num. 23.

24 *Pater potest liberè de re sua disponere per contractum onerosum, etiam in præiudicium legitimæ filiorum.*
Contrarium tenent aliqui Doct. ibi n. 25.

26 *Mulier dando omnia eius bona in dotem censetur illa dare deducto ære alieno.*
Fallit, quando mulier dedit in dotem quantitatem certam. num. 28.
Item quando pecuniam datam in dotem maritus cum sua immiscuit, & bona fide consumpsit. num. 29.

27 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

30 *Creditor anterior non potest auocare pecuniam solutam secundo creditori, & bona fide consumptam.*

31 *Donatarius omnium bonorum tenetur præstare alimenta filijs donatoris.*

32 *Donatarius omnium bonorum non dicitur propriè hæres donatoris.*
Conueniri tamen potest in subsidium, tanquā vniuersalis successor donatoris. num. 33.

34 *Donatio omnium bonorum vniuersalis non est tituli.*
Moriente tamen donatore sinè hærede, induit naturam tituli vniuersalis. num. 35.

36 *Hæres tenetur alere illum, quem tenebatur alere defunctus.*

37 *Fiscus tenetur alere filios condemnati.*
38 *Fiscus succedens aliter, quam per titulum hereditarium, puta per confiscationem, dicitur quasi hares.*
Et dicitur successor vniuersalis, vel hares anomalus. num. 39.
Et in eum transeunt omnium iura actiua, & passiua delinquentis. num. 40.
41 *Mater tenetur praestare filio alimenta solùm in subsidium, & facta excussione.*
42 *Actione agens subsidiaria tenetur probare, non adesse alia bona.*
43 *Quæ sunt extra acta, sunt extra mundum.*
44 *Filiæ Vasalli debentur alimenta, & dos ex bonis feudalibus, qua erant sui Patris.*
45 *Argumentum valet a feudo ad emphiteusim.*
46 *Opinio aquior est sequenda, licèt contraria esset magis communis.*
47 *Æquitas habet vim legis, & pro lege potest allegari, vbi lex specialiter non prospexit.*
48 *Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro dote.*
Etiamsi totũ euerteretur fideicõmissũ. n. 49.
Ac etiamsi testator expressè mandauerit, d. bona non posse alienari ex causa dotis. n. 50.
51 *Mater non tenetur praestare filio alimenta, quando non habet pro se.*
52 *Pauper non tenetur alere alium pauperem.*
53 *Alimenta sunt prius deducenda pro eo, qui tenetur alere.*
54 *Ordinata charitas incipit a se ipso.*
55 *Onus alendi non potest pratendi, nisi in eo, quod superest illi, qui tenetur alere.*
56 *Auus maternus tenetur dare nepti alimẽta, quãdo mater, pater, & auus non tenentur illa praestare.*
Et in dicto casu tenetur etiam dotare neptem num. 57.
58 *Auus venit appellatione patris.*
59 *Auus maternus venit appellatione matris.*
60 *Onus alendi fauore alimentorum extenditur in linea collaterali vltra primum gradum.*

ALLEGATIO XXXX.

EXcellentissime Domine. Subtiliter non minus, quam doctè more suo iuxta tradita per *Bart. in l. si pater 4. in prin. C. de instit. & subst.* vbi dicit, quod, qui plus scit, plus dubitat, per modum dubitandi sentire, videtur Excellentissimus Dominus meus Iudex delegatus in hac triangulari causa, vt ad propositum dicebat *Costa de re integr. dist. 95. in prin.* in qua quæritur, quis teneatur præstare alimenta Perillustr. D. Lucretiæ hæc q. Illustriss. D. Comitis Ioannis de Monteueteri, an Perillustr. D. Constantia eius mater, & vxor olim d. D. Comitis Ioannis, & modò coniux Perilllust. D. Consalui Benamati de Terra Cantiani, seù Perillust. D. Io. Franciscus Bauerius de Ciuitate Senogalliæ Pater d. D. Constantiæ, & Auus maternus d. D. Lucretiæ, seù Illustrissimi DD. Comites de Monteueteri fratres d. q. D. Comitis Ioannis, & Patrui d. D. Lucretiæ, sentire, inquam, videtur d. D. Constantiam matrem obligatam esse ad subministranda alimen-
1 ta d. D. Lucretiæ eius filiæ ex illa iuris conclusione, quod deficiente substantia paterna mater tenetur præstare filio alimenta, si filius aliundè nõ habeat, vt est tex. in *l. si quis a liberis 5. §. verum, & in l. penul. ff. de liber. agnosc. & in auth. si pater C. diuor. fact. & c.* & not. *Cin. Bart. Bald. Alex. Aret. & alij in l. alimenta 11. C. de nego. gest. Bart. in tract. de alim. num. 13. Bald. in l. neq. mater 13. in prin. C. de iur. dot. Alex. in l. 1. num. 21. Ias. num. 28. Crot. n. 88.* Rip. *num. 79. & alij ff. solut. matr. Campegg. de dot. par. 1. quæst. 22. num. 1. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 13. Caphal. cons. 5. n. 63. vol. 1. Coler. de alim. lib. 1. cap. 6. num. 11. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 14. num. 9.* alios adducens, ità sentientes, cum quibus pertranseunt *Giurb. decis. 5. num. 39. & decis. 6. num. 11. Nouar. quæst. forens. par. 2. quæst. 10. num. 1. Costa remed. subsid. 65. num. 2. & remed. 106. num. 5. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 17. n. 9. Fontanell. de pact. nupt. cla. 5. glos. 2. n. 10. Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 3. n. 52. Grat. discep. foren. cap. 259. nu. 22. par. 2.* Gargiar. *cons. 8. num. 15. & cons. 99. n. 10. vol. 1. Michal.* post hæc scripta visus *de fratr. par. 3. cap. 32. n. 27.* Ità vt meritò dici possit, hanc opinionem esse communiter receptam per Doctores.

3 Onus enim alendi spectare ad proximiorem certissimum in iure est axioma, vt post *Paris. in l. 1. num. 131. ff. solu. matr.* per eum relatum tradit *Gargiar. in d. cons. 8. num. 13.* & scribit *Surd. de alim. d. quæst. 14. num. 9. in fin.* sublato autem patre nemo filio est proximior matre, quæ est ei in primo gradu. *§. primo grad. Inst. de grad. cogn. Gargiar. d. cons. 8. num. 15.* Imò filius non magis patri adstringitur, quàm matri, *Innoc. in cap. 2. de regu.* quem refert, & sequitur *Surd. d. cap. 14. num. 9. in fin.* benè *Petr. Greg. Tolos. in sua sintag. iur. vniuer. lib. 11. cap. 7. in prin.*

4 Quod in tantùm est verum, vt mater diues nõ solùm teneatur subministrare filiæ alimenta, quando non habet aliundè, & pater est pauper, verùm etiam si diues sit, vt dixi, teneatur filiam pauperem dotare. *l. neq. mater 4. C. de iur. dot. & ibi not. Cin. Bald. & alij,* & tradunt *Ias. in d. l. 1. num. 28. ff. solut. matr.* vbi alios adducit,

& testa-

& testatur hanc esse communē Doct. opinionē & ibi *Crot. n.* 88. qui pariter testatur de communi opinione, & ibi etiā *Ripa. n.* 79. attestans pariter de communi opinione, *Campeg. de dot. par.* 1. *d. quæst.* 12. *num.* 1. *Alex. cons.* 144. *n.* 14. *vol.* 6. *Boer. decis.* 129. *num.* 3. *Cæphal. d. cons.* 5. *num.* 63. *Surd. de alim. d. quæst.* 14. *num.* 13. alios adducens quamplures huius ampliationis sectatores, *& decis.* 164. *n.* 15. *Hond. cons.* 91. *num.* 78. *vol.* 1. Quibus addo ita pariter sentientes *Cost. d. remed.* 65. *num.* 1. *& seq.* vbi dicit, quod mater diues tenetur prius dotare filiam pauperem, quam frater ipsius filiæ etiam diues, & quod non tenetur dotare filiā diuitem, quicquid sit in patre, vt ibi per eum, *Menoch. de præs. lib.* 4. *præsump.* 189. *num.* 28. *& de arbitr. iudi. casu* 460. *per tot. Gratia. discep. foren. cap.* 690. *num.* 14. *par.* 4. *Fontanel. de pact. nupt. d. clau.* 5. *glos.* 2. *num.* 3. *&* 4. quamplures adducens concordantes, *Gargiar. d. cons.* 8. *num.* 16. *vol.* 1. *Card. Mant. de tacit. lib.* 12. *tit.* 10. *n.* 34. *& tit.* 16. *num.* 23. *& Michalor.* post hæc scripta visus *de fratr. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. *Rot. decis.* 329. *num.* 15. *& seq. par.* 5. *recen.* quicquid contrarium senserint *Angel. Alex. Roma. & Ias. in locis relatis per Surd. in d. quæst.* 14. *num.* 13. *in fin.* contra quos est communis Doct. opinio, de qua supra, & eos reprobat etiam *Surd. loc. supra cit.* & cum supradicta conclusione pertransit etiam *Calui. de æquit. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 8. *& seq.*

5 Quæ quidem conclusio, quod mater diues tenetur præstare alimenta filiæ pauperi in subsidium habere debet etiam locum, quando mater ad secunda vota, & omnia eius bona secūdo viro pro dote assignauit, vt tradunt *Bald. in l. hac edictali* 6. *in lect. antiqua C. de sec. nupt. Gallia ad consuet. Alex. in verbo Solidos q.* 6. *n.* 34. *Costa remed. subsid.* 106. *n.* 5. *Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 1. *cap.* 314. *num.* 21. *Nouar. in d. q.* 10. *num.* 6. & sentit *Odd. de restit. in integ. quæst.* 59. *art.* 3. *num.* 21. & voluit *Surd. de alim. tit.* 4. *quæst.* 12. *per tot.*

Verùm, prædictis non obstantibus, contrarium cēseo de iure verius, d. scilicet D. Constantiam matrem d. D. Lucretiæ, quæ ad secunda vota transiuit, nullo modo obligatam esse, nec D. Consaluum eius virum ad præstanda alimenta d. eius filiæ ex infrascriptis, Et primò, quia

6 licèt mater diues teneatur alere filiam pauperē in subsidium, id tamen non habet locum, quando mater transiuit ad secunda vota, & omnia eius bona secundo viro in dotem dedit, vt contra Doct. supra in contrarium adductos *num.* 5. tenuerunt *Crot. in l. si constante* 25. *num.* 155. *& ibi Lancellot. Deci. in fin. princ. ff. solu. matr. Ias. in l. si donaturus* 9. §. *si quis indebitum num.* 6. *ff. de cond. caus. data, Salic. & Aret. in l. si Paterno affectu* 15. *C. de nego. gest. Cordub. in l. si quis a liberis* 5. §. *si quis ex his num.* 273. *ff. de liber. agnosc. Lup. in cap. per vestras* 7. §. 19. *de donat. inter vir. & vxor. Castr. cons.* 304. *n.* 5. *vol.* 2. *Capra cons.* 105. *n.* 5. *Alex. cons.* 110. *in prin. vol.* 7. *Porti. cons.* 19. *n.* 76. *Coler. de alim. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 22. *Surd.* ferè contrarius *de alim. tit.* 1. *quæst.* 41. *num.* 2. vbi dicit ex fructibus dotis nō esse alendos filios primi matrimonij, vt ibi per eum, & latè, ac doctè quidem more suo comprobat nouissimè post hęc scripta visus *D. Andreol. contro.* 250. *per tot.*

Neque in contrarium facere videtur, quod, cum d. D. Lucretię filiæ ante constitutionem dotis factam per d. eius Matrem D. Consaluo secundo viro competeret ius contra dict. D. Costantiam eius Matrem pro consequutione alimentorum, sequi videatur, quod, si illa postea in dotem dederit eius bona secundo viro, illa transierint ad maritum affecta d. onere alendi d. D. Lucretiam eius filiam, vt tradit *Cordub. in d. §.*

7 *si quis ex his num.* 321. quia, cum pro alimentis debitis filię per Matrē solùm competat officiū Iudicis, vt tradunt idem *Cordub. in d. l. si quis a liberis* 5. *in prin. num.* 38. *ff. de liber. agnosc. Bert. in tract. de alim. num.* 8. *Molin. de primog. Hispan. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 70. vbi dicit, ita omnes tenere, cum alijs quos refert, & sequitur *Surd. de alim. tit.* 3. *quæst.* 1. *in prin.* Non autem competat actio hypotecaria in bonis Matris, vt

8 docent *Neguz. de pigno. par.* 2. *memb.* 4. *n.* 164. *vers. ego puto &c. Couar. de spons. par.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 22. *Cordub. in d. l. si quis a liberis* 5. §. *idem rescripsit n.* 81. *ff. de liber. agnosc. Gabr. commu. concl. de alim. concl.* 2. *num.* 4. *Coler. de alim. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 39. *Thes. quæst. foren.* 67. *nu.* 70. *lib.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 366. *num.* 2. *par.* 2. *& decis. March.* 129. *num.* 11. *Surd. de alimen. tit.* 8. *priuil.* 51. *per tot. Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 13. *num.* 73. *Ciriac. contro.* 18. *num.* 3. *Merlin. Pignat. controu.* 61. *n.* 5. *Arias de Mesa var. resol. lib.* 3. *cap.* 37. *n.* 3. *Andreol. d. contro.* 205. *num.* 4. *& Merlin.* post hæc scripta visi in tract. *de pign. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 5. *& seq.* vbi testatur de veriori opinione, & dicit contrariam opinionem procedere, quādo alimenta debentur ex testamento, vel pro eorum solutione essent assignata certa bona, vt ibi per eum, quam opinionem sequitur *Rot. Rom. decis.* 260. *num.* 2. *par.* 1. *diuer. & decis.* 125. *num.* 12. *par.* 4. *recen. tom.* 2. *& decis.* 36. *in fin. & decis.* 119. *num.* 20. *apud Merlin. de pigno.* post hæc scripta visæ; quicquid contrariū senserint *Dilect. Moron. Felin. Castr. Dec. & alij relati per D. Andreol. d. contro.* 205. *num.* 4. *& per Merlin. de pign. in d. quæst.* 1. *nu.* 2. contra quos adest magis communis Doct. opinio, de qua supra, & Rot. Rom. authoritas, ita vt parum

parum de eis sit curandum ad not. *per Rot. decis.* 194. *num.* 59. *par.* 7. *rec.* cessante autem hypotheca non possunt dici bona in dotē data transire in maritū cum dicto onere, vt benè animaduertit *D. Andreol. d. controu.* 205. *num.* 4.

9 Et ideò voluerūt magis cōmuniter Doct. quod pro d. alimentis debitis officio Iudicis agi non possit contra tertios bonorum possessores Matris, & sic contra Maritum, vt tradunt *Ruin. consil.* 124. *n.* 12. *vol.* 1. *Grat. discept. foren. cap.* 366. *num.* 8. *par.* 2. vbi dicit, tunc ius petendi alimenta transire in possessorem bonorum patris, siue matris, quando illa possidentur ab hærede, alias secus, vt ibi per eum, & benè declarat idem *Gratia. decis. March.* 129. *num.* 11. *& seq. Couar. de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. *§.* 6. *num.* 14. vbi reprobat *Dilect.* contrarium sentientem, *Neguſ. de pigno. in* 4. *membr.* 2. *par. num.* 164. *Thesa. decis.* 211. *num.* 11. *Pacif. de salui. inspec.* 3. *cap.* 4. *num.* 476. *& seq.* secundum vltimam impressionem *Thesa. Iun. quæst. foren.* 67. *n.* 17. *lib.* 2. & optimè declarat *Giurb. d. decis.* 5. *n.* 13. *vers. dummodo fuerint &c. & num.* 43. vbi docet non agi pro alimentis contra tertium bonorum paternorum possessorem, nisi bona sint in contractu pro illis obligata, vel in eorum satisfactionem fuerint assignata, vt ibi per eum, & idē voluit *Surd. de alimen. tit.* 8. *priuil.* 51. *num.* 2. *vers. verum ex his &c.* vbi dicit, contrariam opinionem, erroneam esse, *& tit.* 1. *quæst.* 50. *num.* 2. *& seq.* vbi docet, neque hypothecaria actione, neque personali agi posse pro alimentis per filium contra possessorem bonorum patris ex causa onerosa, cum patri non sit prohibitum eius bona alienare titulo oneroso, etiam in præiudicium alimentorum, & legitimę filiorum, dummodò id non faciat in fraudem, quicquid sit in possessore ex causa lucratiua, vt ibi per eum, quibus addo ita sentientes *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 25. *& in tract. de pigno. lib.* 3. *quæst.* 1. *n.* 12. *Rot. decis.* 36. *num.* 16. *& decis.* 119. *num.* 20. *apud eundem Merlin. de pigno.* & non dissentit eadem *Rot. decis.* 125. *num.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 2.

10 Licèt contrariū scripserint *Castr. Dilect. Dec. Lup. & Becci.* relati per *Surd. d. priu.* 51. *in prin.* quorum opinionem erroneam appellat idem *Surd. ibi*, & quicquid contrarium voluerint etiam *Capic. Coler. Peregr. Rolan.* & alij relati per *Giurb. d. decis.* 5. *num.* 13. volentes pro alimentis dari hypothecam, & obligationem Patris pro alimentis inhærere bonis, & transire cum d. onere ad quemcumque possessorē, quia

11 eorum opinio vel intelligenda est, quando alimenta sunt relicta in testamento, vel pro eis aliqua sunt assignata bona in contractu, vt benè declarant *Giurb. in d. decis.* 5. *num.* 13. *vers. dummodo &c. & num.* 49. *& Pacif. de salui. d.* cap. 4. *num.* 476. *& seq. & Merlin, de pigno. in d. quæst.* 1. *num.* 6. 7. *& seq.* cum alijs *Doct. supra adductis num.* 9. vel alias d. opinio esset erronea, vt dicit *Surd. d. priu.* 51. *num.* 2. *vers. verum ex his &c.* & vti cōtra supradictam communem Doct. opinionem, de qua supra non est attendenda *Ciriac. contro.* 399. *num.* 2. *Rot. d. decis.* 194. *num.* 59. *par.* 7. *rec.*

Neque obstat, quod licèt d. D. Lucretia filia d. D. Constantiæ non possit agere contra eam, & contra D. Consaluum vitricum possessorem bonorum Matris pro alimentis ei debitis, cum ei deficiat hypotheca super bonis Matris, vt supra dixi *n.* 8. possit tamen agere contra d. Vitricum officio Iudicis, quod datur filiæ pro alimentis consequendis, vt dixit *Surd. de alim. tit.* 3. *quæst.* 1. *in prin.* cum alijs supra adductis *num.* 7. quod officium Iudicis subsistente eadē æquitate dari contra singularem successorem, post tex *in l. quædam* 9. *§. is autem ff. de eden.* voluerunt *Bald. in cap.* 1 *col.* 8. *de probat. Iaf. in l.* 4. *§. cato. num.* 26. *ff de verb. oblig. Capic. decis.* 20. *num.* 28. cum alijs relatis per *Surd.*

13 *de alim. tit.* 1. *quæst.* 49. *num.* 6. Cum d. Iudicis officium dicatur in rem, & qui eo tenetur dicatur realiter obligatus, vt not. *Bart. in d. l.* 4. *§. cato num.* 5. *& ibi Iaf. num.* 26. *ff. de verb. oblig.* cum alijs quos refert, & sequitur *Menoch. de recup. possess. remed. vlt. n.* 9. *&* 10. *Surd.* alios adducens concordantes *d. quæst.* 49. *num.* 7.

Quia respondeo, omissis multis breuitatis gratia, quæ contra prædicta obijci possent, quę habentur per scribentes *in d. §. cato*, & præcipuè per *Aret. Claud. Ruin. Rip. Soc. Iun. & alios*, respondeo inquam, quod d. obiectum euitari fa-

14 cilè potest ex eo, quia tunc officium Iudicis fortasse dici potest in rem scriptum, & transire in singularem successorem, quando eademmet æquitas, propter quam datur dictum officium Iudicis contra principalem, æquè militat etiam contra singularem successorem, vt videtur voluisse *Bart.* licèt subobscurè in *l. si tertius* 6. *§. si quis prius num.* 5. *ff. de aqua plu. arcen.* quem sequitur, & declarat *Iaf. in d. l.* 4. *§. cato num* 26. & post eum *Menoch. in d. remed. vlt. num.* 9. *& Surd. de alimen. tit.* 1. *quæst.* 24. *post num.* 9. *& quæst.* 49. *num.* 6. *& quæst.* 104. *n.* 8. *& Capic. d. decis.* 20. *n.* 28. Cessat autem eadem æquitas consequendi alimenta, quæ militat quo ad matrem in Vitrico, quia mater est maximè sanguine coniuncta filiæ, cum sit ei in primo gradu *§. primo gradu Inst. de grad. cogna.* & dixi *sup. num.* 3. a qua sanguinis coniunctione descendit æquitas alendi filiam, vt post *Parif. Gargiar. & Surd.* dixi pariter *sup. n.* 2. Vitricus autem nulla cognatione vinctus est priuigno, sed solum inter eos adest quædam affinitas, vt aduertit *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 4. *in fin.* Nec

habetur loco parentis l. si non dum 3. C. de furt.
inducendo vt per Surd. d. q. 41. n. 3. nec ei debe-
tur reuerentia, sed potest vocari in ius sine venia
Alex. & alij in l. generaliter 13. ff. de in ius voc.
15 Secundò vitricus possidet dotem titulo one-
roso Costa remed. subsid. 106. illat. 6. nu. 5. vbi
dicit id esse verum, tam ex parte viri, quam
vxoris Surd. de alim. tit. 1. quæst. 32. num. 5.
Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 31. n. 62. Gomez.
ad leg. Taur. 22. num. 12. Gratia. discep. foren.
cap. 53. n. 12. par. 1. Ciriac. contro. 456. n. 16.
& dixit Rot. decis. 722. num. 9. par. 1. diuers.
Cum ex fructibus dotis teneatur alere vxorem,
16 eius filios, & alia onera matrimonij substine-
re l. dotis fructus 8. ff. de iur. dot. l. pro oneribus
20. C. eod. tit. cap. salubriter 16. de vsur. & not.
Pacif. de salui. inspec. 3. cap. 4. nu. 148. Ciriac.
contro. 173. num. 9. latè Surd. de alim. tit. 1.
quæst. 32. num. 4. & tit. 9. quæst. 31. num. 20.
Rot. decis. 292. n. 1. par. 2. rec. & apud Greg.
17 XV. decis. 63. num. 5. & decis. 468. n. 3. Etsi
quod superlucratur ex d. fructibus suos facit ra-
tione d. onerum matrimonij d. l. dotis fructus
8. ff. de iur. dot. & scripsit D. Andreol. d. contro.
205. num. 2. & ante eum Surd. de alim. tit. 1.
quæst. 35. num. 3. & seq. & quæst. 36. num. 12.
& 13. Barbos. in l. si constante 25. num. 46. ff.
solut. matr. Rot. apud Merl. de pigno. decis. 3. n. 2.
post hęc scripta visa, & fuit dictum in Macera-
ten. Interusuriorum 28. Nouembris corã R. P. D.
Manzanedo, Et sic cessat omninò æquitas in Vi-
trico, quæ alias concurrit in Matre per iura
prædicta.
Ad quæ crederem respexisse Surd. de alim. tit. 1.
quæst. 50. post num. 2. dum dixit, quod tunc
officium Iudicis dari potest contra tertiũ pos-
sessorem pro alimentis, quando d. tertius pos-
sessor possidet titulo lucratiuo, & in istis ter-
minis loquitur Menoch. in d. remed. vlt. num. 7.
& seq. vt ibi est videre, cum quibus concordat
tex. in d. l. quadam 9. §. is autem ff. de eden.
ex aduerso adductus, vbi officium Iudicis dan-
dum esse dicitur pro editione contra legatariũ,
qui legatarius clarum est, quod possidet titulo
lucratiuo, & est loco hæredis, vt bene aduer-
tunt ibi Ias. num. 11. & Rip. in d. l. 4. §. cato
num. 31. ff. de verbor. oblig. qui fortius voluit
officium Iudicis tunc solùm dici in rẽ scriptã,
quando agitur contra legatarium, vel hæredem,
secus si contra singularem successorem, puta
emptorem, & sim. vt ibi per eum, dum ergo
Bart. & alij Doct. supra relati asserentes, offi-
cium Iudicis dari contra tertium possessorem
18 subsistente eadem æquitate mouentur per d. §.
is autem, in quo agitur de possessore ex causa
lucratiua sunt intelligendi secundum legem,
quam allegant Bart. in l. non solum 9. §. libera-
tionis ff. de libera. lega. Euerar. in Topic. in loco
a subiecta materia num. 26. Dec. cons. 1. num. 5.
Rolan. cons. 95. num. 9. lib. 3. Rot. decis. 302.
num. 9. par. 4. rec. tom. 2. Nec eorum traditio
est extendenda ad possidentem ex causa onero-
sa, & sic extra terminos d. §. is autem per iura
prædicta.
19 Quod eò magis suadetur, cum officium Iu-
dicis subrogetur in locum actionis personalis
Surd. cons. 528. num. 20. vol. 4. Ciriac. contro.
245. num. 3. Rot. decis. 329. num. 2. par. 1. &
decis. 315. num. 27. par. 4. tom. 2. & decis. 585.
20 num. 23. par. 5. rec. lib. 2. Et dicitur quasi
actio personalis Innoc. in cap. cum M. 9. sub
num. 9. de const. Bald. in l. 1. num. 7. C. commun.
diuid. & in auth. litigiosa sub num. 1. C. de litigio.
Menoch. cons. 838. num. 12. Ciriac. contro. 380.
num. 62. Rot. decis. 202. n. 5. par. 4. rec. tom. 2.
& datur ad instar actionis personalis, & accedit
ad naturam actionis personalis, vt dicit Scac.
de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 442. Actio autem
21 personalis licèt in subsidium detur cõtra pos-
sidentem titulo lucratiuo secundum Salic. in l. 2.
in 12. quæst. & ibi Cremen. num. 188. Cagnol.
num. 144. & alij C. de rescin. vend. Couar. var.
resol. lib. 2. cap. 3. num. 10. Tiraquel. in l. si vn-
quam in verbo reuertatur num. 329. C. de renoc.
donat. Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 1. num. 31. in
fin. C. de rescind. vendit. vbi dicit actionem per-
sonalem ex d. l. 2. competere venditori in subsi-
dium contra tertium possidentem titulo lucra-
tiuo, & testatur de communi opinione, Alex.
cons. 55. sub. num. 1. vol. 1. Costa remed. subsid.
47. num. 1. vers. quando res &c. Card. Mantic.
de tacit. lib. 5. tit. 11. num. 20. vbi dicit, hoc
esse indubitatum, & Ciriac. contro. 14. nu. 13.
& contro. 282. num. 35. Rot. apud Merlin. de
pign. decis. 108. in fin. licèt non desint contra-
22 dictores, & præcipuè Ripa in l. 1. §. si hæres
num. 13. & seq. ff. ad trebel. Rot. apud Pacif. de
salui. decis. 178. num. 22. & decis. 179. num. 4.
& cum hac opinione resident Pinell. in d. l. 2.
par. 2. cap. 1. num. 32. & Geri. Spin. cons. 52.
n. 3. & seq. alios adducens ita sentientes. Non
tamen datur neque in subsidium contra singu-
23 larem successorẽ possidentem ex causa one-
rosa l. si cum seruum 23. ff. si cert. pet. l. fin. &
ibi not. Alex. Ias. & Soc. Sen. num. 8. vbi hanc
dicit communem opinionem ff. de eo per quem
fact. erit Natt. ad Alex. cons. 7. in verbo C. de
renoc. vol. 6. Costa remed. subsid. 38. num. 8.
Peregr. de fideic. art. 40. num. 39. vers. prate-
rea &c. & art. 44. nu. 31. Morot. cons. 37. post
num. 3. & cons. 84. nu. 11 & seq. Card. Mant.
de tacit. d. tit. 11. n. 20. Geri. Spin. d. cons. 52.
num. 7. qui testatur de communi opinione, &
cons. 53. n. 2. vbi dicit hoc esse verum, etiam
si agens habeat causã onerosam, vt ibi per eum
Ciriac. dict. contron. 282. num. 6. D. Andreol.
contro.

contro. 97. nu. 6. Rot. coram Buratt. decis. 874.
num. 9. alios adducens.

Quod si aliàs diceremus, sequeretur, quod Pater,
Mater, seù alius, qui tenetur præstare alimenta
filio, non posset eius bona alienare titulo one-
roso in præiudicium alimentorum, quod non
est dicendum, vt considerat Surd. de alim. tit. 1.
24 quæst. 50. num. 2. & seq. Cum pater posit li-
berè de rebus suis disponere per contractum
onerosum puta emptionem, permutationem,
& similia, & per d. contractus posit filio præ-
iudicare etiam quò ad legitimam, itavt posses-
sor d. bonorum ita alienatorum omninò tutus
sit, nec filius valeat illa reuocare, vt tradunt
Ias. in auth. nouissima num. 3. C. de in off. testam.
& in l. 1. n. 5. C. de eo per quem fact. erit, Calcan.
cons. 75. n. 30. Couar. in cap. Rainutius 16. §. 10.
num. 9. de testa. vbi testatur de communi opi-
nione, & quam plures adducit sectatores Alex.
cons. 57. in prin. vol. 5. Paris. cons. 26. n. 129.
lib. 2. Crass. de success. §. legitima quæst. 44. n. 4.
Peregr. de fideic. art. 36. num. 37. vbi hanc dicit
communem opinionem Rolan. cons. 62. nu. 21.
& seq. vol. 1. Hond. cons. 43. num. 10. & seq.
vol. 1. non obstante, quod ibi num. 20. dicat id
non posse fieri in præiudicium legitimæ, quia
loquitur quando Pater alienat per viam dona-
tionis, & tituli lucratiui, vt ibi est videre,
Surd. de alim. tit. 1. quæst. 50. num. 3. & seq.
Pattell. in annot. ad exped. 15. sui Patris n. 140.
Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 18. num. 5.
alios adducens, & lib. 5. tit. 3. quæst. 6. nu. 21.
Cartar. de pæn. innocen. art. 2. num. 76. & hanc
opinionem magis communem seclusa fraude
dicit Clar. in §. donatio quæst. 24. in fin. quem
aliis adductis concordantibus sequitur Cancer.
25 var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 129. quicquid
contrarium senserint Bart. Hostien. Menoch. &
alij relati per Merlin. d. quæst. 18. num. 6. quo-
rum opinio potest procedere concurrente
fraude, vt declarant Cancer. loc. cit. & Clar.
pariter d. quæst. 24 in fin. Nisi tamen pater alie-
nasset ex causa lucratiua, vel in fraudem filio-
rum, vt dixi, vel esset dilapidator bonorum,
itavt curatore indigeret, & concurreret dolus
& culpa, vt declarant Doct. supradicti, & præ-
cipuè Merlin. d. quæst. 18. num. 9. & seq. & d.
quæst. 6. per tot. & Pascal. de patr. potest. par. 4.
cap. 10. num. 33. & seq.

Minus obstat, quod ante dotis constitutionem
factam per d. D. Constantiam D. Consaluo se-
cundo viro competeret d. D. Lucretiæ filiæ eius
contra d. D. Constantiam matrem pro conse-
quutione alimentorum, si dicta eius Mater po-
26 stea eius bona omnia in dotem dedit secundo
viro, videatur solum dedisse, quod superest de-
ducto ære alieno, & dicta obligatione alendi
filiam, & ideò competere d. ius d. D. Lucretiæ
pro alimentis contra secundum virum ad tex.
in l. mulier bona 73. ff. de iur. doti. & tradunt
Cartar. decis. 34. num. 8. Costa remed. subsid. 44.
post prin. Card. Manti. de tacit. lib. 12. tit. 6.
num. 19. & tit. 11. num. 11. & ante eos volue-
runt Guid. Pap. decis. 447. post prin. Capic. decis.
128. in 1. dubio, Gargiar. cons. 51. num. 1. 2. &
seq. vol. 2. & post Laderch. Giurb. Ann. Gall.
Castill. Hier. Leo. Fabr. & alios per eum relatos
tradit etiam Andreol. post hæc scripta visus d.
27 contro. 205. nu. 5. cum bona dicantur deducto
ære alieno l. obligatum 39. §. bona ff. de verb.
signif. l. non possunt 11. ff. de iure fisc. l. cum
emancipati. 2. §. 1. ff. de collat. bon. & not.
Card. Mant. in d. tit. 6. num. 19. & Cost. de ratio.
rat. quæst. 141. n. 4. & Gargiar. d. cons. 51. n. 2.

Quia respondeo omissa responsione Adreol. in d.
contro. 205. num. 6. quæ non placet, cum ibi
assumat pro fundamento id, de quo disputatur,
vt ibi est videre, & omisso, quod contrarium
procedere posset in creditore hypothecario, nõ
autem in habente personalem tantùm, vel offi-
cium Iudicis, quod non dari contra possiden-
tem titulo oneroso probaui supra nu. 15. & seq.
Respondeo, inquam, prædicta procedere, quan-
do d. D. Constantia dedisset vniuersaliter om-
nia eius bona in dotem, quia tunc illa dice-
rentur tradita deducto ære alieno per iura su-
28 pradicta, secus tamen est in casu nostro, in quo
d. D. Constantia dedit in dotem certum quid,
& quantitatem certam, & determinatam, & sic
non potest dici dedisse illa deducto ære alieno,
vt benè declarat post Guid. Pap. Capic. Cartar.
& alios Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 9. n. 106.
vers. hac tamen &c. & sentit etiam Andreol. in
d. contro. 205. num. 8.

Secundò, quia cum in dotem per d. D. Constantiã
promissa non fuerint bona stabilia, sed certa
quantitas pecuniarum, vt constat ex apoca
promissionis, de qua in actis, & ad computũ
illius fuerit soluta quantitas quædam pecuniæ,
quam d. D. Consaluus secundus vir cum suis pe-
cunijs immiscuerit, & cõsumpserit, illa habetur
29 pro consumpta, & ideò non poterit ad fauo-
rem d. D. Lucretiæ filiæ exequi pro suis alimen-
tis còntra d. secundum virum, vt pariter tradit
Cancer. in d. cap. 9. num. 206. vbi dicit ita per
30 ipsum in facti contingentia fuisse consultũ, vt
ibi per eum. Cum creditor anterior, & sic in
fortioribus terminis, non possit auocare pecu-
niam solutam posteriori creditori, & bona fide
consumptam, ne commercium subuertatur, vt
latè post infinitos Doct. per eum adductos tra-
dit Gait. de credit. cap. 4. n. 1299. Hond. cons.
18. num. 45. vol. 1. Marescot. var. resol. lib. 2.
cap. 36. num. 1. & seq. Gratia. discep. foren. cap.
304. num. 2. par. 2. Maur. de solut. cap. 68. per
tot. Tomat. decis. March. 51. num. 65. & seq.

Adden. ad Scapuc. de salui. lib. 2. quæst. 13. Fontanell. decis. 223. num. 3. Posti. de subbast. inspec. 19. in fin. Pacif. de salui. inspec. 3. cap 2. n. 252. quam opinionē sequuta est Rota apud Pacif. vbi supra num. 204. in prin. & decis. 443. num. 8. par. 4. recen. & decis. 77. num. 31. par. 6. rec. licèt cōtrarium de rigore iuris senserint quamplures Doct. quos refert, & sequitur Merlin. de pigno. lib. 4. quæst. 28. in prin.

31 Neque vllum potest fieri fundamentum, quod donatarius omnium bonorum teneatur præstare alimenta filijs donatoris, & in eum transeat d. onus præstandi alimenta, vt tradunt Cin. Din. Raiuer. Alber. Imol. & alij in l. Titia. 89. §. imperator. ff. de lega. 2. Tiraq. in l. si vnquam in verbo eiusdem donatoris arbitrio num. 4. C. de reuoc. donat. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 49. num. 1. & seq. & tit. 3. quæst. 3. num. 20. in fin. Thesa decis. 211. num. 8. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 14. Thesa. Iun. quæst. foren. 67. num. 19. lib. 2. Coler. de alim lib. 1. cap. 13. num. 71. Giurb. decis. 5. num. 45. alios referens saltem in subsidium, vt admonet Giurb. loc. cit.

Quia responderi potest dupliciter, & primò, quod donatarius omnium bonorum possidet titulo lucratiuo, vt patet, in quem dari posse officium Iudicis cōpetens pro alimentis ad instar actio-
32 nis personalis saltem in subsidium dixi supra num. 17. & seq. quæ breuitatis gratia non repeto, quod non militat in Vitrico, qui possidet titulo onerofo, vt dixi supra num. 15. secundò, quia licèt donatarius omnium bonorum nō dicatur propriè hæres donatoris, vt tradunt Bart. seù alius inter eius consilia cons. 157. n. 4. Crau. cons. 139. num. 5. Vrsill. ad Afflic. decis. 237. num. 6. Couar. in cap. 1 num. 14. de testam. Boni in prac. de bono. publ. num. 21. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. num. 3. & lib. 5. tit. 1. n. 64. & Tomas. decad. 1. de inuent. tit. 15. num. 91. & 104. vbi volunt, ideò illum non teneri vltra vires donationis, conueniri tamen potest saltē
33 in subsidium tanquam vniuersalis successor totius iuris donatoris defuncti, & sic quodamodo ad instar hæredis, vt tradunt glo. & Bald. in l. æris alieni. 15. C. de donat. Guid. Pap. decis. 205. post prin. Boer. decis. 204. num. 43. Dec. cons. 237. num. 6. Caroc. decis. 125. num. 3. & 9. Paitell. annot. 46 num. 10. Costa remed. 108. n. 6. & seq. et de ratio. rat. q. 90. in fin. Gert. Spin. cons. 75. num. 34. Ciriac. contro. 14. num. 11. alios referens ita sentientes & ita sentit etiam Rot. decis. 284. num. 6. apud Cenc. de cens. benè Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 68.

34 Neque præd. obstare videtur, quod donatio omnium bonorum vniuersalis nō sit titulus, ad tex. in l. fin. ff. de vsufr. lega. & not. Castr. & Alex. ad l. vsufructu bonorum 69. ff. ad leg. falc. Ias. in l. 1. in 2. lect. num. 12. & seq. ff. ad trebel. Mathes. singul. 4. & alij relati per Cost. d. remed. 18. num. 13. quia moriente donatore
35 sine hærede d. donatio induit naturam tituli vniuersalis, & ideò tenetur ad onera donatoris, vt declarant Dec. cons. 237. sub num. 6. Corn. cons. 195. vol. 4. quos refert, & sequitur Costa in d. remed. 108. num. 13. vers. quoniam &c.

36 In hæredem autem patris transire ius alendi filium pro mensura substantiæ non est dubium, vt tradunt Barbo. in l. 1. par. 4. num. 9. 73. ff. solut. matr. Gomez. ad leg. Taur 9. n. 39. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 14. Thes. Iun. quæst. foren. 67. num. 15. Gabr. comm. concl. de alim. concl. 1. num. 10. Gabr. cons. 25. num. 19. vol. 1. Peregr. de iure fisci lib. 3. tit. 18. num. 68. latè Giurb. d. decis. 5. num. 44. alios adducens quamplures ita sentientes saltem in subsidium, vt not. Soc. Iun. cons. 134. num. 33. vol. 1. Mathes. singul. 147. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 23. num. 11. & alij relati per Giurb. dict. decis. 5. sub num. 45.

37 Minusq. obstat, quod ius alendi filium transeat in fiscum, vt not. Cæphal. cons. 160. n. 10. vol. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 18. num. 17. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 75. & seq. Costa de ratio. ratæ quæst. 120. n. 3. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 16. num. 20. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 31. num. 1. & seq. & tit. 9. quæst. 32. num. 19. & seq. Farinac. de delic. & pæn. quæst. 24. num. 46. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 28. n. 6. & seq. Guazzi. de confisc. bonor. concl. 13. limit. 20. num. 9. & seq. & concl. 20. num. 15. & seq. Rot. decis. 747. n. 5. par. 4. diuer.

38 Quia respondeo id non mirum esse, quia fiscus succedens vniuersaliter alio titulo quam hæreditario, puta ex confiscatione bonorum dicitur quasi hæres, & habetur loco hęredis, Crau. cons. 263. num. 7. Menoch. de arbitr. casu 137. num. 4. Fachin. contro. iur. lib. 8. cap. 55. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 31. n. 7. & seq. & tit. 8. priuil. 59. num. 1. & seq. Hond. cons. 38. n. 44. vol. 2. Card. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 17. n. 28. Farinac. de delic. et pæn. quæst. 25. num. 169.
39 Guazzi. d. concl. 23. in prin. & dicitur successor vniuersalis, vel hęres anomalus, & ad instar hæredis extranei Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 53. Surd. in d. tit. 1. quæst. 31. num. 6. et seq. et tit. 8. priuil. 59. n. 1. et seq. et not. etiam Gratia. discep. foren. cap. 423. num. 16. & cap. 594. num. 13. & cap. 840. num. 35. Carpa. ad non. constit. Mediol. in cap. omnium num. 516. & Merlin. in d. lib. 3. tit. 1. quæst. 38. num. 4.

40 Et ideò in eum transeunt omnia iura actiua, & passiua delinquentis Surd. d. quæst. 31. n. 6. & seq. et d. priuil. 59. num. 6. Peregr. in d. lib. 5. tit. 1. num. 53. Farin. d. quæst. 25. num. 170. Pir. Maur. de fideius. par. 2. sect. 10. cap. 19. num. 6.

num. 6. Gratia. discep. foren. cap. 304. num. 19. par. 2. & cap. 840. num. 36. par. 5. et Merlin. in d. quæst. 28. num. 4.

Secundò principaliter d. D. Constantia venit absoluenda a petitis per d. D. Lucretiam eius filiam, quia admisso etiam, citra veritatis præiudicium, quod ipsa teneretur præstare alimenta d. eius filiæ inopi, certissimũ est illã teneri tan-
41 tum in subsidium deficientibus bonis paternis, & pro vltimo refugio, factaq; excussione de bonis paternis, vt nos docuerunt *Gabr. consf. 25. num. 18. & 19. vol. 1. Costa d. remed. 65. num. 2. et remed. 106. num. 5. in fin. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 14. nu. 9.* alios referens ita sentientes *Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 12. n. 3. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 2. num. 10. Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 3. num. 52. Gratia. discept. foren. cap. 259. num. 16. par. 2. Gargiar. consf. 8. num. 15. et consf. 99. num. 10. vol. 1. Michal. de fratr. par. 3. cap. 32. num. 27.* addo *Rot. decis. 329. n. 18. par. 5. rec. et Calu. de æquit. lib. 1. cap. 16. num. 11.*

42 Agens enim actione subsidiaria tenetur probare non adesse alia bona, & non auditur nisi facta diligenti excussione *l. 1. & pen. C. de his quæ in fraud. ven. l. 2. C. de debit. Ciuit. lib. 11. l. 1. & ibi Bart. C. si vend. pign. agat. glos. in §. item si quis in fraudem, & ibi Ias. n. 85. Inst. de actio. Cost. in remed. subsid. prælud. 5. n. 3. Rot. decis. 310. in prin. & decis. 351. num. 1. & 14. & seq. par. 5. rec.* dicta autem excussio de bonis d. D. Comitis Ioannis de Monteueteri Patris d. D. Lucretiæ non fuit facta in casu nostro, cum de illa ex actis non constet, vnde dicitur
43 esse extra mundum, *Adden. ad Greg. XV. decis. 224. num. 6. Rot. decis. 404. sub n. 1. par. 1. rec.*

Et non solùm non fuit facta dicta excussio, imò adsunt bona d. D. Comitis Ioannis Patris d. D. Lucretiæ, ex quibus ei debentur alimẽta, & dos, nempè bona emphiteotica, & feudalia olim spectantia ad d. D. Comitem Ioannem, & modo possessa post eius mortem sine filijs masculis additis DD. Comitibus de Monteueteri fratribus d. q. D. Comitis Ioannis, & patruis d. D. Lucretiæ, ex quibus paternis bonis præcipuè
44 feudalibus deberi alimenta, & dotem filiæ Vasalli scripserunt feudistæ quamplures, & præcipuè *Borebol. in summa feuda. cap. 7. memb. 2. num. 74. Hartman. Pisto. lib. 2. quæst. iur. par. 2. quæst. 37. num. 4. & quæst. 56. num. 41. Hier. Garzo. de femin. ad feud. recip. col. 26. vers. trigesimo restringitur &c. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. num. 57.* vbi dicit a quouis feudi possessione hoc casu dotem fæminæ constitui debere non solum ab agnato, sed etiam a tertio possessore, & domino, vt ibi per eum *Hier. Burs. consf. 24. num. 1. sent. 1. Curt. Iun. consf. 21. n. 12. lib. 1.* vbi dicit, honestum esse aliquid filiæ possideri saltem de fructibus feudalibus, si nulla adessent bona allodialia, vt ibi per eum *Fachin. contro. iuri lib. 7. cap. 78. in fin.* & post *Milanen. decis. Sicil. 7. num. 53. & seq. vol. 1.* per eum relatũ tradit *Costa remed. subsid. 6. sub num. 1.* & idem scribit *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 4. in fin.* & voluit *Rot. decis. 194. n. 48. & 61. par. 7. recen.* vbi post *Castill. Cordub. Larre. Mastril. & alios* dicit, quod quando ille a quo petitur alimenta est Comes, vel Marchio, tunc ne consanguineus in opprobriũ Comitatus, vel Marchionatus mẽdicare cogatur, ei sunt decernenda alimenta, ex quibus hanc opinionem communiter receptam per Doct. dici posse crederẽ quicquid de rigore iuris senserit *Rosental. de feud. cap. 7. concl. 47. num. 4.* licèt postea dicat, aliquid filiæ Vasalli esse dandum, & misericordia cum illa esse vtendum, vt ibi per eum.

45 Et idem crederẽ esse statuendum, quoad bona emphiteotica magni valoris, cum valeat argumentum a feudo ad emphiteusim, præcipuè quando eadem est ratio, nec est contra ius cõmune, vt post *Ias. Alex. Ener. Corbol. et alios* per eum adductos scribit *Rosental. de feud. cap. 1. concl. 10. cum addit.* ibi, *et Ouid. de Amic. de iure emphit. in præfat. num. 18. Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 4. num. 19. Gratia. discep. forem. cap. 42. num. 13. par. 1.*

Et cum opinio supradicta sit specialiter fundata in æquitate, ne filia nobilis, & diuitis Vasalli, vel emphiteutæ cogatur mendicare in opprobrium familiæ, vt aduertit *Rosental. d. concl. 47. in prin. et Rot. d. decis. 194. num. 48. et seq.* ideò per Iudicẽ vti æquior est omninò sequenda in iudicando, licèt contraria opinio esset magis
46 communis *Hond. consf. 59. num. 64. vol. 1. Rot. d. decis. 194. num. 46. Lazar. de opin. deligen. in*
47 *controu. num. 40.* Æquitas enim vim legis habet, & pro lege allegari potest vbi lex in aliquo casu specialiter non prospexit, vt in casu nostro *Giurb. decis. 5. num. 16. et seq. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 28. num. 7. et seq. Fachin. contro. iur. lib. 12. cap. 61. versus finem Rot. d. decis. 194. num. 45. Calui. de æquit. cap. 15. num. 19. lib. 1.*

48 Hinc videmus, quod pro alimentis, & dote filiæ descendentis possunt alienari bona etiam strictissimo fideicommisso subiecta etiam in præiudicium vocatorũ ad tex. *in auth. res quæ. et ibi not. Doct. communiter C. commu. de lega.* & tradũt *Crass. de success. §. fideicõmissum quæst. 57. in prin. Menoch. de præsump. lib. 4 præs. 189. per tot. Peregr. de fideic. art. 42. per tot. Thes. decis. 192. num. 3. Surd. decis. 621 per tot.* & ibi latè *Hodier.* latissimè *Fusar. de subst. quæst. 531. per tot. Fontanell. de pact. nupt. cla. 6. glo. 1. par. 2. per tot. Costa remed. subsid. 6. per tot. Rota in* fortioribus terminis *decis. 30. num. 13. et seq. et decis. 92. n. 1. par. 7. rec. et apud Merlin. de pigno. decis. 101.*

deciſ. 101. num. 3. & deciſ. 120. n. 1. vbi de fideicommiſſo facto a Matre, & deciſ. 137. per totam, & deciſ. 90. apud Poſti. de ſubhaſt. vbi de alienatione pro alimentis, & apud Merlin. de legit. deciſ. 33. n. 1. & deciſ. 110. & deciſ. 213. & alibi paſſim.

49 Etiamſi totum euerteretur fideicommiſſum,
vt poſt Bald. Caſtren. Iaſ. Alex. Roma. Soc. Iun.
Mazzol. Fulgoſ. Aucar. Rolan. Peregr. Caualc.
Simon. de Prat. et alios per eum relatos tradit
Fuſar. d. quaſt. 531. num. 54. Odd. de fideic. ex
probib. alien. quaſt. 43. art. 6. num. 21. Andreol.
contro. 141. num. 14. Rot. deciſ. 88. num. 9. et
10. par. 5. rec. et deciſ. 131. num. 15. par. 4.
diuer. addo ita ſentientem Hodier. ad Surd. d.
deciſ. 62. num. 7.

50 Ac etiamſi teſtator expreſsè mandauit, bona
alienari non poſſe ex cauſa dotis, vt latè comprobat Surd. deciſ. 62. per tot. vbi teſtatur, ita in Senatu Mantuano fuiſſe iudicatum, Ludo. deciſ. Lucen. 28. num. 78. et ſeq. vbi aſſerit, hanc eſſe magis communem opinionem, quam ſequitur Fuſar. de ſubſt. d. quaſt. 531. num. 71. vbi dicit ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 69. n. 16. & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. glo. 1. par. 2. num. 69. & ſeq. & ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum ferè in omnibus Tribunalibus tradit Marta de ſucceſſ. lega. par. 4. quaſt. 21. art. 17. num. 86. quam opinionem magis communẽ innumeris relatis Doct. authoritatibus appellat Hodier. ad Surd. d. deciſ. 61. num. 15. & illam ſequitur Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 9. num. 172. vbi teſtatur, ita in illo Senatu iudicari, quam opinionem ſequitur Rota Rom. & precipuè in Rom. dotis 30. Iunij 1619. coram R. P. D. Remboldo, & in alia Rom. dotis 29. Nouembris 1641. coram Reuerendiſſimo Merlino Decano vbi dicit, hanc eſſe magis communem, & in Tribunalibus canonizatam opinionem, eadem Rot. apud Poſti. de ſubhaſt. deciſ 90. in fin. et deciſ. 312. per totam par. 6. rec. et deciſ. 30. num. 17. par. 7. rec. et apud Merlin. de pigno. deciſ. 101. num. 9. vbi aliæ recenſentur, quibus addo Aulum Cecin. in ſuo voto apud Scapuc. de ſaluia. lib. 1. cap. 12. in prin. Quicquid contrarium ſenſerint Doct. relati per Fuſar. d. quaſt. 531. num. 67. contra quos adeſt magis cõmunis opinio, & Rot. Rom. authoritas, de qua ſupra.

Imò patrem in ſubſidiũ poſſe dare in dotem filiæ bona feudalia inæſtimata, & ſine pacto lucrandi poſt Iaſ. Iſern. Capic. Affl. Oſaſch. et alios per eum relatos voluit Menoch. præſump. 189. num. 173. lib. 4. & conſ. 378. num. 31. vol. 4. cum quo ſentit Clar. §. feudum. q. 36. circa medium licèt contrarium tenuerint Capb. & Rot. quos refert, & ſequitur Mubal. de fratr. p. 3. cap. 33. num. 17. & alij relati per Clar. ibi.

Tertiò, & vltimò principaliter venit d. D. Conſtantia abſoluenda a petitis pro parte d. D. Lucretiæ eius filiæ, quia ipſa non habet dotem, quæ ſufficiat ad d. onus alendi ſuſtinendum, cum dotem nec a patre, nec ex bonis primi viri prędefuncti fuerit conſequuta, niſi in modica quãtitate ſcutorum mille paulorum circiter, cum de illius reſtitutione modò in iudicio diſceptetur inter d. D. Conſaluum eius virum, & dd.

51 DD. Comites de Monteveteri in Rom. Curia,
vt conſtat in actis, vndè non tenetur Mater prçſtare filiæ alimenta, quando eius ſubſtantia eſt ita tenuis, vt pro alimentis proprijs non ſit ſufficiens tex. eſt in l. pen. ff. de lib. agnoſc. & tradũt Surd. de alim. tit. 7 quaſt. 8. n. 1. & ſeq. iuncta quaſt. 13. n. 20. in puncto tit. 4. q. 12. in fin. Coſta d. remed. 106. num. 5. Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 3. nu. 68. Gratia. diſcep. foren. cap. 690. nu. 14. par. 4. Andreol. d. contro. 205. n. 9. & ita tenent omnes Doct. ſupra adducti in prin. num. 1.

52 Pauper enim non tenetur alere alium pauperem Surd. de alim. tit. 17. q. 8. per tot. Gratia. diſcep. foren. cap. 519. num. 79. & cap. 552. in prin. par. 3. Adden. ad Buratt. deciſ. 707. nu. 9.

53 Rot. deciſ. 470. in fin. par. 2. recen. Sed priùs
ſunt deducenda alimenta pro illo, qui tenetur alere iuxta illud Euangelij Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis, & tradunt Surd. d. quaſt. 8. per tot. Port. Imol. conſ. 160. n. 12. Vinc. de Franch. deciſ. 605. num. 8. Gratia. d. cap. 519. nu. 79. et d. cap. 552. num. 2. & 3. et Adden. ad Buratt.

54 d. deciſ. 707. num. 8. Cum ordinata charitas
incipiat a ſe ipſo l. præſeſ. 6. et ibi Bald. Salic. et alij. C. de ſeruit. et aqu. not. Surd. d. quaſt. 8. n. 2. Paſcal. d. cap. 3. num. 689. Andreol. d. contro. 205. num. 9. & onus alendi non poſſit præten-

55 di, niſi in eo, quod ſupereſt deductis ſibi neceſ-
ſarijs: d. l. pen. ff. de lib. agnoſcen. l. patronus 17. ff. de re. indic. l. licet 7. ff. de obſeq. a liber. paren. et patr. praſt. §. ſe det ſi quis cum parente, Inſt. de actio. & tradunt Gabr. comm. concl. de alim. concl. 1. num. 43. Aſcan. Clemen. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. nu. 23. Surd. d. quæſt. 8. in prin. D. Andreol. d. contro. 205. n. 9. & quilibet teneatur magis ſibi prouidere, quam alijs l. Iulianus 26. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Bart. in auth. reſque num. 4. C. commun. de leg. Bald. in l. 1. col. 5. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. & nemo teneatur propriæ ſaluti alienam præferre gloſ. 1. in cap. 1. quibus mod. feud. amit. eadem gloſ. in cap. 1. §. fin. de alien. feud. Gratia. d. cap. 552. in prin. D. Andreol. vbi ſup. Rot. deciſ. 220. n. 2. par. 3. recen.

Ex quibus ſequitur, quod cum d. D. Conſtantia non teneatur alimenta præſtare d. D. Lucretiæ eius filię ad illa præſtanda tenentur vel d. DD.

Comites

Comites de Monteueteri eius Patrui, vti succes-
sores in bonis feudalibus d D.Comitis Ioannis
Patris d. D. Lucretiæ per adducta *supra nu.* 44.
56 vel saltem teneatur d. D. Io. Franciscus Baue-
rius Auus maternus d. D. Lucretiæ ad tex. *in l.*
non quemadmodum 8. *& ibi not. Doct. ff. de liber.*
agnosc. & benè declarat *Surd. de alimen. tit.* 1.
quæst. 16. *n.* 4. *& seq.* alios adducens ita sentien-
tes *Thesu. decis.* 211. *num.* 9. *Conur. de spons.*
par. 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 16. Mortuo enim Patre,
& Auo paterno, vel si per inopiam non possunt
alimenta præstare, & si Mater pariter non te-
netur, vel non est habilis ad alimenta præstan-
da, exurgit æquitas, & naturalis ratio, quæ fa-
cit d. obligationem descendere in alios, & tale
debet esse officium Aui circa neptem, quale est
Matris erga filiam, vt in simili argumentatur
Lup. in cap. per vestras 7. *in tertio notabili.* §. 24. *in*
prin. de donat. int. vir. & vxo. Surd. d. quæst. 16.
num. 8. *& seq. & Card. Manti. de tacit. lib.* 12.
tit. 16. *n.* 29. *Calui. de æquit. d. cap.* 16. *n.* 11.
57 Et non solùm d. Auus maternus in subsidium
vt supra tenetur præstare alimenta nepti, verũ
etiam tenetur illam dotare *Costa remed. subsid.*
65. *num.* 8. *Bald. Nouel. de dot. par.* 6. *prin.* 16.
num. 3. *Surd. d. quæst.* 16. *num.* 5. *& seq. Card.*
Mant. de tacit. lib. 12. *tit.* 16. *num.* 29. vbi dicit
ita fuisse iudicatum in Sacra *Rot. Rom. & Grati.*
discep. foren. cap. 259. *num.* 2. *Rot. decis.* 220.
in prin. par. 3. *rec.*

Ratio est, quia in subsidium tenetur mater alere fi-
liam, & illam dotare, vt probaui *sup. num.* 1. 2.
& seq. ergò ad id tenetur Auus maternus, si ma-
ter non sit potens ad alendum, & dotandum, vt
considerat *Card. Mant. vbi sup.* sicut enim pa-
58 tris appellatione venit Auus paternus, & alij
ascendentes per lineam paternam ad not. per
Card. in cap. cũ haberet 5. *in fin. de eo qui dux. in*
vxo. &c. & est tex. *in l. iusta interpretatione* 201.
& ibi not. Rebuff. in prin. ff. de verb. signif.
Ascan. Clemen. de patr. potest. effec. 1. *num.* 22.
59 *Gratia. discep. foren. cap.* 977. *num.* 4. *par.* 5.
Ita matris appellatio auum maternũ includit,
& alios per Matrem ascendentes §. *illud quoq.*
& ibi glo. auth. vt liceat matr. & aui. Bald. in l.
nesennius 36. *num.* 2. *ff. de nego. gest.* cum alijs
relatis per *Surd. d. quæst.* 16. *num.* 4. *& seq.*
licèt appellatione Matris non venire auum ma-
ternum ex propria significatione, sed per inter-
pretationem scripserit *Mangil. de imputat.*
quæst. 68. *num.* 2.

Hinc videmus, quod licèt ius præstandi alimenta
in linea collaterali non excedat primum gradũ
secundum opinionem *Odofre. Cordub. Molin.*
Garzi. Barbo. Silu. Rimi. Mastril. & aliorum
quos refert *Rota decis.* 194. *in prin. par.* 7 *rec.*
60 tamen fauore alimentorum contrarium, quod
imò extendatur etiam vltra primum gradum,
& quod etiam nepos teneatur præstare alimen-
ta patruo egeno fuit decisum in dicta Sacra
Rot. Rom. vt videre est *d. decis.* 194. *per totum*,
vbi ita doctè, & plenè infinitis ferè iuribus Do-
ctorum, & aliorum Tribunalium authoritati-
bus adductis, & contrariorũ responsionibus al-
latis dicta conclusio exornata, & confirmata
fuit, vt solam illam decisionem verè magistra-
lem, & doctam sufficiat allegare.

Ex quibus &c. saluo &c.

Allegationẽ hanc ab Excellentissimo D. Conciolo nunc huius nostræ Ciuitatis Vrbini Prætore Dignissimo, atque integerrimo, vti summa diligentia, & eruditione contextam, legibus, rationibus, atq; authoritatibus luculenter fulcitã, vt nihil ferè addi possit, absque vlla hæsitatione ipse quoque approbo, & libenter confirmo, & quia de sola rogatus fui subscriptione illi me subscribo, & solito sigillo signandam duxi.

Ego Blasius Michalorus Vrbinas in d. Ciuitate Aduocatus, & Rotæ Collegialis eiusdem Iudex Ordinarius.

Dicta D. Constantia obtinuit, cum fuerit absoluta a petitis, & condemnatus fuerit ad præstanda alimenta d. D. Lucretiæ D. Io. Franciscus Bauerius Auus maternus a Perillustr. & Excellentiss. D. Andrea Staccolo Nobili Vrbinate Iudice Delegato in Ciuitate Vrbini de anno 1646. quo tempore ego eram Prætor d. Ciuitatis Laus Deo, & Virg. &c.

A R G V M E N T V M.

Substitutio reciproca quando contineat substitutionem fideicommissariam, appellatione filiorũ quando veniant nepotes præcipuè in fideicõmissis quando vocati sunt superstites, filij positi in conditione an censeantur vocati maximè stãtibus coniecturis, & quæ nam coniecturæ sufficiant ad inducendam vocationem, & an censeantur vocati tàm ad Patrem patris, quàm patrui; repræsentationi an sit locus quando vocati sunt superuinentes, & an fideicommissum conditionale transmittatur stantibus coniecturis quando sunt vocati superuiuentes, vel descendentes Testatoris.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutio reciproca non continet regulariter fideicommissariam.*

2 *Substitutio reciproca si sit concepta in casũ mortis dicitur illi indirecta compendiosa.*

Etiam si non adsit verbũ quandocumque n. 3

Et idem est, si sit concepta cum conditione si sine filijs num. 4.

5 *Sub-*

5 *Substitutio reciproca vnita cum compẽdiosa continet fideicommissariam.*

6 *filij superuiuentes si sint vocati non controuersa filiatione dicitur constare de eorum vocatione ex lectura testamenti.*

7 *Verba quando sunt clara nulla est habenda volũtatis quæstio.*

8 *Filiorum appellatione veniunt nepotes.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 9.

10 Filiorum *appellatione in fideicommissis non veniunt nepotes quando vocati sunt superuiuentes*

11 *Verbum superuiuentes reddit dispositionẽ conditionalem.*

12 *Testator vocando filios superuiuentes dicitur illos nominatim vocare.*

13 *Qualitas superuiuentiæ adiecta filijs non potest verificari in nepote.*

14 *Dictio qui est relatiua ad supra nominatos.*

Et refert omnes qualitates præcedentes. n. 15

16 *Dictio* suoi *est de sui natura personalissima.*

17 *Dictio* Agl'altri *refertur ad proxima, et immediata.*

Et est repetitiua earumdem qualitatũ n. 18.

19 *Relatio est facienda ad eos, quorum dispositiuè, non autem conditionaliter est facta mentio.*

20 *Filij in conditione positi admittuntur ad portionem patrui, si eorum pater si viueret ad illam admitteretur.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 21.

Et prima opinio potest procedere, quando filij positi in conditione sunt vocati ad portionem patris num. 23.

22 *Reciproca facta inter pluret filios si sine filijs decederent mortuis primis cum filijs, & vltimo sine filijs fideicommissum dicitur caducatum.*

24 *Filij positi in conditione non censentur vocati.*

Fallit stantibus cõiecturis in contrariũ n. 25.

Coniectura est reciproca facta inter grauatos num. 26.

Quæ tamen leuis dicitur coniectura num. 29.

Altera coniectura desumitur ex positione in conditione cum qualitate legitimitatis n. 27.

Quæ pariter leuis dicitur coniectura n. 30.

28 *Filij quando sunt positi in conditione coniecturæ sufficiunt leuiores pro vocatione.*

Non tamen sufficiunt leues, sed requiruntur probabiles num. 34. & 38.

31 *Coniecturæ duæ leues non sufficiunt pro vocatione filiorum in conditione positorum.*

Et ita seruatum fuit in quampluribus Italiæ Tribunalibus num. 32.

33 *Coniecturæ quæ sunt imperfectæ non coniunguntur ad inducendam vocationem.*

35 *Coniecturæ non inducunt vocationem filiorum in conditione positorum quando voluntas testatoris est contraria.*

36 *Filij positi in conditione quod sint descendentes testatoris nõ est coniectura inducens vocationẽ.*

Sed solum operatur quod sufficiant coniecturæ aliquanto leuiores num. 37.

39 *Clausula* omni meliori modo *non est coniectura vocationis filiorum in conditione positorum.*

40 *Filij positi in conditione censentur vocati in fideicommisso particulari.*

Procedit in fideicommissis puris, non autem in institutione in re certa num. 41.

42 *Filij positi in conditione an censeantur vocati ad portionem patrui, quod nam ius sit attendendũ.*

43 *Filius in fideicommissis repræsentat personam patris.*

Fallit quãdo sunt vocati cum dictione superuiuentes *num. 44.*

Maximè stante dictione restrictiua Agl'altri *num. 45.*

46 Menoch. in cons. 1005. num. 8. & seq. *in quibus terminis procedat.*

47 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniecturis.*

Fallit quando sunt vocati superstites nu. 48.

Quod non habet locum quando adsunt coniecturæ pro transmissione num. 49.

Contrariũ tenuerunt quamplures Doct. n. 50.

Prima opinio potest procedere quando coniecturæ sunt vrgentes, & necessariæ. num. 51.

52 *Filij, quod sint positi in conditione deseruit pro coniectura ad effectum transmissionis.*

Contrarium vti verius tenent plures Doct. num. 53.

Maximè quando sunt vocati superuiuentes. num. 54.

55 *Transmissioni fideicommissi non est locus quando est substitutus filius testatoris.*

56 *Transmissioni est locus quãdo substitutio est vnita cum iure accrescendi.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 57.

Prima opinio nõ habet locum quando adest substitutus, qui potest venire ad portionem deficientem. num. 58.

59 *Substitutio est potentior iure accrescendi.*

60 *Filij in conditione positi continentur in substitutione facta de superstitibus.*

Contrarium vti verius probatur. num. 61.

Et ita tenent quamplures Doct. num. 63.

62 *Testator præsumitur se conformare cum dispositione iuris communis in dispositiuis, non in conditionalibus.*

64 Iudicandum *est in dubio pro non fideicommisso.*

65 *Asserenti se comprehensum in fideicommisso obstat regula de te fideicommissum non loquitur, & hic casut non est in substitutione comprehensus.*

ALLE-

ALLEGATIO XXXXI.

EXcellentissimi Domini. Non est ad
disputationis trutinam reuocandū,
an constet de fideicommissaria sub-
stitutione in casu, de quo agitur ad
fauorem Dominici Donati Vrbina-
ten. ex testamento q. Camilli Do-
nati eius Patris, in quo instituto hærede in re
certa Donato filio, & institutis hæredibus vni-
uersalibus Ioanne Dominico, & Io. Andrea
aliis filiis in casum mortis eorum omnium quā-
docunq; sine filiis legitimis, & naturalibus eos-
demmet filios inuicem substituit vocando alios
1 superuiuentes, † Quia licèt substitutio recipro-
ca non contineat regulariter fideicommissariā
*Paris. cons. 82. num. 4. lib. 2. Caph. cons. 420.
num. 6. & seq. & cons. 449. num. 14. vol. 3.
Odd. cons. 9. num. 7.* vbi testatur de communi
opinione, & *cons. 95. in prin. Surd. cons. 503.
num. 1. & cons. 554. num. 24. vol. 4. Ant. Go-
mez var. resol. tom. 1. cap. 8. n. 2. Card. Manti.
de coniect. lib. 7. tit. 4. num. 5. Menoch. de præ-
sump. lib. 4. præsump. 60. num. 67.* vbi dicit,
hanc esse receptam sententiam, quam latè fir-
mat *Fusar. de subst. quæst. 260. in prin. D. Andreol.
contro. 29. num. 11* vbi testatur de magis com-
muni opinione
2 Cum tamen illa sit concepta in casum mortis
filiorum dicitur illi adiecta compediosa *Bart.
in l. centurio 15. nu. 9.* quem sequuntur Doct.
communiter *ff. de vulg. & pup. Odd. d. cons. 95.
num. 4. Peregr. de fideic. art. 34. num. 2. & seq.
Card. Manti. de coniect. d. lib. 7. tit. 4. num. 6.
Crass. de success. §. substitutio quæst. 54. in fin. Fu-
sar. de subst. d. quæst. 260. n. 28. & seq. Ciriac.
contro. 8. num. 62. & contro. 114. num. 20. D.
Andreol. d. contr. 29. num. 2. Caren. resol. 154.
num. 3.* Rota *apud Duran. decis. 339. num. 12.
& in Bononien. lega. vsusfruc. quinta Decembris
1650. coram R. P. D. Bichio §. verum hoc moti-
uum &c.* & dixerat prius eadem Rota *decis. 300
num. 13. par. 1. rec.*
3 Etiamsi non adesset verbum quandocunque,
quod tamen adest in casu nostro *Fusar. de subst.
quæst. 223. num. 30. D. Andreol. d. contro. 29.
num. 3. Giouagno. cons. 76. num. 6. & cons. 79.
num. 25 lib. 1. Caren. d. resol. 154. num. 3. Rota
apud Duran. d. decis. 339. num. 12. & in d. Bo-
nonien. legati vsufru. §. verum hoc motiuum &c.*
4 Nec non etiam cum adsit conditio sine filijs,
ex qua pariter induci substitutionē compēdio-
sam, vti habentem tractum temporis in futurū
voluerunt *glo. in cap. si pater 1. in verbo Absq.
deductione de testam. in 6. Cranet. cons. 62. n. 3.
Curt. Iun. cons. 172. num. 1. & 2. Conar. in cap.
Rainutius 16. §. 9. num. 2. vers. 11. de testam.
in 6. Crass. de success. d. §. substit. q. 54. in fin.
Peregr. de fideic. d. art. 34. num. 4. D. Andreol.
d. contro. 29. num. 2. & 3. Caren. d. resol. 154.
num. 3.* Rota *decis. 656. num. 2. par. 4. rec. &
decis. 579. num. 7. par. 4. rec. tom. 3.*
5 Et ideò continet etiam fideicomissariā *Rolan.
cons. 25. num. 10. lib. 1. Caph. co*[illegible]*49. nu. 14.
lib. 3. Cras. de success. d. §. substituto quæst. 54.
in fin.* vbi testatur de communi opinione *Odd.
d. cons. 95. nu. 3. & in tract. de compend. in præ-
lud. par. 6. quæst. 5. vers. limitatur tamen &c.
Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 60. in fin.
Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 4. num. 6.* vbi
testatur de cōmuni opinione, latè *Fusar. de sub-
stit. d. quæst. 260. n. 28. & seq. Ciriac. d. contro.
8. num. 63. D. Andreol. d. contro. 29. n. 2. & 3.
Caren. d. resol. 154. num. 3.* qui alios recensent
*Rota d. decis. 656. num. 2. par. 4. recen. & d.
decis. 579. num. 8. par. 4. rec. tom. 3. & decis.
300. num. 13. par. 1. recen.*
Cum enim dicta reciproca substitutio concepta
in casum mortis filiorum quandocunque sine
filijs habeat tractum temporis in futurum, &
contineat plura tempora, continet substitutio-
nem compendiosam, vt dixi, in qua de sui na-
tura continetur & fideicomissaria, vt not. *Doct.
in l. centurio 15. ff. de vulg. & pup.* & vti mixta
retinet naturam suorum simplicium *§. & quia
inst. de nupt.* & declarant *Rolan. d. cons. 25. n. 10.
& seq. lib. 1. Fusar. d. quæst. 260. num. 28 in
fin. D. Andreol. d. contro. 29. num. 1. & 2.* &
alij Doct. supra proximè adducti.
Quæ quidem substitutio fideicomissaria cum de
præsenti sit purificata per mortē Donati vnius
ex filijs institutis sine filijs, proculdubio factus
est locus substitutioni ad fauorem Dominici fi-
lij testatoris expressè in testamento vocari, &
per substitutionem reciprocam substituti ibi *li
quali suoi figliuoli, & heredi, come anco D. Do
nato venendo a morte in qualsiuoglia tempo senza
figli legittimi, e naturali sustitui scambieuolmente
6 l'vno all'altro,* † ita vt cum filiatio non contra-
uertatur de illius vocatione constare dicatur ex
lectura ipsius testamenti ad not. per *Peregr. de
fideic. art. 43. num. 2. & per Rot. decis. 648.
num. 7. par. 5. rec. lib. 2. & in* Romana *fideic.
de Zuccaris 4. Februar. 1650. coram* Reuerendiss.
*Decano in prin. & in Nucerina fideicomm. 1. Iulij
1650. corā R. P. D. Meltio §. existentia namq; &c.*
7 † & ideò super hoc nulla sit habenda voluntatis
quæstio *l. ille aut ille 25. vers. cum in verbis ff.
de leg. 3. Gratian. discept. foren. cap. 824. n. 10.
par. 5. Mangil. de imput. quæst. 39. nu. 8. Barb.
axiom. 50. in prin. Rota in terminis in d. Nuce-
rina fideicom. in d. §. existentia namq. &c.*
Ad quam substitutionem fideicommissariam vt su-
pra vocatus est tantummodo, & admitti solum
debet Dominicus prędictus filius testatoris mo-

do superstes exclusis filijs q. Ioannis alterius fi-
lij pariter eiusdem testatoris, & fratris ipsius
8 Dominici, & sic eius nepotibus ex fratre †,
quia licèt appellatione filiorum venire etiam
nepotes voluerint quamplures Doct. quos re-
fert, & sequitur *Fusar. de subst. quæst.* 319. *per
tot. & Med.* [illegible] *decis. Senen.* 1. *num.* 33. *& seq. &
alij* quamplures pariter, quos refert *Barbo. de
appell. verb. signif. appell.* 99. *num.* 82. *Merlin.*
9 *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 1. † Quæ
tamen opinio non est tuta, cum quamplures re-
periantur, qui contrariam opinionem tuentur,
quos recenset idem *Fusar. d. quæst.* 319. *num.* 3.
& Barbo. d. appell. 99. *n.* 83. quam sequuntur
Marta de success. legal. par. 1. *quæst.* 2. *art.* 5. *n.* 3.
& seq. Menoch. cons. 215. *num.* 95. vbi dicit,
hanc esse magis receptam, & *Rota præcipuè
decis.* 473. *num.* 18. *par.* 4. *rec. tom.* 2. vbi aliæ
recensentur, & dicitur hanc opinionem esse in
Rota canonizatam, & dixerat prius *decis.* 667.
num. 1. *par.* 1. *recen.*

Cum tamen in substitutione, de qua agitur, fuerint
reciprocè substituti, & vocati non simpliciter
filij, sed cum adiuncto, superuiuentes, *ibi si che
la portione hereditaria del premoriente senza figli
recada, deuolui, & accresca a gl' altri sopraui-
uenti*, nomen, filiorum, est restrictum ad filios
primi gradus iam nominatos, & non extendi-
tur ad nepotes, ita vt illi non veniant, in dicto
10 casu, appellatione filiorum †, & sic ad dictum
fideicommissum admittendus tantùm sit ipse
Dominicus filius testatoris modò superuiuens
exclusis nepotibus prædictis, vt ex modernio-
ribus scripserunt *Curt. Iun. cons.* 69. *n.* 3. *&* 4.
par. 1. *Soc. Iun. cons.* 14. *n.* 7. *& cons.* 30. *n.* 7 *&
seq. lib.* 4. vbi testatur de magis communi Doct.
opinione *Paris. cons.* 63. *num.* 4. *lib.* 3. *Gabr.
cons.* 121. *num.* 22. *& seq. lib.* 1. benè compro-
bans *Crass. de success. §. fideicommissum quæst.* 10.
num. 14. *Menoch de præsump. lib.* 4. *præsump.*
94. *n.* 5. *in fin. Card. Mant. de coniect. lib.* 8. *tit.* 8.
num. 8. *Ant. Gabr. comm. concl. de verb. signif.
concl.* 1. *num.* 86. *Peregr de fideic. art.* 21. *n.* 28.
latè *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 5.
glos. 2. *n.* 16. *Fusar. de subst. quæst.* 321. *n.* 71.
& seq. alios adducens quamplures ita sentien-
tes *Ciriac. contro.* 301. *num.* 3. *& contro.* 302.
num. 4. *Barbo. de appell. verb. signif. appell.* 255.
num. 4. alios pariter recensentes concordantes
Giouagno. cons. 80. *sub. n.* 3. *lib.* 1. *D. Andreol.
contro.* 118. *num.* 19. *Rota decis.* 667. *num.* 6.
& 7. *par.* 2. *rec.* ita vt dubitandum non sit, hanc
esse magis communem Doct. opinionem.

11 Verbum enim illud, superuiuentes, reddit dis-
positionem conditionalem, & perinde est, ac
si fuisset dictum, quod succedant illi, qui super-
fuerint, seù superuixerint, vt declarant *Alex.
cons.* 109. *num.* 10. *lib.* 7. *Cuman. cons.* 13. *n.* 2.
Giouagno. d. cons. 80. *n.* 3. *Soc. Iun. d. cons.* 14.
num 7. *Fusar. d. quæst.* 321. *n.* 72. *& alij Doct.*
supra proximè adducti, & importat, ac signifi-
cat superuiuentes nominatos in testamento, &
qui fuerunt in eo instituti, vt not. *Cuman. in d.
cons.* 13. *in prin. Gabr. d. cons.* 121. *num.* 22. *&
seq. Barbo. dict. appell.* 255. *num.* 2. *& seq.*
12 *& Fusar. d. quæst.* 321. *num.* 73. vbi dicit †,
quod testator, vocando superuiuentes, dicitur
nominatim filios vocare, cum quibus pertransit
D. Andreol. contro. 312. *nu.* 36. *& Rot. d. decis.*
667. *num.* 6. *&* 7. *par.* 2. *rec.* & restringit voca-
tionem ad personas particulares illorum, qui
superuixerint, & ideò nō extenditur ad nepotes
Bald. in l. quidam elogio 20. *sub num.* 22. *C. de
iur. delib. Rip. in l. hæredes mei* 57. *§. cum ita
sub n.* 59. *ff. ad Trebel. Curt. Iun. cons.* 69. *in fin.
Soc. Iun. cons.* 133. *n.* 3. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 14.
n. 5. *&* 6. *& cons.* 30. *sub n.* 7. *vol.* 4. & benè decla-
rat *Ciriac. d. contro.* 302. *n.* 4. alios adducens.

Addo prędictis, quod diuersæ sunt personæ supra-
uiuentium, & eorum filiorum, & ideò si testa-
tor filios superuiuentium vocare voluisset, po-
tuisset id facere, vndè illos non nominando cen-
setur noluisse vocare *arg. l. vni. §. pro secundo C.
de cadu. toll. l. si seruum* 70. *§. prætor ait ver.
non dixit ff. de acq. hæred. Menoch. cons.* 30. *n.* 8.
lib. 1. *Barbo. axiom.* 136. *num.* 5. *&* 6. & in ter-
minis nostris *Soc. Sen. cons.* 76. *num.* 6. *&* 7.
lib. 3. *Rusti. in l. cum auus lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 72.
ff. de condit. & demo. & Fusar. de subst. d. q. 321.
num. 73. cum præsumatur, testatorem conside-
ratè fuisse locutum *l. Labeo* 7. *ff. de supel. lega.
Card. Manti. de coniect. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 4.

Quod etiam confirmatur, quia, cum hæc qualitas
superuiuentiæ adiecta filijs non insit in nepoti-
13 bus, necessariò sequitur †, quod illi appella-
tione filiorum venire nullo modo possint, vt ar-
gumentatur *Gabr. d. cons.* 121. *num.* 24. *lib.* 1.
& scripserunt *Pereg. cons.* 52. *num.* 10. *lib.* 5.
Rusti. in d. l. cum auus lib. 6. *cap.* 14. *num.* 13. *ff.
de cond. & demon. Alex. cons.* 4. *num.* 7. *& seq.
lib.* 4. *Deci. cons.* 443. *num.* 24. *Capic. decis.* 21.
num. 8. *&* 9. *Rub. Alex. cons.* 22. *nu.* 14. *Surd.
de alim. tit. vlt. q.* 36. *n.* 16. *Gamma decis. Lusit.*
160. *nu.* 8. & benè comprobat *Fusar. de subst. d.
quæst.* 321. *nu.* 25. alios adducens ita sentientes.

Quibus eò magis locus esse debet stante dictio-
ne illa in substitutione apposita *li quali suoi fi-
14 gliuoli*, † quæ est restrictiua ad filios supra
nominatos *l. Stichus, qui meus erit* 6. *ff. de lega.*
1. *l. ea tamen adiectio* 44 *ff. de lega.* 3. latè *Cepol.
cons.* 636. *num.* 5. *& seq. vol.* 5. *Surd. cons.* 127.
num. 47. *lib.* 1. *Morott. cons.* 5. *num.* 5. *Barbo.*
15 *de dict. dict.* 322. *in prin.* † & quæ vti relatiuæ
refert omnes præcedentes qualitates supra ex-
pressas *Rol. cons.* 58. *num.* 23. *lib.* 3. *Surd. cons.*
352. *num.* 21. *lib.* 3. *Barbo. d. dictio.* 322. *n.* 2.

Grat.

Grat. pariter in suo tract. de dict. dict. 204. *in prin.* in terminis *Fusar. de subst. quaest.* 320. *n.* 22. *& d. quaest.* 321. *num.* 68. *& quaest.* 485. *n.* 68.

16 Et stante illa dictione *sui*, quae est personalissima de sui natura *Thesa. decis. Pedem.* 64. *ante fin. Barbo. de dict. dict.* 398. *num.* 3. *Gratia. discept. foren. cap.* 847. *num.* 8. *par.* 5. *Rota apud Card. Seraph. decis.* 1337. *num.* 4. in puncto eadem *Rota d. decis.* 667. *num.* 6. *par.* 2. *rec. & decis.* 25. *num.* 5. *par.* 7. *rec.* nepotes verò non dicuntur filij testatoris, vt ad exclusionem nepotum benè ponderauit *Rota in Ariminen. fideicommiss.* 31. *Ianuarij* 1614. *coram Eminentiss. Card. Verospio. & d. decis.* 657. *num.* 6.

17 Nec non etiam attenta alia dictione *Agl' altri sopraviuenti*, quae dictio *agl'altri* cum referri debeat ad proxima, & immediata *glos. in §.* 1. *in verb. quae ex varijs inst. de rer. diuis. Alex. cons.* 204. *num.* 5. *vol.* 2. *Rota apud Greg. XV. decis.* 433. *num.* 8. *& decis.* 455. *num.* 13. & testator supra proximè solos filios reciprocè substituerit, meritò de solis filijs illam sentisse non est dubitandum, vt volunt *Alex. d. cons.* 204. *n.* 5. *Gabr. d. cons.* 121. *num.* 22. *in fin. & Menoch. d. praesump.* 94. *num.* 5. *in fin.* quibus addo *Card. Manti. de coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 28. *& Fusar. d. quaest.* 485. *num.* 68. alios adducens benè *Peregrin. de fideicom. d. art.* 21. *num.* 28.

18 Maximè cum dicta dictio *Agl'altri* sit repetitiua eiusdem qualitatis, ita vt referenda meritò sit ad personas filiorum supra nominatorum, non autem ad personas nepotum, vt not. in terminis *Alex. d. cons.* 204. *num.* 4. *lib.* 2. & tradunt etiam *Roman. cons.* 485. *n.* 5. *Narbo. leg.* 8. *glos.* 5. *num.* 7. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recopil. & leg.* 31. *glos.* 11. *num.* 18. *pag.* 109. *& leg.* 20. *glos.* 17. *num.* 1. *& seq. tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. Fusar. cons.* 41. *num.* 16. *Card. Mantic. d. tit.* 20. *num.* 28. *Barbo. de dict. dict.* 26. *num.* 1. *in fin. & num.* 3. *Rot. apud Duran. decis.* 146. *num.* 17. *& decis.* 93. *num.* 13. & filij fuerunt supra specialiter nominati latè *Fusar. d. quaest.* 321. *num.* 68.

Neque dici potest, fuisse factam mentionem etiam de nepotibus, dum fuerunt positi in conditione, & ideò etiam ad eos dict. dictionē *Agl'altri* posse referri, quia cum illa verificari possit in cohaeredibus, non est cur dicamus, illam esse referendam ad nepotes in conditione positos, cum relatio ad eos fieri debeat, de quibus dispositi-

19 uè, non autem conditionaliter facta est mentio *l. si cui* 55. *§. a filio ff. de leg.* 1. *l. fin. §. Titia. & ibi Bart ff. de liber. lega. Ruin. cons.* 181. *lib.* 2. *et cons.* 36. *lib.* 3. quem refert, & sequitur *Gabr. d. cons.* 121. *num.* 27. *et* 28. *lib.* 1. & benè in terminis nostris declarat *Hond. cons.* 60. *n.* 58. *lib.* 1. alios adducens, & not. *Cancer. var. resol. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 96.

20 Quibus non obstant, quae exaduerso adducuntur pro parte filiorum Ioannis, & primo quod dicti filij vti in conditione positi admitti debeant ad portionem Donati patrui ex eo quod eorum pater si viueret admitteretur ex substitutione ad portionem cohaeredis, vt in casu nostro ex *Fusar. de subst. quaest.* 440. *num.* 11. ex pluribus, & primo quia dicta doctrina non est

21 tuta †, cum contrarium teneant quamplures Doct. & praecipuè *Corn. cons.* 180. *in primo dubio lib.* 4. *Curt. Iun. cons.* 96. *num.* 5. *Ruin. cons.* 141. *sub num.* 13. *lib.* 3. *Peregr. de fideic. tit.* 15. *num.* 24. *vers. sed hac ampliatio etc. et cons.* 65. *in prin. et cons.* 152. *num.* 1. 2. *et seq. lib.* 5. & ipsemet *Fusar.* videtur a contraria opinione recedere, & huic adhaerere in dicta *q.* 440. *n.* 17. dum pro ea alias cumulat authoritates, & rationes in additione ibi nouiter adiecta, quae incipit *Contra etiam etc.* & dicit pro ea esse casum in *l. haeredes mei* 57. *§. cuncta ff. ad Trebel.* ponderādo, vt ibi per eum, quando filij in conditione positi non sunt vocati ad portionem patris, vt in casu nostro, prout ex infra dicendis apparebit.

22 Hinc videmus, quod facta reciproca inter plures filios si sine filijs decedant, mortuis primis cum filijs, & vltimo sine filijs fideicommissum dici caducatum, itaut filij praemortuorum non valeant succedere vltimo morienti nec iure transmissionis voluerunt *Gabr. cons.* 9. *num.* 6. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 200. *n.* 13. *Card. Mant. de coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 15. *et* 16. & alij quos refert *Peregr. de fideic. art.* 31. *num.* 16. *et* 17. *idem Peregr. cons.* 63. *num.* 29. *lib.* 2. *cons.* 28. *num.* 7. *cons.* 36. *num.* 24. *et cons.* 69. *n.* 20. *lib.* 3. *et cons.* 33. *num.* 4. *et seq. lib.* 4. *et cons.* 46. *num.* 4. *lib.* 5. quos refert, & sequitur *Fusar. de substit. d. q.* 440. *num.* 17. *in fin.* & in terminis nostris tenuit expressè *Rot. apud Card. Mant. decis.* 125. *et decis.* 100. *in prin. par.* 1. *rec. et apud Merlin. de pignor. decis.* 77. *num.* 1. *et seq.*

23 Secundò quia doctrina praedicta *Fusar. dict. quaest.* 440. *num.* 11. posset fortassè habere locum, quando filijs positi in conditione sunt vocati ad portionem patris, vt expressè supponunt *Peregr. per Fusar. adduct. de fideicom. art.* 28. *num.* 25. & idemmet *Fusar.* ita se declarans *d. quaest.* 440. *in prin.* dum format quaestionem, an filij positi in conditione quando sunt vocati, dicantur vocati tām ad portionē patris, quām patruui, & clarius *in d. quaest. n.* 17. *vers. verum diei etc. et quaest.* 490. *num.* 153. *vers. notādum tamen etc.* & dicit *Rota d. decis.* 100. *in fin. par.* 1. *rec.* & apparet etiā manifestè ex rationibus per *Fusar.* ibi adductis, in quibus supponit filium esse vocatum ad portionem patris, & sic tacitè substitutum, quod dici non posset, si non esset vocatus ad portionem patris, vt ex eis est videre, & hoc apud me non habet dubium, sed

sic est, quod filij Ioannis positi in conditione in casu nostro non sunt vocati ad portionē patris, vt infra ostendam, ergo neque dicuntur vocati ad portionem patrui.

Quod verò non sint vocati ad portionem patris demonstratur euidenter ex illa conclusione cō-
24 muniter recepta per Doct. † quod filij in conditione positi non censentur vocati cessantibus coniecturis iuxta opinionē *glo. in l. Lucius* 85. *ff. de hared. instit.* quam sequuntur innumeri Doct. quos refert *Fusar. de subst. quast.* 437. *in prin. Hodier. ad Surd. decis.* 262. *in prin. Ciriac. contro.* 96. *num.* 13. *& contro.* 301. *num.* 5. *Giouagno. contro.* 82. *num.* 21. *lib.* 1. vbi dicit, quod hæc opinio est canonizata, latè *Caren. resol.* 91. *n.* 8. *& seq. Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 78. vbi dicit hanc opinionem esse vbique Terrarum receptam. *Griuell. decis. Dolan.* 124. *num.* 52. vbi dicit, quod secundum hanc sententiam iudicari solet apud Gallos, Italos, Germanos, in Senatu Parisien. Gratianopolitano, Camberiacen. Taurinen. Mediolanen. Dolano, Florentino, in Camera Imperiali, & in Rota Roman. vt ibi per eum, quam re vera magis communē, & rerum indicatarum authoritate roboratam, dicit *Capic. Latro decis.* 1. *num.* 4. *lib.* 1. vbi testatur ita pluries in Sac. Consilio fuisse iudicatum, & ibi latè *Adden.* qui alios adducunt, & est canonizata in *Rota Rom.* vt restatur eadem Rota *decis.* 221. *num.* 2. *& decis.* 355. *num.* 1. *par.* 5. *rec. & apud Buratt. decis.* 385. *num.* 1. *& ibi Adden. & decis.* 387. *n.* 1. *& apud Greg. XV. decis.* 315. *num.* 1. *& decis.* 329. *num.* 1. & alibi passim.

25 Neque vllum potest fieri fundamentum super coniecturis, quibus stantibus receditur ab opinione *glos. in d. l. Lucius*, ita vt filij censeantur vocati *Card. Mant. de coniect. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 19. latè *Fusar. de subst. d. quast.* 437. *num.* 6. alios adducens *Capic. Latro d. decis.* 1. *num.* 6. *Rot. in Vrbinaten. pradij* 3. *Iunij* 1650. *in prin. coram R. P. D. Bichio*, quæ coniecturæ videntur con-
26 currere in casu de quo agitur †, nempè reciproca substitutio inter grauatos, quam probant Doct. quos sequitur *Fusar. de subst. quast.* 437. *num.* 37. *Capic. Latro d. decis.* 1. *num.* 30. *& seq. &* Rota *in d. Vrbinaten. pradij §. secunda*
27 *ex reciproca*; † & positio nepotum in conditione cum qualitate legitimitatis, quam pariter admittunt *Adden. ad Buratt. d. decis.* 385. *vers. secunda coniectura, Capic. Latro d. decis.* 1. *num.* 15. *& Rota in d. Vrbinaten. pradij in prin.*
28 † Maximè cum agatur de descendentibus testatoris, quo casu leuiores sufficere coniecturas voluerunt *Fusar. vbi supra n.* 16 *Rota decis.* 355. *num.* 8. *par.* 5. *rec. & in d. Vrbinaten. pradij §. quare non &c.*

Quia respondeo, quod solæ coniecturæ prædictæ non sunt sufficientes ad inducendam vocationē filiorum in conditione positorum, nam quicquid inuoluant Consulentes in hac difficili materia, qui cum soleant vt plurimum ad gratificationem respondere, vt dicit *Rota apud Merlin. de pigno. decis.* 134. *n.* 4. faciunt vt in adagio est, *Di ogni herba fascio*, vt aduertit *Rota Bononien. post cons.* 79. *Giouagn. num.* 75. *lib.* 1. Aduertendum est, coniecturas in proposito alias esse graues, alias probabiles, alias verò leues, vt magistraliter docet *Giouagno. I.C. magni nominis in eius discursu posito post cons.* 82. *lib.* 1. *num.* 104. *& seq.* subiungens, leues coniecturas nunquam inducere vocationem licèt agatur de descendentibus testatoris, nisi aliqua grauis etiam concurrat, vt ibi per eum videndū.

29 Coniectura autem desumpta ex reciproca substitutione inter leues recensetur a *Giouagn.* ibi. *num.* 194. *vers. leues autem &c.* & leuem illam appellat *Anel. Amat. cons.* 91. *num.* 22. & conuincitur per *tex. expressum in l. hæredes mei* 57. *§. cum ita ff. ad treb.* in quo inter institutos facta fuit substitutio reciproca, & tamen filii in conditione positi non fuerunt vocati, sed fuit admissa Claudia substituta, vt doctè aduertit *Ant. Fab. de erro. pragm. decad.* 26. *erro.* 6. *num.* 6. *& Griuell. decis. Dolan.* 125. *num.* 56. cui vti clarissimo non potest sine cauillatione respondert, & illam habere locum quando concurrit ratio conseruandæ agnationis, & non alias post *Corn. cons.* 146. *lib.* 2. *& Rusti. de lib. in cond. posit. lib.* 5. *cap.* 1. per eum relatos voluit *Giouagn. cons.* 82. *num.* 29. *lib.* 1.

30 Prout secunda desumpta ex qualitate legitimitatis, licèt per aliquos Doct. magnificetur, & præcipuè per *Surd. decis.* 162. *nu.* 5. *& per Capic. Latro d. decis.* 1. *n.* 30. leuissima tamen communiter reputatur, & illa in supremis Europæ Tribunalibus fuit reiecta, & præcipuè in Senatu Pedemontano apud *Thesa. decis.* 96. *num.* 26. in Senatu Dolano apud *Griuell. decis.* 125. in Senatu Cataloniæ, vt testatur *Fontanel. de pact. nupt. cla.* 4. *glo.* 24. *num.* 10. *& seq.* vbi dicit, quod si dicta coniectura esset vera semper filij in conditione positi dicerentur vocati, cum dicta qualitas in omnibus testamentis apponi soleat, & *Ioseph. Roman. cons.* 100. *n.* 36. *& seq.* in Consilio Neapolitano, vt testatur *Thor. in compend. decis. tom.* 2. *in verbo fideicommiss. fol.* 217. in Rota Lucana, vt per *Zucear. decis. Lucen.* 65. *num.* 13. & pluries in *Rota Rom. vt in decis.* 538 *num.* 7. *par.* 2. *rec. & decis.* 221. *num.* 12. *par.* 5. *rec. & apud Buratt. decis.* 385. *num.* 8. *& in Senogallien. hæredit.* 1. *Decemb.* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*, & illam reprobant quamplures Doct. apud *Fusar. d. quast.* 437. *num.* 65. *Adden. ad Buratt. d. decis.* 385. *n.* 10. *vers. sed coniectura in fin.* latè *Caren. resol.* 91. *n.* 25. *& seq.* vbi

vbi illam leuissimam appellat, & a Doct. magis communiter reiectam, & illam nihil operari, nisi aliæ plures concurrant scripsit *Hodier. ad Surd. decis. 162. n. 23.* vbi alios adducit, quod non verificatur in casu nostro, in quo altera tantum adest coniectura, de qua supra, & hanc coniecturam valde debilem vocat *Rot. in Beneuentana hæredit. 19. Iunij 1656. coram R. P. D. Celso.*

31 Ex duabus autem leuibus coniecturis non esse locum vocationi omnes sciunt, & probatur per tex. expressum in *d. l. hæredes mei 57. §. cum ita*, vbi plures concurrebant coniecturæ, prima quia liberi bis positi fuerunt in conditione, secunda quia testator digressus fuerat ad plures gradus substitutionum, tertia quia instituti fuerunt masculi, & Claudia fæmina exclusa, quarta quia aderat substitutio reciproca, quinta quia fuerat substituta fæmina minus dilecta, & tamen Claudia fuit admissa exclusis filijs in conditione positis, licèt essent descendentes testatoris, vt probant *Giouagn. d. cons. 82. num. 31. Ant. Fab. de error. pragm. decad. 26. erro. 6. num. 6. & Grimell. d. decis. 125. num. 5.*

32 Et ita seruatum videmus in facti cõtingentia per suprema Italiæ Tribunalia, & præcipuè per *Rot. Bononien. apud Giouagn. d. cons. 82. lib. 1.* quæ est R. P. D. Nichy, & in alia apud eundẽ ibi, quæ est R. P. D. Scaini, & per S. C. Neapol. in vna de Priolis, quã refert *Rouit. cons. 34. lib. 1.* & in vna de Electis, vt per *Ancl. Amat. d. cons. 91. & per Rot. Rom. apud Burat. decis. 385.* in qua licèt quinque adessent coniecturæ, Rota tamen tenuit pro non vocatione, & *decis. 387.* vbi concurrebant sex coniecturæ, & pariter tenuit, illas non sufficere, & agebatur de descendentibus testatoris, vt in casu nostro, *& decis. 538. n. 7. & seq. par. 2. rec. & decis. 221 par. 5. rec.* vbi ex septem coniecturis resolutum fuit pro non vocatione, & agebatur pariter de descendentibus, vt in casu nostro, & in aliis causis relatis per *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 27. num. 6. & seq.*

33 Maximè stante cõtrarietate Doct. quam patiũtur coniecturæ prædictæ, quo casu cum cõiectura per se non sit valida, sed imperfecta, illas ad hunc effectum non coniũgi voluerũt *Paris. cons. 15. num. 37. lib. 2. & conf. 79. n. 14. lib. 3. Malnas. cons. 110. nu. 17. Eugen. cons. 27. num. 62. lib. 1. Lud. Casanat. cons. 4. num. 265.* quos refert, & sequitur *Capic. Latro d. decis. 1. num. 33.* & ante eum tenuit *Rot. Bonon. apud Giouagn. post cons. 82. num. 190. lib. 1.*

Quæ licèt posse alijs quamplurib⁹ fundamentis comprobare, sciens tamen prætereo, cum nunquam viderim in aliquo Tribunali fuisse decisum ex duabus leuibus, & controuersis coniecturis inductam censeri vocationem filiorum in conditione positorũ, præter quam apud *Surd. decis. 162.* & quidẽ malè, vt patet ex *decis. Bonon. Neapol. & Rota Rom. supra proximè adductis*, prout dictam decisionem improbat *Hodiern. ibi n. 23.* nec aliquem doctum Iudicem ita facturum esse crediderim attentis præcipuè decisionibus prędictis, cum licèt quoad descendentes sufficiant

34 coniecturæ leuiores, vt dixi *supra num. 28.* † non tamen sufficiunt lenes, vel leuissimæ, de quibus supra, sed requirantur plures, probabiles, & tales, quæ innuant mentem testatoris ita esse, vt docent *Gabr. cons. 93. num. 37. lib. 2. Ancl. Amat. d. cons. 91. num. 3. Giouagn. in d. discur. post cons. 82. num. 196. & Rota d. decis. 221. in fin. par. 5. rec.*

35 Quibus eo magis locus esse debet, quia cum adsit clara dispositio testatoris pro non vocatione nepotum ex adductis supra in prin. non venit attendenda alia coniectura vocationis, quatenus adesset, vt in terminis tradunt *Gratia. discep. foren. cap. 847. num. 31. & seq. par. 5. & Rota decis. 667. num. 4. & seq. par. 2. rec.* & coniecturæ debeant esse plures, & violentæ, vt recedatur a proprietate verborum, ex quibus clarè, non æquiuocè possit constare de volũtate testatoris, vt tradunt *Gratia. & Rota in dictis locis*, & ante eos voluit *Card. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 4. num. 6. & tit. 5. nu. 3.* quæ quidem sunt manifesta in casu nostro; filijs autem in conditione positis non vocatis ad portionem patris, vt supra; neq; dici possunt vocati ad portionem patruorum, in quibus terminis loquuntur *Fusar. d. quæst. 440. num. 11.* ex aduerso adductus, & sic cessat motiuum ex aduerso allatum.

36 Nec quod filii positi in conditione sint de descendentibus testatoris potest adduci pro coniectura vocationis, quicquid dicitauerint Doct. relati per *Fusar. de subst. d. quæst. 437. num. 23.* & per *Capic. Latro d. decis. 1. num. 13.* quia omisso, quod illa iure merito reiicitur per quãplures Doct. apud *Fusar. loc. cit.* & apud *Thom. decis. March. 23. num. 7.* de communi, & magis communi opinione attestantes, quia inquam

37 veritas est †, quod id non seruit pro coniectura vocationis, vt dixi, sed solum operatur, quod quando agitur de descendentibus testatoris admittantur coniecturæ non ita vrgentes, & graues, quales requiruntur quando positi sunt in conditione transuersales, sed sufficiant aliquanto leuiores, vt benè declarant *Thoma. d. decis. March. 23. num. 7.* alios adducens, & de communi fidem faciens, *Giouagn. cons. 79. num. 7. & cons. 82. num. 26. lib. 1. & in suo discur. post d. cons. 82. n. 192. Rota Bonon. post d. cons. 82. Giuagn. num. 188. & Rot. Roman. decis. 266.*

38 *num. 6. par. 2. rec.* † in quibus descendentibus non tamen omnes coniecturæ sufficiunt, & leues non

non inducunt vocationē, sed oportet, quod sint probabiles, ita vt innuant mentem testatoris ita fuisse, vt benè declarant *Giouagn. loc. cit.* vbi dicit, quod in hoc multi decipiuntur, & idem dicit *d. cons.* 82. *num.* 27. *& Rota Bonon. post d. cons.* 82. *num.* 188.

39 Sicuti nullum potest fieri fundamentum ad hunc effectum vocationis super clausula *Omni mel. modo* quicquid aliqui scriptitauerint, vt tradunt *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsump.* 76. *num.* 82. *Fusar. de subst. d. quæst.* 437. *n.* 227. & latè comprobat *Giouagn. d. cons.* 82. *num.* 185. *&* 186. *& Rota decis.* 486. *num.* 26. *par.* 1. *rec. & decis.* 221. *num.* 16. *par.* 5. *rec.* vbi dicit, illam nihil operari.

40 Neque quod simus in fideicommisso particnlari, in quo positos in conditione censeri vocatos voluerunt Doct. quos refert, & sequitur
41 *Fusar. d. quæst.* 437. *num.* 103. † quia id habet locum in legatis meris, & puris, non autem in institutione in re certa, vt in casu nostro, vt tradunt *Rustic. de libe. in cond. posit. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 16. *Fusar. d. quæst.* 437. *nu.* 105. *& Hodier. ad Surd. decis.* 162. *num.* 25. *vers. vltra quod &c.*

42 Cessat tertio dictum motiuum vocationis filiorum Ioannis ad portionē Donati patrui † quia ad cognoscendum an filii positi in conditione excludant substitutum a portione patrui non est recurrendum ad materiam *glo. in l. Lucius* 85. *ff. de hæred. instit.* quia ibi quæritur quando filii dicantur vocati ad portionem patris, sed est recurrendum ad materiam *l. hæred. mei* 57. §. *cum ita ff. ad Treb.* an filii positi in conditione vti prædilecti excludant substitutū vt post *Soc. Sen. Curt. Sen. Paris. Ruin. & Mant.* per cū relatos magistraliter docet *Peregr. de fideic. art.* 28. *n.* 21. & post eum *Ciriac. contr.* 301. *num.* 40. & ideò videndum est an d. filii in conditione positi succedant patruo ex testamento, vel ab intestato, & excludant substitutū vti prædilecti, & tunc dicuntur vocati ad portionem patruorum, & excludunt substitutum, & hic nō est casus noster; Aut d. filii substitutum non excludunt, aut vna cum eo concurrunt in successione, vt in casu nostro, in quo nepotes ex fratre non excludunt patruum, sed concurrunt cū eo ad successionem alterius patrui, & tunc substitutus eis præfertur, vt clarè deciditur in d. §. *cum ita, & post Bart. Corn. & Castr.* per eum adductos tradit *Peregr. d. art.* 28. *num.* 21. vbi testatur de commnni opinione, & cum eo concordat *Fusar. de subst. quæst.* 440. *num.* 7. *vers, vnde Peregr.*

Alterum verò motiuum exaduerso factum de re-
43 præsentatione, † quod filij Ioannis repræsentent personam Patris, & in eius locum succedant ex *Fusar. de subst. quæst.* 485. *in prin.* cum ab eo adductis, quæ est materia. *l. cum ita* 33.
44 §. *in fideicommisso ff. de lega.* 2. nihil nocet † quia cum testator sibi hæredibus nominatim institutis quandocumq; sine filiis decedentibus substituerit superuiuentes cessat omnis repræsentatio *Curt. Iun. cons.* 57. *num.* 9. *Paris. cons.* 57. *n.* 54. *&* 70. *lib.* 2. *Card. Mant. de coniect. lib.* 8. *tit.* 9. *n.* 5. *Peregr. de fideic. art.* 21. *n.* 28. *Giouagn. cons.* 80. *num.* 4. *lib.* 1. *Gratia. discep. foren. cap.* 629. *n.* 13. *& seq. par.* 4. latè *Fusar. de subst. quæst.* 485. *n.* 60. *vers. decima est coniectura*, benè *Rota apud Card. Seraph. decis.* 1281. *num.* 1. *& apud Merlin. de pigno. decis.* 77. *n.* 3. cum quibus pertransit etiam *Ciriac. contro.* 301. *num.* 3.

Et ratio est, quia his verbis facta est relatio personalis ad personam superstitis, & ideò patruus nominatim censetur vocatus *Paris. cons.* 9. *n.* 24. *& cons.* 37. *n.* 53. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 200. *num.* 4. *Gabr. cons.* 121. *num.* 12. *& seq. lib.* 1. *Hond. cons.* 63. *num.* 16. *lib.* 1. *Fusar. vbi supra num.* 61. Quando autem aliquis nominatim est vocatus ad fideicōmissum ille solus admittitur, nec filii præmortuorū concurrunt cum patruis, vt tradunt *Paris. Menoch. Gabr. Hond. & Fusar. in loc. supra relatis.*

45 Quod est manifestū in casu nostro stantibus verbis restrictiuis ad filios nominatim institutos, ibi *agli altri sopravuiuenti*, & ibi *I quali suoi figliuoli* &c. quia cū testator se restrinxerit ad certas personas, vltra eas dispositio non debet extendi, & sic eo magis excluditur repræsentatio, ita vt patruus excludat nepotes, vt benè declarant *Fusar. d. quæst.* 485. *n.* 65 *&* 68. alios quamplures adducens ita sentientes, & *Rota decis.* 482. *num.* 4. *& seq par.* 4. *rec.*

Aliud verò motiuum exaduerso adductum, quod appellatione superstitum, seu superuiuentium, in quo Doct. differentiam non constituunt, veniant etiam filij præmortuorum *ex Menoch. cons.* 1005. *num* 8. *& seq* relat. per *Barbo. de appell. verb. signif. appell.* 255. *in fin.* est nullius momenti, quia, omisso, quod opinio *Menoch. ibi* non est tuta, cum contrarium teneant plures Doct. & præcipuè *Soc. Iun. cons.* 12. *vol.* 1. *lib.* 3. *Curt. Iun. cons.* 22. *num.* 13. & idemmet *Menoch. sibi contr. cons.* 200. *num.* 68. *lib.* 2. vt refert *Pereg de fideicom. art.* 21. *n.* 30. cum qua ego semper transirem vti fundata in verbis claris testatoris, a quibus non est per imaginarias verisimilitudines recedendum *l. ille aut ille* 25. *vers. cum in verbis ff. de lega.* 3. *Alcia. cons.* 8. *num.* 6. *lib.* 1. & latè comprobat *Card. Mant. de coniect. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 4. maximè quia quando verba sunt clara, licèt aliam probetur fuisse testatoris intentionem, quæ nullo modo colligitur ex verbis, talis voluntas non seruatur *l. in ambiguo* 3. *& ibi Soc. Sen. num.* 7. *ff. de reb. dub. Card. Mant. loc. cit.* vbi plenè.

46. quia

46 Quia, inquam, illa locum habere potest in terminis, in quibus loquitur, quando scilicet vocati sunt superstites, & eorum filij, vel descendentes, in quibus terminis loquuntur *Menoch. d. cons.* 1005. *n.* 8. *& seq. Peregr. d. art.* 21. *n.* 30. *& Fusar. de substit. quaest.* 485. *n.*77. non autem in casu nostro, in quo vocati fuerunt tantum superstites, & cum dictione restrictiua *A gl'altri* inducente relationem personalem ad institutos, quo casu soli filij superstites succedunt exclusis nepotibus, vt post *Alex. Corn. Parif. Soc. Iun. Cuma. Ruin. Curt. Iun. Pancirol. Natt. Torn. Imol. & alios* per eum adductos optimè declarat *Peregr. d. art.* 21. *num.* 28. & tradunt etiam *Doct. adducti supra num.* 10. *& seq.*

Neque vllum potest fieri fundamentum pro parte filiorum Ioannis positorũ in cõditione, vt supra, supra prætensa trãsmissione substitutionis in eo-

47 rum personas admisso etiam † quod fideicommissum conditionale, quale est illud, de quo agitur, transmittatur ex coniecturis, vt voluerunt Doct. quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. quaest.* 490. *n.*49. *Noal. de transmis. casu primo num.* 66. *& Capic. Latr. d. decis.* 1. *n.* 79. mul-

48 tis omissis præcipuè ex duobus †, & primò, quia cũ testator substituerit superstites, censetur restrinxisse vocationem ad personas particulares eorum, qui superuixerint, & ideò non debet esse locus transmissioni *Bald. in l. quidam, elogio* 20. *sub num.* 22. *C. de iur. delib. Ripa in l. haeredes mei* 57. *§. cum ita sub num.* 59. *ff. ad Trebell. idem Bald. cons.* 435. *in fin. lib.* 4. *Curt. Iun. conf.* 69. *in fin. Soc. Iun. cons.* 133. *sub n.*3. *&* 5. *vol.* 1. *& cons.* 14. *n.* 5. *&* 6. *& cons.* 30. *sub n.* 7. *vol.* 4. quos refert, & sequitur *Ciriac. contro.* 302. *num* 4. & not. etiam *Giouagn. cons.* 79. *num.* 4. *lib.* 1. *Menoch. conf.* 200. *num.* 93. *& seq. Noal. de transm. casu* 1. *nu.* 72. alias adductos, & ante eos *Peregr. de fideicom. art.* 31. *num.* 16. *& seq.*

49 Neque obstat, quod dicta conclusio non habeat locum, quando concurrunt coniecturæ pro transmissione, quia tunc, locum esse transmissioni etiam stante substitutione facta de superstitibus, voluerunt Doct. quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. quaest.* 490. *num.* 58. *Ciriac. d. contro.* 302. *num.* 39. *Giouagn. d. cons.* 79. *n.*6. *lib.* 1. *& cons.* 80. *in fin. eod. lib. & Noal. de transmis. d. casu* 1. *num.* 72.

50 Quia respondeo, quod d. opinio non est tuta cum contrarium teneant innumeri ferè Doct. & præcipuè *Bald. Rom. Rip. Alex. Corn. Soc. Sen. Gozad. Curt. Iun. Caffan. Ruin. Parif. Soc. Iun.* qui testatur, hanc esse magis cõmunem Doct. opinionem *Alcia. Rimi. Natt. Crau. Menoch. Peregr. & Card. Manti.* qui testatur hanc esse magis cõmunẽ opinionẽ, & contrariã non esse recipiendam in loc. relatis per *Fusar. d. quaest.* 490. *n.* 61. Maximè stantibus verbis restrictiuis *A gl'altri sopraniuenti*, vt in casu nostro, & sic ad filios institutos, vt voluerunt *Gabr. cons.* 121. *num.* 23. *& seq. lib.* 1. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 28. *in fin. Peregr. de fideic. art.* 31. *num.* 16. *& seq. Fusar. d. quaest.* 490. *num.* 63. *Rot. Bonon. post cons.* 82. *Giouagn.* 54. *lib.* 1. cum repugnet transmissioni ratio recti sermonis, vt tradunt *Card. Mantic. & alij Doct. supra adducti*, quicquid contrarium sentiat *Noal. vbi supra cum Doct. per eum adductis.*

51 Vel saltem illa locum habere potest, quando coniecturæ essent vrgentes, vehementes, & necessariæ, aliàs secus, vt declarant *Crauet. in l. cum filio familias* 11. *parere, sub num.* 352. *ff. de legat.* 1. *Ciriac. d. contro.* 302. *num.* 7. 8. 34. *&* 40. *Giouagn. d. cons.* 80. *in fin. lib.* 1. *Noal. de transmiss. d. casu* 1. *num.* 70. *& num.* 87. & scripsit etiam *Card. Manti. d. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 28. *in fin.* quales non adsunt in casu, de quo agitur, vt patet

52 Neque vis aliqua ex aduerso fieri potest in eo quod d. filij Ioannis, ad quos prætenditur transmissionem fieri, fint positi in conditione, ex quo eliciatur coniectura trasmissionis, vt voluerunt quamplures Doct. apud *Fusar. d. quaest.* 490. *num.* 147. *& apud Giouagn. d. cons.* 79.

53 *num.* 56. quia contraria opinio est verior, & probatur manifestè in *d. l. haeredes mei* § *cum ita, & ibi Ripa. n.*64. *Soc. Iun. nu.*4. *&* 37. *Torniel. num.*67. *ff. ad Trebell.* et ita tenuerunt *Alex. Iaf. Soc. Sen. Deci. Curt. Iun. Ruin. Parif. Ripa Alcia. Soc. Iun. Natt. Bero. Gabr.* qui testatur de communi opinione *Menoch. Peregr* qui testatur de veriori opinione *Card. Mant. Fachin. Corn. Marescot. et Rota Rom.* quos refert, et sequitur *Fusar. d. quaest.* 490. *num.* 148. vbi dicit, ipsum transire cum hac opinione, cum non possit euitari dispositio tex. *in d. §. cum ita*, qui apertè probat, hanc sententiam, quicquid aliàs consuluerit, vt ibi per eum, et idem tenuit in *cons.* 48. *n.* 11. *lib.* 1. et latè sequitur comprobando *Laderch. cons.* 142. *sub num.* 6. *vers. coniectura est altera &c.* & illam saltem per se solum nihil operari voluerunt *Adden. ad Greg. XV. decis.* 551. *num.* 14. *& Rota apud Card. Seraph. decis.* 1014. *num.* 3. *et apud Card. Mantic. decis.* 125. *in prin. et in Romana spolij, seu fideic.* 24. *Octobris* 1609. *coram Card. Lancell. Iuniore.*

Et ratio est, quia, si positi in conditione tanquam vocati non possunt venire secundum cõmunissimam opinionem, de qua *supra num.* 24. iure substitutionis, & propriæ vocationis, minus poterunt venire iure transmissionis ex regula, quod vna via prohibetur, ex alia non debet permitti *cap. cum quid* 84. *de reg. iur. in* 6. & tradunt in terminis *Rip. Alcia. & Natt.* in loc. relatis per *Rot. apud Card. Mant. d. decis.* 125. *num.* 2.

num. 2. *& Fusar. loc. cit.* alias esset imponere legem verbis, & non rebus vt dicitur *Card. Mant. de coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 15. *&* 16. & cessaret disputatio an filii in conditione positi censerentur vocati, vt not. *Card. Mant. d. tit.* 20. *num.* 15. *Facbin. contro. iur. lib.* 10. *cap.* 20. *Ant. Fab. de error. pragm. decad.* 31. *erro.* 3. 4. *&* 5. & sentiunt *Capic. Latr. d. decis.* 1. *num.* 109. *& Merlin. Pignatel. contro. foren. cent.* 2. *cap.* 1. *num.* 32.

54 Quæ eo magis locum habere debent stante vocatione facta de superuiuentibus, quo casu dictam coniecturam positionis in conditione nihil operari voluerunt *Bald. Curt. Iun. Soc. Iun. Card. Manti. Intrigl. Peregr. Alex. Ripa. Torniel. Natt. Alcia. Paris. Ancar. Cuma Fulgo. Barbat. Menoch. Comen. Corn. Soc. Sen. Ruin. Gozad.* Rim. *Iun. & alij* quos referēdo sequitur *Fusar. de subst. d. quæst.* 490. *n.* 150. qui testantur de communi opinione, quicquid contrarium tenuerint alij apud eum *ibi num.* 149.

55 Secundò nō potest esse locus prætensæ transmissioni, & hoc omnē aut fert amaritudinem in casu nostro, in quo fuit substitutus alter filius testatoris, in cuius præiudicium non est verisimile testatorem voluisse fideicommissum conditionale transmitti, vt voluerunt *Gabr. cons.* 91. *n.* 11. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 200. *num.* 111. *lib.* 2. *Card. Manti. de coniect. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 30. *Giouagn. cons.* 79. *num.* 5. *lib.* 1. *Fusar. de subst. d. quæst.* 490. *sub num.* 99. *& num.* 255. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 145. *& seq. Noal. de transmis casu* 1. *num.* 122. *&* 196. *vers. intellige &c.* vbi testatur de veriori, æquiori, & magis cōmuni opinione *Hodier. ad Surd. decis.* 162. *n.* 17. *D. Andreol. contro.* 179. *n.* 11. & admittit etiam *Capic. Latro d. decis.* 1. *num.* 87. *Rota decis.* 100. *nu.* 4. *&* 6. *par.* 1. *recen.* quicquid aliqui contrarium voluerint, contra quos adest verior, æquior, & magis communis opinio, de qua supra.

Transmissio enim habet locū ad effectum excludēdi extraneum, non autem ad effectum excludendi substitutum, qui sit de descendentibus testatoris, vt in casu nostro, in quo est substitutus Dominicus filius *Gabr. d. cons.* 91. *num.* 24. *lib.* 2. *Noal. d. casu* 1. *n.* 196. latè *Merl. Pignatel. contro. foren. d. cap.* 1. *n.* 32. *cent.* 2. *Rota decis.* 100. *num.* 6. *par.* 1. *rec.*

Quæ habent locum etiam, quod substitutio fideicommissaria sit vnita cum iure accrescendi,

56 † quia licèt tunc esse locum transmissioni voluerint *Fusar. de subst. quæst.* 490. *n.* 95. *Capic. Latro d. decis.* 1. *num.* 95. *& Rota decis.* 502. *in fin. par.* 4. *diuer.* ex aduerso adductæ, *& decis.*

57 568. *apud Buratt. per tot.* † Quæ tamen opinio non est tuta, cum quam plures Doct. sentiant contrarium, quos refert *Fusar. de subst. d. quæst.* 490. *num.* 96. & illam refellunt omnino *Facbin. contro. iur. lib.* 10. *cap.* 21. *per tot. Ant. Fab. de erro. pragm. decad.* 31. *erro.* 3. 4. *&* 5. *Rota Bonon. apud Giouagn. post cons.* 82. *nu.* 57. *lib.* 1. & illam valdè dubiam appellat ead. *Rot. Rom. d. decis.* 100. *num.* 6.

58 Quia inquam dicta conclusio non habet locū, quando superest aliquis ex cohæredibus, vel substitutis, qui possit venire ad portionem deficientem, vt in casu nostro, in quo adest Dominicus cohæres, & substitutus, cuius existentia facit cessare transmissionem, & ius accrescendi *glo. in l. qui patri* 59. *& ibi Bart. Castr. Roma. Ang. & Imol. ff. de acq. hæred. Ias. in l. qui plures* 38. *num.* 2. *ff. eod. tit. Gabr. commun. concl. de hæred. instit. concl.* 2. *n.* 58. *Trentacinq. de subst. par.* 4. *cap.* 14. *num.* 18. *Fusar. de subst. quæst.* 164. *num.* 23. & benè declarat *Noal. de transmis. d. casu* 1. *n.* 195. quibus addo *D. Andreol. contro.* 7. *num.* 13.

59 Et ratio est, quia substitutio est potentior iure accrescendi *l.* 2. *§. si duo ff. de bon. possess. sec. tab. Ant. Gomez var. resol. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 36. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 4. *tit.* 12. *num.* 15. *Noal. vbi supra num.* 195. *in fin.* alios adducens *Rot. Bonon. post. d. cons.* 82. *Giouagn. num.* 56 *& seq.* & ideò ius accrescendi tollitur per substitutionem expressam, vt tradunt *Giouagn d. cons.* 82. *num.* 13. *lib.* 1. *Rota Bononien. vbi sup. num.* 56. & alij *Doct. sup.* adducti *Rot. in Nucerin. fideicom.* 1. *Iunij* 1650. *corā R. P. D. Meltio.*

60 Neque obest in aliquo vltimum obiectum, quod filij Ioannis, vti in conditione positi continentur in substitutione facta de superstitibus ex *Rimi. Sen. cons.* 78. *col.* 2. quem simpliciter referunt *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita par.* 7. *num.* 70. *ff. ad Trebell. & Fusar. cons.* 163. *n.* 3.

61 † Quia dicta doctrina *Rimi.* non est vllo modo vera, & est contra omnes bonas iuris conclusiones, quia si vult id fieri vti simpliciter in conditione positi, & non potest, cum vti tales non censeantur vocari secundum communissimam opinionem firmatam *supra num.* 24. *& seq.* si intendit iure repræsentationis, & pariter non potest, cum illi non sit locus stante dictione *superuiuentes*, maximè addita dictione *A gl' altri*, vt pariter probatum est *supra num.* 43. *& seq.* Aut intendit id fieri iure transmissionis, & pariter non potest, cum illa non habeat locum in hoc casu ex rationibus supra adductis, & præcipuè cum fuerit substitutus filius testatoris, vt etiam fuit ostensum *supra num.* 47. *& seq.* Aut quia nepotes veniant appellatione filiorum, & non potest, cum illi non veniant, quando sunt vocati superuiuentes, vt pariter ostensum fuit *supra nu.* 20. *& seq.* Aut postremò ex eo, quod testator præsumatur se confirmare cum dispo-

sitione

litione iuris cõmu.ris, quo attento nepotes succedunt vua cum pattuo, quod est fundamentũ *Rimi. in d. cons.* 78. & hoc pariter non suffraga-
62 tur †, quia testator præsumitur se conformare cum iure communi in dispositiuis, non autem in conditionalibus, vt tradunt *Caph. cons.* 527. *num.* 43. *& seq. lib.* 4. *Hond. cons.* 57. *num.* 71. *lib.* 1. *Fusar. de subst. quæst.* 402. *num.* 63. alios adducens concordantes.

63 Et in terminis nostris, quando testator, tribus, vel pluribus institutis filijs, aliquo illorum decedente sine filijs, substituit alios filios superuiuentes, & per similia verba facientia relationem personalem ad institutos, nepotes ex filijs prædefunctis non esse substituos, ita vt soli filij superuiuentes succedant post *Alex. Corn. Paris. Soc. Iun. Rom. Ruin. Curt. Iun. Pancirol. Natt. & Port. Imol.* per eum relatos scribit, & benè comprobat *Peregr. de fideic. art.* 21. *num.* 28. & ante eum firmat *Gabr. cons.* 121. *num.* 22. *& seq. lib.* 1. quicquid sit, quando essent substituti superstites filii secundùm eum, quod non concurrit in casu nostro.

64 Quæ licèt satis sint expedita, eis tamen eo magis locus esse debet †, cum in dubio iudicandum sit pro non fideicõmisso *Gargiar. Iun. cons.* 65. *n.* 19. *lib.* 2. *Caren. resol.* 91. *in fin. Capic. Latro decis.* 103. *n.* 22. *lib.* 1. & pro fideicõmissi exclusione omnis sit facienda interpretatio *Anell. Amat. cons.* 91. *Cancer. d. resol.* 91. *n.* 54.

65 Cum prætendenti, se comprælensum in substitutione, & fideicommisso, semper obstet regula De te fideicommissom non loquitur, & hic casus non est in substitutione compræhensus, de qua *Marescot. d. cap.* 27. *nu.* 1. *& 2. Ciriac. contro.* 8. *n.* 47. *Caren. resol.* 60. *num.* 1. Rota *decis.* 448. *in prin. par.* 5. *rec. lib.* 2.

Quare &c. saluo &c.

Contrarium fuit Sententiatum in Ciuitate Vrbini per duos Arbitros a Partibus electos, de anno 1657. *sed an benè, vel malè, iudicent viri docti. Laus Deo, & Virgini etc.*

ARGVMENTVM.

Testamentum minoris ad fauorem curatoris an sit validum, maximè stantibus coniecturis suasiones indicantibus, Trebellianica an possit prohiberi filijs primi gradus, maximè, quando fideicommissum est relictum impersonaliter, & restitutio est facienda filijs testatoris, & stante acceptatione testamenti, alienationes bonorum fideicommissi factæ per hæredem, qui adiuit sine inuentario an præsumantur æquare detractiones, hæres grauatus quale inuentarium teneatur conficere, pater an possit apponere onus in legitima, maximè, si hæreditas est satis opulenta, & stante approbatione filij, & si filius viuens de onere non sit conquestus, donatio facta a patre quando sit imputanda in legitimam filio, maximè, si illa contineat onus, ad restitutionem fructuum an quis teneatur non probata perceptione illorum, emphiteusis acquisita titulo oneroso an contineat ius accrescendi, filius acquirens ex pecunia paterna an sibi, vel patri acquirat, legitima matris an sit tertia totius, & per diuisionem an censeatur renonciatum fideicommisso, stante protestatione in contrariũ.

SVMMARIVM.

1 *Mater, et frater succedunt in hæreditate fratris ab intestato pro virili.*

2 *Testati causa cessare facit causam intestati.*

Fallit quando testamentum est nullum. n. 3.

4 *Testamentum minoris ad fauorem Curatoris est nullum.*

Maximè stantibus coniecturis suasiones indicantibus, vbi plures recensentur. num. 5.

6 *Testamentum sigillatum apertum sine debitis solemnitatibus est nullum.*

7 *Fideicommissum, quando est clarum, de eo dicitur constare ex lectura testamenti.*

8 *Inuentarium plenè probat contra conficientem, & habentem causam ab eo.*

9 *Diuisio bonorum defuncti probat possessionem contra diuidentes, & habentes causam ab eis.*

10 *Fideicommissario, probatis extremis, est danda immissio in bonis defuncti ex remedio* l. fin. C. de edic. D. Adria. tollen.

Vel ex remedio vtilis Saluiani Interdicti. num. 11.

12 *Trebellianica potest prohiberi etiam liberis primi gradus.*

Quam opinionem semper tenuit Rota Rom. num. 13.

Et ita iudicatum fuit in pluribus supremis Tribunalibus. num. 14.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 16.

15 *Rota decisiones, vti magistrales, & communem opinionem facientes sequendæ sunt omninò in iudicando.*

17 *Fideicommissum impersonaliter relictum non dicitur relictum a filio, sed ab hærede filij.*

18 *Trebellianica potest prohiberi hæredi filij, & ideò tunc detrahi non potest.*

19 *Trebellianicæ prohibitio dicitur fauorabilis quando restitutio est facienda filio testatoris.*

20 *Opinio æquior, & benignior est sequenda in indicando.*

21 *Trebellianica non detrahitur, si sit probibita, & filius acceptet testamentum patris.*

22 *Pronunciandum est in dubio pro non detractione Trebellianicæ.*

23 *Trebellianica censetur prohibita, si testator mandet, haeredem non posse disponere, nisi de tot.*
24 *Alienationes bonorũ fideicommissi facta per haeredem sine inuentario praesumuntur aequare detractiones.*
25 *Haeres grauatus potest facere detractiones contra fideicommissariũ, etiam non confecto inuentario.*
26 *Inuentarium confectum sine debitis requisitis est nullum, & haeredi non prodest.*
27 *Haeres grauatus non tenetur facere inuentarium solemne, sed tantùm descriptionem bonorum.*
Fallit stante praecepto testatoris in contrariũ num. 28.
Tenetur tamen illud facere cum solemnitatibus requisitis in inuentario tutoris num. 29.
30 *Inuentarium tutoris continere debet omnia bona cum eorum qualitatibus, quantitatibus, & confinibus.*
31 *Nullum esse, & non esse paria sunt.*
32 *Legitima nec in tempore, nec in quantitate minui, nec grauari potest.*
Fallit quando filius est institutus in haereditate admodum opulenta num. 33.
Contrarium tenent aliqui Doctores num. 36.
34 *Testator potest grauare haeredem in re propria ipsius haeredis.*
35 *Filius non dicitur grauatus in legitima quando fuit institus in haereditate admodum opulenta.*
37 *Filius approbando testamentum verbis multùm praegnantibus dicitur approbare onus positũ in legitima.*
Quicquid sit, quando approbatio esset generalis, & sine dictis verbis num. 38.
39 *Filius, si non sit conquestus de onere apposito in legitima, non potest conqueri eius successor.*
Cum priuilegium remouendi oneris de legitima sit personale num. 40.
41 *Grauamen in legitima potest apponi haeredibus filij.*
42 *Actus tendens ad fauorem alterius intelligitur ipso petente etiam stante clausula, ipso iure.*
43 *Supplementũ legitimae, vt debeatur, debet firmari statu haereditatis.*
44 *Exceptio supplementi legitimae non impedit immissionem fideicommissario* ex remed. l. fin. C. de edi. D. Adria. toll.
45 *Donatio inter patrem, & filium non est valida, firmatur tamen iuramento num. 46.*
47 *Donatio valida a principio inter patrem, & filium non imputatur ei in legitimam.*
Fallit, quando donatio continet onus substitutionis num. 48.
49 *Donatio continens substitutionem dicitur potius substitutio, quam donatio.*
50 *Donatio ob causam in legitimam imputatur.*
51 *Donatio, vt dicatur ob causam; causa debet esse necessaria.*
Contrarium est verius num. 52.
53 *Donatio quando aequiualet legitimae, illa censetur facta ad effectum imputandi in legitimam.*
54 *Pater non praesumitur velle fraudare filium in legitima.*
55 *Pater praesumitur bonum consilium capere pro filio.*
56 *Dos assignata per patrẽ filiae praesumitur cõgrua.*
57 *Fundamentũ intentionis agentis est probandum.*
58 *Fructibus de non exactis nemo tenetur, nisi qui necessariò tenetur exigere.*
59 *Fructus praesumuntur percepti a possessore.*
60 *Fundamentum, quod est intentionis agentis, non probatur per praesumptionem iuris.*
61 *Testator mandando, quod eius haeredes de haereditate non detrahant, nisi tot, censetur prohibere eorum credita.*
62 *Pater, si exegit fructus ad filios spectantes, censetur illos erogasse in alimenta eis praestita.*
63 *Pater non tenetur alere filios de proprio, dum ipsi habent, vndè se alant.*
64 *Filij habitantes cum patre emendo bona censentur emere de pecunijs paternis.*
Empta tamen cum d. pecunijs sibi acquirunt. num. 65.
Licèt patri domino pecuniarum detur actio ad illas repetendas a filijs num. 66.
67 *Donatio inualida facta a patre imputatur filio in legitimam.*
68 *Emphiteusis acquisita titulo oneroso continet ius accrescendi.*
69 *Emphiteusis dicitur acquisita titulo oneroso, etiã si pecunia non sit soluta domino directo.*
70 *Emphiteusis concessa duobus, si continet ius accrescendi, vno mortuo accrescit alteri.*
Si verò illud non continet, vno mortuo eius pars redit ad dominum directum num. 72.
71 *Emphiteusis concessa duobus acquiritur cuilibet pro virili.*
73 *Emphiteusis Ecclesiastica regulariter non est trãsitoria ad haeredes extraneos.*
74 *Facultas disponendi de re cum licentia alicuius intelligitur de dispositione per actũ inter viuos*
75 *Conditio censetur inducta per ablatiuũ absolutũ.*
76 *Actus conditionalis, conditione non impleta, est nullus.*
77 *Conditio importat formam.*
78 *Forma non seruata, actus est nullus.*
79 *Conditionem fuisse impletam, probandum est per allegantem.*
80 *Matri debetur legitima in bonis filij.*
Quae ex haereditatis fratribus est tertia totius num. 81.
82 *Renunciatum fideicommisso non censetur per diuisionem stante protestatione in contrarium.*
83 *Protestatio conseruat ius protestantis.*

ALLE-

ALLEGATIO XXXXII.

EXcellentiſſimi Domini. Hæreditatem q. Perilluſt. D. Stephani Rubei de Vrbino ſine filijs prędefun-
1 cti † ſpectare ab inteſtato ad Perilluſt. DD. Hieronymum fratrem, & Franciſcam Matrem proximiores pro virili in confeſſo eſt apud omnes, ad tex. in Auth. defuncto C. ad Tertull. & not. Nicol. de Vbal. de ſucceſſ. ab inteſt. par. 2. num. 2. Oliu. Texto, pariter de ſucceſſ. ab inteſt. in prin. n. 76. Corn. conſ. 82. littera E lib. 2. Boer. deciſ. 185. in prin. par. 1. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. quaſt. 23. in prin. vbi dicit, quod hæc eſt clara concluſio.

Quibus non obſtat, quod D. Stephanus deceſſerit cum teſtamento inſtitutis ſibi in eo hæredibus Perilluſt. DD. Io: Fraucisco, & Hortenſia
2 iugalibus de Ioanninis, & ideò † cauſa teſtati faciat deficere irrefragabiliter cauſam inteſtati l. quam diu 90. ff. de reg. iur. l. quamdiu 39. ff. de acq. hæred. l. antequam 8. C. comm. de ſucceſſ. Ciriac. contro. 426. num. 6. Rota deciſ. 94. n. 3. par. 3. recen. & in Roman. hæredit. de Scarſellis 17. Nouembris 1645. in prin. coram Reuerendiſſimo Decano.

3 Quia cum reſtamentum conditum per D. Stepharium minorem 19. anno ad fauorem D. Io. Franciſci Ioannini eius Curatoris ſit nullum, vt infra demonſtrabitur, ſucceſſio reducitur ad cauſam inteſtati l. 1. in fin. ff. ſi tab. teſta. nulla exta. d. l. quamdiu 90. ff. de reg. iur. d. l. quamdiu 39. ff. de acq. hæred. d. l. antequam 8. C. commun. de ſucceſſ. & poſt Bott. conſ. 27. n. 22. per eum relatum tradit Giurb. ad conſuet. Meſſanen. par. 1. cap. 8. gloſ. 7. num. 6.

Cum paria ſint teſtamentum non facere, & nullitet facere Cartar. deciſ. 85. nu. 11. & ſeq. Surd. conſ. 3. num. 12. & ſeq. & conſ. 136. num. 35. lib. 1. & conſ. 371. num. 74. lib. 3. Aldou. conſ. 51. num. 32. Capb. conſ. 684. n. 24. lib. 5. plenè Giurb. d. cap. 8. gloſ. 7. num. 4. quamplures adducens ita ſentientes Barbo. axiom. 162. num. 5. Nouar. quaſt. foren. lib. 1. quaſt. 126. num. 9. Teſtamentum enim nullum non dicitur teſtamentum Corn. conſ. 126. num. 6. lib. 2. Surd. d. conſ. 3. num. 14. Ciriac. contro. 426. num. 21.

4 Quod verò teſtamentum minoris factum ad fauorem Curatoris ſub cuius gubernio manet, vt in caſu noſtro, ſit nullum, maximè accedentibus coniecturis ſuadentibus perſuaſiones, de quibus infra, tradunt Caſtr. conſ. 231. in fin. vol. 2. Rebuff. in ſuis commen. in tit. de donat. gloſ. 6. tom. 2. late Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 6. n. 12. ver. ſed contrarium &c. vbi dicit d. opinionem Caſtr. æquam eſſe, vt ibi per eum alios adducentẽ, benè Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 7. nu. 150. vbi dicit, ipſum conſuluiſſe teſtamentum eſſe nullum factum per minorem ad fauorem tutoris excluſa ſorore egena ex eo ſolum, quod tutor erat vir aſtutus, vt ibi per eum Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tutor. & curat. tit. 19. num. 3818. & n. 3956. alios adducens, Ciriac. contro. 410. num. 17. iuncto num. 62. & 63. Marta voto 198. num. 3. & ſeq. quem refert, & ſequitur D. Andreol. contro. 293. num. 10. & idem tenet concurrentibus coniecturis ſuaſionum, ſuggeſtionum, & ſimil. vt in caſu noſtro contro. 357. num. 10. poſt hæc ſcripta viſus, ita vt meritò dicendum ſit, hanc eſſe cõmunem Doct. opinionem.

5 Coniecturæ autem ſuaſionum, inductionis, & ſimilium non deſunt, & quidem vrgentes, & prima eſt, quod D. de Ioanninis erat non ſolum Curator teſtatoris, ſed etiam eius Socer, cui vltra reuerentiam ei de iure debitam d. teſtator cum effectu magnam exhibebat vt conſtat ex proceſſu, quo caſu præſumitur illum metu diſpouiſſe Affl. deciſ. 69. n. 4. Menoch. de praſũp. lib. 4. praſ. 11. n. 9. Secunda eſt, quod D. de Ioãninis eſt vir nobilis peracuti ingenij, in quo ſe fundat Cancer. d. par. 1. cap. 7. n. 150. Tertia, quod D. Stephanus teſtator manebat in domo eiuſdem læthali morbo affectus, & ſic facilius induci potuit ad ipſum D. Curatorem hæredẽ inſtituendum, vt poſt Decia. conſ. 32. num. 13. vol. 3. & conſ. 30. num. 12. & 13. vol. 4. & Menoch. conſ. 1139. num. 9. & ſeq. per eum relatos not. Ciriac. d. contro 410. num. 17. Quarta deſumitur ex iuuenili ætate teſtatoris annorum decem & octo circiter, quæ ob imbecillitatem conſilij eſt maximè ſubiecta ſuaſionibus, vt poſt Decia. Hond. Soc. Iun. Peregr. & Rot. per eum adductos tradit Ciriac. d. contr. 410. num. 15. & D. Andreol. contro 14. num. 5. Quinta, ex ſcientia, quam habuit D. de Ioanninis de contentis in teſtamento ſigillato ante mortem teſtatoris, & ideò vocauerit Notarium, & alia plura præparauerit ante illius mortem ad not. per Menoch. de praſump. lib. 4. praſ. 12. num. 3. Sexta elicitur coniectura ex eo, quod D. Stephanus teſtator erat admodum ignarus literarum, ita vt teſtamentũ tam eleganter compoſitũ dictare non valuerit, & ideò veriſimile ſit, ipſum fuiſſe ordinatum ad ipſo D. Curatore literarũ admodum perito Marta voto 198. num. 9. verſ. ſecunda coniectura, quem referendo ſequitur D. Andreol. d. contro. 14. num. 11. Septima deſumitur ex aſſertione eiuſdem teſtatoris de redditione rationum eidem facta per D. Curatorẽ, quæ non eſt veriſimilis ſine quietãtijs cum agatur de negotio graui D. Andreol. contro. 135. num. 6. & ſeq. Rota apud Greg. XV. deciſ. 188. num. 3. Octaua deſumitur ex teſtamento ſigillato, quod rarò fieri ſolet, vt poſt gloſ. Bald.

Iaf.& Dec. per eum relatos dicit Menoch.d.præ-
fump. 12. num. 4. Maximè adhibitis omnibus
testibus Religiosis,& fie secretò Ciriac.d.contro.
410. n.20. D. Andreol.d. contro. 14. n.4. Nona
insurgit coniectura ex institutione DD. Iugaliũ
de Ioãnis præterito omninò D.Hieronymo fra-
tre ei amicitia iuncto, quod non est verisimile,
factum fuisse saltem sine suggestionibus Gabr.
conf. 16. n. 43. lib. 1. Menoch. d. præsump. 12.
in fin. Ciriac. d. contro.410. num. 34. & seq. D.
Andreol. d. contro. 14. num. 8. Ex quibus conie-
cturis simul iunctis dubitandum non est, bonos
Iudices, quorum arbitrium in hoc plurimùm
valere dicit Peregr. de iur. fisc. d.tit. 6. num. 12.
iudicaturos fore pro nullitate testamenti ex re-
gula, quod vna suspicio non operatur, plures
simul iunctæ benè operantur l.istrumenta 5.l. ra-
tiones 6.l. non epistolis 13.l. non nudis 14. C. de
prob.cap.illo vos 4. de pigno. Cranct. conf. 249.
num. 12. Farin. de testi. quæst. 57. n. 46. Gratia.
decis. Marcb. 240. num. 8.
6 Quod quidem testamentum neq; venit etiam
attendendum, quia in eius aperitione non fue-
runt seruata seruanda,quæ recensentur per Am-
brof. decis. 13. num. 10. & seq.& per Menoch.
conf.639. num. 15.& 16.& de adipisc. possess.
remed. 4. n.660. quo casu testamentum redditur
nullum, vt fuit decisum apud Vinc. de Franch.
decis.429.& ibi Adden. & tradunt etiam Ciriac.
contro.444. n. 122. & D. Andreol. contro. 346.
num. 20.& seq. post hæc scripta visus.
Quæ licèt satis clara sint, & aperta, quatenus ta-
men dictæ successioni ab intestato locus esse
non posset, quod non credo per iura, & autho-
ritates supradictas,stante tamen fideicommisso
claro instituto per q. Perillust. D.Ioannem Ru-
beum eius Patrem ad fauorem ipsius D. Hiero-
7 nymi filij in omnibus ipsius Testatoris bonis,†
de quo constare dicitur ex ipsa lectura testamẽ-
ti exhibiti ad not. per Peregr. de fideic. art. 43.
num. 2. & per Rot. decis. 468. num. 7. par. 5.
rec. lib.2. & in Rom. fideicom. de Zuccaris 4. Fe-
bruarij 1650. in prin. coram Reuerendiss. Decano
& in Bononien. fideicom. 28. Iunij 1651. in prin.
coram R. P. D. Celso,& constito de illius purifi-
catione per mortem d. D. Stephani alterius fi-
lij D. Testatoris sine filijs,vt patet ex confessio-
ne partium in responsionibus ad positiones,
de quibus in processu fol. 27. quæ plenè probat
contra respondentes Michal. de posit. cap. 57.
num. 1. Rota apud eundem decis. 2. num. 5. &
decis. 24. in prin. & decis. 77. num. 40. & de
bonorum identitate, illaq; fuisse reperta in hæ-
reditate D. Ioannis testatoris, vt apparet ex
inuentariis de ipsis bonis confectis per dictos
8 eius filios,& hæredes†, quæ plenè probant con-
tra conficientes, & habentes causam ab eis Pe-
regr. de fideic. art. 44. num. 2. & 3. Fusar. de
subst. quæst. 618. num. 1. Rota decis.407.num.2.
par. 4. rec. & apud Buratt. decis.637. num.6. &
ibi Adden. n. 15. & in Roman. fideicom. 3. Martij
1651. in prin. coram Eminentiss. Card. Ottobono
& ex Instrumento diuisionis bonorum eiusdem
testatoris, tanquã de bonis hæreditariis Peregr.
d. art. 43. num. 5. Mascar. de probat. concl. 772.
num. 22. vol. 2. Fusar. d. quæst. 618. num. 11.
alios adducens, Rota apud Cenc. de cens. decis.
450. num. 13. & decis. 518. num. 8. par. 4. rec.
9 tom. 3. † quæ pariter probat contra hæredes
grauatos, & habentes causam ab eis Peregr. d.
art. 44. num. 5. & 6. Rot. d. decis. 518. num. 9.
& de aliis requisitis, de quibus in processu.
10 Concedenda saltẽ est ei immissio in possessio-
nem bonorum fideicomisso subiectorum con-
tra dictos DD. Iugales de Ioannimis habentes
causam a D. Stephano grauato ex remedio l.
fin. C. de edic. D. Adriani tollen. Hond. conf. 64. n.
56. & seq. lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 611. n. 12.
Rot. decis. 301. num. 5. par. 6. rec. & decis. 8.
num. 1, et decis. 61. num. 1. et decis. 88. num. 1.
et 2. et decis. 131. n. 1. et decis. 135. num. 22.
par. 7. recen. et in Rom. fideicom. 27. Ianuarij
1642. coram R.P.D. Cerro §. de vocatione etc.
et in dict. Rom. fideicom. de Zuccaris. §. nam
existentia etc. et in d. Rom. fideicommissi 3. Martij
1651. coram Eminentiss. Card. Ottobono in prin.
11 Vel ex remedio vtilis Saluiani interdicti Sca-
pue. de Saluia. lib. 1. quæst 8. per tot. & ibi Adden.
Gratian. discep. foren. cap. 731. num. 14. par. 4.
Rota apud Buratt. decis. 376. n. 2. & decis. 180.
num. 1. & seq. & decis. 330. num. 2. par. 5. rec.
& in dicta Roma. fideicommissi coram Eminentiss.
Card. Ottobono post prin. & in dicta Bononien.
fideicommissi 5. Decembris coram R. P. D. Celso
in prin. vbi aliæ cumulantur.
Prætentiones verò detractionum ex causa legi-
timæ, Trebellianicæ, & bonorum propriorũ D.
Stephani grauati prædefuncti non subsistunt,
neq; illis locus esse debet ex pluribus, & primò
incipiendo a Trebellianica, quia illa fuit a te-
12 statore prohibita †, quod fieri potest etiam
liberis primi gradus secundùm opinionem ve-
riorem, magis communem, & hodiè receptis-
simam, tàm per Doct. Moderniores, quàm per
Rot. Rom. vt ex neotericis referendo tantum eos
qui de veriori, & magis communi opinione te-
stantur, tradunt Corset. in tract. de Trebell. §. 1.
per. tot. Thob. Non. conf. 32. num. 24. & conf.
90. num. 21. & seq. Turret. conf. 81. num. 15.
lib. 1. Hond. conf. 59. num. 37. & seq. lib. 1. &
conf. 54. num. 65. & seq. & conf. 66. num. 8. &
seq. lib. 2. Paris. conf. 28. num. 42. & seq. lib. 3.
Menoch. conf. 64. num. 26. & conf. 533. num. 23.
& conf. 686. num. 22. & seq. & conf. 737. nu.
18. & conf. 1141. num. 17. vbi refert 42. Doct.
ita sentientes, & dicit ita fuisse iudicatum Ber-

tran. conf. 130. num. 5. lib. 3. par. 2. Amat. decis. March. 11. vbi pro hac opinione enumerat 52. Doct. illam sequentes Bello. cons. 80. num. 19. & seq. vbi hanc opinionem dicit magis cōmunem, prout faciunt Signorol. Angusc. Pancirol. Bellam. Gozad. Peregr. Menoch. Peguer. & alij plures, quos refert, & sequitur Hodier. ad Surd. decis. 251. num. 3. Gratia. discep. foren. cap. 245. in prin. par. 2. Suarez. in Thes. recep. sent. littera I. num. 307. Gargiar. Iun. cons. 59. in fin. lib. 2. Fachin. contro. iur. lib. 12. cap. 11. qui se retractauit, Scacc. de iud. lib. 2. cap. 9. n. 1133. quāplures referens de magis communi opinione attestantes, & benè comprobat, vt ibi per eum, quam opinionem sequuntur Merl. de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 25. & seq. vbi dicit, dictam opinionem non solum in Curia Rom. sed in toto Statu Ecclesiastico esse canonizatā, & seruandam, & quod fatuus esset Iudex, qui iudicaret contrarium, vt ibi per eum Thes. Iun. quæst. foren. 20. nu. 2. lib. 1. et quæst. 32. n. 4. lib. 4. vbi testatur de veriori opinione Laderch. cons. 26. num. 11. vbi dicit, hoc esse manifestū, & contrariam sententiam nulla bona ratione fulciri, qui omnes testantur, hanc esse veriorem, & magis communem Doct. opinionem, vt dixi, prout testatur etiam Massin. de confisc. bon. quæst. 30. num. 4. post hæc scripta visus.

13 Quam opinionem, alijs omissis, semper tenuit Rot. Rom. & præcipuè, relictis decisionibus antiquioribus, decis. 135. num. 1. par. 4. diuers. & decis. 67. num. 2. & decis. 318. num. 3. par. 1. rec. & decis. 155. num. 3. & decis. 259. num. 4. par. 2. rec. & decis. 204. num. 2. par. 3. rec. & decis. 203. num. 3. & decis. 578. num. 7. par. 4. rec. & decis. 462. num. 5. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 651. n. 1. & seq. vbi Rota appellat hanc opinionem receptissimam, & decis. 658. n. 6. par. 4. rec. tom. 3. & decis. 185. n. 13. & decis. 226. num. 14. vbi Rota hanc dicit receptiorem opinionem, & decis. 399. num. 10. par. 5. rec. et decis. 582. num. 34. et seq. d. par 5. rec. lib. 2. et decis. 5. num. 5. et decis. 178. num. 3. par. 6. rec. vbi testatur de veriori, & magis communi opinione, & apud Coccin. decis. 253. vbi latè, & apud Duran. decis. 354. num. 2. et apud Merli. de pignor. decis. 90. num. 6. et in Vrbinaten. prædij 23. Maij 1653. coram R. P. D. Bichio, & alibi passim.

14 Quæ opinio eò magis est sequenda in iudicādo, quia secundùm illam fuit iudicatum in quāpluribus Italiæ Tribunalibus, & præcipuè in Rota Perusina, vt testatur Hond. d. cons. 54. num. 65. in Rota Marchiæ, vt testatur Amat. d. decis. 11. in Collegio Mediolani, vt testatur Cotta in Memorab. in ver. Trebellianica, Thob. Noni. d. cons. 90. num. 20. Polid. Ripa. obseru. 117. num. 5. et Calui. de æquit. lib. 1. cap. 28. num. 1. in Consilio Neapolitano, vt testatur Vinc. de Franch. decis. 11. nu. 19. et decis. 612. num. 1. Capic. Latr. decis. 1. num. 25. par. 1. et Hodier. contro. 10. num. 25. par. 1. vbi dicit, in Regno hoc esse receptissimum, necnon Merli. Pignat. contro. foren. cap. 78. num. 6. cent. 2. in Ciuitate Paduæ, vt testatur Pancirol. cons. 98. num. 26. in Ciuitate Florentiæ, vt dicit Roman. in l. Marcellus 3. §. quod autem ff. ad Trebell. & ita seruari in Principatu Cathaloniæ ex particulari resolutione testatur Cancer. var. resol. par. 2. cap. 2. num. 98. & ita semper seruatum fuit in Rot. Rom. vt ex decisionibus supra allatis est videre, & plenè testatur Theod. Rub. in singul. Rotæ Rom. tom. 1. ad decis. Cassad. 4. et ad decis. Eminentiss. Card. Pamphilij postea Innocentij X. in Forolivien. fideicom. 9. Maij 1611. et tom. 2. circa stilum Rotæ in ver. Trebellianica.

15. Cuius Rotæ decisiones ob tot Illustrissimorum Dominorum authoritatem, & ipsorum preeminentem scientiam, tanquā magistrales, & communē opinionem constituentes, in re dubia esse omnino sequendas admonent Hond. d. cons. 59. nu. 48. lib. 1. Gargiar. Iun. d. cons. 59. in fin. lib. 2. vbi dicit Rotæ iudicium esse tutissimum, & infallibile, & omninò sequendum & Theod. Rub. in d. tom. 2. in ver. Trebellianica. in fin. Rota enim Rom. loquente, propter eius eximiam excellentiam cætera Tribunalia obmutescere debent Mando. de monit. quæst. 27. num. 6. Lazar. de blasph. quæst. 13. nu. 47. vbi num. 45. dicit, illum Rotæ haberi pro lege, & contra illum ire, ad instar Sacrilegij esse, cum Rota Rom. dicatur speculum ad imitandum, Gratia. decis. March. 1. num. 1. Thoma. decis. March. 68. num. 65.

16 Quicquid contrarium senserint Doct. quamplures, quos referendo sequitur D. Andreol. contr. 1. asserentes, ita fuisse iudicatū, in quampluribus Italiæ Tribunalibus cum, contra eos, licèt in magno numero sint, adsit verior, & cōmunior, imò communissima opinio, de qua testantur Doct. & Rota Rom. in locis supra adductis, & stilus trium supremorum Tribunalium Italiæ, nempè Rotæ Rom. Consilij Neapolitani, & Collegii Mediolani, a quibus, propter eorū excellentiam, cætera Tribunalia, vti doctrina, & authoritate longè inferiora iudicandi normam accipere dedignari non debent.

17 Quibus eò magis locus esse debet, quia, cum fideicommissum, de quo agitur, sit relictum impersonaliter ibi E morendo alcuno di essi senza figli legitimi, e naturali la detta heredità ritorni al sopravivente, illud dicitur relictum non a filio, sed ab hærede filij, vt, post Bart. Castr. Alex. & Iason. per eum relatos, tradunt Paris. cons. 21. num. 47. & 48. lib. 3. Ceph. cons. 153. num. 66. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 13. n. 24.

& alij

18 & alij Doct. infra allegandi †, cui cũ Trebel-
lianica possit prohiberi, ideò illius detractioni
locus esse non potest, vt not. ex modernioribus
Ruin. cons. 115. num. 25. & cons. 130. col. vlt.
& cons. 147. lib. 2. & cons. 149. lib. 3. Paris.
d. cons. 21. num. 46. & seq. alios quamplures ad-
ducens Cæph. cons. 153. num. 66. & cons. 188.
num. 23. & 24. lib. 2. Deci. cons. 480. num. 14.
Hier. Gabr. cons. 117. num. 32. lib. 1. & cons. 86.
nu. 11. & seq. lib. 2. vbi restatur de communi
opinione Ant. Gabr. comm. concl. ad. Trebell.
concl. 1. num. 13. & 17. Hond. d. cons. 59. num.
38. & seq. lib. 1. Thob. Noni. d. cons. 32. nu. 27.
& d. cons. 90. nu. 26. Petra de fideic. quæst. 15.
num. 166. & 189. Odd. cons. 63 nu. 18. & seq.
Mangil. de imput. quæst. 116. num. 42. alios
quamplures adducens concordantes, cum qui-
bus pertranseunt Surd. cons. 570. num. 9. lib. 4.
Gratian. discep. foren. cap. 983. num. 12. par. 5.
Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 1. de Tre.
bell. tit. 6. num. 402. alios pariter adducens
Bello. Iun. cons. 57. n. 18. & seq. cent. 1. Franc.
de Barri. de success. lib. 15. tit. 8. n. 7. & Caren.
resol. 134. per tot. vbi dicit hanc opinionem esse
a Doct. communiter receptam, & ab ea in iudi-
cando non esse recedendum.

19 Nec non etiam, quia in casu, de quo agitur,
restitutio ex fideicommisso non est facienda
extraneis, in quo casu loquitur l. iubemus 6. C.
ad Trebell. in qua se fundant Doct. volentes
Trebellianicam non posse prohiberi liberis pri-
mi gradus, sed est facienda D. Hieronymo fra-
tri, & descendenti testatoris, quo casu prohi-
bitio Trebellianicæ est longè fauorabilior fauo-
re talium descendentium, vt voluerunt Rubens
Alex. cons. 2. num. 46. Thob. Noni. cons. 90.
n. 28. Clar. in §. Testamenti quæst. 63. ver. sed
si hæreditas &c. vbi dicit hanc opinionem esse
admodum æquam, & quod ipse ita seruaret in
iudicando Gabr. comm. concl. ad Trebell. concl. 1.
num. 8. Odd. d. cons. 63. num. 35. Turret. cons.
81. num. 18. lib. 1. & cons. 100. nu. 95. lib. 2.
Rim. Iun. cons. 509. num. 42. & seq. quos refert,
& sequitur Balth. Tomas. in d. tract. de Trebell.
tit. 6. num. 385.

Si enim DD. de Ioanuinis extranei testatoris
Trebellianicã deducere possent contra D. Hie-
ronymum filium testatoris d. l. iubemus, in qua
contraria opinio fundata est, retorqueretur in
odium filiorum, & descendentium testatoris, &
diceretur lex voluisse successionibus proprijs
traneas anteponere contra l. cum auus 101. ff.
de condi. & demon. & contra l. cum acutissimi 30.
C. de fideic. vt benè argumentantur Thob. Noni.
& Odd. in loco proximè addnc. vbi subiungunt,
quod aliter dicere esset manifestam iniquitatẽ
20 inducere, vt ibi per eos †, & ideò opinio præ-
dicta vti æquior, & benignior est sequenda in
iudicando Lazar. de blasph. quæst. 13. num. 40.
Calui. de æquit. cap. 4 num. 18. lib. 1. Rota decis.
294. num 47. par. 7. rec. & apud Dura. decis.
76. num. 12. Ac vt fauens voluntati testatoris
l. si pars iudicantium 10. ff. de inoff. testa. Marzar.
cons. 1. num. 50. in puncto Hond. cons. 63. num.
117. lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 612. num. 24.

21 Tertiò nõ est locus detractioni Trebellianicæ
stante acceptatione facta per D. Stephanũ gra-
uatum de fideicõmisso paterno volentem illud
habere locum modis, & formis, temporibus, &
casibus prout in dicto testamento ad quod &c.
vt patet ex Instrumento diuisionis bonorum,
hæreditariorum, per quam censeri approba-
tam prohibitionem Trebellianicæ tradunt Rub.
Alex. cons. 73. num. 8. Carol. Ant. Put. inter
cons. Odd. cons. 100. num. 85. latè Mangil. de
imput. quæst. 116. nu. 47. alios adducens Thob.
Noni. cons. 90. num. 27. Peregr. de fideicommiss.
art. 3. num. 119. qui alios refert concordantes
Gratia. discep. foren. cap. 245. num. 3. part. 2.
Thes. quæst. foren. 20. num. 10. ver. in contra-
rium &c. lib. 1. Hond. cons. 59. num. 40 lib. 1.
Balth. Tomas. in d. tract. de Trebell. tit. 6. n. 413.
& seq. vbi alios dat concordantes more suo
non paucos, maximè stante illius prohibitione,
vt not. Hond. d. cons. 59. num. 40. Balth. Tomas.
d. tit. 6. num. 413. & Calui. de æquit. capite 28.
num. 29. lib. 1.

22 Postremò, quia in dubio pronunciandum est
pro non detractione Trebellianicæ vti odiosæ,
& quæ deducitur contra voluntatem testatoris
Card. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 12.
Peregr. de fideic. art. 3. num. 86. in fin. Aldoni.
cons. 109. num. 11. & alij relati per Altogra.
cons. 69. num. 51. lib. 2. Gratia. discep. foren.
cap. 245. num. 8. par. 2. maximè stante prohi-
bitione illius, vt in casu nostro, in quibus ter-
minis procedere possunt not. per Altogra. vbi
supra contrarium sentientem.

De prohibitione autem Trebellianicæ apparet ex
23 verbis testamenti †, dum in eo testator man-
dauit DD. Hieronymum, & Stephanum eius
filios, & fideicommisso reciproco grauatos non
posse disponere, nisi de scutis quinque millibus
tantum pro quolibet, vt tradunt Menoch. de
præsump. lib. 4. præsump. 198. num. 17. Merli.
de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 31. & Balth.
Tomas. in d. tit. de Trebell. tit. 6. num. 380.

Neque pariter venit attendenda prætensio detra-
ctionis legitimæ ex persona D. Stephani graua-
24 ti, † quia cum constet ex processu, & præci-
puè ex responsionibus ad positiones D. Stepha-
num alienasse quamplura bona hæreditaria, &
præcipuè quamplures census notabilis valoris,
pecunias, & mobilia pretiosa, & hæreditatem
paternam adiuisse absq; beneficio inuentarii,
intrat præsumptio dictas alienationes æquare
detra-

detractiones, & sic eius legitimam ex ipsis de-
tractionibus esse consumptam, & illum ex eis
fuisse pro suis detractionibus satisfactum, ita
vt ei contrarium asserenti incumbat onus illud
probandi, vt tradunt *Peregr. de fideic. art. 39.
num. 14. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 4.
num. 15. præcipuè in vers. Putarem &c. Adden.
ad Greg. XV. decis. 185. num. 5. & ad decis. 266.
num. 16.* Rota *apud Duran. decis. 360. num. 2.
& seq. & decis. 47. num. 9. par. 5. rec. & decis.
125. num. 28. & decis. 164. num. 6. par. 7. rec.
& apud* Merlin. *de pignor. decis. 78. in fin. &
decis. 81. num. 18. & decis. 131. num. 11. &
decis. 132. num. 13. & in Auximana fideicom.
31. Ianuarij 1642. coram R. P. D. Dunozetto §.
nam omissis &c.* vbi dicitur, hanc esse conclusio-
nem passim receptam per Rotam, ibique plu-
res aliæ decisiones eiusdem Rotæ cumulantur,
& in *Bononien. fideicom. de Bologninis 27. Nouē-
bris 1641. corā R. P. D. Carillo §. non obstat &c.
& in Roman. fideicom. de Capiteferreo 19. Fe-
bruarij 1646. coram Eminentiss. Card. Corrado
§. alia verò &c. & in Bononien. fideicom. 5. De-
cembris 1650. coram R. P. D. Celso in fin. & apud
Merlin. de legit. decis. 141. num.* 8.

25 Licèt enim hæres grauatus fideicōmisso vni-
uersali possit facere detractiones sibi cōpeten-
tes contra fideicommissarium etiam non con-
fecto inuentario, *Castr. in l. ab omnibus* 106. §.
*fin. sub num. 2. ff. de lega. 1. Pereg. de fideicom.
art. 39. num. 1.* si tamen alienet bona hæredita-
ria, & fideicommissaria, & inuentariū non con-
ficiat, ob malam præsumptionem subtractionis
bonorum resultantem de iure ex omissione in-
uentarij, præsumitur ex alienationibus factis
consumpsisse detractiones, ita vt ipse teneatur
probare, detractiones non fuisse consomptas,
vt declarauit *Rota in Bononien. fideicom. de Cla-
uarinis 5. Iunij 1637. coram R. P. D. Royas §.
quo verò ad detractiones &c.* & iterum 10. *De-
cembris 1638. §. non obstat conclusio &c. coram
eodem, & in dicta Auximana fideicommissi 31.
Ianuarij 1642. coram R. P. D. Dunozetto §. nec
obstat &c. & apud Merli. de legit. decis. 140. n. 4.*

Neque DD. de Ioanninis possunt prædicta euita-
re ex inuentarijs, de quibus in processu, quia
26 cum illa careant omnibus solemnitatibus a iu-
re requisitis, de quibus in *l. fin. C. de iure delib.*
& per *Rolan. cons. 73. num. 4. & seq. lib. 2.
& per Rot. decis. 2. num. 1. par. 6. recen.* & non
sint integra, sed sint merè extraiudicialia, &
non confecta in tempore a Decreto q. Ducis
Vrbini requisito, sunt omninò nulla, & nihil hæ-
redibus prodesse valent, vt tradunt *Rola. d. cons.
73. n. 43. lib. 2. Phanuc. de inuent. par. 3. n. 31.
Mangil. de euict. quæst. 50. num. 8. & 9.* in ter-
minis *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 4. n. 15.
vers. Adde &c.* Rota *decis. 668. num. 4. par. 4.
& decis. 331. num. 2. par. 5. rec. & apud Merli.
de pignor. decis. 65. num. 5. & decis. 81.
num. 18. & decis. 127. num. 54.* alios adducens
concordantes, & *decis. 132. num. 15. & 16.* in
terminis eadem Rota *in Romana dotis 18. Mar-
tij 1602. coram Eminentiss. Card. Sacrato*, quam
refert *Merlin. de legit. d. quæst. 4. num. 15. vers.
Adde &c.*

27 Neque obstat, quod hæres grauatus fidei-
commisso non teneatur facere inuentarium so-
lemne, sed sufficiat ei facere quandam descri-
ptionem bonorum ad not. per *Rolan. cons. 27.
num. 22. & 23. lib. 1. Card. Mant. de coniect.
lib. 7. tit. 6. num. 4.* quia, admissa dicta opinio-
ne, quæ tamen non est tuta, cum contrarium
teneant *Osasc. decis. Pedem. 147. n. 22. vers.
neque obstant &c. Gall. de excep. par. 2. excep.
23. num. 99.* non obstat, inquam, ex duobus,
28 & primò, quia † illa non habet locum, quando
adest præceptum testatoris de illo conficiendo,
vt in casu nostro, vt apparet ex testamento
D. Ioannis in fin. quia tunc intrat d. præsum-
ptio vsurpationis, vt post *Bart. Ias. Curt. Inn.
Surd. Menoch. Lancell. & Rot.* Rom. per eum
adductos tradit *Gratian. discep. foren. cap. 570.
num. 23. par. 3.* & tenuit etiam *Rota decis. 164.
num. 11. par. 7. rec. & in Maceraten. legitimæ
14. Maij 1627. coram R. P. D. Vbaldo*, quæ est
*decis. 67. par. 5. rec. & decis. 309. n. 17. par. 5.
rec. & decis. 74. in fin. par. 8. rec.*

Secundò, quia admisso, quod hæres grauatus non
teneatur facere inuentarium bonorum fideicō-
misso subiectorum iuxta formam *l. fin. C. de iur.*
29 *delib.* † tenetur tamen illud facere adhibitis
solemnitatibus necessarijs in inuentario tuto-
ris, vt tradunt Rol*a. de inuent. par. 2. quæst. 19.
num. 1. & seq.* & ante eum *Castr. in l. cum tale
71. §. 1. num. 2. ff. de cond. & demon. & Alex.
in l. in ratione 11. §. quod vulgo sub num. 14. ff.
ad leg. falci.* & scribit etiam *Fusar. de subst. quæst.
512. num. 7.* alios adducens ita sentientes.

30 Inuentarium autem tutoris continere debet
omnia mobilia, semouentia, & illorum pre-
tium, stabilia, actiones, census, & nomina de-
bitorum cum eorum Instrumentis, qualitati-
bus, quantitatibus, & confinibus *Bart. in l. tu-
tor. qui repertorium 8. num. 12. ff. de adminis.
tuto. Borgni. de tuto. & curat. num. 58. & seq.*
Rolan. *d. cons. 73. num. 49. & seq. lib. 2. & in
tract. de inuent. par. 2. d. quæst. 19. nu. 2. & 3.*
latè in terminis nostris *Fusar. de subst. quæst. 512
in prin.* melius *Balth. Tomas. in suis tract. var.
tom. 2. tit. 13. num. 87. & num. 104. & n. 121.
& num. 208. & seq.* alios quamplures addu-
cens sectatores *Rot. in Roman. fructuum dotis
2. Aprilis 1618. coram R. P. D. Dunozetto*; quæ
omnia deficiunt in casu nostro, cum in dictis
inuentarijs non adsint omnia bona, nempe
census,

census, credita, iura, societates Officiorum,
loca Montium, bestiamina, nec descripta sint
cum eorum confinibus, nec cum eorum pretijs,
& alijs qualitatibus, de quibus per Doctores,
vbi supra, nec sint confecta statim sequuta mor-
te testatoris, sed longè postea, meritò vti nul-
la, & inualida haberi debent pro non factis ex
31 regula † non esse, & esse nullum paria sunt, de
qua per Surd. decis. 51. n. 14. latè Barbo. axiom.
162. num. 5. in terminis Rota apud Merli. de
pigno. decis. 85. num. 16. alios adducens, & in
Rom. de Cesarijs 13. Nouembris 1645. coram
R.P.D. Royas §. nec refragatur, & in Rom. fidei-
commissi de Marianis 3. Iunij 1647. corā R.P.D.
Royas §. non obstat &c. vbi aliæ decisiones
cumulantur.

Quæ omnia eo magis locum habere debent in
casu nostro, cum alienationes bonorum fidei-
commisso subiectorum factæ per D. Stephanum
hæredem granatum æquent ferè sūmam scuto-
rum quinque millium, ad quam summā redacta
fuit legitima ipsius per D. Ioannem testatorem
32 eius patrem, † quæ licèt nec in tempore, nec
in quantitate regulariter minui, nec granari pos
sit l. quoniam in prioribus 32. & ibi not. Doct.
communiter C. de inoff. testa. & not. Giourg. cons.
41. num. 3. lib. 1. plenè Merli. de legit. lib. 3.
tit. 2. quæst. 1. in prin. alias quamplures refe-
rens Doct. authoritates, & latius Balth. Tomas.
in suis tract. var. tom. 1. de legit. tit. 7. num. 1.
& seq. ita vt filius possit agere ad supplementū
illius ad tex. in l. omnimodo 30. & ibi not. Doct.
cōmuniter C. de inoff. testa. Merli. d. tit. 3. quæst. 1.
num. 1. & seq. Balth. Tomas. in d. tract. de legit.
tit. 11. num. 1. & seq. Rota apud Merli. de legit.
decis. 75. in prin. & decis. 85. n. 1. in casu autē,
de quo agitur, licuisse id facere testatori, suade-
tur ex pluribus.

33 Et primò, quia cum D. Stephanus fuerit per
eius Patrem hæres institutus in hæreditate ad-
modum opulenta, & maximè excedente eius
legitimam, vt clarè apparet ex processu, ex cu-
ius beneficio benè compensari potuit onus,
quod in legitima patitur, tunc, si onus in legi-
tima ei sit impositum, tenetur, vel totam hære-
ditatem cum dicto onere acceptare, vel totam
reijcere, & alio modo legitimam consequi, vt
tradunt Cuma. cons. 25. & cons. 52. nec non Cin.
Bald. Salic. idem Cuman. Aleia. Gramat. Cæph.
Ludon. Porti. Cucc. Rim. Iun. Surd. Menoch.
Cauagno. & Costa, quos refert, & sequitur D.
Petr. Aloi. Burgus Præses excelsi Consilij Ciui-
tatis Placentiæ apud D. Andreol. controu. 250.
n. 63. & seq. nec non etiam Boer. Castr. Oprzo.
Curt. Iun. Laderch. Soc. Iun. Gabr. Natt. Vinc.
de Franch. & alij quos refert Merli. de legit. lib. 3.
tit. 2. quæst. 8. num. 2. & 3. quam opinionem
latè comprobant Menoch. de præsump. lib. 4.
præsump. 196. num. 23. vers. & accedit &c. vbi
reprobat contrariam sententiam, & cons. 71.
num. 9. & 10. & cons. 196. num. 15. & cons.
903. num. 2. & cons. 1141. dub. 1. & cons. 1274.
num. 11. Mastrill. decis. 181. num. 28. & post
Barz. decis. 105. num. 30. & alios per eum ad-
ductos firmat Paitell. ad expedit. ciuil. 63. sui
Patris in fin. eandemq; opinionem sequuntur
Costa de ratio. rata prælud. 8. num. 11. Surd. de
alimen. tit. 2. quæst. 15. non 181. & decis. 21.
num. 20. & cons. 215. num. 16. lib. 2. Achil.
Pedroc. cons. 6. num. 75. Mangil. de imputat.
quæst. 118. num. 4. & seq. vbi, quampluribus
Doct. relatis, hanc opinionem, dicit, veriorem,
& communem esse, & idem tenent Cancer. var.
resol. par. 1. cap. 3. num. 37. alios adducens,
Bello. Iun. cons. 65. num. 40. & seq. Merlin.
Pignatel. contro. foren. cap. 48. num. 21. cent. 2.
& tuetur nouissime D. Petr. Aloi. Burgus apud
D. Andreol. d. contro. 250. num. 63. & seq. vbi
dicit, hanc opinionem non habere difficultatē,
quando pater expressè apposuit onus in legiti-
ma, vt in casu nostro, vt ibi per eum, benè cō-
probātem, cum quibus pertransit etiam Balth.
Tomas. in d. tract. de legit. tit. 7. num. 331. &
n. 427. quamplures alios referens ita sentiē tes.

34 Quod quidem fortissima ratione proba-
tur, quia, si testator potest grauare hæredem
in re propria ipsius hæredis, ita vt, vel hæredi-
tatem repudiare teneatur, vel onus in re pro-
pria agnoscere §. non solùm Inst. de lega. l. vnū
ex familia 69. §. si rem ff. de lega. 2. Menoch. cons.
129. num. 29. & seq. lib. 2. Thesa. Iun. quæst.
foren. 55. num. 2. lib. 1. & quæst. 66. num. 3.
in fin. lib. 2. Rota apud Merli. de pigno. decis. 85.
num. 13. & decis. 127. num. 6. cur non idem
dicendum est de legitima, quæ dicitur esse pa-
trimonium filij? vt not. Salic. & Curt. Iun. in
Auth. res quæ ille in 4. quæst. hic num. 16. C.
commu. de lega. Merli. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst.
19. num. 4. Caren. resol. 165. num. 14. Imo non
est propriè debita filio, sed quasi debita l. fin.
§. sin autem C. de curat. furio. & not. Petr. Aloi.
Burgus, vbi supra num. 64. & ante eum Cartar.
de pan. in not. art. 4. nu. 92. qua ratione vtun-
tur Mangil. d. quæst. 118. num. 5. Paitell. ad d.
exped. 63. in fin. Menoch. cons. 196. num. 7. &
seq. & d. cons. 1234. num. 11. Surd. de alimen.
d. quæst. 15. num. 179. Cancer. d. cap. 3. n. 37.
D. Petr. Aloi. Burgus, vbi supra, & alij Doct. su-
pra proximè adducti.

35 Neque obstat, quod filius non potest graua-
ri in legitima, quia, cum habeat recompensa-
tionem onus impositum longè superantem, nō
dicitur verè in illa grauatus Imol. in l. 2. col. 8.
in fin. ff. de condi. & demon. Soc. Iun. cons. 122.
col. vlt. lib. 1. Menoch. d. cons. 196. num. 15.
Fusar. de subst. quæst. 596. num. 63. & num. 70.
quam-

quamplures adducens concordantes, *Surd. de alim. d. quæst.* 15. *num.* 179. & leges prohibētes onus apponi in legitima supponunt, solam legitimam esse relictam, & non habent locum, quando filius habet recompensationem longè maiorem, vt in casu nostro, vt aduertit *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 5. & antè eum *Fachin. contro. iur. lib.* 5. *cap.* 96. §. *huc accedat &c.*

Quibus stantibus, & tam copioso Doct. numero hanc partem sequentium, negari vix potest, hanc esse veriorem, & magis receptam Doct. opinionem, & in iudicando sequendam, vt i fauentem voluntati testatoris, vt tradunt *Doct. adducti supra num.* 20. & in terminis considerat *D. Andreol*, seu alius apud eum *d. contro.* 250. *ante fin.* & filio non onerosam, vt volunt *Doct. supra adducti.*

36 Licèt contrarium tenuerint quāplures Doct. quos referunt, & sequuntur *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 6. *Ciriac. contro.* 148. *nu.* 7. *& contro.* 438. *num.* 69. *& Caren. resolut.* 165. *num.* 17. in quam inclinat *Fusar. de subst. quæst.* 269. *num.* 65. *& seq. & Rot. decis.* 342. *nu.* 10. *par.* 5. *rec.* tenaciter inhærentes regulæ *l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoff. testa.* quorum rationibus, quia benè satisfacit *Fusar. d. quæst.* 269. *num.* 83. *vers. si tamen &c.* ideò latius non insisto.

Quibus eo magis locus esse debet, stante approbatione facta per D. Stephanum grauatū quoad dispoſita per D. Testatorem circa dictam legitimam, de qua clatè constat ex instrumento diuisionis bonorum secutæ inter eum, & D. Hieronymum fratrem, in quo ipsi fratres approbauerunt fideicommissum constitutum per D. Ioannem testatorem eorum patrem, volentes illud habere suum effectum, & locum modis, & formis, tēporibus, & casibus, prout in d. testamēto, ad quod &c. in quo fideicommisso, cum d. testator voluerit comprehendi vniuersa eius bona, excepta tantùm legitima in summa scutorum quinque millium pro quolibet, vt apertè

37 ex eo est videre, † meritò ex dicta approbatione in omnibus, & per omnia, & verbis ita generalibus, & prægnantibus d. fideicommissi continentis expressè diminutionem legitimæ dicuntur necessariò approbasse dictum onus legitimæ, cum æquipolleat speciali approbationi, vt voluerunt *Curt. Iun. cons.* 159. *num.* 5. *& seq. Soc. Iun. cons.* 122. *num.* 9. *& seq. vol.* 1. *Parif. cons.* 46. *num.* 41. *& seq. lib.* 2. latè *Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 89. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 11. *Merli. Pignatel. contro. foren. cap.* 48. *num.* 18. *cent.* 2. *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsump.* 196. *num.* 24. *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 9. *num.* 35. *& quæst. seq. num.* 18. alios adducens sectatores, *Surd. cons.* 412. *num.* 23. *& seq. lib.* 3. vbi de acceptatione cum relatione ad testamentum, vt in casu nostro, *Mangil. de imput. quæst.* 90. *n.* 24. latè *Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit.* 7. *n.* 244. alios adducens concordantes, *Ciriac. contro.* 148. *num.* 8. *Fusar. de subst. d. quæst.* 296. *n.* 93. *Rota apud Merlin. de legit. decis.* 138. *num.* 4. *& n.* 14. *& decis.* 174. *num.* 3.

Cum dicta verba ita generalia nihil aliud possint importare, vt tradunt *Merlin. d. quæst.* 9. *n.* 3. *& Rota d. decis.* 174. *num.* 3. videnda.

38 Quicquid sit, quando ageretur de generali, & simplici testamenti approbatione absq; dictis verbis, *modis, & formis, temporibus, & casibus, de quibus supra,* quam non nocere filio, quin possit petere onus reijci a legitima, voluerunt Doct. quamplures relati per *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9. *n.* 16. *& per Balth. Tomas. in d. tract. de legit. tit.* 7 *n.* 235. *& seq.* & in istis terminis intelligo *Rot. decis.* 342. *n.* 9. *par.* 5. *rec.*

Confirmantur prædicta ex duobus, & primò, quia licèt onus vllum per Patrem regulariter in legitima apponi non possit, vt dictum est supra,

39 † si tamen filius in vita de eo non sit conquestus, prout euenit in D. Stephano grauato, non potest de eo conqueri illius hæres, & sic DD. Iugales de Ioanninis, cum id sit priuilegium personale soli filio competens, vt ex Modernioribus tenuerunt *Rolan. cons.* 98. *num.* 29. *lib.* 2. *Thob. Noni. cons.* 107. *num.* 4. *Menoch. cons.* 1206. *n.* 121. *et cons.* 453. *n.* 14. *et seq. Pedroc. cons.* 6. *num.* 75. *Rimi. Iun. cons.* 379. *num.* 110. *lib.* 4. *Mastrill. d. decis.* 181. *num.* 16. *et seq. Hond. cons.* 66. *num.* 16. *lib.* 2. *Surd. cons.* 394. *n.* 34. *et cons.* 412. *num.* 48. *lib.* 3. *et cons.* 541. *n.* 28. *et cons.* 570. *num.* 6. *lib.* 4. & post *Castr. Suarez, Alcia. Bald. Ang. Ias. Caph. Bursatt. Cucc. Soc. Greg. Lopez, Peralt.* & alios plures per cum adductos istam conclusionem benè firmat *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 41. & latius *Gratian. discept. foren. cap.* 983. *num.* 11. *et seq. par.* 5. vbi contrarijs respondet, quamplures adducit concordantes, & dicit, a dicta opinione non esse recedendum, quam sequitur etiam *Fusar. de subst. quæst.* 296. *num.* 6. *et num.* 111. alios quamplures pariter referens ita sentientes, & dicens, ita ipsum in facti contingentia consuluisse, & in terminis nostris, quando est appositum onus legitimæ circa quantitatem cū supradictis pertransit *Bertaz. cons. crim.* 446. *num.* 4. & firmat *Merli. Pignatel. contro. foren. cap.* 48. *n.* 27. *cent.* 2. & admittit *Rota decis.* 77. *num.* 5. *par.* 5. *rec.*

Ratio est, quia, licèt onus de legitima remoueatur, id tamen procedit filio id declarante, ipso verò non opponente id non debet licere hæredi, qui non potest declarare mentem defuncti, vt tradunt *Bart. Ias. Deci. Tiraq. et Becc.* quos

 refert,

refert, & sequitur *Surd. decis. 66. num. 19.* & not. etiam *Merli. decis. Lucen. 60. n. 5. & Fusar. de subst. quæst.* 402. *num.* 80.

40 Secundò, & melius, quia hoc priuilegium remouendi oneris de legitima est personale, & ideò non debet extendi ad successorem *cap. cum olim* 14. *de priuil. l. quia tale* 14. *ff. solut. matr. Rola. cons.* 61. *num.* 10. *& seq. lib.* 4. *Mangil. de imput. quæst.* 7. *num.* 94. *& seq. Menoch. cons.* 136. *num.* 2. *& cons.* 1007. *num.* 95. *et seq.* cum alijs relatis per *Barbos. axiom.* 190. *num.* 5.

41 Maior autem probatur, quia grauamen in legitima iniungi potest hæredibus filii, vt post *Vasq. Ias. Gabr. Clar. Crass. Card. Manti. Menoch. Gomez, Thesa. et alios* per eum relatos tradit *Merli. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst.* 13. *num.* 22. ergo illi non valent allegare, legitimam esse onere affectam, vt in specie argumentantur *Castr. in l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoff. testam Socc. Sen. cons.* 116. *n.* 21. *lib.* 1. *Thob. Noni. d. cons.* 107. *num.* 4. *et alii Doct. supra in conclusione adducti.*

Quibus non obstat, quod onus, & grauamen appositum in legitima statim mortuo patre de illa reiiciatur ipso iure, & ideò non requiratur petitio, seu declaratio filii, in quo se fundant Doct. contrarium tenentes, quos refert, & sequitur *Rota decis.* 342. *num.* 6. *par.* 5. *rec.* quia admisso etiam, quod grauamen reiiciatur de legitima ipso iure, id tamen habet locum filio

42 volente, & petente ex regula † quod quilibet actus tendens ad fauorem alterius est intelligẽdus parte petente, quasi semper adsit conditio tacita, si quis vti voluerit iure sibi competente *glos. in l. vniversa* 4. *in verbo præbeatur C. de præc. Imp. offer. et ibi Ias. num.* 2. *Adden. ad Rot. decis.* 345. *num.* 4. *par.* 4. *rec. tom.* 3. etiamsi in lege, seu in alia dispositione contineatur aliquid ad fauorem priuatorum adsit clausula, ipso iure, & absque aliqua declaratione, nam semper intelligitur, id ipso volente, de cuius vtilitate agitur, vt latè comprobat *Giurb. decis.* 13. *num.* 8. *et decis.* 103. *num.* 13. innumeros ferè adducens, ita sentientes, & post eum *Barbo. de dictio. dict.* 178. *num.* 2. *in fin.* & benè *declarant Adden. ad Rot. d. decis.* 542. *num.* 4. *& seq.* & tenuit *Rota decis.* 422. *num.* 4. *par.* 4. *rec. & in Rom. prætensæ deuolutinos* 18. *Februarij* 1636. *coram Reuerendiss. Decano §. secundò considerabant &c.* vbi alios adducit concordantes, & testatur de communi opinione, quæ decisio fuit in eadem causa confirmata 27. *Iunij* 1636. *coram R. P. D. Coccino §. secundum fundamentum*, per quas referunt *Adden. vbi supra* ex quibus patet, hanc esse non solùm veriorem opinionẽ, sed, attento numero Doct. illam sequentiũ, esse etiam magis communem, quicquid alii contrariam sequantur sententiam, quos refert, & sequitur, vt dixi, *Rota d. decis.* 342. *num.* 6. *par.* 5. *rec.* cõtra quos inuehit *Gratia. d. cap.* 985. *par.* 5. dicens, maiorem illorum partem non loqui in terminis nostris, vt ibi per eum, quibus addo *Merli. Pignatel. d. cap.* 48. *num.* 27. *& seq.*

Postremò DD. Iugales de Ioanninis ex aduerso venientes, supposito etiam citra veri præiudiciũ, quod eis ex persona D. Stephani deberetur integra legitima, prout verè non debetur per in-

43 ra supra adducta †, in omnem tamen casum non valent obtinere, nisi d. scuta quinque millia per D. testatorem præscripta, non autem supplementum illius, nõ firmato statu hæreditatis, de quo in casu nostro non constat, vt tradunt *Bart. cons.* 17. *lib.* 1. *Merli. de legit. lib. 3. tit. 3. quæst.* 2. *sub num.* 13. *Calui. de aquit. cap.* 57. *num.* 13. *lib.* 1. *& Rot. apud Merli. ibi decis.* 200. *num.* 28. quicquid sit, quando certum esset, relictum pro legitima ad illam non ascendere, vt per *Merl. ibi*, quod nõ verificatur in casu nostro.

44 Hinc videmus exceptionem supplementi legitimæ non impedire immissionẽ fideicommissario ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adria. toll.* cum liquidationem exposcat, & sic nõ detur retentio, vt post *Cas. Argel. Seb. Medi. Deci. Hond. & Rot.* per eam relatos tradit *Rota apud Merli. de pigno. decis.* 90. *num.* 5.

Idem autem statuendum esse videtur quo ad prætensam detractionem scutorum quinque milliũ olim donatorum per D. Ioannem D. Stephano filio pro eius rata, vt cõstat ex instrumento donationis, de quo in processu *fol.* 177. ex pluribus, & primò vltra supra adducta quo ad legiti-

45 mam *num.* 24. *& seq.* quia † licèt donatio inter patrem, & filiũ non fit de iure subsistens ad tex. *in l. donationes quas parentes* 25. *C. de dona. inter vir. & vxo. Paris. cons.* 16. *nu.* 19. *lib.* 2. benè *Clar. in §. donatio q.* 8. *in prin. D. Andreol. contro.* 240. *num.* 13. *Gargiar. Iun. cons.* 90. *num.* 37. *lib.* 1. *Rota decis.* 493. *num.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 2.

Cum in effectu tunc pater diceretur donare sibi ipsi, quod esse nõ potest, argumento *§. igitur inst. per quas pers. nob. acq. & l. placet* 78. *ff. de acq. hæred.* & not. *D. Andreol. d. contro.* 240. *n.* 13.

46 † dicta tamen donatio confirmatur iuramento, & propter illius vim efficiatur valida *Clar. in d. §. donatio q.* 8. *ante fin. Gratia. discep. foren. cap.* 27. *num.* 33. *par. prima, Gargiar. Iun. cons.* 13. *num.* 10. *lib.* 1. quamplures adducens ita sentientes, & dicens, hanc esse communissimam Doct. opinionem *Giouagno. cons.* 83. *num.* 17. *et* 63. *lib.* 1. latè *Cartar. de pæn. innoc. articulo* 5. *num.* 82. *Rota apud Card. Seraph. decis.* 1184. *num.* 7. *et seq. et apud Cocci. decis.* 379. *num.* 5. *et apud Merli. de pigno. decis.* 110. *nu.* 30. vbi aliæ cumulantur.

47 Et ideò non veniat imputanda in legitimam

Crass.

Craß. de success. § *legitima quæst.* 20. *n.* 40. *Peregr. de fideic. art.* 36. *nu.* 125. Merli. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 29. *num.* 6. Mangil. *de imput. quæst.* 14. *num.* 16. benè Rota *apud* Merli. *de pigno. d. decis.* 110. *num* 27. cum ea, quæ capiuntur inter viuos imputationem non recipiant, etiã si proueniant a patre, nisi contrarium sit expressum *l. si quando* 35. §. *et generaliter C. de inoff. testa. l. illud* 20. *C. de colla.* & post Rip. *Couar. Craß.* Mangil. *Peregr.* et *Rot.* per eum relatos tradit *Merli. de legit. d. quæst.* 29. *num.* 6. nec non *Cartar. de pæn. innoc. art.* 5. *num.* 68. *et seq.* Rota *apud* Merli. *de pign. d. decis.* 110. *num.* 27.

Id tamen locum habere non debet in casu no-
48 stro †, in quo cum dicta donatio contineat substitutionem fideicommissariam, seu pupillarem ad fauorem ipsorum filiorum D. Ioannis donatariorum, vt ex ea est videre, non dicitur donatio simplex, sed ob causam, cum fideicõmissum sit onus ad tex. *in l. coheredi.* 41. §. *cum filia. ff. de vulg. & pup.* & tradunt *Gratia. discep. foren. cap.* 332. *num.* 4. *par.* 2. alios adducens *Natt. cons.* 609. *num.* 29. *& seq. lib.* 3. *Gazgiar. Iun. cons.* 13. *n.* 24. *& seq. lib.* 1. Rot. *in Rom. donat. palatij* 26. *Ianuarij* 1591. *coram Card. Blanchetto, & decis.* 149. *n.* 25. *& seq. apud Merli. de legit.* & de donatione continente pactum reuersiuum, quod dicatur donatio impropria, & ob causam eadem *Rot. decis.* 241. *n.* 26. *par.* 7. *rec. & d. decis.* 149. *num.* 25. *& seq.* & de donatione continente primogenituram, quod non dicatur donatio simplex, sed ob causam idem *Gratia. d. cap.* 332. *num.* 5. & *Rota decis.* 460. *num.* 6. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *vbi sub num.* 7. habetur, quod donatio non subiacet Statuto requirente solemnitates, quando continet aliquod onus, etiamsi onus concernat commodum solius donatarij, quia tunc non dicitur simplex, sed ob causam, vt ibi per eam.

49 Donatio autem continens substitutionem dicitur potius substitutio, quam donatio, etiamsi partes vsæ sine verbo donationis, vt not. *Castr. cons.* 384. *in prin. vol.* 1. quod sequitur *Gratia. d. cap.* 332. *num.* 4. & Rota *in d. Roma. donat. palatij* supra proximè adducta:

50 Donatio verò ob causã in legitimã imputatur *Bart. in l. in quartam* 90. *num.* 10. Ripa. *n.* 148. *Pic. num.* 60. *in. fin.* Ruin. *num.* 23. *& alij ff. ad leg. falc. Craß. de success.* §. *legitima quæst.* 22. *in fin. Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 29. *n.* 39. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 97. *in fin. Cartar. de pæn. innoc. d. art.* 5. *num.* 98. *& seq.* qui alios adducunt *Giurb. ad consuet. Messan. par.* 1. *cap.* 1. *glos.* 8. *num.* 72. cum dicta donatio capiatur a filio ex substantia patris, non ex mera liberalitate, & non sit propria donatio. *Crau. cons.* 136. *num.* 2. *Merli. d. quæst.* 29. *n.* 39.

51 Neque obstat, quod donatio, vt dicatur ob causam, causa debeat esse necessaria, alias donatio dicitur simplex, vt voluit *Merli. d. q.* 29. *num.* 40. quia contraria opinio est verior, vt
52 testatur *Couar. in cap. Raynaldus* 18. §. 2. *sub num.* 6. *de testam.* Rolan. *cons.* 44. *num.* 30. *& seq. & cons.* 70. *num.* 13. *lib.* 4. *Gratia. discept. foren. cap.* 985. *in fin. par.* 5. vbi hanc opinionem dicit veriorem, & benè comprobat *Fontanel. de pact. nupt. clausula* 4. *glos.* 1. *num.* 27. *& seq.* vbi dicit contrariam opinionem iure non probari, vt ibi per *eum n.* 31. *Altogra. cons.* 7. *num.* 50. *& seq. & cons.* 8. *num.* 33. *lib.* 1.

53 Quod eo magis est dicendum, cum dicta donatio æquiualeat legitimæ d. D. Stephani, quo casu pater censetur donasse ad effectum, vt donatio in illam imputaretur, vt tradunt *Imol. in l. cum quo* 56. § *fin. ff. ad leg. falc. Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 128. *Merli. de legit. d. quæst.* 29 *num.* 48. *Franc. Becci. cons.* 29. *num.* 2. *vers. sed his non obstantibus &c.* vbi benè comprobat, & dicit ab hac opinione non esse recedendum in iudicando, & consulendo, quam sequitur etiã *Cartar. de pæn. innoc. art.* 5. *num.* 108. *& seq.* qui alios adducunt, cum ex dicta æqualitate præsumendum sit patrem ea intentione donasse præueniendo tempus, vt in legitimam imputaretur, alioquin plus, vel minus donasset, vt not. *Franc. Becc. ibi, & alij Doct. supra adducti*, voluntas verò tacita, & expressa paris sunt potentiæ *l. cum quid* 3. *ff. si cert. pet. l. si res obligata* 60. *ff. de lega.* 1. cum alijs apud *Barbo. axio.* 218. *in prin.* & in terminis quod sit locus imputationi *Rot. apud Merlin. de pigno. decis.* 110. *num.* 28.

Quod verò donatio æquiualeat legitimæ D. Stephani clarè probatur ex testamento D. Ioannis, dum in eo disposuit, eius filios non posse disponere de eius bonis vltra scuta quinque millia pro quolibet pro eorum legitima tacitè declarando ad dictam summam illam ascendere, cui declarationi non constito de contrario videtur
54 esse omninò standum, † cum pater vti benè conscius de valore suorum bonorum, vt dicit *Rot. decis.* 409. *num.* 4. *par.* 4. *rec. tom.* 2. præsumatur nolle filium fraudare in legitima, sed illam non diminutam ei relinquere, ita vt filio conquerenti de illius diminutione, & agenti ad illius supplementum incumbat onus probãdi, legitimam non fuisse integram, vt not. *Bart. cons.* 17. *lib.* 1. *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 2. *in fin.* & ante eum *Natt. cons.* 352 *nu.* 10. *lib.* 2. *Rota in Perusina fideicom. de* Cincijs 18. *Martij* 1652. *coram R. P. D. Peutingerio* §. *qua seric &c.*

55 Cum pater bonum consilium præsumatur capere pro filio *l. nec in ea* 22. *ff. ad l. iul. de adult.* benè *Cartar. de pæn. innoc. art.* 3. *num.* 428. *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 12. *num.* 3. *& seq.* Rota *decis.* 263. *num.* 3. *par.* 7. *rec.* cum

filium amet plus quam seipsum *l. amicissimos 39. §. fin. ff. de excus. tut. Cart. d. art. 3. n. 427. Morot. de treg. & pace quæst. 34. num. 17. Pascal. de patr. potest. par. 3. cap. 1. num. 1. & seq.* & filio amicus fidelior patre inueniri non possit *l. quidem cum filium 46. & ibi glos. ff. de hæred. inst. Pascal. d. cap. 1. num. 1. Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 1. n. 27.*

56 Sicut videmus in simili per prædictas rationes in dote assignata filiæ per patrem, quæ præsumitur congrua, vt tradunt *Barz. decis. 29. num. 20. & seq. Menoch. de arbitr. casu 149. num. 6. Amat. decis. 28. n. 1. & seq. Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. num. 28.* alios adducens, latè *Giurb. ad Consuet. Messan. par. 1. cap. 3. glos. 7. num. 45. Merli. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 12. num. 3. & 4.* qui alios adducunt concordantes *Caren. resol. 148. in prin.* Rota *in Rom. augmenti dotis 30. Martij 1629. coram Eminentiss. Card. Virili*, quam refert *Merlin. vbi supra*.

Fructus verò bonorum donatorum nullo modo deberi ipsis DD. Iugalibus de Ioanninis ex persona D. Stephani suadent plura, & primò, quia non fuit ex aduerso probatum, D. Ioannem Pa-
57 trem illos exegisse †, quod est fundamentum intentionis agentis *l. actor 23. C. de prob. l. qui accusare 4. C. de eden.* latè *Barbo. axiom. 128. num. 1. & seq. Rot. decis. 6. num. 12. par. 4. rec.*
58 *tom. 2.* † cum nemo teneatur de fructibus non exactis, nisi necessariò illos exigere teneatur *l. tutori 20. cum ibi not.* C. *de nego. gest. Arct. cons. 111. num. 6. in fin.* Crauet. *cons. 63. n. 9. in fin.* quos referendo sequitur *Rot. apud* Cenc. *de cens. decis. 288. num. 3.* quod non verificatur in casu nostro, in quo exactio fructuum reseruata per D. Ioannem donatorem est merè potestatiua, non autem necessaria, vt ex ipso instrumento donationis benè patet.

59 Neq; obstat, quod fructus censeantur percepti a possessore *Rot. apud Greg. XV. decis. 50. n. 2.* quia de ista possessione D. Ioannis non constat, quæ autem sunt extra acta, sunt extra Mundum *Adde. ad Greg. XV. decis. 224. n. 6. Rot. decis. 600. n. 11. par. 5. rec. lib. 2. & decis. 91. n. 6. par. 6. rec.*

Et quatenus de illa constaret, quod non concedo, nullum tamen super illa fieri posset ex aduerso
60 fundamentum ex duobus, & primò, quia † cum agatur de fundamento intentionis agentium, illud non probatur per præsumptionem, latè *Adden. ad Rot. decis. 617. num. 43. par. 4. rec. tom. 3.* vbi plures Rotæ decisiones referuntur, Rot. *decis. 188. num. 4. & decis. 203. num. 4. par. 5. rec. & apud Greg. XV. decis. 53. num. 5.*

61 Secundò, quia, cum D. Ioannes testator mādauerit, quod eius filii, & hæredes ex sua hæreditate detrahere non valeant, nisi scuta quinque millia pro quolibet pro omni eo, quod prætendere possent de dicta hæreditate, tàm pro legitima, quàm pro Trebellianica, & pro quouis alio iure, & prætensione, prout in eius testamento, censetur eis prohibita detractio pro suis creditis, quod benè per Testatorem fieri potest, vt tradunt *Natt. cons. 110. num. 3. lib. 1. Pereg. de fideic. art. 34. num. 4. & Fusar. de subst. quæst. 665. num. 14. & seq.*

62 Postremò, quia, quatenus D. Ioannes aliquos fructus ex bonis donatis percepisset, præsumitur tamen, illos erogasse in alimenta ipsis filiis præstita post donationem vsq; ad eius mortem *Bart. in l. Nesennius 36. num. 5. & ibi Bald. n. 3. Castr. n. 1. ff. de nego. gest.* latè *Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 15. per tot. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priu. 3. num. 4.* Rot. *in Ferrarien. attentatorum 1. Iulij 1641. coram R. P. D. Bichio §. tertiò quia &c.* Administrator enim præsumitur, præstitisse alimenta ex fructibus bonorū administratorum, vt not. *Bart. Bald. Castr. Surd. Nouel. et Rot. in loc. supra adductis*: cum
63 pater non teneatur alere filios de proprio, dū ipsi habent vnde se alant, vt dicit *Surd. d. q. 15. num. 11.* & not. *Gratia. discep. foren. cap. 60. num. 19. et seq. et cap. 120. n. 10. par. 1. Costa remed. subsid. 106. num. 2. Coler. de alim. lib. 1. cap. 2. num. 78. Gallia ad consuet. Alex. in glo. solidos quæst. 6. nu. 40.* latè *Giurb. decis. 5. n. 8.* alios adducens concordantes *Gargia. Iun. cons. 90. num. 6. lib. 1. Rot. decis. 224. num. 5. par. 2. rec.* ideò nec mirum, si præsumatur, alimenta filijs præstitisse ex bonis filiorum non autem animo donandi, vt probat *Surd. d. q. 15. per tot.*

Neque ipsi DD. Iugales de Ioanninis vllam possunt habere prætensionem iuridicam ex persona D. Stephani super parte domus emptæ per eum vna cum DD. Ioanne Patre, & Hieronymo fratre a DD. de Baldis ex pluribus, & primò, quia, cum pretium illius solutum fuerit ex bonis, & pecuniis D. Ioannis patris, vt patet ex instrumento emptionis, & de iure etiam præsumitur, quia filii adolescentes non præsumuntur habuisse tàm magnam pecuniarum quantitatem *Menoch. cons. 375. num. 12.* Rota *apud*
64 *Cenc. de cens. decis. 478. num. 10.* † & ideò filij habitantes cum patre emendo bona censentur illa acquisiuisse cum pecunijs paternis latè *Rola. cons. 90. num. 8. lib. 2.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Mascar. de prob. concl. 221. n. 2. vol. 1.* & in fortioribus terminis *Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 50. num. 5.* maximè, cum d. filij non essent industriosi, vt deponunt testes supra 12. articulo, vt in terminis tradunt *Mascar. vbi supra, & Hodier. ad Surd. decis. 154. num. 16. & seq.*

65 Sequitur propterea, quod licèt DD. Hieronymus, & Stephanus filii D. Ioannis partem domus emptæ sibi acquisiuisse dicantur pro rata cum

ta cum

tà cum pecuniis paternis *l. 1. & 3. & l. multùm interest 6. & l. qui in aliena 8. C. si quis alt, vel sibi*, & post *Bart. Bald. Paris. & Crau.* per eum adductos tradit *Card. Manti. de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 8. vers. secundò respondetur*, *Hodier. ad Surd. d. decis. 15. num. 29.* vbi dicit, quod hęc est verissima conclusio, & communis Doct. opinio, *Rot. apud. Greg. XV. decis. 157. num. 4. & decis. 469. n. 3. & decis. 636. num. 3. par. 2. rec. & decis. 80. num. 2. par. 5. rec. & apud Duran. decis. 63. num. 2. & in Bononien. bonorũ 21. Februarij 1642. coram* R. *P. D. Cerro. §. minus referre &c.*

66 Domino Ioanni tamen, cuius erat pretium competit actio ad repetendum illud a suis filiis *Hodier. ad Surd. decis. 15. n. 30. Gargiar. Iun. cons. 34. num. 3. lib. 2.* Ciriac. *contro. 425. nu. 23. Rota apud Cenc. de cens. decis. 166. num. 7. & in d. Bononien. bonorum d. §. minus referre &c.* & in terminis de patre soluente pretium pro re empta per filium, quod non censeatur illud donare, sed possit illud repetere not. *Salic. in l. filiæ cuius 18. nu. 5. in fin. C. fami. ercisc.* Crau. *cons. 955. num. 5.* vbi dicit hoc non habere difficultatẽ, quos referendo sequitur *Card. Manti. de tacit. lib. 13. tit. 18. num. 11.*

Et quatenus dici posset, pretium per D. Ioannem patrem fuisse donatum eius filiis, vt videtur sẽtire *Rota apud Cenc. de cens. decis. 166. num. 7. & apud* Merli. *de pigno. decis. 79. num. 13.* quod dici nõ posse credo per supradicta, dicta tamen donatio inter patrem, & filium fuit nulla tàm de iure communi ad tex. *in l. donationes, quas parentes 25. C. de dona. int. vir. & vxo.* cum aliis adductis *supra num. 45.* quàm vigore Decretorum Serenissimi q. Ducis Vrbini, & ideò, vel vti talis nullum ius ipsis DD. de Ioanninis tribuere potest *Barbo. axiom. 164. n. 3. Rota decis.*
67 *572. num. 9. par. 1. rec.* † vel illa venit imputanda in legitimam D. Stephano, admisso, etiã quod illa morte confirmetur, vt tradit *Bart.* communiter receptus *in l. 1. §. nec castrense nu. 11. ff. de castr. pecu.* & post eum *Rola. cons. 11. num. 31. lib. 2.* alios adducens sectatores, *Crass. de success. §. legitima quæst. 22. n. 6.* vbi reprobat *Vasq.* contrarium tenentem, *Surd. cons. 206. num. 10. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 36. num. 124. Adden. ad Greg. XV. decis. 568. num. 13.* letè *Merli. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 29. n. 1. & seq.* vbi dicit ab hac opinione vti communi non esse recedendum, *Cartar. de pan. innoc. art. 5. n. 72.* & sentit *Rota apud Merli. de pigno. decis. 110. num. 27.* quicquid aliqui contrariũ sentiant, quos meritò reprobat Merli. *vbi supra*

Secundò, quia emphiteusis, de qua agitur, continet ius accrescendi inter inuestitos de domo prędicta, tàm vigore pacti expressi in instrumento inuestituræ appositi, quàm de iure communi ex

68. eo †, quia illa fuit acquisita per D. Ioannẽ, & filios titulo oneroso, nempè pro pretio scutorũ octo millium circiter a DD. de Baldis venditoribus, solutaque etiam notabili pecuniarum quantitate Illustris. D. Vrbini Archiepisc opo domino directo pro inuestitura obtinenda, vt tradunt *Decia. cons. 73. num. 3. lib. 2. Corb. de iure emphit. in tit. de cau. priu. ob lin. fini. num. 103. & in addit. ad d. num. 103. post tract. & post Bart. Ias. Alex. Purp. Bero. & Decia.* per eum adductos *Hond. cons. 54. num. 30. lib. 1.* & post eum *Card.* Mant. *de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 17. Gratia. discep. foren. cap. 451. n. 10. par. 3. & cap. 707. num. 6. par. 4.*

Cum enim ipsi DD. de Rubeis emerint domum, de qua agitur, tàm magno pretio, credendum est, eos sensisse, & voluisse, quod, deficiente linea vnius domus, non reuerteretur ad Ecclesiam, sed ad alios compræhensos in concessione, donec superesset aliquis ex eis, vt declarant *Hond. d. cons. 54 num. 30. lib. 1. & Gratia. d. cap. 451. num. 10.*

69 Acquisita autem emphitensis prædicta dicitur titulo oneroso, etiamsi pretium non sit solutum Illustrissimo D. directo, sed DD. de Baldis vẽditoribus, vt post *Goz. ad. Surd. Thes. Decia. Menoch. & Fachin.* per eam adductos latè comprobat *Rota in Cesenaten. emphiteusis 14. Decẽbris 1635. coram* R. *P. D.* Merlino *§. verùm Domini &c.* quod quidem clarescit in casu nostro, in quo notabilis pecuniarum summa soluta etiã fuit Domino directo, vt ponderat *Hond. vbi supra*.

70 Stante autem iure accrescendi portio D. Stephani, qui decessit sine filiis, deuoluta fuit ad D. Hieronymũ superstitem, vt tradunt *Doct. supra proximè adducti*, & precipuè *Card. Manti. d. lib. 22. tit. 34. nu. 34.* alios adducens concordantes, & vltra eos notat etiam *Gabr. cons. 88. n. 22. & cons. 89. num. 7. vol. 1. & Fulgi. de iure emphi. in tit. de contr. emphit. quæst. 34. num. 18.*

71 Vel saltem emphiteusis prædicta concessa DD. Hieronymo, & Stephano fratribus, cum censeatur concessa cuilibet pro rata *l. simili. & Titio 110. & ibi Bart. & communiter Doct. ff. de verb. oblig. Hond. d. cons. 54. num. 16. lib. 1.* latè *Corb. in d. tit. de cau. priu. ob lin. fini. num. 83. Card. Mant. de tacit. d. tit. 34. num. 23. Gratia. discept. foren. cap. 839. num. 3. & 19. par. 5. Ouid. de Amic. de iure emphit. quæst. 67. num. 2.*

72 † quatenus non contineret ius accrescẽdi, portio D. Stephani, qui decessit sine filijs, rediisset ad Ecclesiam Dominam directam, non autem ad DD. de Ioanninis extraneos hæredes *Ancar. cons. 245. in prin.* vbi dicit, quod in hoc omnes conueniunt *Deci. cons. 263. num. 1. & 2. Alex. cons. 204. per tot. lib. 2. Caph. cons. 345. nu. 4. & seq.*

& seq. lib. 3. Gabr. consf. 87. num. 1. lib. 1. Clar. in §. emphitensis quaest. 39. vers. scias tamen & c. latè Corbul. in d. tit. de cau. priu. ob lin. fin. nu 83. & post eum Fulgi. de iure emphit. in tit. de contra. emphit. quaest. 34. num. 4.

Maximè cum agatur de emphiteusi ecclesiasti-
73 ca †, quae regulariter non est transitoria ad extraneos haeredes *Guazz. de confisc. bono. concl. 13. limit. 33. num. 2.* alios adducens *Caren. resolut. 152. num. 2. Rota decis. 381. n. 2. par. 5. rec. & decis. 211. num. 3. & 4. par. 6. rec. & apud Duran. decis. 212. num. 22.* & prius scripsit *Card. Manti. de tacit. lib. 14. tit. 19. n. 6.*

Neque vllum potest ex aduerso fieri fundamentum super eo, quod in Inuestitura DD. Hieronymo, & Stephano inuestitis fuerit concessa facultas disponendi de dicta emphiteusi, & ideò cum D. Stephanus de illa saltem generaliter disposuerit in eius testamento ad fauorem DD. de
74 Ioanninis ad eos illa dicatur deuoluta †, quia omisso quod facultas concessa D. Stephano disponendi de re emphiteotica non simpliciter, sed praecedente licentia D. directi restringitur ad dispositionem inter viuos, non autem per vltimam voluntatem, vt post *Soc. Sen. & Zilett.* per eum relatos tradit *Fusar. de subst. quaest. 549. num. 6.*

Quia, inquam, cum facultas praedicta sit con-
75 cessa praecedente tamen licentia †, quae verba vti concepta per ablatiuum absolutum important conditionem *l. attestatore 108. ff. de cond. & demo. l. cuictis 18. ff. de vjur. Cartar. decis. Genuen. 98. num. 3. Decia. consf. 2. num. 77. lib. 2.* latè *Giurb. decis. 60. num. 12. Rota apud Zacch. de oblig. camer. decis. 18. n. 2. & apud Buratt. decis. 696. num. 2. & decis. 515. num. 2. par. 1. rec. & in Bononien. fideicommiss. de Boatterijs 13. Maij 1641. coram Reuerendissimo Merlino*
76 *Decano §. primum probatur & c.* † illa non impleta, & licentia non interueniente dispositio fuit nulla *Graff. de except. excep. 33. num. 11. Giurb. d. decis. 60. num. 12. Rola. consf. 58. nu. 14. & seq. lib. 3.* vbi dicit paria esse nihil fieri, & fieri sub conditione, quae non purificetur *Ceph consf. 56. num. 11. lib. 1. Surd. consf. 298. num. 1. & seq. lib. 2.* latè *Barbos. axiom. 48. n. 2. Capic. Latro decis. 193. num. 32. lib. 2. Rota apud Zacch. de societ. decis. 78. num. 1.* & perinde est, ac si dispositum non fuisset *Graff. d. excep. 33. n. 12. Paitel. exped. ciuil. 38. num. 27. Rola. d. consf. 58. n. 14. & seq. Barbo. d. axiom. 48. n. 2. Rot. apud Greg. XV. decis. 187. num. 10. & decis. 428. num. 3. & decis. 555. num. 3. & decis. 314. num. 3. par. 4. rec. tom. 2.*

77 Conditio enim importat formam *Paitel. expedit. ciuil. 38. num. 25. & seq. & expedit. 47. num. 21.* in terminis nostris *Corb. de iure emphit. in tit. de caus. priu. ob alien. ampl. 9. per tot. Gargiar. Iun. consf. 14. num. 9. lib. 1. Surd. consf. 186. num. 18. lib. 2. Ciriac. contro. 424. n. 9. & contro. 521. num. 25. Rot. decis. 212. nu. 21.*
78 *par. 4. rec. tom. 2.* † qua non seruata actus est nullus *Paitel. dicta expedit. 38. num. 20. Corb. d. ampl. 9. per tot. Surd. decis. 168. n. 8. Vinc. de Franc. decis. 185. n. 2. Gratia. decis. Marchi. 86. num. 7.* & latissimè comprobant *Adden. ad decis. 542. par. 4. rec. tom. 3. num. 58. & seq.* vbi dicitur, actum esse nullum ipso iure forma non seruata *Rota apud Zacch. de societ. decis. 61. num. 3. & decis. 78. num. 8. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 190. num. 25. par. 7. rec. & decis. 261. num. 8. ead. par. 7.* vbi dicit actum tunc haberi pro non facto.

Maximè cum maior sit vis conditionis importatae per ablatiuos absolutos, quam aliarum conditionum, vt post *Menoch. consf. 152. num. 2.* per eum relatum dicit *Ciriac. controu. 424. n. 3.* & ideò dicta dispositio vti inualida nullum ius DD. de Ioanninis tribuere potuit *Barbo. axio. 164. num. 3. Rot. decis. 572. num. 9. par. 1. rec.*

79 Conditionem autem fuisse impletam probandum est per asserentem, & per se fundantem in ea *l. ex his 5. C. quan. dies leg. ced. Hondi consf. 60. num. 11. lib. 1. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 16. num. 5. Mascar. de prob. concl. 343. num. 4. lib. 1. Gratia. discep. foren. cap. 318. num. 10. et seq. par. 2. Ciriac. contro. 129. n. 19. Rot. decis. 515. num. 4. par. 1. rec.*

80 Quod verò D. Franciscae Matri D. Stephani debeatur ex eius bonis legitima, seu illius supplementum in controuersiam non venit, vt videre est ex *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quaest. 12. n. 3. et seq. ex Bello. Iun. de iure accresc. cap. 9. quaest. 16. num. 3. ex Ciriac. contro. 304. in prin. ex Calui. de aequit. cap. 183. num. 7. lib. 2. et ex Rot. apud Merl. de legit. decis. 200. in prin.* quos in re clara sufficiat indicasse.

81 Quae in casu, de quo agitur, est tertia pars totius, non autem illius portionis, quae ei obuenisset ab intestato, vt reiecta opinione *Bart:* tenuerunt ex recentioribus *Thob. Noni. consf. 20. num. 14. Thesa. decis. 172. in fin. & ibi Adden.* dicens ita in illo Senatu fuisse indicatũ *Peregr. de fideic. art. 38. n. 13.* latè *Mangil. de imput. quaest. 6. num. 3. & seq. Surd. consf. 404. num. 5. & seq. lib. 3.* vbi hanc dicit communem, & veriorem opinionem *Gratia. discep. foren. cap. 172. per tot. par. 1. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 10. num 41. & seq. Bello. de iur. accresc. cap. 6. quaest. 16. num. 9. & seq.* & hanc opinionem veriorem, aequiorem, & magis communem dicit *Merli. de legit. lib. 1. tit. 4. quaest. 7. sub. num. 11.* & ita tennit *Rot. apud eum decis. 37. num. 1. & seq. & decis. 39. num. 14. et decis. 68. in prin. et decis. 421. num. 7. par. 4. diuer.*

Ratio est, quia fratre praeterito, nec instituta turpi perso-

persona, ille habetur pro mortuo, & sic sublata est omnis spes succedendi, & omnis concursus cum matre, & ideò mater respiciens se solam aptam ad succedendum in vniuersa hereditate consequi debet pro legitima tertiam totius hæreditatis, vt benè argumentantur *Peregr. Maresc. Merli. Rota, et alij Doct. supra proximè adducti*, qui alias etiam afferunt rationes.

Vana autem omninò est prætensio, quod per diuisionem sequutam inter DD. Hieronymum, & Stephanum fratres fuerit renunciatum fideicommisso paterno, quia, omissis pluribus, quæ circa prædicta dici possent, sufficiat adducere, quod ipsi fratres in instrumento diuisionis in contrarium expresse sunt protestati, ibi *Come anche al detto fideicommisso, e ragioni di quello, come in detto testamento, non intendono, ne vogliono essere pregiudicati; ma che quello deue hauere il suo effetto, e luogo nelli modi, forme, tempi, e casi, come in detto testamento, al quale &c.*

82 † quo casu nulli dubium est, quod per diuisionem continentem clausulas quantumcunq; sufficientes non censeatur renunciatum fideicōmisso, vt tradunt *Rola. cons. 51. num. 16 & seq. lib. 4. Paris. cons. 26. num. 53. lib. 2. Gratia, cons. 29. num. 20. & seq. lib. 2. Odd. cons. 49. n. 16.* & benè comprobat *Fusar. de subst. quæst. 593. num. 161.* alios adducens.

83 Protestatio enim conseruat ius protestantis *Rola. d. cons. 51. num. 17. Surd. cons. 246. n. 11. lib. 2.* Rota *decis. 400. n. 26. par. 4. rec. tom. 2.* & declarat animum, & mentem protestantis *Natt. cons. 627. num. 9. lib. 4. Caph. cons. 37. num. 20. & cons. 110. num. 19. lib. 1. Paris. cons. 70. n. 15. & seq. lib. 3.* plenè *Surd. cons. 513. num. 36. lib. 4.* & declarat consensum a contractu abesse *l. & si quis 14. ff. de relig. & sump. fun. l. qui in aliena 4. §. Celsus ff. de acq. hæred.* cum alijs apud *Surd. d. cons. 513. n. 36.* Quare saluo semper &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequen. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGVMENTVM.

Est resolutio dubiorum continens materiam alleg. præceden. & declarantur tex. *in l. iubemus 6. C. ad Trebell. et in l. si vt allegas 11. C. ad leg. falci.* & differitur, an Trebellianica prohiberi possit liberis primi gradus, & an illa detrahatur contra piam causam, & an circa illius prohibitionem filijs primi gradus attendenda sit consuetudo Regionis, & Doctori attestanti de consuetudine an sit credendum.

SVMMARIVM.

1 *Qui plus scit, plus dubitat.*
2 *Parentes de iure nouissimo ad aliud non tenentur erga filios, facto testamento, quam ad relinquēdam eis legitimam titulo institutionis.*
Ita vt possint eorum bona subijcere restitutioni, vt filius aliud consequi non valeat, quam legitimam num. 3.
4 Lex iubemus C. ad Trebell. *disponit, quod testator mandare non possit, quod filij imputent fructus in Trebellianicam.*
5 *Trebellianica hodiè potest per testatorem prohiberi.*
6 Lex iubemus C. ad Trebell. *hodiè est correcta secundum opinionem quam plurium Doct.*
7 Lex si vt allegas C. ad leg. falcid. *declaratur, et num. 10.*
8 *Trebellianica debetur filijs grauatis fideicōmisso, non tanquā filijs, sed tanquā extraneis, et n. 11.*
9 *Lex noua corrigens generaliter non comprahendit iura continentia casum specialem.*
10 Lex iubemus C. ad Trebell. *declaratur.*
12 Lex in §. si verò expressim Auth. de hæred. & falci. *loquitur expesse de filijs.*
13 *Fideicommisso impersonaliter relicto, quod censeantur grauati hæredes filij, procedit in substitutione pupillari.*
Contrariū quod habeat locū, etiam in substitutione fideicōmissaria tenēt plures Doct. n. 14
15 Rota Rom. *indicibili diligentia, et rigidissima speculatione ad causarū expeditionem deuenit.*
Et quare articulos nō semper disputet. n. 16.
17 *Rotæ Romanæ opinio circa prohibitionem Trebellianicæ erga filios omninò est tenenda.*
18 *Rota* Romana *ob eximias DD. Auditorum qualitates adeò excellit, vt ab ea in iudicando recedere nefas quodammodo videatur.*
19 Rota *Romanæ decisiones, tanquam canones, & legum dogmata seruari debent.*
20 *Trebellianica detrahitur de fideicommisso restituendo piæ causæ mediatè, præstita fideiussione de illa restituenda casu adueniente.*
21 D*ispositio testatoris generaliter facta, generaliter intelligi debet.*
22 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*
23 *Verbum* Di più *significat dispositionem distinctam, & separatam a præcedentibus.*
24 *Trebellianica nō deducitur aduersus piam causā*
25 *Legitima debetur filio statim mortuo testatore.*
26 *Voluntatis testatoris diuisio non est inducenda.*
27 *Testamenti vna pars declarat alteram.*
28 *Trebellianica an possit prohiberi filijs primi gradus attenditur consuetudo Regionis.*
29 *Doctori attestanti de consuetudine, vel non creditur.*
Vel solum creditur quo ad Curiam, in qua versatus est. num. 30.
31 *Con-*

31 *Consuetudo probatur ex pluribus sententijs*
32 *Rotæ Rom. opinio in dubio est tenenda, quoad prohibitionem Trebellianicæ.*
33 *Trebellianicæ detractioni non esse locum, in dubio est pronunciandum.*
34 *Fideicommissi restitutio, quando est facienda filio testatoris opimo æquior est, Trebellianicam posse prohiberi etiam liberis primi gradus.*

ALLEGATIO XXXXIII.

Excellentissime Domine. Certò quidem certius esse censeo, Trebellianicam prohibere posse per testatorem etiam liberis primi gradus, iuxta latè per me deducta in prioribus scriptis, in quibus existimabam, omne dubium substulisse, quod contra Dominum de Rubeis de Vrbino in proposito excitari posset, vt aliàs in casu suo dicebat *Surd. cons. 196.*
1 *in prin. vol. 2.* verùm quia, † qui plus scit, plus dubitat, vt dicit *Bart. in l. si pater 4. in prin. C. de instit. & subst.* ideò Excellentissimus Dominus meus Iudex compromissarius ingenij ipsius acumen, & singularem in iure peritiam ostendendi causa plura contra dictam tutissimã opinionem dubitando proponere voluit, quæ tamen omnia veritatis gladio, vt aliàs dixi, facilè dissolui posse censeo ad tex. *in can. veritate 4. & in can. consuetudo 8. distin. octaua.*

Ad cuius opinionis veritatem demonstrandam ante omnia præmitto rationem fortissimam, &
2 ferè indubitatam, † quod parentes de iure nouissimo ad aliud, testamento condito, filijs non tenentur, quam ad relinquendum eis legitimam titulo institutionis, vt ab Imperatore dispositũ fuit in *§. aliud quoque capitulum & in §. cæterũ Auth. vt cum de appell. cogno. & in §. 1. Auth. de trien. & semis.* & facit *Rubr. Auth. vt lic. matri, & Auiæ &c.* ita vt, excepta legitima, permissũ sit eis pro libito disponere de alijs eorũ bonis, illa relinquẽdo, cui voluerint *Aldouincons. 108. num. 10. Ciriac. contro. 8. num. 36. Capic. Latro decis. 166. num. 14. lib. 1. Rota decis. 16. num. 12. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 466. n. 2. par. 5. rec. lib. 2.* cum filij, dempta eorum legitima, in reliquis considerentur tanquã extranei *d. §. 1. Auth. de trien. & semis. Deo nobis 44 §. hoc etiam, & ibi, Bald. C. de Epis. & Cler. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 7. num. 19. Rot. d. decis. 466. num. 3.*

3 Ex quo sequitur, quod possint eorũ bona subijcere restitutioni per fideicommissum, ita vt filius nihil ex eo detrahere possit, excepta legitima, & sic benè valeant eis Trebellianicam prohibere, vt argumentatur *Fachin.* qui palinodiam cecinit *contro. iur. lib. 12. cap. 11. vers. Fundamentum &c.* vbi appellat fundamentum hoc irrefragabile, cũ quo pertrãseunt *Laderch. cons. 26. sub num. 11. Thob. Noni. cons. 32. n. 25. vers. tertio &c. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1133. Vinc. de Franch. decis. 11. num. 12. & Petr. Grego. Tholos. in sua Syntag. iur. vniu. lib. 42. cap. 31. num. 14.* si enim pater de iure nouissimo, relicta filio legitima, de reliquo potest ad libitum disponere, vt tradunt Doct. supra adducti, & vltra eos *Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 4. num. 9. Rot. d. decis. 466. in prin. par. 5. rec. lib. 2.* nulla certè potest assignari ratio in contrarium, quare non possit prohibere Trebellianicã, vt aduertit in specie *Scac. loc. cit.*

Quo iacto fundamento propius ad digladiandum accedendo, non obstant ex aduerso adducta per Excellentissimum Dominum meum, & primò tex. *in l. iubemus 6.* quod est vnicum refugium Doct. contrarium tenentium *C. ad l. Tre-*
4 *bel.* vbi habetur, † testatorem non posse disponere, quod liberi primi gradus imputent fructus in Trebellianicam, ex quo videtur sequi, quod si testator non potest facere, quod filius imputet fructus in Trebellianicam, quod est minus, neque valeat Trebellianicã prohibere, quod est plus, arg. *cap. cui licèt 53. de reg. iur. in 6.* cum simil. & not. in specie *Bald. in d. l. iubemus num. 2. & 3.*

Quia, omissis pluribus solutionibus, quæ per Doctor. ad d. tex. afferuntur, & præcipuè per *Corsett. de Trebell. §. 1. per Laderch. d. cons. 26. num. 8. per Vinc. de Franch. d. decis. 11. num. 15. & seq. & per Thob. Noni. cons. 90. num. 23.* vbi quinq; affert responsiones, quas, si vellem omnes referre, longo ferè tractatu opus esset, respondeo, inquam, cum Doctissimo *Fachin. contron. iur. d. lib. 12. cap. 11. versiculo hinc obijcitur &c.* quod d. argumentum optimè retorquetur ex iure nouissimo, quia, licèt tempore *d. l. iubemus* quo Trebellianica non poterat prohiberi, testator neque poterat mandare, quod fructus in
5 illam imputarentur, † cum tamen hodie iure nouissimo Testator Trebellianicam possit in totum prohibere *§. si verò expressim Auth. de hæred. & falc. Auth. sed cum testator C. ad legem falc.* & latissimè tradit *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 1. de Trebell. tit. 6. num. 278.* vbi sexaginta Doct. recenset, *Rot. decis. 171. num. 2. par. 6. rec.* multò magis mandare poterit, fructus in illam imputari, quod est minus, vt ibi per eum, qui ita doctè, & subtiliter probat, hodie non esse amplius attendendam de iure nouissimo dispositionem *d. l. iubemus*, vt vltra aliquid aliud addi non posse dicendum sit.

Secundò, respondeo eum *Vinc. de Franch. d. decis. 11. num. 15. vers. ad quod &c.* quod *d. l. iubemus* procedit secundùm illud ius, in quo non poterat prohiberi detractio Trebellianicæ respectu

spectu omnium personarum, non tamen liberorum primi gradus, sed postquam hodie per dispositionem *Auth. sed cum testator C. ad leg. falci.* est permissa prohibitio Trebellianicæ secundùm receptam Doct. opinionem, cessat argumentum, quod ex ea colligitur, postquam radix huius priuilegij cessat, vt ibi per eum., cum quo pertransit *Corset. de Trebell. §. 1. sub num.* 8.

6 Et ideò *d. l. iubemus* hodie esse correctam per *d. Auth. sed cum testator C. ad leg. falci.* tenuerunt post *Cin. Cuma. & alios, Corsett. de Trebell.* §. 1. *num.* 8. *Thob. Noni. d. cons.* 32. *sub n.* 25. *& d. cons.* 90. *num.* 23. *Alex. cons.* 29. *num.* 2. *lib.* 5. *Paris. cons.* 21. *num.* 44. *lib.* 3. *& Fachin. contro. iur. d. cap.* 11. *vers. & d. constitutio &c.* vbi dicit, *d. l. iubemus*, licèt non sit correcta, expressè, tamen ex Constitutionibus sequentibus clarè apparere, illi amplius non esse locum.

7 Et eodem modo tollitur obiectum, quod fit ex aduerso in *l. si vt allegas* 11. *C. ad leg. falci* nempè distinguendo tempora, quia ideò ibi permittitur filio fideicommisso grauato consequi supplementum Trebellianicæ, quia d. tempore Trebellianica nō poterat prohiberi *l. quod de bonis* 15. *§.* 1. *& §. fin. & l. Titia* 85. *ff. ad leg. falci. l.* 1. *§. inde Neratius ff. ad Trebel. Corsett. de Trebel. §.* 1. *num.* 8. qui adducit hunc tex. nostrum, & not. etiam *Fachin. contro. iur. d. cap.* 11. *vers. Rursus in fin.* Sed cum de iure nouissimo fuerit per Imperatorem statutum, Trebellianicam posse prohiberi per tex. *in §. si verò expressim Auth. de hæred. & falci.* reassumptum in *d. Auth. sed cum testator C. ad leg. falci. Alpha. collect.* 105. *vers. amplia &c.* cessat hodie dispositio *d. tex.* cessante illius ratione, & ille remanet correctus per iura nouissima, vt in terminis *d. l. iubemus* benè cōsiderant *Doct. sup. adducti*, & præcipuè *Vinc. de Franch. d. decis.* 11. *num.* 15.

Et ideò dicendum est, Trebellianicam hodie prohiberi posse etiam liberis primi gradus, cum illi non excipiantur in d. Constitutione, vt aduertit *Fachin. d. cap.* 11. *vers. altera fuit &c.* imò cum in d. Constitutione expressè comprehendan-
8 tur, vt infra demonstrabo. † maximè cum filijs fideicommisso grauatis debeatur Trebellianica, non tanquam filijs, sed tanquam extraneis, vt tradunt *Thob. Noni. d. cons.* 32. *sub n.* 25. *vers. tertio, & vltimo &c. Vinc. de Franch. d. decis.* 11. *num.* 13. *Laderch. d. cons.* 26. *num.* 11. *vers. tertio &c.* & *alij Doct. adducti infra num.* 11. & sic omninò cessat dispositio *d. l. si vt allegas* 11. *C. ad leg. falc.*

Neque obstat, quod *d. l. iubemus, & d. l. si vt allegas* non censeantur correctæ per tex. *in d. §. si verò expressim Auth. de hæred. & falci.* reassumptum in *d. Auth. sed cum testator C. ad leg. falci.* ex eo, quia lex noua corrigens generaliter non comprehendit d. iura continentia casum spe-
9 cialem, ad fauorem filiorum primi gradus ex *Mangil. de imput. quæst.* 116. *num.* 10. *& seq. & ex D. Andreol. contro.* 1. *num.* 7. *& seq.* quia negatur assumptum, quod *d. l. iubemus, & d. l. si vt allegas* contineant casum specialem ad
10 fauorem filiorum, † quia in dictis legibus, dum videtur mandari Trebellianicam nō posse prohiberi filijs, id erat ius commune prius inductum, quare testator non posset prohibere detractionem quartæ *d. l. Titia* 85. *& d. l. quod de bonis* 15. *§.* 11 *& §. fin. ff. ad l. falci. & d. l.* 1. *§. inde Neratius ff. ad Trebell.* & sic tex. *in d. legibus* non inducit aliquid de nouo fauore filiorum, nec continet aliquid singulare, sed iam inductum præsupponit, & secundùm illud statuit, vt benè declarant *Corsett. de Trebell. §.* 1. *num.* 8. *Alex. cons.* 67. *sub num.* 1. *lib.* 1. & post eum *Vinc. de Franch. d. decis.* 11. *n.* 17. & post *Vasq. de success. creat. §.* 8. *num.* 12. *vers. neque ad rem &c.* per eum relatum scribit *Thob. Noni. d. cons.* 90. *num.* 22.

Quod quidem habeo pro certissimo, cum nullam habeam rationem concludentem, cur Trebellianica magis debeatur filijs, quam alijs, quicquid subtilizando scripserit *Rolan. cons.* 5. *num.* 21.
11 *& seq. lib.* 4. cum imò regula sit in cōtrarium † quod filijs fideicommisso grauatis Trebellianica debeatur, non tanquam filijs, sed tanquam extraneis, vt tradunt *Laderch. d. cons.* 26. *n.* 11. *Vinc. de Franch. d. decis.* 11. *n.* 13. *Thob. Noni. d. cons.* 32. *sub num.* 25. *Caph. cons.* 153. *n.* 70. *lib.* 2. *Rube. Alexan. cons.* 73. *num.* 12. benè *Petr. Greg. Tholos. in suo Syntag. iur. vni lib.* 42. *tit.* 31. *num.* 14. *Altogra. cons.* 69. *n.* 22. *vol.* 2. *Rota decis.* 466. *in prin. par.* 5. *rec. lib.* 2. vbi dicit, quod filij, dempta eorum legitima, in reliquo considerantur, vti extranei.

Secundò respondeo cum *Fachin. d. cap.* 11. *vers. non obstat &c.* quod ius nouum melius, & efficacius prouidit filijs primi gradus, dum statuit, legitimam eis esse relinquendam titulo institutionis absque vllo onere, & in ipsis corporibus hæreditarijs ex paterna substantia, non autem in fructibus, vel aliter *l. scimus* 36. *§. cum autē & l. quoniā in prioribus* 32. *C. de inoff. testa.* & legitimam esse trientem, non autem quartam, vt olim, *vt in Auth. de trien. & semis.* & ideò dici non potest, d. legem nouam, vti vtiliorem filiis dictas leges veteres non posse comprehendere, vt ibi per eum.

12 Tertiò, quia tex. in *d. §. si verò expressim Auth. de hæred. & falcid.* loquitur expressè de filiis, nam se refert ad ea, quæ dicta fuerunt superius, vt probant illa verba, *sicut dudum prædiximus*, & illa *secundùm prius a nobis inuentam viam*, in quibus præcedētibus relatis Imperator expres-

Mm sè loqui-

sè loquitur de filiis, vt patet ex §. *primum itaque*, & ex §. *si quis autem* & ex §. *ex bastardos autem*, & ex §. *in omnibus autem casibus*, & ex §. *hinc nobis*, & ex §. *seq.* quibus cōsideratis text. *in d.* §. *si verò expressim* apertè sensit, Trebellianicam posse prohiberi etiā filiis primi gradus cum *d. tex.* se referat ad præcedentia, & relatum contineatur in referente, vt optimè aduertit, & ponderat *Paris. cons.* 21. n. 44. *lib.* 3. vbi dicit, ad d. tex. ita ponderatum non posse accommodari congruam, & conuenientem responsionē, vt ibi per eum, cum quo pertransit *Thob. Noni. d. cons.* 90. *num.* 22. *vers. potest etiam &c.*

Neque obstat allegata limitatio ad doctrinam per me adductam in aliis scriptis, quod cum fideicommissum fuerit impersonaliter relictū dicantur grauati hæredes filii, quibus Trebel-
13 lianica potest prohiberi, † quod inquam id procedat in substitutione pupillari, non autem in fideicōmissaria, in qua nos versamur ex *Merl. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 13. *num.* 24. *vers. est tamen controuersia*, & ex *D. Andreol. d. contro.*
14 1. *num.* 31. & *seq.* † quia dicta limitatio non est tuta, cum contrarium teneant quamplures Doct. nempè dictam conclusionem habere locum non solum in substitutione pupillari, verū etiam in fideicommissaria, in qua fideicommisso impersonaliter relicto, vt in casu nostro, dicūtur grauati hæredes filii, quibus Trebellianica potest benè prohiberi, vt tenuerunt *Alex. cons.* 67. *n.* 2. *lib.* 1. cum ille Ludouicus, cui pater fecerat fideicommissum moriens fecerit testamentum, ergo pubes, *Ias. cons.* 196. *col. pen.* & *fin. lib.* 2. qui pariter loquitur de filio, qui fecerat testamentum, & sic erat pubes *Paris. cons.* 81. *post prin. lib.* 2. & *d. cons.* 21. *num.* 46. & *seq. lib.* 3. *Thob. Noni. d. cons.* 90. *num.* 26. cui subscripserunt *Marr Ant. Eugen.* & *Io. Paul. Lancels Caph. cons.* 153. *num.* 66. & *cons.* 178. *nu.* 24. *vol.* 2. *Gabr. cons.* 117. *n.* 32. *vol.* 1. *Ruin. cons.* 130. *num.* 18. & *seq. lib.* 2. plenè *Odd. cons.* 63. *num.* 18. & *seq.* vbi hoc latè firmat & contrariis respondet, & *cons.* 69. *num.* 49. vbi hanc dicit esse communem opinionem, & alii quamplures laudati a *Bello. Iun. cons.* 57. *num.* 18. & *seq.* meritò &c.

Neque vllo modo dici potest, authoritatem Rotæ Rom. quæ tam intrepidè tenet opinionem affirmatiuam pro prohibitione Trebellianicæ frigescere, ex eo, quia dictum articulum nō disputat in eius decisionibus, quia id non euenit ex eo, quia Rota in opinionibus deligendis non vtatur
15 debita diligentia, † cum imò illa non fortuitò & temerè, sed maturo consilio, rigidissima speculatione, integerrima censura, indicibili diligentia, & indefesso labore ad causarum expeditionem deueniat, vt testatur *Bellam. decis.* 37. *in tit. de appell. ante fin.* vbi dicit, quod non est locus in mundo, vbi causæ ita benè terminē-
16 tur sicut in Rot. Rom. † sed articulos nō sēper disputat, quia ob eximiā DD. Auditorum peritiam, & longam in causis decidendis experiētiam, quæ apud alios Iudices sunt dubia, apud eos sunt certa, clara, & notoria, vt dicit *Scacc. de sent. & re iudic. glos.* 14. *quæst.* 11. *num.* 66.
17 Et ideò cum Rota prædicta d. opinionem pro prohibitione Trebellianicæ ita constanter, vti veriorem, & magis communem, imò receptissimam indifferenter teneat, & sequatur, omninò eius opinio est tenenda per alios Iudices, vt in terminis nostris tradunt *Hond. cons.* 59. *num.* 48. *lib.* 1. & *cons.* 66. *num.* 10. *lib.* 2. *Gargiar. Iun. cons.* 59. *in fin. lib.* 2. & *Merli. de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 25. & *seq.* vbi dicit ita seruandum esse in toto Statu Ecclesiastico, & quod fatuus esset Iudex, qui contrarium iudicaret, & idem habetur in combinat
18 *ad decis.* 1. *post d. tract. de legit.* † Rotæ enim authoritas, ob eminentem illius DD. Auditorum scientiam, experientiam, prudentiam, & in causis cognoscendis exquisitam diligentiam, vt dixi, in tam illustri loco reposita est, vt ab ea recedere nefas quodammodo videatur, vt not. *Paul. Rube. in epist. ad studiosos in prin.* 7. *par. decis. recen. num.* 241. & *seq.* cum Rota Romana dicatur speculum ad imitandum *Gratia. decis. Marcb.* 1. *num.* 21. *Tomat. decis. eius-*
19 *dem Rota Marcb.* 49. *nu.* 3. † & ideò decisiones Rotæ Romanæ maximè si pro illis pluries iudicatum sit tanquam venerandarum legum dogmata, & tanquam canones seruari debere post *Rip. resp.* 3. *nu.* 11. *de caus. possess.* & *proprietr.* scribit *Paul. Rube. in d. epist. num.* 247. & *Altogra. cons.* 104. *num.* 39. & *seq. lib.* 2. cum ad veram, germanamq; iuris intelligentiā nihil sit validius, quam quod ex Rota Romana emergit, *Paul. Rube. vbi supra n.* 239. & *seq.* ita vt ipsa loquente cætera Tribunalia silere debere reuerenter, dixerint *Mando. de monit. q.* 27. *num.* 6. & *Paul. Rubr. vbi supra n.* 237. & *seq.* omninò videndus.

Neque vllo modo dici potest prohibitionem petendi supplementum Trebellianicæ esse locum,
20 quando restitutio est faciēda piæ causæ † præstita interim fideiussione de illā restituendo casu adueniente ad tradita per *Massin. de confisc. q.* 30. *num* 14. & *per Rot decis.* 27. *nu.* 13. *par.* 5. *recen.* quia vltra alias adducta in prioribus scriptis, hoc certè videtur esse merum commentū partis aduersæ ad obnubilandam claram Trebellianicæ prohibitionem, cum nesciam videre quo nitatur iuridico fundamento; Dominus enim testator generaliter disposuit, quod decedentibus eius filiis masculis, & fœminis non possint illi disponere nisi de scutis quinq; millibus pro quolibet pro legitima, Trebellianica, & pro

21 & prò quocunq; alio iure, † ergo eius dipositio
generaliter est intelligenda in casibus suis iuxta
illorum contingentiã *Rot. apud Merli. de pigno.*
decis. 110. *num.* 40. cum pluralitas resoluatur in
singularitatẽ *Menoch. de præsump. lib. 4. præsũp.*
186. *num.* 12. *Card. Manti. de coniect. lib.* 11.
tit. 5. *num.* 17. *Peregr. de fideicom. art.* 13. *num.*
13. *& seq. Rota decis.* 35. *n.* 36. *par.* 4. *rec. tom.* 2.

Neque ego scio elicere ex dicta dispositione te-
statoris aliquam coniecturam, quæ restringat,
& coarctet d. dispositionem ad causã restitutio-
nis fideicommissi faciendæ piæ causæ, neq; illa
verba, *E che il remanẽte ritorni alle Monache*, cõ-
trariũ suadent, quia cum testator disposuerit,
quod eius filij non possint disponere de eius bo-
nis, nisi de scutis quinque millibus pro quoli-
bet, & eis substituerit piam causam, per neces-
se residuum redire debebat ad ipsam piam cau-
22 sam, † vndè expressio eius, quod tacitè inerat,
nihil operari debet, nec dispositionem alterare
valet. *Ancar. cons.* 147. *n.* 4. *Cancer. var. resol.*
tom. 1. *in resp. in fine posita n.* 54. *Capic. Latro*
decis. 105. *num.* 37. *par.* 1.

Neque pariter contrarium suadet, quod d. prohi-
bitio sit apposita post substitutionem de pia
causa, quia dicta prohibitio facta fuit de per se,
& non per modum continuati sermonis ad præ-
23 cedentia, vt ex ipso testamento videre est, † &
per verbũ, *Voglio di più*, quod significat disposi-
tionem distinctam, & separatam a præceden-
tibus ad tex. in *l. cũ vltra* 9. *C. de non nume. pec.*
& in l. si vltra 22. *C. de fideius. & in l. quod si*
vltra 13. *ff. qui, & a quibus manumis. &c. Thom.*
decis. March. 50. *num.* 12. *in fin. Rimi Iun. cons.*
482. *num.* 38. *Rota decis.* 21. *n.* 35. *par.* 5. *rec.*
latè *eadẽ Rota in Bononien. fideicommissi de Pan-*
caldis 16. *Februarij* 1640. *coram Eminentissimo*
Card. Panzirolo post prin.

Quod quidem redditur certissimum, quia si testa-
tor d. prohibitionem Trebellianicæ voluisset
restringere, & coarctare ad casum restitutio-
nis fideicommissi faciendæ piæ causæ, simplici-
24 ter de ipsa Trebellianica disposuisset, † quæ
non deducitur aduersus piam causam *Auth. si-*
militer, & ibi not. Doct. C. ad leg. falci. Peregr.
de fideic. art. 3. *num.* 63. *& art.* 12. *num.* 34.
vers. & pro ista sententia &c. Fusar. de substit.
quæst. 299. *num.* 7. latè *Caren. resol.* 249. *per tot.*
Rota decis. 27. *n.* 11. *par.* 5. *rec. & apud Merli.*
de pigno. decis. 90. *num.* 7. *& in Rom. fideicom-*
missi 27. *Ianuarij* 1642. *coram R. P. D. Cerro §.*
nec dicti hærades, sed, cum ipse disposuerit etiã
de legitima, & de alijs prætensionibus filiorum,
& hæredum, quæ non possunt verificari in casu
25 restitutionis faciendæ piæ causæ, † cum legi-
tima debeatur filio statim secuta morte testa-
toris *Gabr. cons.* 45. *num.* 5. *lib.* 2. *Peregr. de*
fideic. art. 36. *num.* 69. *Gionagno. cons.* 9. *n.* 19.
& 36. lib. 2. latè *Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 8.
quæst. 1. *num.* 3. alios adducens, *Cartar. de pan.*
innoc. art. 2. *num.* 49. ideò sequitur, quod idem
26 senserit testator quo ad Trebellianicam, † cum
non sit inducenda diuisio voluntatis testatoris
l. cum qui. 18. *§. fin. ff. de his quibus, vt indig.*
Card. Mantic. de coniect. lib. 11. *tit.* 23 *num.* 15.
27 *Fusar. de subst. quæst.* 241. *num.* 9. & ex vna par-
te testamenti declaretur alia *l. qui filiabus* 17. *ff.*
de lega. 1. *Deci. cons.* 599. *in prin. Cancer. var.*
resol. par. 3. *cap.* 20. *n.* 378. *Capic. Latro decis.*
105. *num.* 59. *lib.* 1. & sic cessant in contrarium
adducta de prohibitione facta in vno casu non
extendenda ad alium, vt in motiuis.

Neque vllum potest fieri fundamentum super al-
legata consuetudine in Ciuitate Vrbini, quod
non liceat prohiberi Trebellianica liberis pri-
mi gradus, de qua testatur *Michal. de fratr.*
28 *par.* 3. *cap.* 6. *sub num.* 9. † quam esse atten-
dendam in iudicando in hoc difficili articulo
voluerunt Doct. quos refert, & sequitur *Caluin.*
de aquis. cap. 28. *in prin. lib.* 1. ex duobus, &
29 primò, quia † Doctori attestanti de consue-
tudine in nihilo creditur *Gabr. comm. concl. de*
probat. concl. 4. *num.* 1. *vers. contrarium &c.*
Franc. Becci. cons. 7. *nu.* 29. *Aldoui. cons.* 35.
num. 46. *Thoma. decis. March.* 31. *num.* 18. *&*
decis. 36. *n.* 9. & post *Deci. Gabr. Bursat. Viui.*
Menoch. Stracc. Bertaz. & Maceraten. per eum
relatos tradit *Giurb. cons. crim.* 64. *n.* 22. quam
opinionem sequitur Rota *apud Card. Seraph.*
decis. 1349. *num.* 5. *& apud Gregor XV. decis.*
274. *num.* 5. *& ibi Adden. litera B. & in Mu-*
tinen. emphiteusis 28. Maij 1638. *corã R. P. D.*
Dunozetto §. demùm non obstat, vbi testatur de
veriori opinione, & in *Rauennaten. hæreditatis*
7. *Iunij* 1648. *coram Eminentiss. Card. Ottobono*
§. attestatio Parisij &c. & decis. 574. *num.* 17.
& 18. *par.* 4. *rec. tom.* 3. & quamplures alias
decisiones *Rotæ Roman.* refert *Theod. Rube. in*
singul. Rota Rom. tom. 1. *ad decis. Mohed.* 3. *de*
consuet. & tom. 2. *in verbo Doctor. num.* 1.

Maximè, cum attestatio prædicta *Michal.* sit valde
indiscreta, & audax, dum testatur de consuetu-
dine totius Status Vrbini, quasi ipse fuerit
versatus in omnibus Curiis Status prædicti,
dum ipse nullum officium, vel vnius tantum
Oppidi in eo exercuit, vt benè aduertit *Aldoui.*
cons. 35. *num.* 47.

Secundò, quia, admissa citra veri præiudiciũ con-
30 traria opinione, † quod Doctori attestanti de
consuetudine standum sit saltem quo ad Curiã,
in qua versatus est *Gratia. discept. foren. cap.* 973.
num. 43. *par.* 5. & habetur in *decis.* 530. *nu.* 4.
& in d. decis. 574. *num.* 17. *&* 18. *par.* 4. *rec.*
tom. 3. & in dicta Mutinen. *emphiteusis in fin. &*
in d. Rauennaten. *hæreditatis pariter in fin.* illa
31 tamen non nocet, † cum ex sententiis pluribus

exhibitis, in quibus ipsemet *Michal. fuit Aduocatus*, & ego benè testari possum, qui ita sententiaui, dum in Ciuitate prædicta Officio Locumtenentis fungerer, satis appareat de contraria consuetudine, ad not. per *Gratia. discep. foren. cap. 460. num. 23. et cap. 544. num. 34. par. 3. et cap. 745. n. 20. par. 4. Aldoa. cons. 75. num. 27*, alios adducens, *Adden. ad Capic. Latro decis. 41. nu. 16.* & sic dictum argumentum fundatum in consuetudine contra DD. Iugales de Ioãninis optimè retorquetur, & illud benè probat intentionem D. Hieronymi Rubei Actoris.

Ex quibus patet manifestè, omnia ex aduerso adducta contra ipsum D. Hieronymum esse sublata, & clari iuris esse, Trebellianicæ prohibitionem benè subsistere, quod idem est dicendum
32 quatenus res esset dubia †, cum in dubio sit tenenda opinio Rotæ Romanæ, vt tradunt *Hond. Gargiar. Iun. Merli. & alij Doct. relati supra nu.*
33 *17.* † & cum in dubio sit pronunciandum, non esse locum detractioni Trebellianicę, vti odiosę, & contra voluntatem testatoris *Gratia. discep. forea. cap. 245. nu. 8. par. 2. Menoch. cons. 643. num. 14. lib. 7. Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 12. Peregr. de fideic. art. 3. nu. 86. Aldoa. cons. 109. num. 11. Ciriac. contro. 11. num. 37.* & latius dixi in allegat. præcedenti.
34 Maximè, cum restitutio sit facienda filiis testatoris, quo casu æquior, & humanior est opinio, Trebellianicam posse prohiberi etiam liberis primi gradus *Clar. in §. testamentum quæst. 63. vers. si hæreditas etc. Thob. Non. d. cons. 90. num. 28. Odd. cons. 63. num. 35. Balth. Tomas. in d. tract. de Trebell. tit. 6. num. 785.* cum nihil sit, tàm pium, quàm testatoris voluntatem seruare *l. 1. Code sacros. Eccles.* & not. in terminis *Vinc. de Franch. d. decis. 12. num. 12.*

Quare &c. saluo &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

Continet materiam allegat. præceden. & præcipuè, an testamentum factum per minorem ad fauorem Curatoris sit validum, maximè stantibus coniecturis suasionum, quarum aliquæ ponderantur, Trebellianica quando dicatur expressè prohibita, & an possit prohiberi filiis primi gradus, & quid stante consuetudine prohibendi, & quando fideicommissum est impersonaliter relictum, & in aliis casibus; & an requiratur expressa prohibitio, vel sufficiat tacita, inuentarium hæredis grauati quas solemnitates requirat, acceptatio testamenti an debeat esse expressa, vt filius sibi præiudicet in legitima, donatio facta filio quando imputetur in legitimã, vt quis teneatur reddere rationem de fructibus, an requiratur probatio ex actionis, promissio relatiua quando sit efficax, nõ costito de relato.

S V M M A R I V M.

1 *Testamentum minoris ad fauorem Curatoris est validum, cessante dolo.*
Contrariũ est verius, saltem concurrentibus coniecturis, num. 2.
3 *Suspicio mala non est eliciẽnda ex actu licito.*
4 *Excessus sonat in vitium.*
5 *Singula, quæ non prosunt, simul collecta iuuant.*
6 *Coniecturæ non sunt considerandæ, vti singulæ, sed vnitæ, cum vna ab alia foueatur.*
7 *Probatio resultat ex pluribus coniecturis simul iunctis.*
Maximè, quando agitur de his, quæ sunt difficilis probationis, num. 8.
9 *Trebellianica quando dicatur prohibita per prohibitionem, quod hæres non deducat, nisi tot.*
10 *Filius grauatus fideicommisso legitimam statim deducere potest.*
11 *Ordo scripturæ ordinem voluntatis ostendit.*
Et designat ordinem intellectus. num. 12.
13 *Legitima dicitur debitum necessarium.*
14 *Solatio imputatur in debitum necessarium, durius, & grauius.*
15 *Trebellianica potest prohiberi filijs primi gradus secundum receptissimam opinionem.*
16 *Opinio non est communis iudicanda ex numero Doct. sed ex pondere authoritatis.*
17 *Pater, relicta filio legitima, de reliquo potest ad sui libitum disponere.*
18 *Trebellianica an possit prohiberi filijs primi gradus est attendenda consuetudo Regionis.*
19 *Consuetudo probatur ex pluribus sententijs.*
20 *Fideicommissum relictũ impersonaliter censetur relictum non a filio, sed ab hærede filij, & n. 21.*
22 *Filius approbare censetur prohibitionem Trebellianicæ per acceptationẽ fideicommissi paterni.*
23 *Trebellianicæ detractioni non esse locum, in dubio est pronunciandum.*
24 *Opinio, quæ nos reducit ad ius antiquum, in dubio est tenenda.*
25 *Opinio æquior in dubio est sequenda.*
26 *Opinio quam sequitur Rota Romana, in dubio est tenenda.*
27 *Verba quando sunt clara, non est habenda aliæ voluntatis quæstio.*
28 *Dictio, Cioè, stat declaratiuè.*
29 *Coniectura, quod testator voluerit se conformare cum iure communi, non procedit, stante voluntate in contrarium.*
30 *Trebellianicam non deduci contra piam causam, non est in iure expressum.*

31 *Tre-*

31 *Trebellianica, si est deducta per primum institutum, non potest deduci per alios.*

32 *Superfluum fuisse factam dispositionem, non est dicendum.*

33 *Trebellianicam fuisse probibitam, debet constare per necesse.*

Quod sufficiat tacita probibitio ex coniecturis elicita, verius est. num. 34.

Licèt agatur de probibitione facta filijs primi gradus. num. 35.

Dummodo coniectura sint tales, quæ d. probibitionem valeant necessariò importare. n. 36.

37 *Inuentarium nullum habetur pro non facto.*

38 *Hæres grauatus non tenetur facere inuentarium iuxta præscriptum* in l. fin. C. de iur. delib.

Fallit *stante præcepto testatoris. num. 39.*

40 *Verba testatoris dispositiua non refert, ad quem dirigantur, sed semper disponunt.*

41 *Hæres grauatus tenetur inuentarium conficere cum solemnitatibus inuentarij tutoris.*

42 *Inuentarium tutoris debet continere omnia mobilia, semouentia, stabilia, census, cum eorum qualitatibus.*

43 *Probatio maior non datur propria confessione.*

44 *Actum a se factum non licet impugnare.*

Fallit, quando actus est nullus iure resistente. num. 45.

46 *Testator non potest apponere onus in legitima, etiam filio instituto in opulenta hæreditate.*

Contrarium verius tenet Author. nu. 47.

Maximè stante approbatione testamenti facta per filium. num. 48.

49 *Filius vt sibi præiudicet in legitima, non sufficit generalis testamenti approbatio.*

Contrarium, sufficere expressam approbationem testamenti, in quo est onerata legitima, tenent Doctor. num. 50.

Maximè, si est approbatum testamentum in illo capite, in quo fuit onerata legitima. n. 51.

Et quando verba approbationis sunt multùm ampla, & vniuersalia. num. 52.

Etiamsi non adsint verba, omnia, & singula. num. 53.

Maximè stante iuramento, quod habet vim specialis expressionis. num. 54.

55 *Fideicommissi præseruatio facta a filio non trahitur ad legitimam.*

Procedit, quando legitima non fuit onerata a testatore, aliàs secus. num. 56.

57 *Onus appositum in legitima reijcitur etiam tacente filio.*

Contraria opinio est verior, & magis communis. num. 58.

59 *Supplementum legitimæ non datur non firmato statu hæreditatis.*

Fallit, quando constat hæreditatem esse tanti valoris, vt illi omninò sit locus. num. 60.

61 *Donatio continens substitutionem non dicitur donatio simplex, sed ob causam.*

62 *Donatio continens fauorem donatarij, & non donantis dicitur simplex non autem ob causam.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 63.

64 *Substitutio compendiosa post pubertatem continet fideicommissarium.*

65 *Initium cuiuscumq; rei attendendum est, non autem, quod postea euenit.*

66 *Donatio ob causam imputatur in legitimam.*

67 *Licentia obligandi quando est nulla, obligatio habetur pro non facta, & intrat dispositio Decreti.*

68 *Subreptio reddit gratiam nullam.*

69 *Donatio patris nulla imputatur filio in legitimã, etiam si sit morte confirmata.*

70 *Agens ad restitutionem fructuum debet probare illorum exactionem.*

Cum nemo teneatur de fructibus nõ exactis, nisi illos exigere teneretur. num. 71.

72 *Fructus fructuum regulariter non debentur.*

73 *Hæres adeundo hæreditatem censetur conditiones in testamento appositas acceptasse.*

74 *Inuestitura censetur semper concessa sine præiuditio tertij.*

75 *Spõsalitia largitas, soluto matrimonio sine filijs, debetur hæredibus vxoris.*

76 *Obligatio minoris facta sine solemnitatibus Statuti est inualida.*

77 *Promissio relatiua non probat, nec obligat sine relato.*

Non procedit, quando promissio est relata, & clara. num. 79.

Declara, vt num. 80.

78 *Clausula, & non alias, arguit præcisam contrahentium mentem.*

81 *Minor non potest constituere dotem, præsertim alienando stabilia.*

82 *Pacta, & conditiones contractus dicuntur pars illius.*

ALLEGATIO XXXXIV.

EXcellentissime Domine. Licèt ingeniosè admodum, non minusque doctè, vt semper solet, tuendo iura Perillustr. DD. Iugalium de Ioanninis de Vrbino dubitauerit Excellentiss. Dominus meus Iudex compromissarius contra Perillustr. D. de Rubeis de eodem; veritatis tamen gladio omnia eius vincula dissolui facilè posse, satis compertum habeo ad tex. *in can. veritate 4. & in can. consuetudo 8. distin. octaua.*

1 Non obstat igitur, primò, quod testamentum D. Stephani factum ad fauorem D. Curatoris sit validum, cessante dolo, ex *Guttier. de tutel. par. 2. cap. 14. num. 13. & seq. Peregr. cons. 59. lib. 6. Mart. cons. 76. per tot. & Galgan. de tutel. lib. 3.*

2 *lib.* 3. *quæst.* 54. *num.* 4. *& seq.*† quia contrariam opinionem, cessante etiam dolo, & concurrentibus saltem coniecturis suasionū, & suggestionum, vt in casu nostro, cum tunc non dicatur illud factum liberè, vt decet, tenent, DD. numero plures, & authoritate maiores, & præcipuè *Castr. cons.* 131. *in fin. lib.* 2. Rebuff. *in suis cōm. in tit. de donat. glo.* 6. *Duen. reg.* 31. *concl.* 2. *n.* 6. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 12. *vers. sed contrarium*, vbi dicit d. opinionem, *Castr.* æquam esse, & alios adducit, *Cald. Pereir. in l. si curatorem vers. hunc contractum nu.* 27. *C. de in integ. restit. Borgni. de tuto. num.* 279. *Monta. de tutel. cap.* 30. *nu.* 8. *Borbo. in consuet. Borbon. §.* 292. quem refert, & sequitur *Balth. Tomas. in suis tract. var. tom.* 2. *tit.* 19. *nu.* 3818. *&* 3956. benè *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 150. vbi dicit, ipsum consuluisse, testamentum esse nullum factum per minorem ad fauorem Curatoris, exclusa Sorore, egena, ex eo solùm, quod Curator erat vir astutus, vt ibi per eum *Marta voto* 198. *num.* 3. *& seq.* quem refert, & sequitur *D. Andreol. contro.* 293. *num.* 10. *& contro.* 357. *num.* 10. ita vt hæc opinio dici valeat per Doct. communiter recepta.

Neque nocet, quod Rebuff. *in loc. cit.* loqui videatur secundū leges Regias Galliæ, quia imò loquitur in terminis iuris communis, prout faciūt etiam *Castr. Duen. Peregr. Borgn. Cald. Pereir. Monta. Borbo. Balth. Tomas. & Cancer.* qui mouentur ratione supradicta, quia testamentum factum ad fauorem Curatoris, maximè interuenientibus suasionibus, & blanditijs, vt in casu nostro, non non dicitur factum liberè, vt ex eis videre est, meritò &c.

Coniecturas autem quāplures pro nullitate testamenti cōcurrere in casu, de quo agitur, probaui latè in prima allegat. in hac causa facta *nu.* 101 vbi nouem adduxi, illasq; pluribus authoritatibus comprobaui, vt ibi est videre, quas iterùm hic referendas breuitatis gratia non putaui.

Quibus nō obstat, quod ex aduerso contra aliquas ipsarum adducitur, & primò contra primam, quæ deducitur ex magna reuerentia, quam profitebatur D. Stephanus testator erga Dominum de Ioanninis non solùm vti Curatorem, sed etiā vti Socerum, quam post *Afflic. Decia. & alios* per eū relatos magni facit in proposito *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsump.* 11. *sub. n.* 9. quod, inquā, Socero debetur reuerentia, cum loco parentis sit *l. quia parentis* 17. *ff. solu. matr. glo.*
3 *Alex & alij in l. generaliter* 13. *ff. de in ius voc.*† & ideò ex actu licito, & de iure debito non debeat desumi sinistra suspicio contra ipsū Socerum *cap. sunt nonnulli.* 2. *in fin.* 46. *dist.* Mascar. *de prob. concl.* 223. *num.* 3. *lib.* 1. quia prædicta procedere possunt in simplici reuerentia, non autem in maxima, quam profitebatur D. Stephanus, ita vt ipse non auderet D. Ioannino Socero in aliquo contradicere, vt constat ex processu, in quibus terminis loquuntur *Doct.* &
4 præcipuè *Menoch.* per nos adducti, † cum excessus sonet in vitium *Card. in clemen.* 1. *in prin. de stat. Monach.*

Tertia verò coniectura desumpta ex eo, quod D. Stephanus testamenti tempore reperiretur infirmus in domo DD. Iugalium de Ioanninis, qui fuerunt ab eo hæredes instituti, quam post *Decia. & Menoch.* per eum adductos firmat *Cyriac. contro.* 410. *num.* 17. non tollitur ex eo, quod ipse etiam per antea in domo eorundem permanserit, cum in hoc attendendum veniat tempus testamēti, vt patet, & ponderant Doct. supradicti.

Quinta coniectura desumpta ex imperitia D. Stephani, ita vt, cum testamentum tàm eleganter compositum dictare non valuerit, insurgat præsumptio, illud fuisse prius dictatum, & compositum per D. Curatorem in eleganti dicendi genere satis versatū, benè subsistit, vt not. *Marta voto* 198. *num.* 9. *vers. secunda coniectura*, quem refert, & sequitur *D. Andreol. contro.* 14. *n.* 11. non obstante doctrina *Bart. in l. liberorum* 220. *num.* 20. *ff. de verb. signif.* ex aduerso adducta, quod Notarius præsumitur apponere verba significantia voluntatem testatoris, quia nos nō quærimus de interpretatione verborum testatoris, in quibus terminis loquitur *Bart.* sed de modo conceptionis testamenti, qui non conuenit viro illiterato, imò prorsus literorū ignaro, vnde nec mirum, si sinistra oriatur suspicio, vt volunt Doct. supra adducti.

Quibus eo magis locus esse debet, stātibus tot alijs coniecturis in prioribus scriptis ponderatis, ex quibus simul iunctis Iudicis arbitrium moueri omninò debet ad sentiendū pro nullitate testamenti, vt not. *Peregr. de iur. fisc. d. lib* 2. *tit.* 6. *num.* 12. *vers. sed contrarium &c. & Gabr. cons.*
5 16. *in fin. lib.* 1. ex regula, † quæ non prosunt singula, simul iuncta iuuant *l. instrumenta* 5. *l. rationes* 6. *C. de proba. Surd. cons.* 245. *num.* 31. *lib.* 2. *& cons.* 329. *num.* 20. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 284. *num.* 43. latè *Barbo. axiom.* 209. *in prin. Rota decis.* 774. *n.* 7. *par.* 2. *rec. & decis.* 389. *num.* 13. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& decis.* 135. *num.* 12. *par.* 5. *rec.*

6 Cum coniecturæ non sint ponderandæ singulę per se separatim, sed simul iunctæ, quia corroborantur ad inuicem *Rota decis.* 21. *num* 26. *& decis.* 194. *num.* 105. *& decis.* 409. *n.* 20. *par.* 5. *rec. & decis.* 310. *num.* 48. *par.* 6. *rec.* nec in coniecturis discutiendis rigidè sit procedendū, vt ad oculum concludunt, aliàs non coniecturæ, sed demonstrationes dicerentur, vt dicit *Rota d. decis.* 21. *num.* 27.

7 Ex pluribus autem cōiecturis, & adminiculis

simul

ſimul iunctis reſultat probatio *gloſ. in l. 2. in verbo legitimis ff. de excuſ. tutor.* plenè *Gabr. comm. concl. de prob. concl. 1. in prin.* Rota *deciſ. 143. num. 15. par. 4. rec. tom. 2. & deciſ. 234. num. 13. par. 7. rec.*

8 Maximè, quando agitur de ijs, quæ ſunt difficilis probationis, quæ probari ex coniecturis, & præſumptionibus voluerunt *Purpu. conſ. 31. num. 3. lib. 1. Grat. conſ. 95. n. 12. lib. 2.* Rot. *deciſ. 87. num. 16. par. 6 rec. et deciſ. 154. n. 16. par. 7. rec.*

Quò verò ad detractiones, & præcipuè Trebellianicam, quod illa fuerit expreſsè prohibita apparet manifeſtè ex verbis claris teſtatoris mandantis, illius hæredes non poſſe diſponere de ſua hæreditate, niſi de ſcutis quinque millibus pro quolibet pro omni eo, quod prætendere poſſent ex d. hæreditate, tàm pro legitima, quàm Trebellianica, & alijs prætentionibus, ita vt ſi legitima, & Trebellianica non importent vltra ſcuta quinque millia, illam dicere poſ-
9 ſumus non fuiſſe prohibitam, † ſi verò dictæ detractiones ſuperent ſcuta quinque millia, quis negare poterit, Trebellianicã fuiſſe prohibitã, vt in terminis aduertunt *Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 198. n. 17. Merli. de legit. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. nu. 31. & Balth. Tomaſ. in tract. var. tom. 1. de Trebell. tit. 6. num. 380. necnon Mangil. de imput. quæſt. 115. num. 13.* qui alios adducunt.

Prorſus vanũ autem eſt fundamentum ex aduerſo allatum, quod DD. Hæredes D. Stephani ex dictis ſcutis quinque millibus debeant prius detrahere Trebellianicam, & poſtea legitimam, & eius ſupplementum, cum id ſit contra diſpoſi-
10 tionem iuris, cuius vigore, † filius fideicõmiſſo conditionali grauatus legitimam ſtatim deducere poteſt, Trebellianicam verò non, niſi conditione purificata *Affl. deciſ. 367. n. 4.* vbi de cõmuni *Caphal. conſ. 189. n. 25 lib. 2. & conſ. 320. num. 37. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 3. num. 24. Merli. de legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 1. num. 11. Balth. Tomaſ. in d. tract. de Trebell. tit. 7. nu. 1. Calui. de aquit. lib. 1. cap. 28. num. 14. & ſeq.*

Secundò, quia id eſt contra claram voluntatem teſtatoris, qui prius nominauit legitimam, & po-
11 ſtea Trebellianicam, † ordo enim ſcripturæ ordinem voluntatis oſtendit *Bald. in l. quoties 40. per d. tex. ff. de vſufr. Monach. deciſ. Lucen. 13. num. 51. Barbo. axiom. 172. num. 4. Card. Manti. de coniect. lib. 6. tit. 13. nu. 11. Rot. deciſ.*
12 *485. num. 3. par. 4. rec.* † & deſignat ordinem intellectus, ita vt quod prius fuit in voce principalius fuerit in intentione *Barbo. vbi ſupra in prin. Card. Manti. d. tit. 13. num. 11.* & ideò argumentum ab ordine literæ validum eſſe poſt *Eucrar. Cantiu. Alcia. Mando. Crauet. Paſet. Viui.* Rimi. *Menoch. Guttier. Theſ. Iun. Decia. Monal. Valenzu. Maſtril. Velà.* & alios per eum relatos firmat *Barbo. in loc. cõm. loc. 80. per tot.*

13 Poſtremò, quia, cum legitima dicatur debitum neceſſarium *Auth. præterea, & ibi not. Doct. C. vndè vir, & vxo. Mangil. de imput. quæſt. 19. num. 6.* Franc. *Becci. conſ. 34. num. 5. lib. 1. Cartar. de pæn. innoc. art. 2. num. 56.* cum pater teneatur filio illã omninò relinquere *§. 1. auth. de trien. & ſemiſ. §. aliud quoque capitulum. auth. vt cum de appell. cogn.* cũ alijs relatis per *Merli. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 1. n. 3. & per Cartar. & Franc. Becci. loc. cit.* vbi dicunt filium pro legitima dici creditorem, ſeù ſaltem quaſi creditorem; Trebellianica verò dicatur debitum voluntarium, cum illa poſſit prohiberi per patrẽ, vt infra dicetur, vel ſaltem cum legitima debeatur filio arctiori, & validiori iure, quam Trebellianica arg. *l. cum ratio. 7. ff. de bon. damn. & l. ſcripto. 6. ff. vndè libe. Bero. conſ. 135. n. 3. vol. 2. Mangil. de imput. quæſt. 1. num. 29.* ſequitur dicendum, D. Ioannem teſtatorem ſenſiſſe d. ſcuta quinque millia eſſe imputãda prius
14 in legitima † vti debitum neceſſarium, durius, & grauius late *Gratia. diſcep. foren. cap. 224. num. 5. par. 2. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 521. num. 12. D. Andreol. contro. 135 num. 35 Rota Bononien. diuer. deciſ. 59. n. 3. Rota apud Merli. de pigno. deciſ. 131. num. 13. & deciſ. 142. n. 30.* quam in Trebellianicam, ad quam pater non tenetur, ſecundum opinionem Rotæ Romanæ, & hodie receptiſſimam, vt infra dicetur, vel ſaltem eſt dubium, an ad illam teneatur, & in omnem caſum teſtator illam prohibendo exiſtimauit ad illam non teneri, vt nõt. *Gratia. d. cap. 224. num. 80. par. 2.*

15 Quod verò Trebellianica poſſit prohiberi liberis primi gradus hodie eſt opinio receptiſſima cũ illam ſequantur, non ſolùm maior pars Moderniorum, ſed etiam propter authoritatem, non ſolùm Excellentiſs. Collegij Mediolanen. Sac. Conſ. Neapol. & aliorum Tribunalium, ſed etiam Sac. Rotæ Rom. cuius iudiciũ tutiſſimum, & infallibile in propoſito dicit *Gargiar. Iun. conſ. 59. in fin. lib. 2.* & cum propter tot Illuſtriſſimorũ Virorum in illa præſidentiũ admirabilem doctrinã illius deciſiones, vti magiſtrales, & communem opinionem conſtituẽtes in dubio omninò ſequendas eſſe dixerit *Hond. conſ. 59. nu. 48. lib. 1.* ita vt Rota Rom. dicatur ſpeculum adimitandum, vt tradunt *Gratia. deciſ. March. 1. nu. 21. & Toma. deciſ. March. 68. num 65.* cum alijs adductis in prioribus ſcriptis, quę breuitatis gratia non refero, ita vt niſi temerè a dicta opinione recedere non liceat, vt in puncto dicit *Merli. de legit. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. n. 25.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe canonizatam in toto Statu Eccleſiaſtico.

Neque aliquod fieri debet fundamentum ſuper

numero

numero centum, & quinq; Doct. qui contrariã
partem sectari videntur, quos adducit *Mangil.*
de imput. q. 116. in prin. & D. Andreol. contro. 1.
16 *in prin.* ex duobus, & primò, quia † opinio
non ex numero opinantium, sed ex pondere
authoritatis communis est indicanda, vt peri-
tia præferatur numero, vt not. *Alex. conf. 202.*
num. 7. lib. 7. Natt. conf. 130. num. 5. Costa de
fact. scien. & igno. inspec. 30. n. 21. & Lazar.
de blasphe. quæst. 13. num. 12. & seq. benè com-
probans, non enim communis opinio est vo-
canda præsertim ad effectum præiudicandi al-
teri ea sola ratione, quod plures eam sequan-
tur tanquam oues alias, quæ præcedunt sine
indicio sequentes, & veluti aues, quæ vnam
volantem, omnes aliæ sequuntur, vt not. post
Nauar. Deci. Azot. Seba. Medic. & Rimin. Iun.
per eum relatos *Lazar. d. quæst. 13. num. 9.* au-
thores enim disputantes quæstionem, & resol-
uentes veritatem faciunt communem opinio-
nem, vt dicit *Lazar. ibi,* qui inuehit contra hu-
iusmodi numerantes Doct. prout etiam con-
querebatur Plin. Iun. apud Traianum dicens
Non debeant solum numerari personæ, sed pon-
derari sententiæ, nihil enim est ita inæquale, quin,
vbi impar est prudentia, sit par vis, vt referunt
Adden. ad Alex. d. conf. 202. litera D. lib. 7. &
Lazar. d. quæst. 13. num. 12. & seq.

Hanc autem Rotæ opinionem fundatam esse in
fortioribus rationibus, omissis alijs, suadetur ex
17 illa euidentissima, † quia si pater, relicta filio
legitima, potest ad sui libitum de reliquo di-
sponere, nulla assignari potest ratio in contra-
rium, quare non possit ei prohiberi Trebellia-
nica, vt ponderat *Scacc. de iud. lib. 2. cap. 9.*
num 1133. & quam irrefragabilem rationem
appellat *Fachin. contro. iur. lib. 12. cap. 11. vers.*
cæterum supposita &c. & dixi latius *allega. præ-*
ced. num. 3.

Secundò, quia, si vltra sexaginta Doct. quos pro
parte nostra enumerat *Mangil. d. quæst. 116. in*
prin. addantur *Suarez in Thes. recep. sent. lite-*
ra I. n. 308. Guazzin. de confisc. bon. concl. 13.
ampl. 5. num. 3. vers. contrarium &c. vbi malè
allegat in contrarium *Hond.* & ita fuisse iudi-
catum in Rota Rom. *Peguer. decis. 107. Hodier.*
ad Surd. decis. 251. num. 3. & contro. 10. n. 25.
Amat. decis. March. 11. Gratia. discep. foren.
cap. 245. num. 1. par. 2. Farinac. de delic. &
pæn. quæst. 25. num 45. vers. quia tamen &c.
Gargiar. Iun. conf. 59. in fin. lib. 2. Scacc. de iudi.
lib. 2. cap. 9. num. 1133. Merli. de legit. lib. 1.
tit. 3. quæst. 1 num. 25. Marese. var. resol. lib. 1.
cap. 100. num. 10. Fachin. contro. iur. lib. 12.
cap. 11. Theod. Rub. in Sing. Rota *Rom. tom. 2.*
in vers. Trebellianica §. 2. Balth. Tomas. in suis
tract. var. tom. 1. de Trebell. tit. 6. num. 382.
D. Capic. Latro decis. 1. num. 25. Adden. ad
Greg. XV. decis. 421. num. 16. Molph. ad con-
suet. Neap. par. 2. quæst. 10. num. 36. Merlin.
Pignat. contro. foren. cap. 78. num. 6. cent. 2.
Marcian. *conf. 1. num. 147.* et *Massin. de confisc.*
quæst. 30. num. 4. & alij, quos refert, & sequitur
Paul. Rubc. *de testam. quæst. 64. num. 69. et seq.*
& ex Doct. pro contraria parte adductis per
Mangil. ibi, & per *D. Andreol. d. contro. 1.* deman-
tur *Bald. Soc. Sen. Roman. Alex. Deci. Paris.*
Ruin. *Ant. Rube. Mantu. Cassad. Franc. de Ramp.*
Ias. Io. *Castil. et Capra,* qui vel tenent contra-
riam sententiam, vel sunt dubij, vel loquuntur
relatiuè, vel sunt sibi contrarij, ita vt contra-
riam opinionem tenere, verè dici non possint,
vt benè probat *Thob. Noni. d. conf. 90. nu. 24.*
nec non demptis *Suarez,* Menoch. *Molin. Fachin.*
Thes. Iun. et Polid. Rip. adducti per *D. Andreol.*
d. contro. 1. num. 1. qui expressè tenent contra-
rium, & sic nostram opinionem, vt ex eis est
videre, clarè apparebit, Doct. contrariæ partis
non esse maiores numero Doctor. qui nostram
affirmatiuam tenent opinionem, & sic cessat
fundamentum ex aduerso factum super nume-
ro maiori Doct. contrariam partem sectantiũ.

Neque obstat allegata consuetudo in Ciuitate,
& Statu Vrbini prohibendi Trebellianicam fi-
lijs primi gradus, de qua testatur *Michal. de*
18 *fratr. par. 3. cap. 5. num. 9.* † quam esse atten-
dendam in hoc articulo voluet ut *Calui. de æquit.*
lib. 1. cap. 28. in prin. Clar. in §. testamentum
quæst. 63. §. sed si hæreditas in fin. Adden. ad
Capic. Latro decis. 108. num. 10. quia, omisso,
an Doct. de consuetudine attestanti sit creden-
dum, de quo in *allegat. præceden. num. 29.* &
19 seq. † ex pluribus sententijs exhibitis apparet
manifestè de contraria consuetudine ad not.
per *Gratia. discep. foren. cap. 460. num. 23. &*
cap. 544. num. 34. par. 3. & cap. 745. nu. 20.
par. 4. Aldoui. conf. 75. nu. 27. alios adducens,
prout egomet ita in causa graui Illustriss. D.
Comitis de Odasijs sententiaui confirmando
sententiam, ita pariter latam per D. Prætorem
d. Ciuitatis, dum annis elapsis in Ciuitate Vr-
bini essem Locumtenens, & de contraria pari-
ter consuetudine totius Status Ecclesiastici te-
statur *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num.*
25. & sic d. argumentum benè contra DD. Iu-
gales de Ioanninis retorquetur.

Quæ quidẽ prohibitio Trebellianicæ eo magis sub-
20 sistere debet, † cum fideicommissum, vti im-
personaliter relictum dicatur relictum non a fi-
lio, sed ab hærede filij, vt post *Deci. Marzar.*
Gozad. Ruin. *Paris. Cepha. Gabr. Noni. Petram*
Odd. Bello. et Balth. Thomas. probaui in
alleg. praced. in vers. Maximè cum non desint
&c. quibus addo Mangil. *de imput. q. 116. n. 42.*
Gratia. discep. fore. cap. 983. n. 14. par. 5. et Caren.
resol. 134. per totum, vbi hoc dicit indubitatum.

21 Et

21 Et cum restitutio sit facienda alteri fratri, & sic descendenti testatoris, vt post *Noui. Clar. Odd. & Balth. Tomaſ.* dixi pariter *ibi verſ. & eò magis &c.* quam opinionẽ omninò ſequendã voluerunt *Odd. conſ. 63. num. 35. vſque ad fin.* ne aliàs inducta per *d. l. iubemus* ad fauorem filiorũ retorqueantur in eorum odium, vt eueniret in casu nostro, in quo restitutio est facienda per extraneum filio testatoris, & ante eum *Clar. in §. testamentum quaſt. 63. verſ. ſed ſi hæreditas &c.* vbi dicit, ita iudicandum, *Vinc. de Franch. deciſ. 1. num. 20. & Theſa. Inn. quæſt. foren. 20. num. 9. lib. 1.*

Nec non etiam, stante acceptatione facta per D. Stephanum in instrumento diuisionis de fideicommisso paterno, volentem illud habere locũ modis, & formis, temporibus, & casibus pro

22 vt in dicto testamento, ad quod &c.† per quam censeri approbatam prohibitionem trebellianicæ voluerunt *Rube. conſ. 72. num. 8.* dicens, sufficere generalem approbationẽ, quo ad trebellianicam *Carol. Ant. Tute. conſ. 100. inter conſ. Odd. num. 85.* latè *Mangil. d. quæſt. 116. num. 47.* alios adducens *Peregr. de fideic. art. 3. num. 119. Gratia. diſcep. foren. cap. 245. nu. 3. Theſa. Inn. d. quæſt. foren. 20. num. 10. verſ. in* contrarium &c. *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. de Trebellianica tit. 6. n. 413.* alios referens ita sentientes, maximè stante illius expressa prohibitione *Hond. conſ. 59. n. 41. lib. 1. Balth. Tomaſ. d. tit. 6. num. 422. Calui. de æquit. cap. 28. num. 28. lib. 1.*

23 Et cum in dubio pronunciandum sit pro non detractione trebellianicæ, vti odiosæ, & quæ contra voluntatem testatoris deducitur *Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 12. Peregr. de fideic. art. 3. nu. 86. in fin. Aldoni. conſ. 109. num. 11. Gratia. diſcep. foren. cap. 245. num. 8. par. 2. Ciriac. contro. 11. num. 37.* maximè cum dicta opinio sit fauorabilis, cum publicè intersit, quod vltimæ defunctorum voluntates sustineãtur *l. vel negare 5. ff. quom. teſta. aperi. Thom. deciſ. March. 68. num. 105. Ciriac. contro. 407. num. 127.* & sequendam esse in dubio opinionẽ fauentem voluntati testatoris, dicit *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 612. num. 24.*

24 Et cum in dubio sit tenenda illa opinio, quæ nos reducit ad ius antiquũ, & primæuum *Cran. conſ. 174. nu. 7. Decia. conſ. 74. num. 53. & ſeq. lib. 3. Surd. deciſ. 272. num. 34. Fontanel. de pact. nupt. clau. 5. gloſ. 8. par. 9. n. 34.* qualis est opinio affirmatiua, vt probaui *allegat. præced. verſ. quartò, quia admiſſo &c.*

25 Et opinio æquior *Lazar. de blaſph. quæſt. 13. num. 40.* latè *Calui. de æquit. lib. 1. cap. 4. n. 18.* qualis est opinio affirmatiua, quando restitutio fideicõmissi est faciẽda alteri filio testatoris, vt tradunt *Clar. Odd. Balth. Tomaſ. & alij relati ſupra n. 21.*

26 Et postremò, cum in dubio sit tenenda opinio, quam sequitur *Rota Rom.* vt in terminis nostris tradunt *Hond. conſ. 59. num. 48. lib. 1. & conſ. 66. num. 10. lib. 2. Gargiar. Iun. conſ. 59. in fin. lib. 2. & Merli. de legit. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. num. 25. & ſeq.* vbi subiungit, ita esse seruandum in toto Statu Ecclesiastico, vt ibi per eum, & generaliter scripsit *Altogr. conſ. 104. num. 59. & ſeq. lib. 2.*

Quod verò in motiuis adducitur, nempè prohibitionem trebellianicæ esse restrictam ad tertium gradum substitutionum, nullam quidem video habere subsistentiam, quia vltra alias per me adducta in allegat. præced. quomodo dicta prohibitio restringi potest ad tertium gradum substitutionis, quando scilicet omnes filiæ feminæ testatoris decederent sinè filijs, dum testator expresè dictam prohibitionem apposuit etiam primo gradui, ibi, *e morendo alcuno di detti figli maschi &c.* quod cum de præsenti sit ve-

27 rificatum per mortem D. Stephani, † & verba sint clara, non est habenda alia volũtatis quæstio *l. licet Imperator 77. ff. de lega. 1. Rolan. conſ. 79. num. 55. lib. 3. Barbo. axiom. 222. num. 32. Rota apud Card. Seraph. deciſ. 762. num. 1.* nec clara voluntas testatoris debet vanis ambagibus obnubilari *l. ſi quis hæredem 7. C. de inſtit. & ſubſtit. Card. Manti. de coniect. lib. 4. tit 5. art. 10. num. 4.*

Neque dicta verba *cioè alle Monache* possunt dictam restrictionem operari, quia ibi non stant restrictiuè, sed declaratiuè, testator enim dum dixit, *& il remanente ritorni a i detti di ſopra de-*

28 *claranit cioè alle Monache &c.* † & quod dictio prædicta ponatur declaratiuè, non autem restrictiuè est tex. *in l. cum priorem 2. & ibi Deci. num. 2. C. vnde legit. & in l. 2. ff. de adopti. & in l. auxilium 38. in prin. ff. de mino. Cened. poſt lib. pract. quæſt. ſingul. 97. num. 5. in fin. Rota deciſ. 754. num. 11. par. 4. rec. tom. 2.* & idem operatur verba *come ſopra nella detta ſoſtitutione*, quæ solùm stant relatiuè, & repetitiuè ad conditiones, & qualitates substitutionis præcedentis, vt ex contextu testamenti est videre, & declarant *Ang. Grat. de dictio dict. 300. in prin. Meleh. Phæb. deciſ. Luſit. 71. num. 8. tom. 1. Rota apud Duran. deciſ. 300. n. 1.* & alibi passim.

Neque obstant coniecturæ exaduerso ponderatæ, quod dicta prohibitio sit restricta ad tertium gradũ substitutionis, & prima desumpta ex eo, quod testator voluerit se conformare curis dispositione iuris communis, quo trebellianica non detrahitur aduersus piam causam *Caren. reſol. 249. num. 7.* alios adducens, ex pluribus, & primò omisso, quod dicta coniectura lubrica, & parui momẽti appellatur per *Card. Manti. de*

29 *coniectu. lib. 1. tit. 6. in fin.* † quia, inquam, dicta coniectura non habet locum, quando verba,

Nn &c volun-

& volũtas testatoris repugnãt, vt in casu nostro,
in quo testator prohibuit, filios morientes tàm
masculos, quàm fęminas posse disponere, nisi de
scutis quinque millibus pro quolibet, quod non
potest salua ratione recti sermonis, restringi ad
tertium gradum substitutionis, vt patet, & su-
pra probaui, & declarat *Card. Manti. de coniecturis lib. 6. tit. 6. num. 6. num. 18. & seq.* vbi
plura adducit exempla.

30 Secundò, quia non habemus in iure expressè
dispositum, trebellianicam detrahi non posse
aduersus piam causam, sed per interpretatio-
nem, cum *Auth. similiter C. ad leg. falci.* lo-
quatur de falcidia, non autem de trebellianica,
& ideò non potest præsumi, cum eo voluisse te-
statorẽ se conformare, & quatenus id esset di-
spositum, non est eredendũ, testatorẽ idem vo-
luisse inutiliter iterum disponere, cum inter-
pretatio sit facienda, vt euitetur superfluitas
Surd. cons. 294. num. 27. & seq. lib. 2. & decis. 272. n. 36. Rota in Spoletana successionis 17. Februarij 1642. coram R. P. D. Peutingerio §. quibus addebatur &c.

Secunda coniectura desumpta ex consuetudine
Ciuitatis Vrbini deficit in facto, vt probaui
supra num. 19. quæ hìc iterum non refero.

Tertia verò desumpta ex ordine maioris dilectio-
nis institutorum, quam substitutorum non so-
31 lùm est inutilis, imò retorquetur, quia † si
primi instituti detraxerint trebellianicam,
substituti non possunt illã detrahere *Rom. cons. 206. num. 2. Cran. cons. 131 num. 11.* quos re-
fert, & sequitur *Peregr. de fideicom. art. 3. n. 5. & 6.* maximè cum debeant restituere piæ causę
Doct. in l. Marcellus 3. ff. ad Trebel. latè *Caren. d. resol. 249. nu. 7.* & ideò si dicta prohibitio
trebellianicæ non intelligeretur de primis insti-
32 tutis, sed de substitutis †, testator superfluam
fecisset dispositionem, quod non est dicendum
Rola. cons. 61. nu. 14. & seq. vol. 3. latè *Card. Manti. de coniect. lib. 3. tit. 6. nu. 1. & 2.* cum
nunquã sit recipiendus intellectus, per quem in-
cidimus in superfluitatem *Card. Manti. vbi supra in fin. Gratia. discep. foren. cap. 306. num. 16. par. 2.* & latè comprobat *Barbo. axiom. 206. num. 1. & seq.*

Quarta verò coniectura, quod non sit verisimile,
patrem priuare voluisse filios trebellianica, &
substitutos tota frui hæreditatę, incidit in supra-
dictam tertiam coniecturam, & est admodum
leuis, quia testator generaliter disposuit, tàm fi-
lios institutos, quàm filias substitutas non pos-
se disponere, nisi de scutis quinque millibus pro
quolibet pro legitima, & trebellianica, vndè
cum eius dispositio nullam contineat inæquali-
tatem quo ad dictam prohibitionem inter filios
institutos, & substitutos, nullum insurgit absur-
dum, nec inuerisimilitudo, vt patet, meritò &c.

33 Neque obstat, quod, vt trebellianica dicatur
prohibita, id debeat constare per necessè, maxi-
mè cum agatur de prohibitione facta filijs pri-
mi gradus *Adden. ad. Buratt. decis. 480. n. 22.*
quia in casu nostro de illa constare dicitur ita
manifestè ex verbis testamẽti, vt expressius ap-
parere non valeat, vt ex *Menoch. Merli. Mangil. & Balth. Thomas.* probaui *supra num. 9.* quod
hìc non repeto.

34 Imò sufficere tacitam prohibitionem, & ex
coniecturis elicitam, tenent *Doct.* magis com-
muniter, vt videre est ex *Card. Manti. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 6. & seq.* vbi coniecturas
recenset, ex *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 198. nu. 10. Mascar. de prob. concl. 1396. per tot. lib. 3. Hodier. ad. Surd. decis. 251. num. 4.*
plenè *Merli. de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 26. & seq.* vbi coniecturas recenset, & quamplu-
res adducit Rotæ Rom. decisiones, *Ciriac. cõtro. 11. num. 14. & seq. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 2. num. 44.* plenè *Adden. ad. Burat. d. decis. 480. num. 18. & seq. Maresca. var. resol. lib. 1. cap. vlt. num. 9. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 28. num. 3. Capic. Latro decis. 108. num. 77. lib. 1. Rota apud Gregr. XV. decis. 421. num. 10.* vbi
dicit, sufficere id colligi ex verbis generalibus, &
ibi Adden. & apud Card. Manti. *decis. 348. n. 2. & apud Merli. de legit. decis. 21. nu. 6. & seq. & apud Card. Canal. decis. 421, in prin.* & idem
fuit dictum in omnibus ferè decisionibus per
me adductis in alleg. præced. ad probandum,
quod trebellianica potest prohiberi filijs pri-
mi gradus; quibus addo Massin. *de confisc. quæst. 30. num. 5.*

35 Licèt agatur de prohibitione trebellianicæ
facta filijs primi gradus, *Maresca. d. cap. vlt. num. 10. Adden. ad Buratt. d. decis. 480. num. 22.* Rota *apud Card.* Manti. *d. decis. 348. nu. 2. & apud Merli. d. decis. 21. nu. 6. & 7. & apud Card. Canal. d. decis. 441. n. 1. & in Perusina hæreditatis de Alphanis 27. Martij 1626. corã Reuerendiss. Decano,* & in omnibus decis. per me rela-
tis in d. alleg. præced. Massin. *vbi supra num. 5.*

36 Dummodo d. coniecturæ sint tales, quæ di-
ctã prohibitionẽ necessariò valeant importare
Card. Manti. *d. tit. 12. num. 12. Hond. cons. 45. num.* [illegible]*. vol. 1. Adden. ad Buratt. d. decis. 480. num. 23.* Rot. *apud Card. Canal. d. decis. 441. n. 4. & in d. Perusina hæreditatis de Alphanis coram* Reuerendissimo *Decano.*

Quò verò ad legitimam dixi in allegat. præceden.
illam censeri consumptam in alienationibus fa-
ctis per D. Stephanum, quæ alienationes præ-
sumuntur illam æquare, non confecto per eum
inuentario, iuxta doctrinas aliàs adductas, quas
non refero.

Quibus non obstat, quod exaduerso adducitur,
37 nempè constare de inuentario, quia † cum il-
lud fit

lud fit nullum, habetur pro non facto ex regula,
non fieri, vel inutiliter fieri paria sunt, de qua
Surd. conf. 28. *num.* 89. *vol.* 1. latè *Barbo.*
axiom. 174. *num.* 14. *Menoch. conf.* 658. *num.* 9.
Couar. prac. quaest. cap. 7. *sub num.* 2.
38 Quod verò inuentarium sit nullum, proba-
tur, quia licèt hæres grauatus non teneatur il-
lud cõficere iuxta præscriptum *in l. fin. C. de iur.*
delib. ex Rot. decis. 519. *num.* 1. *par.* 4. *diuers.*
sed sufficere dicatur quædam descriptio *Rola.*
39 *conf.* 27. *num.* 22. *& seq. vol.* 1. † id tamen
non habet locum, stante præcepto testatoris
de illo conficiendo, vt in casu nostro, quia tunc
intrat dicta præsumptio vsurpationis, vt post
Bart. Menoch. Lancel. Goazal. Surd. Iaf. Cart.
Sen. & Rot. per eum relatos not. *Gratia. discep.*
foren. cap. 570. *n.* 23. *par.* 3. *& Rot. decis.* 164.
num. 11. *par.* 7. *rec.* cum alijs adductis in prio-
ribus scriptis.
Neq; obstat, dictum onus fuisse appositum Cura-
toribus, quia, omisso, quod testator videtur re-
quirere illorum tantùm assistentiam, ibi, *con-*
essere assistenti a far descriuere &c. quæ signifi-
cant simplicem præsentiam *Teren. in Adelph.*
propter hanc assiste &c. vna cum alijs *l. fin. in fin.*
& ibi gloss. C. de aduo. dia. Indic. quia, inquam,
40 † verba testatoris dispositiua non refert ad
quem dirigantur, sed semper disponunt *l. dam-*
nas 15. *ff. de vsufr. lega. l. peto* 71. *in prin. & ibi*
Bart. & Castr. & l. miles ad sororem 77. *ff. de*
lega. 2. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 3. *tit.* 12.
num. 1. non enim quæri oportet, cum quo de
supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis
intentio dirigatur *l. cum pater* 79. §. *donationes*
ff. de legat. 2. *Card. Mantic. loc. cit.*
Neque venit attendendum, quod etiam si dictum
præceptum esset directum in filios, & ipsi illud
spreuissent, non tamen priuarentur legitima, vt
exaduerso dicitur ex *Rota decis.* 399. *num.* 25.
par. 5. *rec.* quia nos non dicimus, D. Stepha-
num ob non confectum inuentarium esse priua-
tum legitima, sed dicimus, quod constito, per
eum fuisse alienata quamplura bona hæredita-
ria, dictas alienationes cedere debere in eius le-
gitimam, illasq; præsumi æquare detractiones,
non confecto per eum inuentario, vel de con-
trario pro eius parte non docto, cui ob non fa-
ctum inuentarium d. onus incumbit, vt latè fir-
maui in alleg. præced.
41 Secundò, quod inuentarium sit nullum, pro-
batur, quia hæres tenetur inuentarium confi-
cere cum solemnitatibus requisitis in inuenta-
rio tutoris *Rola. de inuent. par.* 2. *quaest.* 19. *n.* 2.
& 3. *Fusar. de subst. quaest.* 512. *num.* 6. & alii
42 adducti in 1. *allegat.* huius causæ *n.* 29. † quod
quidem inuentarium debet continere omnia
mobilia, semouentia, & illorum pretium, sta-
bilia, census, nomina debitorum, cum eorum
instrumentis, qualitatibus, quantitatibus, &
confinibus, vt post *Bart. Borgn. Rolan. Bero.*
Gratia. Fasar. & Balth. Tomas. probaui in *d. al-*
lega. vers. secundò quia &c. quæ omnia deficiũt
in d. inuentariis, cum in eis non àdsint omnia
bona, nempè census, credita, societates offi-
ciorum, loca montium, bestiamina, non sint
descripta cum eorum qualitatibus, pretio, &
aliis requisitis, de quibus supra, & ideò, vti nul-
la, haberi debent pro non factis ex dicta regula
de qua per *Barbo. d. axiom.* 174. *num* 14.
Quod quidem redditur certissimum ex instrumẽ-
to diuisionis mobilium facta inter DD. Stepha-
num, & Hieronymum, in quo asseritur, fuisse
diuisa inter eos quamplura mobilia, quæ nulli-
bi fuerunt descripta ibi, *senza però, che di detta*
diuisione, e de mobili n'apparisca, e sia stata fatta
43 *descrittione alcana,* † maior autem probatio nõ
datur, quam propria oris confessio *l. cum te* 9.
C. de prob. l. cam a matre 14. *C. de rei vendi. l.*
generaliter 13. *C. de non num. pecu. Surd. conf.*
143. *num.* 39. *lib.* 1. *Rimi. Iun. conf.* 303. *n.* 3.
lib. 5. *Barbo. axiom.* 49. *in prin. Rot. decis.* 436.
num. 2. *par.* 1. *rec.* & sic d. inuentaria, vti nulla,
nullum possunt operari iuris effectũ ex iuribus
supra adductis, maximè cum in casu nostro, in
quo non agitur, an hæres gaudeat beneficio in-
uentarii, sed de habenda notitia quantitatis
bonorum hæreditariorum, vt in terminis dicit
Rota apud Greg. XV. decis. 473. *num.* 2. *&* 3.
44 Quibus non nocet, quod cum dicta inuenta-
ria fuerint confecta etiã ad instantiam D. Hie-
ronymi, ipse non possit modò illa impugnare
ex reg. *l. post mortem* 25. *ff. de adopt.* cum aliis
45 apud *Barbo. axiom.* 93. *num* 23. † quia præ-
dicta nõ habent locum, quando actus est nullus
iure resistente, etiam fauore priuato, *Alex. in l.*
si donatione 13. *num.* 10. *in fin. & ibi Iaf. nu.* 7.
C. de colla. Surd. conf. 284. *nu.* 1. 2. *&* 10. *vol.* 2.
& conf. 442. *in prin. lib.* 3. *Mangil. de euict.*
quaest. 62. *num.* 6. *Costa de fact. scie. & ignor.*
inspec. 9. *nu* 7. *Thoma. decis. Marcb.* 23. *num.*
64. *Rota decis.* 110. *n.* 11. *par.* 2. *diuer.* maximè
stante nullitate ex mutua culpa prouenienti,
Bald. in l. acceptam 19. *n.* 33. *C. de vsur. Osasch.*
decis. Pedem. 180. *num.* 3.
46 Neque obstant authoritates Merli. *de legit.*
lib. 3. *tit.* 2. *quaest.* 8. *nu.* 6. *& seq. Caren. resol.*
165 *num.* 18. *& Rotæ decis* 653. *nu.* 13. *par.* 1.
& decis. 342. *n.* 11. *par.* 5. *rec.* ad probandum,
quod testator non potuerit apponere onus in
legitima filiorum, etiã ipsis institutis in admo-
dum opulenti patrimonio longè legitimam ex-
47 cedente, † cum contra opinio contra filium
sit verior, & magis communis, vt testantur Doct.
in aliis scriptis per me adducti, & præcipuè *D.*
Pet. Aloi. Barg. Præses excell. Conf. Placentiæ
apud *D. Andreol. contro.* 250. *num.* 63. *& seq.*

vbi dicit, hanc opinionem non habere difficultatem, quando pater expressè onus apposuit in legitima, vt in casu nostro, quibus addo ita sentientes *Cost. de ratio. rata pralud.* 8. *nu.* 11. *Menoch. cons.* 1141. *col.* 1. *&* 2. *vol.* 12. *&* *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 3. *nu.* 37. *&* 92. vbi dicit, hanc esse magis communem, & indubitatam opinionem, qui plures adducunt rationes, vt ibi per eos.

48 Quæ opinio, licèt non transeat sinè difficultate, vt videre est ex Doct. supra adduc. omninò tamen est tenenda in casu nostro stante approbatione facta per D. Stephanum in instrumento diuisionis de fideicommisso paterno, volens, illud habere effectum modis, & formis, casibus, & tēporibus, prout in dicto testamēto &c. per iura, & authoritates in prima allegat. adduc. in vers. quibus eò magis &c. quæ hic breuitatis gratia non refero.

49 Quibus non obstat, quod dicitur in motiuis, quod non sufficit approbatio testamenti, sed requiritur explicita ipsius legitimæ oneratæ approbatio ex *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 9.

50 *num.* 30. † quia respondeo, dictam conclusionem non esse tutam, cum contrarium teneant Doct. numero plures, & Rot. Rom. relati per *Merli. vbi supra nu.* 25. nempè sufficere expressam approbationem testamenti, in quo est onerata legitima, in casu autem nostro id est cer-

51 tissimū ex duobus, & primò, quia † D. Stephanus approbauit testamentum in illo capite, in quo de legitima dispositum fuit *Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 88. *& cons.* 66. *nu.* 4. *lib.* 4. *Marzar. de fideic. par.* 2. *quæst.* 50. quos refert, & sequitur *Fusar. de subst. quæst.* 296. *n.* 97. *Merli. d. quæst.* 9. *in fin.*

52 Secundò, quia in casu nostro concurrit diminutio legitimæ facta per testatorem, & expræssa acceptatio filij non solùm testamenti, sed fideicommissi, in quo fuit adiectum onus cum dd. verbis multum generalibus, & amplis, videlicet *volentes, d. fideicommissum habere suum effectum, & locum modis, & formis, casibus, & temporibus prout in d. testamento, ad quod &c.* quo casu censeri legitimæ renunciatum, dicit *Fusar. de subst. quæst.* 296. *num.* 93. *& seq. & num.* 105. *& idem Merli.* distinguens *d. quæst.* 9. *num.* 35. vbi dicit dictam opinionem veriorem probabiliorem, & sequendam, cum quo pertransit *Rota apud eum decis.* 138. *in prin. & decis.* 174. *n.* 3. vbi alij adducuntur, cum similia verba non possint aliud importare, vt dicit *Merli. loc. cit.* & ideò onus prædictum acceptatum censeatur, ac si specialis, ac indiuidualis de legitima esset facta mentio, vt post quamplures ab ea adductos benè declarat *Rot. d. decis.* 174. *num.* 3. *& seq.* & ante eam *Merli. d. quæst.* 9. *n.* 35. *& Fusar. d. quæst.* 296. *num.* 93. *& seq.*

53 Neq. nocet, quod adducitur ex aduerso, nēpè dicta verba *modis, & formis, temporibus, & casibus*, quibus fuit d. fideicommissum præseruatum, non æquipollere clausulæ *omnia, & singula &c.* quia non est necesse ad dictum effectū, quòd filius vtatur specificè dd. verbis *omnia, & singula*, sed sufficit, quod vtatur verbis admodum vniuersalibus, vt in casu nostro, vt declarant *Fusar. Merli. & Rot.* quæ dicit, sufficere verba *in omnibus suis partibus*, in loc. proximè adduct. cum quibus pertransit *Ludon. decis. Lucen.* 28. *num.* 43. *& seq.*

Et certè, dum testator disposuit, quod morientibus eius filijs sinè filijs, illis non liceat disponere, tàm pro legitima, quàm trebellianica, nisi de scutis quinque millibus pro quolibet, & filius declarauit, velle, d. fideicommissum habere suū effectum, & locum, modis, & formis, casibus, & temporibus, pro vt in d. testamento, ad quod &c. non video, quod verbis magis generalibus, & prægnantibus vti potuerit, nisi legitimæ expressè renunciasset, si enim filius consequeretur integram legitimam vltra d. scuta quinque millia, vt in d. fideicommisso fuit dispositum, illud non haberet effectum modis, & formis, temporibus, & casibus, de quibus in eo, quod quidem quilibet vir prudens rectè iudicabit.

54 Quibus eò magis locus esse debet, stante iuramento, quod habet vim specialis expressionis, vt voluerunt *Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 90. *Ludon. d. decis. Lucen.* 28. *num.* 21. vbi testatur de veriori, & communi opinione, *Seraph. de priu. iuram. prim* 101. *num.* 11. *& alij*, quos refert, & sequitur *Fusar. d. quæst.* 296. *num.* 101. *& seq.* vbi dicit, hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, & idem decisum in Senatu Pedemontano dicit *Thes. Iur. quæst. foren.* 32. *in fin. lib.* 4. licèt ipse contrarium senserit, cum quo pertransit *Merlin. d. q.* 9. *in fin.* & faciunt notata per *P. Sanch. in præcep. Decal. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 4. dum voluit, quod renuncians hæreditati patris cum iuramento censeatur renunciasse etiam legitimæ, vbi quàplures adducit Doct. authoritates, & testatur de veriori opinione.

55 Neque obstat, quod præseruatio fideicommissi facta a filio non trahatur ad legitimam ex *Rota apud Merli. de legitim. decis.* 111. *in prin.*

56 † quia id non applicatur casui nostro, cum habeat locum, quando legitima non fuit onerata a testatore, vt videre est ex eademmet decisione, in qua nulla oneris fit mentio, & quando non adsunt verba ita generalia, & prægnantia, vt in casu nostro, vt benè declarant *Merli. d. quæst.* 9. *n.* 35. *& Rota apud eum d. decis.* 138. *in prin. & d. decis.* 174. *num.* 3. *& seq.* & quando fideicommissum approbatum non continet in eodem capite appositionē oneris, secùs si illud

illud contineat, vt in casu nostro, quia tunc, ratione indiuiduitatis, totum censetur approbatū vt ex *Marzan. Peregr. Fusar. & Merlin.* probaui *supra num.* 51.

57 Neque vis fieri potest super opinione *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quaest.* 17. *num.* 9. *& Rota decis.* 342. *num.* 4. *par.* 5. *rec.* dum voluit, quod, onus appositum in legitima sit reijciendū, etiam si filius in vita de illo non sit conquestus,

58 † quia imò contraria opinio est verior, & magis communis, cum d. priuilegium sit personale, & non transeat ad successorem, sed soli filio competat, vt tradunt *Rola. Nonn. Menoch. Pedroch. Rim. Iun. Mastril. Hond. Surd. Canc.* benè comprobans, *Gratia.* qui contrarijs respōdet, & dicit, a d. opinione non esse recedendū, *Fusar.* qui dicit, ita consuluisse, & eadem *Rot. in loc. adduc. in alleg. praeceden. vers. confirmantur praedicta &c.* qui alios quamplures recensent sectatores, vbi d. opinionem pluribus rationibus confirmauit, quas hic breuitatis studio non refero, & post *Albn. Pereg. Surd. & Hond.* per eam relatos tenuit *Rota in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *§. nec obstat &c. coram Eminentiss. Card. Corrado* post hæc scripta visa.

59 Vlterius non possunt consequi DD. de Ioanninis supplementum legitimæ, cessantibus etiā supradictis non firmato statu hæreditatis ex

60 *Bart. in cons.* 17 *per tot.* † quibus non obstat responsio ex aduerso allata, quod id non procedit, quando clarè constat ex actis, bona esse tanti valoris, vt supplementum omninò debeatur ex *Rota apud Merli. de legit. decis.* 200. *in fin.* & tradit idem *Merlin. ibid. lib.* 3. *tit.* 3. *quaest.* 2. *in fin.* quia ista certitudo non adest in casu nostro, nec ex scripturis exhibitis de illa clarè apparet, & hæreditatem D. Ioannis testatoris ascendere ad scuta quinquaginta millia gratis dicitur, meritò &c.

61 Quò verò ad donationem scutorum quinque millium dixi aliàs, illam, vti continentem substitutionem fideicommissariam, seū pupillarem inter donatarios, non esse simplicem donationem, sed ob causam, vt tradunt *Natt. Gratia. Gargiar. Iun. & Rota* adduc. in alleg. præced. & ideò illam esse in legitimam D. Stephano imputandam, ex *Bart. Ripa, Pic. Ruin. Cruss. Merlin. Cancer. & Cartar. ibi adductis.*

62 Quibus non obstat, dictam donationem non posse dici ob causam ex eo, quod substitutio sit concepta solùm in fauorem ipsorum filiorum, donatariorum, non autem ipsius donantis ex *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 4 *glos.* 1. *num.* 26.

63 † quia d. opinio non est tuta, cum contrarium tueantur *Natt. cons.* 609. *num.* 29. & dixit *Rot. in Romana viridarij* 19. *Februarij* 1590. *coram R. P. D. Orano*, quam referendo sequitur eadem *Rota. decis.* 460. *num.* 7. *par.* 4. *rec. tom.* 2. vbi habetur, donationem continentem onus dici ob causam, licèt onus respiciat commodum solius donatarij, meritò &c.

Prout pariter non obstat, quod d. substitutio pupillaris defecerit, & ideò haberi debeat pro nō facta ex *Fusar. de subst. quaest.* 454. *in prin.* quia concesso, citra veri præiudicium, dictam substitutionem esse pupillarem, cuius contrarium videtur dicendum ex verbis instrumenti in cuius corpore est apposita substitutio compendiosa,

64 † & quæ post pubertatem continet fideicommissariam, latè *Fusar. de subst. quaest.* 260. *n.* 28. *& seq. Ciriac. contro.* 82 *num.* 63. *De Andreol. contro.* 29. *num.* 2. *&* 3. *Caren. resol.* 154. *n.* 3. *Rota decis.* 656. *n.* 2. *par.* 4. *rec. & decis.* 579. *n.* 8. *par.* 4. *rec. tom.* 3. & ideò, vti in corpore instrumenti, magis veniat attendenda, quia, inquam, ex aduerso adducta procedunt quò ad effectum succedendi, ita vt, substitutione deficiente, ex ea succedi nō valeat, in quibus terminis loquitur *Fusar. dict. quaest.* 454. nō autem dicta deficientia operatur, quin donatio dici potuerit ob

65 causā, † cum initiū cuiuscumq; rei attendendū sit, non autem, quod postea euenerit *l. nam origo* 8. *ff. quod vi, aut clam. l. pomponius* 10. *ff. de nego. gest. l. si filiusfamil.* 19. *ff. ad Maced.* cum alijs apud *Barbo. axiom.* 187. *n.* 2. *Gratia. discep. foren. cap.* 202. *num.* 15. *par.* 2. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 21.

Neque verū est, nō imputari in legitimam de iure Cod. omnem donationem ob causam, sed solùm illam, quæ exprimitur in *l. quoniam nouella* 29. *& in l. omnimodo* 30. *C. de inoff. testam.* ex *Mangil. de imput. quaest.* 47. *num.* 19. quia id *Mangil.* non dicit, si benè aduertatur, sed solùm dicit, id tantum imputari in legitimam, quod capitur ex testamento, vel inter viuos in casibus, in quibus id cautum est expressè, vt ibi est videre, quod nihil ad nos, & si aliter diceret,

66 malè diceret, quia donatio ob causam imputatur in legitimam, vt fatetur idemmet *Mangil. de imput. quaest.* 14. & tradunt *Bart. Pic. Ripa. Ruin. & Doct. communiter in l. in quartam* 90. *ff. ad leg. falci. Cruss. de success. §. legitima q.* 22. *n.* 14. *in fin. & post Peregr. & Cutell.* per eum adductos benè declarat *Caren. resol.* 195. *n.* 6.

Neque venit despicienda consideratio, quod donatio prædicta sit imputanda in legitimam, vti ei æquipollens ex *Doct.* allega. in præced. allegat. contra quam non valet replicatio de maioritate legitimæ, quia de illa non constat, & pro æquipollentia stat iudicium Patris, qui ad d. summam legitimam videtur taxasse, pro quo valdè præsumitur, cum pater, vti conscius de valore suorum bonorum, non præsumatur, velle filium fraudare in legitima, sed illā non diminutam ei relinquere, ita vt filio contrariū dicenti

centi incumbat onus probandi, vt post *Bart. Natt. Merli. & Rot.* per me adduc. latius comprobaui in prima allegat. in hac causa reddita *num.* 54. *& seq.* quæ hic iterum referre non putaui.

Licèt autem prędicta satis vrgeant ad demostrandum, dictam donationem esse imputandam in legitimam, ponit autem rem in tuto, quod dicta donatio est nulla, cum licentia obtenta ab Illustrissimo D. Vicelegato Vrbini, finè qua donatio non subsistit vigore Decreti, iuramento, & aliis non obstantibus, emanauit sub narratiua, quod D. Ioannes donator illam facere volebat *per aggiustare certi interessi, che li premeuano &c.* quę sunt verba precum, quod quidem falsum cōuincitur ex lectura ipsius donationis, in qua dicitur, Donatorem illam fecisse tantūmodo *ob sincerā dilectionem, & perfectum amorē, quem habet erga eius filios*, maximè, cum dictio *tantūmodo*, vti exclusiua, excludat omnes alias causas *l. Lucius* 78. *§. quæ habebat ff. ad Trebel. Menoch. de ret. possess. remed.* 5. *nu.* 73.

67 cum alijs per *Barbo. de dict. dictio.* 404. *per tot.* † & ideò licentia est nulla, & intrat dispositio Decreti, vt tradit in terminis *Rota in Vrbinaten. prædij* 23. *Maij* 1653. *coram R. P. D. Bitbio §. minus obstat, & in eadem causa* 12. *Iunij* 1654. *coram eodem in fin.*

Et eò magis, quia si Donator in precibus narrauit simpliciter, velle facere donationem eius filijs ob solum amorem, quo illos prosequebatur, & nō addidisset dicta verba *per aggiustare alcuni interessi, che li premevano*, D. Vicelegatus licentiam prædictam non concessisset, vel difficilius

68 fortè cōcessisset, & sic intrat etiā subreptio, † quæ licentiam ipso iure nullam reddit *cap. constitutus* 19. *cap. super literis* 20. *cap. postulasti* 27. *cap. ad audientiam* 31. *de rescrip. Crau. cons.* 68. *sub n.* 5. *Adden. ad Burat. decis.* 74. *litera A Rota decis.* 24. *n.* 4. *par.* 5. *rec. & in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *coram Eminentiss. Card. Corrado §. quartò quia &c. & in d. Vrbinaten. prædij* 1653. *in fin.* maximè cum dicta licentia non possit extendi vltra id, quod fuit expositum *Rota in loco proximè adduc.*

69 Donatio autem facta per Patrem filijs quando est nulla, licèt morte sit confirmata, imputatur eis in legitimam doctrina *Bart. communiter recepta in l.* 1. *§. nec castrense num.* 11. *vers. si verò donat filio ff. de collat. bon.* latè *Crass. de success. §. legitima quæst.* 22. *num.* 6. *Peregr. de fideic. art.* 36. *num.* 124. benè *Adden. ad Greg. XV. decis.* 568. *litera A* alios recenset *Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 29. *in prin.*

Prętensio verò, quod D. Ioannes donator teneatur reddere rationem de fructibus bonorum donatorum, est inanis, stante nullitate donationis ex

70 causis, de quibus supra, † ac etiam, quia debet probari exactio illorum, vti fundamentum intētionis *Ciriac. contro.* 29. *num.* 13. *Rota apud*

71 *Greg. XV. decis.* 220. *num.* 3. † cum nemo teneatur de fructibus non exactis, nisi necessariò illos exigere teneatur, quod non verificatur in casu nostro, in quo exactio sibi reseruata per Donatorem est potestatiua, non autem necessaria, vt ex instrumento est videre, & post *Areo. cons.* 118. *num.* 6. *& Crau. cons.* 63. *num.* 9. per eam relatos dicit *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 288. *num.* 3.

72 Quod verò debeantur fructus fructuum, allegatæ exaduerso decisiones non probant, except ta vltima, quæ non est inter impressas, quod verò illi non debeantur, sufficiat allegare *D. Andreol. contro.* 210. *in prin.* qui sexaginta Doct. cumulat id sentientes, & *Leotar. de vsur. quæst.* 5. *per tot.* quibus addo *Rotam in Rom. vsurarū* 13. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Merlino §. imò quod magis &c.*

Non obstat pariter responsio, quod dum testator prohibuit, eius filios disponere de suis bonis vltra scuta quinque millia pro qualibet eorum prætensione, id non comprahendat prætensum creditum fructuum, quia aliàs diceretur periurus, quia hoc omninò negatur, cum testator ita disponendo non contrauenit in aliquo promissis per eum in instrumento donationis, sed solùm concedat filijs longè maius emolumentū cum pacto, quod eius credita ita dimittant, quod cum sit in eorum facultate acceptandi,

73 nulla eis fit contrauentio, nec iniuria, † & illi, adeundo hæreditatem, censentur dictam conditionem acceptasse *Peregr. de fideic. art.* 36. *sub num.* 75. *Rota apud Greg. XV. decis.* 256. *in fin.* & ante eos *Nenizz. cons.* 87. *num.* 14. *& seq.* & confirmasse omnia a testatore disposita *l. si adulta* 6. *C. de hared. actio. l. more* 8. *ff. de acq. hared. §. hæres Instit. de oblig. quæ ex qua. contr. nasc. Ciriac. contro.* 277. *in prin. Rot. apud Merli. de pign. decis.* 127. *num.* 25.

Quod verò DD. Hæredes D. Stephani nullam valeant habere iuridicam prætēsionem super parte domus testatoris, tām ex iure accrescendi, quàm ex alijs rationibus, firmaui latè in prioribus scriptis, in vers. *Neque dicti Domini &c.* quibus nihil nocet inuestitura per DD. Hæredes obtēta ab Illustrissimo Archiepiscopo do-

74 mino directo, † quia illa semper censetur cōcessa sinè præiudicio tertij *Card. Manti. de tacit. lib.* 23. *tit.* 19. *num.* 20. alios quamplures adducens ita sentientes *Ciriac. contro.* 36. *num.* 5. *Fulgin. de iure emphit. in tit. de var. caduc. q.* 12. *num.* 32. *Rot. decis.* 231. *num.* 2. *par.* 4. *diuers.*

Non obstat postremò prætensio DD. de Ioanninis circa supradotem factam per DD. Hieronymū, & Stephanum Perillust. q. D. Olimpiæ vxori ip-

75 sius D. Stephani, † quam prætendunt vti spōsalitiam

falitiam largitatem soluto matrimonio sinè filijs remansisse ipsis DD. Hæredibus D. Olimpiæ ex *Rota in Assisien. dotis 22. Iunij 1640. coram R. P. D. Royas*.

Quia, omissis pluribus, quæ contra prædicta opponi possent, dicta suprados non debetur ex
76 duobus, & primò, quia † promissio illius facta per DD. Hieronymum, & Stephanum minores, non seruata forma Statuti Ciuitatis Vrbini de contract. minor. preçipuè ob non interuentum insinuationis a statuto requisitæ, est omninò nulla, iuramento non obstante, vt in puncto de dicto Statuto Vrbini tradit *Rot. in Vrbinatē. prædij 12. Iunij 1654. coram R. P. D. Bichio in fin.*
77 Secundò, quia cum dicta promissio, & consignatio sit totaliter relatiua ad apocam confectam per D. Ioannem Rubeum, vt ex ipso instrumento est videre, illa non probat, & nihil operatur, non constito de dicta apoca, vt tradunt *Franc. Becci. cons. 56. nu. 30. Surd. cons. 5. num. 57. vol. 1. Ciriac. contro. 546. num. 118. Rota apud Cenc. de cens. decis. 75. num. 9. & decis. 547. num. 10. & apud Buratt. decis. 1. num. 10. & decis. 754. num. 3.*

Maximè cum DD. de Ioanninis habeant d. apocā apud se ipsos, vt in dicto instrumento, & sic de relato possit constare, quo casu referens eò minus probat, vt post *Deci. & Rot. per* eam relatos dicit *Rota apud Cenc. de cens. decis. 431. n. 11.* & dict. instrumentum referens fiet restrictiuè ad ipsam apocam, ibi *ne i modi, forma, tempi, con le conditioni, riserue, & altro, come in detta poliza, & non altrimente*, vt uot. *D. Andreol.*
78 *contro. 236. n. 9.* † stante præcipuè d. clausula *& non aliter*, quæ arguit præcisam contrahentium mentem *Barbo. de clau. cla. 81. num. 3.* & tanquā resolutiua operatur perindè, ac si nihil fuisset actum *Alex. cons. 3. num. 4. lib. 1. Clar. in §. emphytheusis quæst. 13. n. 11. Barbo. d. clau. 81. nu. 3.* cum auferat consensum ab actu *Barbo. ibi num. 5.* alios adducens.
79 Neque obstat, quod prædicta non habeant locum, quando dispositio est certa, & clara, quia tunc illa probat, etiam non constito de relato *Mascar. de prob. concl. 923. num. 6. lib. 2. Rota*
80 *decis. 24. num. 10. par. 7. recen.* Quia id procedit, quando agitur de re, quæ pendet a mera partis potestate, & simul verba referentis continent certam, & claram dispositionem, vt tradunt *Adden. ad Buratt. decis. 52. num. 11.* & ante eum *Gratia. discep. foren. cap. 501. num. 17. & cap. 508. n. 34. & seq. par. 3. D. Andreol. contro. 236. num. 9.*

In casu verò nostro deficit vtrumque, res enim, de qua agitur, non pendet a mera voluntate dispo-
81 nentis, † quia dicti filij minores non habent facultatē constituendi supradotem, præsertim alienando stabilia, vt in fortioribus terminis tradunt *Simoncel. de decre. lib. 3. num. 88. Surd decis. 287. per tot.* latè *Ciriac. contro. 29. n. 40 & seq. & contro. 508. num. 5. Gratia. discep foren. cap. 27. num. 16. par. 1. Hodier. ad Surd d. decis. 278. num. 1.* qui alios quamplures recensent, & dispositio, & substantia contractus referentis non est certa, & clara, ita vt de illa plena certitudo haberi possit, cum dicta consignatio bonorū pro supradote fuerit facta non solùm relatiuè pro veritate ad apocam, sed etiā modis, formis, pro temporibus, & cum conditionibus, reseruationibus, & aliis, vt in di-
82 cta apoca, & non aliter, † quæ pacta, reseruationes, conditiones, & similia cum sint pars contractus, & promissionis *l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt. Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 15. num. 49.* sequitur, quod non constito de illis, quæ sunt pars contractus, neque dicatur clarè, & euidenter constare de ipsa dispositione, & sic illa nihil probat, non constito de dicta apoca, vt benè declarant *Gratia. & Adden. ad Buratt. vbi supra Giurb. decis. 10. num. 15. & D. Andreol. d. contro. 236. num. 9. & 10.* qui alios adducunt ita sentientes.

Quare &c. saluo &c.

De exitu huius causæ fit mentio in fine allegationis sequentis. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Continet materiam duarum allegationum præcedentiū circa prohibitionem trebellianieæ factā liberis primi gradus, & soluuntur plures obiectiones in contrarium factæ, & disseritur an onus impositum per testatorem intelligatur iniunctum omnibus gradibus substitutionum, vel vltimo tantùm. *L. iubemus 6. C. ad Trebell.* an hodie sit correcta. Trebellianica an veniat appellatione falcidiæ, & an procedat argumentum a falcidia ad trebellianicam. Extensioni quando sit locus in materia correctoria, præcipuè ex identitate rationis, & argumentum ab æquiparatis quando procedat.

S V M M A R I V M.

1 *Onus post aliquot hæredum gradus per testatorem iniūctum impersonaliter intelligitur iniunctum omnibus gradibus.*
2 *Conditio in fine dispositionis apposita qualificat totam dispositionem.*
3 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
4 *Pluralitas resoluitur in singularitatem.*
5 *Testator, substituendo filios reciprocè, censetur voluisse bona conseruari in suis posteris.*

Testa-

6 Testator faciendo plures gradus substitutionum, censetur primò vocatos magis dilexisse.

7 Trebellianica non deducitur aduersus piam causam substitutam.

8 Verba testatoris intelligenda sunt vt euitetur vitium superfluitatis, & num. 18.

9 Pia causa, quando est vltimò vocata, primi hæredes detrahunt trebellianicam cum cautione de illa restituenda piæ causæ, & num. 19.

10 Voluntas non fertur in incognitum.

11 Legitima debetur filio statim sequuta morte testatoris.

12 Voluntatis testatoris diuisio non est inducenda.

13 Testamenti vna pars declarat aliam.

14 In dubio attendendum est, cui nam testator voluerit prospicere.

15 Testator præsumitur magis voluisse fauere primò vocatis magis dilectis, quam vltimò vocatis.

16 Testator præsumitur voluisse se conformare cum dispositione iuris communis.

17 Coniecturæ plures, & fortiores tollunt pauciores, & debiliores.

20 Verisimilitudo maximè attenditur in diiudicanda mente testatoris.

21 Verisimilitudo attenditur in quacunq; materia.

22 Trebellianicam si posset prohibere testator, quãdo restitutio est facienda filio testatoris, dispositio l. iubemus C. ad Treb. retorqueretur in damnum filiorum.

23 Opinio communis non ex numero opinantium, sed ex pondere authoritatis est iudicanda.

24 Distinctio circa prohibitionem trebellianicæ filio instituto in sola legitima reijcitur.

25 Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.

26 Fundamentum facere non licet super eo, de quo disputatur.

27 Trebellianicam prohiberi posse filijs primi gradus, non benè probatur ex l. iubemus C. ad trebellian.

28 Lex iubemus 6. C. ad Trebell. hodiè est correcta.

29 Extensio non est facienda in correctorijs.

30 Falcidia, & Trebellianica a lege antiqua sunt æquiparata, & ideò innouatio facta in vna habet locum etiam in alia.

31 Falcidiæ appellatione venit etiam trebellianica.

32 Falcidia aliquando sumitur pro trebellianica.

33 Argumentum valet a falcidia ad trebellianicã.

34 Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.

35 Argumentum ab æquiparatis non habet locum, nisi quando æquiparatio est facta in omnibus, & per omnia.

Quod tamen sufficiat æquiparationẽ esse factã in materia, de qua agitur, tenent Doct. n. 36.

37 Argumẽtum a falcidia ad trebellianicam valet, quando est eadem ratio, & contrarium non est decisum.

38 Expressum dici potest quod sub genere cõtinetur.

39 Argumentum ab æquiparatis non procedit in materia correctoria.

Contraria opinio est verior, & communior. num. 40.

41 Extensio admittitur in correctorijs, quando per eam redimus ad ius antiquum.

42 Dispositio, per quam redimus ad ius antiquum, dicitur fauorabilis.

43 Extensio fit etiam in correctorijs ex identitate rationis expressa in dispositione.

Maximè quando casus non expressus venit sub lata significatione casus expressi num. 44.

45 Filij primi gradus quo ad trebellianicam sunt specialiter priuilegiati.

Contrarium tenet Author. num. 47.

46 Lex noua corrigens legem antiquam non comprehendit casum specialiter priuilegiatum.

48 Trebellianica debetur filijs, non vti filijs, sed vti extraneis.

49 Opinio glos. in dubio est sequenda.

50 Trebellianicam posse prohiberi filijs primi gradus Rot. Rom. per spatium centum quadraginta annorũ, et vltra sẽper intrepidè est sequuta.

ALLEGATIO XXXXV.

EXcellentissime Domine. Licèt dubitationes iterum, & nouissimè subtiliter non minus, quam doctè excitatæ ab Excellentissimo Domino meo arbitro rationis æquissimo cõtra Perillustr. D. Hieronymum Rubeum Vrbinatẽsem primo aspectu satis vrgere videantur, Attamen si cuncta subtiliter rimentur, prout facturum non dubito Dominum meum Iusdicentem, ad quem hoc spectat cap. iusdicentem 30. quæst. vlt. & in casu suo dicebat aliàs Hier. Madius apud Calui. de æquit. cap. 110. n. 25. lib. 2. crediderim in nihilo officere ipsi D. Hieronymo. Et omissis pluribus, de quibus in prioribus scriptis, ne videar iam scripta repetere, curabo solùm dubitationibus propositis ordinatim satisfacere, præmittendo tamen ante omnia aliqua, ex quibus apparet satis manifestè, onus prohibitionis trebellianicæ appositum filijs per D. Ioannem testatorem fuisse iniunctum omnibus gradibus, non autem vltimo gradui tan-

1 tùm, quod quidem probatur primò, † quia onus post aliquot hæredum gradus impersonaliter iniunctum per testatorem intelligitur iniũctum omnibus gradibus Bald. cons. 279. num. 1. & 2. lib. 1. Ruin cons. 137. num. 6. vol. 3. Gabr. cons. 117. num. 34. & seq. vol. 1. Card. Manti. de coniect. lib. 8. tit. 2. num. 6. Merli. Piguatel. contro. foren. cap. 43. num. 10. art. 2. ergo cõ magis d. onus censeri debet iniunctum omni-

bus gradibus in casu nostro, in quo omnes gradus fuerunt personaliter grauati, vt ex ipso testamento clarè est videre.

2 Secundò, quia conditio in fine dispositionis posita qualificat totam dispositionem *l. talis scriptura 30. §. fin. ff. de lega.* 1. *l.* 3. *§. filius ff. de lib. & posth. l. 1. C. de lib. prater. Soc. Iun. cons. 139. num. 5. vol. 1. Gabr. comm. concl. de clauf. concl. 9. in prin.* Rota *apud Card. Seraph. decis. 570. num.* 2. benè eadem Rota *decis. 474. num. 2. par. 4. rec. tom. 2.* maximè quando non adest, vt in casu nostro, ratio diuersitatis, cur dicta conditio ad vnum casum tantũ sit restringenda *Hond. cons. 64. nu. 10. & seq. lib. 2. Rota decis. 231. num. 1. par. 1. diuer. & dicta decis. 474. num. 3. par. 4. rec. tom. 2.*

3 Tertiò, quia clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, maximè quando potest commodè ad omnia referri, vt in casu nostro *l. 1. & ibi Ias. n. 4. & seq. C. de lib. præt. Surd. cons. 282. num. 4. lib. 2.* plenè *Barbo. de clau. clau. 70. in prin. Theod. Rube. in singul.* Rota *Rom. tom. 2. de clauf. clau. 115. n. 15.* Rota *decis. 582. num. 4. par. 3. recen.*

Quartò, quia non apparet, testatorem voluisse d. onus prohibitionis Trebellianicę restringere vltimo gradui tantùm, cum ipse fuerit generaliter locutus, quod decedentibus eius filijs, tàm masculis, quàm fæminis sinè filijs, non possint disponere, nisi de scutis quinque millibus pro quolibet pro eorum legitima, trebellianica, & alijs prætensionibus, & ideò cum vnus casus modò euenerit per mortem D. Stephani sinè

4 filijs dicto oneri debet esse locus, † cum pluralitas resoluatur in singularitatem *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 186. num. 12. Card. Manti. de coniect. lib. 11. tit. 5. num. 17. Peregr. de fideicom. art. 13. n. 33. & seq. Gratia. discep. foren. cap. 813. nu. 4. par. 5.* vbi dicit, hoc procedere etiam in materia stricta, & sic non requiritur mors, & deficientia omnium filiorum institutorum, & substitutorum, sed id intelligitur secundùm contingentiam casuum supra in substitutionibus expressorum, cum vna pars testamenti declaret aliam *l. qui filiabus 17. ff. de lega. 1. Deci. cons. 599. in prin. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 20. num. 378. Capiec. Latro decis. 105. num. 59. tom. 1.*

5 Quintò, quia testator substituendo reciprocè DD. Hieronymũ, & Stephanum eius filios, ostẽdit voluisse conseruare hereditatem suam in dictis suis posteris ad tex. in *l. cum acutissimi 30. & ibi not. per Doct. C. de fideic.* sed si diceremus, trebellianicam non fuisse prohibitam, nisi vltimo gradui, filii instituti, & substituti possent alienare, & disponere de magna parte hæreditatis ad exclusionem aliorum filiorum superstitum, & sic hæreditas non conseruaretur in eius filiis, contra voluntatem testatoris, ideo magis est sumenda interpretatio, quod onus prædictum prohibitionis trebellianicæ omnibus gradibus, non autem vltimo gradui tantùm, sit impositum.

6 Sextò, quia cum testator voluerit, hæreditatẽ suam peruenire ad filios masculos, deindè ad filias fœminas, postremò ad pias causas, censetur dictos filios, & filias magis dilexisse, quàm piam causam, *Alex. cons. 36. num. 12. lib. 3. Cæph. cons. 638. num. 17. lib. 5. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 26. num. 3. Fusar. de subst. quæst. 468. num. 15.* alios adducens concordantes Rota *decis. 220. num. 2. par. 4. rec.* & in puncto de filiis, & Monasterio eadem Rota *decis. 358. num. 10. par. 3. rec.* sed si onus prohibitionis trebellianicæ restringeretur ad vltimum gradum vocationis piæ causæ tantũ, illa esset melioris conditionis, quàm filii magis dilecti, quia aduersus illam non detraheretur trebellianica, aduersus verò alios filios detraheretur, ergò ad euitandum absurdum debemus dicere, quod d. onus sit iniunctum omnibus gradibus, non autem vltimo gradui tantùm, vt not. *Cran. cons. 62. n. 7. & 8. Rolan. cons. 82. num. 30. & seq. lib. 3. Cæph. cons. 188. num. 12. & seq. & cons. 251. nu. 25. & seq. & cons. 252. nu. 20. lib. 2.* latè *Card. Manti. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 13.* vbi dicit, ad euitandum d. absurdum verba impropriari, & a propria verborũ significatione recedi, vt ibi per eum.

Septimò, quia, si dicta prohibitio esset restringenda ad vltimum gradum, qui tenetur restituere fideicommissum piæ causæ, dispositio esset su-

7 perflua, † quia trebellianica non deducitur aduersus piam causam Doct. in *l. Marcellus. 5. ff. ad trebell. Peregr. de fidec. art. 3. num. 63. & art. 12. num. 34. vers. pro ista sententia &c. Fusar. de subst. quæst. 299. n. 7.* latè *Caron. resol. 249. per tot.* Rota *decis. 27. num. 18. par. 5. rec. & apud Merli. de pigno. decis. 90. num. 7. & in Rom. fideic. 27. Ianuarij 1642. coram R. P. D.*

8 *Cerro §. nec dicti hæredes* † vndè, ad fugiendum d. vitium superfluitatis, debemus intelligere, quod testator d. onus prohibitionis trebellianicæ imponere voluerit generaliter omnibus gradibus, vt in simili argumentantur *Castr. cons. 222. in prin. lib. 2. Ruin. cons. 35. num. 4. & seq. lib. 2. Rolan. cons. 61. num. 14. & seq. lib. 3. Surd. cons. 315. num. 5. lib. 3. Merli. Pignatel. de contro. 48. num. 3. & seq.* latè *Card. Manti. de coniect. lib. 3. tit. 6. in prin.* cum nunquam sit accipiendus intellectus, per quem incidamus in vitium superfluitatis, quando alius potest accõmodari, vt in casu nostro, vt docent *Castr. Ruin. Rolan. & Card. Manti. in loc. all.*

Octauò, quia, si velimus dicere, quod onus prohibitionis trebellianicæ iniunctũ esse dicatur vltimo gradui

Oo

mo gradu, quando scilicet restitutio fieri deber
9 piæ causæ, sequeretur, † quod primi hæredes instituti trebellianicam detraherent cum obligatione illam postea restituendi piæ causæ, eueniente casu illius vocationis, præstita ad id per eos idonea fideiussione ad not. per *Rot. decis.* 27. *num.* 11. *par.* 5. *rec.* sed sic est, quod D. Ioannes testator, cum esset vir illiteratus, non præsumitur huiusmodi interpretationes penetrasse, imò præsumitur illas omninò ignorasse, vt dicit *Fusar. de subst. quæst.* 379. *n.* 20. ideò necessariò sequitur, ipsum d. detractionem trebellianicæ cum obligatione illam postea restituendi post longum temporis spatium piæ causæ cogitare nullo modo potuisse, vt not. *Peregr. consi.* 57. *in fin. lib.* 1. *& Fusar. d. quæst.* 379. *num.* 20.
10 Cum voluntas non feratur in incognitum *l. mater decedens* 19. *ff. de inoff. testa. l. hæres institutus* 32. *ff. de acq. hæred. Aret. cons.* 5. *n.* 1. *D. Thom. p.* 2. *quæst.* 6. *art.* 2. *&* 3. *Rota apud Merli. de pigno. decis.* 124. *num.* 9. in colligendâ autem testatoris voluntate, illius peritiam, vel imperitiam esse attendendam post *Cin. Ias. Parisi. Soc. Iun. & alios* per eum relatos, firmat *Card. Manti. de coniect. lib.* 3. *tit.* 5. *sub num.* 7.
Postremò, & hoc est fortissimum argumentum, cui non video exaduersò aliquid responderi, quia si testator prohibitionem trebellianicę voluisset coarctare ad casum restitutionis faciendæ piæ causæ, & sic ad tertium gradum, tantùm modo de ipsa trebellianica disposuisset, quæ non deducitur aduersus piam causam, vt not. *Doct. relati sup. num.* 7. sed cum ipse in eadem oratione disposuerit etiam de legitima, quæ non potest restringi ad causam restitutionis faciendæ piæ causæ, & sic ad tertium gradum.
11 † cum legitima debeatur filio statim sequuta morte testatoris *Gabr. cons.* 45. *num.* 5. *lib.* 2. *Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 69. *Merli. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 3. *Cartar. de pæn. innoc. art.* 2. *n.* 49. & de alijs creditis hæredum, quæ pariter restringi non valent ad dictum tertium gradum, vt patet, necessariò sequitur, quod idem testator senserit quò ad tre-
12 bellianicam, † cum non sit inducenda diuisio voluntatis testatoris, quod legitima, & credita hæredum referantur ad primum gradum substitutionis, & trebellianica ad tertium gradum *l. eum, qui* 18. *ff. de his, quibus, vt indig. Card. Manti. de coniect. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 15. *Gratia. discep. foren. cap.* 529. *num.* 21. *par.* 3. *Fusar.*
13 *de subst. quæst.* 241. *num.* 9. † & ex vna parte testamenti declaretur alia *l. qui filiabus* 17. *ff. de lega.* 1. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 20. *num.* 378. *D. Capie. Latro decis.* 108. *num.* 59. *lib.* 1.
Neque obstant in contrarium adducta per excellentissimum Dominum meum, & primò, quod præceptum testatoris, quod morientibus filijs masculis, & fœminis sinè filijs, eis non liceat detrahere pro legitima, trebellianica, & alijs creditis, nisi scuta quinque millia pro quolibet, sic restrictum ad tertium gradum, vti factum in casum, quo omnes filij moriantur sinè filijs, quia dicta dictio *Omnes* non adest in testamento de quo agitur, sed præceptum testatoris est indefinitè conceptum, quo casu pluralitas resoluitur in singularitatem, vt ex *Menoch. Card. Manti. & Peregr.* probaui *supra num.* 4. & intelligitur secundùm casuum contingentiam ad not. per *Rot. apud Merli. de pignor. decis.* 110. *num.* 40. quod ego habeo pro certissimo, ex adductis supra in 9. fundamento.
Prout pariter non obstat alterum motiuum dedu-
14 ctum ex eo, † quod sit attendendum cui testator voluerit prospicere ex *Rot. apud Greg. XV. decis.* 544. *num.* 4. & ideò quod testator, dum mandauit, facta detractione scutorum quinque millium per eius filios institutos, & substitutos, residuū restitui piæ causæ, voluerit ipsi piæ causæ prospicere ex *Bart. in l. fideicommissa* 11. §. *interdum ff. de lega.* 3. vbi dicit, quod in dubio testator videtur velle prospicere ei, cui plus interest, quia respondeo, quod in eo magis interest D. Hieronymi filij, quod trebellianica sit prohibita, cum contra eum, cessante prohibitione, illa potuisset detrahi *toto tit. ff. & C. ad Trebell.* quàm piæ causæ, contra quam non poterat detrahi, etiam cessante præcepto testatoris, vt not. *Doct. in l. Marcellus* 3. *ff. ad Trebel. & alij adducti sup. num.* 7. & sic argumentum optimè retorquetur, ita vt d. prohibitio percutere debeat primum gradum substitutionis factæ de filijs, non autem tertium gradum, in quo est vocata pia causa.
15 Maximè cum testator magis censeatur fauere, & prospicere voluisse filijs, & filiabus magis dilectis, quàm piæ causæ vltimo loco substitutæ, & minus dilectæ, vt tradunt *Crau. Rola. Capb. Card. Manti. & alij adducti supra vers. sextò, quia &c.* aliàs sequeretur absurdum, quod filij, & filiæ magis dilecti essent deterioris conditionis, quàm pia causa minus dilecta, vt fuit ponderatum *supra in d. vers. sextò quia &c.*
16 Altera verò coniectura desumpta ex eo, quod testator voluerit se conformare cum dispositione iuris communis ad not. per *Card. Mant. de coniect. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 1. *& seq.* leuis quidem est coniectura, vt tradunt *Corn. cons.* 197. *num.* 17. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 138. *nu.* 9. *lib.* 2. *& Crauc. cons.* 180. *nu.* 4. prout illam modicæ, aut nullius vtilitatis, & lubricum argumentum appellat *Card. Manti. d. tit.* 6. *nu.* 20. *vers. modica igitur &c.* benè comprobans, *& num.* 29. vbi dicit, quod imò potius lex præsumitur velle se conformare cum voluntate testatoris, vt ibi per eum.

Maximè

Maximè cum nullæ adsint coniecturæ id suaden-
tes, licèt Excellentiss. Dominus meus Vrbanus
conatus fuerit aliquas adducere, quas ego in
allegat. præceden. latè confutaui, & in omnem
casum pro D. Hieronymo, quod testator volue-
rit prohibitionem trebellianicę omnibus gradi-
bus iniungere, non autem vltimo gradui tan-
tùm, adsunt coniecturæ plures, fortiores, & cer-
17 tè grauiores, de quibus supra in prin. † quæ
tollunt coniecturas pro DD. de Ioanninis ad-
ductas, si quæ adessent vim aliquã habentes, vtì
pauciores, & longè debiliores *Rot. decis. 239. n. 8. & decis. 501. n. 12. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 586. n. 21. d. par. 4. rec. tom. 3. & decis. 6. n. 36. par. 5. rec.* vbi aliæ cumulãtur, & sic faciũt deficere di-
ctã cõiecturam, quod testator voluerit se cõfor-
mare cũ dispositione iuris communis, vt decla-
rat *Card. Manti. d. tit. 6. num 28. in fin.*

Ac etiam, quia cum trębellianica non detrahatur
aduersus piam causam, vt not. *Doct. in dict. l. Marcellus 3. ff. ad Trebell. & alij adducti supra n. 7.* si ad d. tertium gradum illius prohibitio
restringeretur, dispositio testatoris fuisset inu-
18 tilis, & superflua, † interpretatio autem sem-
per est facienda, vt euitetur superfluitas *Rota decis. 249. num. 18. par. 7. rec. & in Spoletana successionis 17. Februarij 1642. §. quibus addebatur &c. coram R. P. D. Peutingerio.* maximè
quando alius potest capi intellectus, vt in casu
nostro, vt tradunt *Castr. Ruin. Rolan. & Card. Manti. adduc. supra num.* 8.

Neque nocet negatio excellentissimi Domini mei,
quod voluntas testatoris non repugnet, quin
prohibitio trebellianicæ referatur ad vltimum
gradum substitutionis, quia verè illa manifestè
repugnat, dum testator in d. prohibitione fecit
mentionem non solùm de trebellianica, ve-
rùm etiam de creditis filiorum, & legitima, quæ
debetur filijs statim mortuo testatore, & tra-
dunt *Gabr. Peregr. Merlin. & Cartar. in loc. relatis supra num.* 11. & ideò non possunt referri
ad vltimum gradum vocationis piæ causæ, aliàs
induceretur diuisio voluntatis testatoris, quod
non est dicendum, vt probaui *supra num.* 12.
& cum ex vna parte testamenti desumatur de-
claratio ad aliam, vt pariter probaui *sup. n.* 13.
quæ iterum breuitatis studio non refero.

Ex qua coniectura, quæ est fortissima, iudicio meo,
iunctisq; alijs coniecturis supra in principio põ-
deratis, tollitur omninò, quod exaduerso addu-
citur per excellentissimum Dominum meum in
suis doctissimis motiuis a *num. 19. vsq. ad* 23.
quod prohibitio trebellianicæ sit apposita ter-
tio gradui, cum verba testatoris circa legitimã,
& credita hæredum in eadem oratione apposi-
ta cum trebellianica nõ possint dicto tertio gra-
dui adaptari, & benè referri, per iura, & ratio-
nes supra proximè adductas.

19 Neque obstant pariter *notata num.* 22. quod
hæres grauatus interim eueniente casu fideicõ-
missi deducit trebellianicam, præstita cautione
de illa restituenda piæ causæ purificato fidei-
commisso ad sui fauorem ad not. per *Rot. decis. 27. num. 11. par. 5. rec.* quia nos non disceptа-
mus de modo deducendi trebellianicam, sed de
voluntate testatoris, an prohibitionem illius
voluerit apponere omnibus gradibus, vel vlti-
mo tantùm, quam probamus ex nouem funda-
mentis supra relatis intelligendam esse, vt in-
iuncta dicatur omnibus gradibus, maximè cum
mentio da legitima, & creditis, seù prætensio-
nibus filiorum in eadem oratione apposita non
possit tertio gradui adaptari, vt toties dixi, ac
etiam cum non sit verisimile, quod testator li-
terarum ignarus has iuris subtilitates percepe-
rit, vt pariter probaui *sup. num.* 9.

20 Verisimilitudo autem maximè attenditur in
diiudicanda voluntate testatoris *l. cum res 49. in prin. ff. de lega. 1. l. sicut certi. 9. l. si cum vel in vtero 10. C. de testam. milit. l. cum acutissimi 30. in fin. C. de fideic. Ias. in l. Titius 25. §. Lucius* vbi est bonus tex. *n. 2. ff. de libe. & posth.* latè *Card. Manti. de coniect. lib. 3. tit. 19. in prin.*
21 *Ciriac. contro. 415. num. 13. & seq.* † imò at-
tenditur in quocumq; negocio *Card. Manti. d. tit. 19. num. 3. Rota decis. 14. num. 8. par. 4. rec. tom. 2.* cũ illa sit cognata naturæ *Surd. cons. 83. num. 18. lib. 1. Ciriac. contro. 505. nu.* 56.

Quò verò ad articulum, an trebellianica prohibe-
ri possit liberis primi gradus, iam aliàs probaui
partẽ affirmatiuam esse veriorem, magis com-
munem, & æquiorem; veriorem quidem per
rationes aliàs adductas, quas non refero, ma-
gis cõmunẽ, vti in supremis tribunalibus Italię
magis receptã, præcipuè in *Excellentiss. Senatu Mediolani, in Sacro Cons. Neapolitano*, & in *Sacra Rota Rom.* quę propter eorum sublimitatem,
& eminentiam negari non potest, quin sint nor-
ma, & exemplum omnium aliorum tribunaliũ,
vt de Rota Rom. not. *Farina. de delic. & pæn. q. 25. n. 45. vers. quia tamẽ &c. & Paul Rube. in discur. ad studio. in pri. 7. par. decis. rec. n. 215. et seq.*

Quicquid contrarium iudicatum aliquando fuerit
in tribunalibus Ciuitatum inferiorum, quæ nõ
possunt, vt in adagio est *metterſi in dozzina cum Sacra Rot. Rom. cum Sac. Cons. Neapolit. & cum Excellentiss. Senatu Mediolani*, vt patet omni-
bus, & illam dixi etiam æquiorem, cum resti-
tutio fideicommissi sit facienda D. Hieronymo
filio testatoris, & trebellianica contra eum de-
22 trahi prætendatur per extraneos, † quo casu
prætensum exaduerso priuilegium filio compe-
tens vigore *l. iubemus 6. C. ad trebel.* esset ipsi
filio damnosum, vt not. *Clar. in §. testamentum quæst. 63. vers. sed si hæreditas, & Odd. cons. 63. num. 35. & 36.* vbi dicit, quod aliter dicere
esset manifestam iniquitatem inducere, cum

quibus pertransit *Thes. Iun. quast. foren.* 20. *num.* 9. *lib.* 1.

Neque fundamentum aliquod constitui potest super authoritatibus centum, & quinque Doct, qui contrariam opinionem sectantur, quos recensent *Mangil. de impue. d. quast.* 116. *in prin. & D. Andreol. d. contro.* 1. *num.* 1. quia, vt alias dixi à desumptis ex illis *Baldo, Soc. Sen. Roman. Alex. Deci. Paris.* Ruin. *Ant. Rub. Mant. Cauad. Ias. Franc. Rampo. Io. Castril. & Capra,* qui sunt dubij, & loquuntur relatiuè, & sunt sibi contrarij, ita vt pro d. opinione allegari nō possint, vt benè probat *Thob. Noni. d. conf.* 90. *num.* 24. nec non desumptis etiā *Suarez, Menoch. Molin. Fachin. Thes. Iun. & Polid. Rip. per D. Andreol. adductis,* qui tenent contrarium, & nostram sequuntur opinionem, vt ex eis est videre, remanent pro contraria parte Doctor. octuaginta quinque, & additis Doctoribus quinquaginta septem, qui nostram sequuntur opinionem, vt refert Mangil. *vbi supra, Suarez, Guazz. Peguer. Hodier. Amat Gratia. Farina. Gargiar. Iun. Scacc. Merli. Maresc. Fachin. Theod. Rube. Balsb. Thomas. Capic. Latro, Molfes. & Adden. ad Greg. XV. & alij in loc. relatis alleg. praced. n.* 17. apparebit, Doct. contrariæ sententiæ parùm, vt nihil superare numerum Doct. qui nostram sequuntur sententiam.

23 Maximè cum, vt ibi dixi, opinio communis non tàm ex numero opinantium, quàm ex pōdere authoritatis sit iudicanda, vt tradūt *Natt. conf.* 130. *num.* 5. *lib.* 1. *Costa de scien. & igno. inspec.* 30. *n.* 21. latè *Lazar. de blasphe. quast.* 13. *num.* 12. benè comprobans.

Et ad probandum, quod trebellianica prohiberi hodiè possit etiam liberis primi gradus, benè subsistit argumentum per me aliàs adductum, quod pater de iure nouissimo ad aliud ergà filios non tenetur, quam ad relinquendum eis legitimam titulo institutionis, de reliquo autem potest ad sui libitum disponere, ex iuribus adductis in *allegat. praced. num.* 17. ex quo sequitur, quod ei non sit prohibitum, illis trebellianicam prohibere, quo argumento vsi sunt *Laderch. Petr. Greg. Tolosan. Thob. Noni. Scacc. Vinc. de Franch. & Fachin.* qui appellat fundamentum hoc irrefragabile *in loc. in alleg. praced. adduct.*

24 Quod quidem argumentum non tam facilè tollitur ex distinctione exaduerso allata, si benè aduertatur, quod, aut pater instituit filium in sola legitima, & procedat argumentum, aut illum instituit in quota, seù tota hæreditate, & tunc non possit ei prohibere trebellianicam *ex D. Andreol. in d. contro.* 1. *num.* 27. & ex aliis allegatis, quia omisso, quod Imperator in *d. §. aliud quoq; capitulum, & in d. § cæterum Auth. vt cum de appell. cogno. & in §.* 1. *Auth. de trien. & semis.* generaliter disponit, patrem non teneri ad relinquendum aliud filio, nisi legitimā titulo institutionis, & de reliquo patrimonio

25 illum posse ad sui libitum disponere, † ergò est generaliter intelligendus, vt habeat locum tàm si filium instituit in sola legitima, quàm si in tota hæreditate *l. de pretio* 10. *ff. de publi. in rem act. l.* 1. *§. generaliter ff. de lega. praest. l. fin. in fin. & ibi Ang. C. de dot. promis.* cum alijs apud *Barbo. axiom.* 136. *in prin.* vbi dicit, hoc habere locum etiam si maior ratio sit in vno, quàm in alio, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus *l. non distinguemus* 37. *ff. de recep. arbit. d. l.* 1. *§. generaliter, & ibi glos. ff. de lega. praest.* latè *Barbo. d. axiom.* 136 *num.* 4.

Quia, inquam, d. distinctio in secunda sui parte, in qua dicitur, quod, quando pater instituit filium in tota hæreditate, non potest ei prohibere trebellianicam per tex. in *d. l. iubemus*, non fundat

26 se in alio, † nisi in eo, de quo disputatur, vt patet manifestè, quò non datur absurdius in iure vt traduut *Merli. de pigno. lib.* 4. *quast.* 21. *n.* 30. *& Rot. Bononien. post conf.* 82. *Giouagno. n.* 172. *lib.* 1. meritò &c.

Neque omninò vera est opinio *Gabr. conf.* 93. *num.* 21. *vol.* 1. quod cognitio, an trebellianica hodiè possit prohiberi filiis primi gradus pendeat ab illa quæstione, vtrum *d. l. iubemus* 6. *C. ad trebe.* hodiè sit correcta, quia, admisso etiam citra

27 veri præiudicium, quod illa non sit correcta, † non tamen ex illius verbis benè probatur, trebellianicā prohiberi non posse filiis primi gradus, cum illa non loquatur de prohibitione trebellianicæ, sed de imputatione fructuum in illam: ab imputatione autem fructuum ad prohibitionē trebellianicæ, cum sint diuersa, argumentari non licèt, vt benè probant *Soc. Sen. in l. Marcellus* 3. *§. quod autem ff. ad trebel. Gozad. conf.* 45. *num.* 21. *& seq. Thob. Noni. conf.* 32. *num.* 26. *& seq. & conf.* 90. *n.* 23. vbi latè comprobat, ex *dicta l. iubemus* non benè probari conclusionem prædictam, quod trebellianica non possit prohiberi liberis primi gradus.

28 Dicta tamen opinione, citra veri præiudiciū, † admissa, quod tamē *d. l. iubemus* sit hodiè correcta, probatur per tex. in *§. si verò expressim Auth. de hared. & falci.* repetitus in *Auth. sed cū testator C. ad leg. falci.* qui tex. refert se ad ea, quæ supra dicta fuerunt per Imperatorem qui in §§. *pracedentibus primum itaq. si quis autem, ex aredatos autem, in omnibus autem, hic nobis & in §. seq.* loquitur etiam de filijs, vt aduertit *Paris. conf.* 21. *n.* 44. *lib.* 3. & post eum *Thob. Noni. d. conf.* 90. *num.* 22. *& Gabr. d. conf.* 93. *num.* 12 *in prin.* meritò &c. & quatenus illa non posset dici correcta directè aliqua posteriori constitutione, tamen quod ex cōstitutionibus postea factis per Imperatorē expressè colligatur, licere

licere nunc parentibus prohibere in totum tre-
bellianicam, tradit apertè *Fachin. contro. iur.*
lib. 12. cap. 11. vers. hæc constitutio &c.

Neque obstat, quod dicti tex. loquantur de
falcidia, & ideò non sint extendendi ad trebel-
29 lianicam, † cum in correctorijs non sit faciēda
extensio de vna ad alteram ad not. *in Auth. quas*
actiones C. de Sacros. Eccles. ex pluribus, & pri-
30 mò, quia † cum falcidia, & trebellianica sint a
lege antiqua æquiparata, vt in *l. Marcellus 3.*
§. quod autem ff. ad trebel. innouatio facta in
vna habet locum etiam in altera, vt tradunt
Thob. Noni. cons. 32. num. 24. vers. 1. &c. &
cons. 90. num. 21. Euerar. in loc. a falci. ad tre-
bel. num. 1. & seq. Laderch. *cons. 26. num. 18.*
vers. 2. quia nouissimè *Caren. resol. 249. n. 3. & 4.*

31 Secundò, quia appellatione falcidiæ venit
etiam trebellianica *Euerar. in d. loc. a falci. ad*
trebel. in prin. Peregr. cons. 68. n. 2. vol. 1. Rolan.
cons. 9. num. 7. lib. 4. Io. Oinot. in §. 1. num. 9.
inst. de leg. falc. Balth. Tomas. in suis tract. var.
tom. 1. de falci. d. tit. 4. in prin. nouissimè *Caren.*
resol. 249. num. 3. cum verbum *falcidia* sit ver-
bum amplum actum compræhendere etiam
trebellianicam *glos. in auth. vndè si parens C. de*
inoff. testam. Mangil. *de imput. quæst. 119. n. 2.*
Io. Oinot. in d. §. 1. nu. 10. & cum trebellianica
reguletur a natura falcidiæ *§. si quis autē Auth.*
de Eccles. tit. Azo. in comm. de hæred. & falci.
Specul. de instrumen. edit. §. compediosè vers. sed
deductio &c. Mangil. *vbi supra num. 3.* ita vt in
omnibus casibus, in quibus cessat falcidia, cesset
etiam trebellianica, vt voluit *Bart. in l. Marcellus*
3. num. 5. ff. ad trebell. & cons. 6. num. 4. & 5.
& cons. 56. num. 6. Mangil. loc. cit. per tex. *in*
d. §. si quis autem, & l. si quis ad declinandum
38. ibi *nulla falcidia C. de Episc. & Cler.*
32 † & falcidiam sumi aliquando pro trebelliani-
ca, tradunt *Doct. in l. 1. ff. ad leg. falci. Fachin.*
contro. iur. lib. 5. cap. 17. & est tex. expressus
in *§. si autem hæres Auth. de Eccle. tit.* cuius ver-
ba sunt *si autem hæres quæ ad pias causas relicta*
sunt cum impleuerit, dicens relictā sibi substantiam
nō sufficere ad ista, præcipimus omni falcidia vacā-
te quicquid inuenitur in tali substātia perficere &c.
vbi not. Doct. Imperatorem dixisse *omni fal-*
cidia, quia voluit prohibere falcidiam genericè
sumptam, prout compræhendit etiam trebel-
lianicam, vt declarat *Caren. d. resol. 249. num. 4.*
33 Et ideò valere argumentum de falcidia ad
trebellianicam, voluerunt Doct. communiter,
& precipuè *Euerar. in d. loc. a falci. ad trebell.*
in prin. Curt. Iun. cons. 70. n. 17. par. 1. Peregr.
cons. 59. n. 9. & seq. lib. 2. Barbo. in loc. com-
mun. arg. loco 46. num. 1. Balth. Tomas. in d.
tract. de falcid. tit. 3. in prin. Rota decis. 5. n. 10.
par. 6. rec. & esse locum extensioni, vult *Ias. in*
l. Marcellus 3. num. 46. §. ad trebell.

Tertiò, quia tex. in d. *§. si verò expressim* cum ha-
beat relationem, & se referat ad *§. si vero nul-*
lus eodem tit. vbi habetur, quod, hærede non
adeunte, hæreditas deuoluitur ad substitutos
fideicōmissarios, & sic cum loquatur de fideicō-
34 missariis, loquitur etiā de trebellianica, † cū re-
latū dicatur esse in referente cum omnibus suis
qualitatibus *l. asse toto 77. ff. de hæred. instit. l.*
si ita scripsero 38. ff. de cond. & demonst. l. ait
prætor 5. §. primo ff. de re iudi. cum aliis apud
Barbo. axiom. 201. num. 1. & in puncto argu-
mentantur *Soc. Sen. in l. Marcellus 3. §. quod*
autem ff. ad trebell. & Thob. Noui. d. cons. 32.
num. 25. & d. cons. 90. sub num. 21

Neque obstat, disposita in falcidia non pos-
se trahi ad trebellianicam, arguendo ab æqui-
35 paratis, † cum argumentum ab æquiparatis
non habeat locum, nisi quando æquiparatio
est facta in omnibus, & per omnia, & per viam
regulæ *Mangil. dict. quæst. 116. num. 15. in fin.*
Barbo. in loc. commun. loco 6. num. 2. falcidia au-
tem, & trebellianica in multis differunt *Rolan.*
cons. 27. num. 18. lib. 1. Mangil. d. quæst. 116.
num. 16. cum aliis adductis per excellentissimū
Dominum meum ex pluribus, & primò, quia
36 d. opinio non est tuta, † cum imò sufficere,
æquiparationem adesse ad materiam, & in pū-
cto, de quo agitur, vt in eadem materia fiat ex-
tensio, licèt non adsit æquiparatio in aliis ca-
sibus, voluerunt *Crane. de antiq. tempo. par. 4.*
in prin. sub num. 101. Menoch. de arbitr. casu 55.
num. 5. Villag. extens. leg. in tit. de extens. leg.
correct. & pæn. simul num. 64. in 1. & 2. ampl.
quos sequuntur, quando adest eadem ratio, *Eue-*
rar. in loco a ratio. leg. larg. num. 52. vers. in-
tellige tamen &c. & *Farin. in fragm. crim. litera E.*
vers. extensio num. 206. & 207. & Merli. de
legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 34. n. 1. qui alios ad-
ducunt.
57 Et quod, licèt falcidia, & trebellianica in
aliquibus differant, cum tamen in pluribus cō-
ueniant, & a lege antiqua sint æquiparatæ, ar-
gumentum a falcidia ad trebellianicam benè
procedere, quando adest eadem ratio in vna,
quæ in altera, & in iure contrariū nō est expres-
sè decisum, vt in casu nostro, tradunt *Euerar. in*
d. loco. a falci. ad trebel. num. 6. & D. Andreol.
contro. 9. num. 21. & 22. & volunt Doct. supra
proximè adducti.

Secundò, quia dispositum in falcidia habet locum
in trebellianica non ex vi æquiperationis, sed
quia trebellianica venit appellatione falcidiæ,
& sub ea continetur, & sic compræhensiuè, non
autem extensiuè, vt tradunt *Euerar. Pereg. Bald.*
Tomas. & Caren. in loc. rela. supra nu. 31. per-
38 indè ac si esset expressum, † cum expressum di-
catur, quod sub genere continetur *l. si chorus*
77. ff. de lega. 3. l. si duo 52. in fin. & ibi Bart.
num. 1.

num. 1. *ff. de admini. tuto. Bald. & Angel. in l. omnes* 3. *C. de praesc.* 30. *vel* 40. *ann.* plenè *Tiraq. de legi. connub. glos.* 7. *num.* 86. *& seq. Farina. in d. frag. crim. vers. extensio num.* 153. cum genus includat omnes suas species sub genere cōpræhensas *d. l. omnes* 3. *& ibi Ang. C. de prascr.* 30. *vel* 40. *ann. Craue. cons.* 134. *nu.* 5. *Menoch. cons.* 266. *num.* 69. *Barbo. axiom.* 107. *num.* 29. vbi dicit, hoc procedere, licèt in vna specie sit maior ratio, quàm in alia, & quæ prædicantur de genere prędicari debent de singulis speciebus *l. iuris gentium* 7. *§. sed si fraudandi iu fin. ff. de pact. Euerar. in Topic. lega. loc.* 61. *Barbo. d. axiom.* 107. *num.* 30.

39 Neque pariter nocet, quod argumentum ab æquiparatis procedit in materia exorbitanti, non autem in correctoria, vt in casu nostro, Mangil. *d. quast.* 116. *num.* 18. alios adducens, ex pluribus, & primò, quia dicta opinio non est
40 vera, † & contrarium tenent Doct. magis communiter in æquiparatis a lege antiqua, vt tradunt *Craue. de antiq. temp. par.* 4. *in prin. num.* 98. *& seq.* vbi testatur de communi opinione, & contrariis respondet, *Curt. Iun. cons.* 150. *num.* 4. *par.* 1. vbi pariter de communi testatur *Paris. cons.* 22. *num.* 42. *lib.* 2. qui etiam communem dicit *Eugen. cons.* 49. *n.* 38. *lib.* 1. *Osasch. decis. Pedem.* 94. *num.* 20. *Villag. de exten. legi in tit. de exten. leg. correc. num.* 15. *in prin.* vbi de communi, & *in tit. de exten. leg. correc. & panal. simul num.* 64. quem referendo sequitur *Farinac. in fragm. crim. d. vers. extensio n.* 203.

Secundò, quia ideò dispositum in falcidia habet locum in trebellianica, quia illa venit appellatione falcidiæ, & sub illa continetur, vt probaui *supra num.* 31.

Tertiò, quia nos non versamur propriè in materia correctoria, cum *d. l. iubemus* non disponat expresè, non posse per patrem prohiberi trebellianicam filiis primi gradus, sed solùm loquatur de imputatione fructuum, quæ sunt inter se longè diuersa, vt ex *Soci. Gozad. & Thob. Noni.* probaui *supra num.* 27.

Quartò, quia, admisso etiam citra veri præiudi-
41 cium, quod simus in correctoriis, † cum tamen per dictam correctionem redeamus ad ius antiquum 12. Tabul. quo iure legata omnia, & fideicommissa vniuersalia integrè debebantur absque aliqua detractione *l. verbis legis.* 120. *& ibi Alcia. ff. de verb. signif. §.* 1. *inst. de lege falc.* extensio in correctorijs etiam admittitur *glos. in cap. Statutum* 3. *in vers. numerandum de praben. in* 6. *Ias. in auth. quas actiones num.* 20. *C. de Sacros. Eccl. & in d. l. Marcellus* 3. *num.* 46. *ff. ad trebell. Thob. Noni. d. cons.* 32. *num.* 25. *vers. non obstant &c. Euerar. in loco a ratio. leg. larg. num.* 29. *Osasch. decis. Pedem.* 147. *nu.* 20. *Curt. Iun. cons.* 99. *num.* 3. vbi testatur de communi opinione, latè *Farinac. in fragm. crim. in vers. extensio num.* 86.

42 Cum dispositio, quæ nos reducit ad ius antiquū, dicatur fauorabilis, vt post *Deci. Felin. Crot. & Gozad.* per eum relatos scribit *Farina. ibi num.* 87. *Surd. decis.* 272. *num.* 34. quicquid sit, quando ius antiquum esset iniquum, vt per *Tiraq. de retrac. in prafa. num.* 58. *& seq.* quod non verificatur in casu nostro, in materia autem fauorabili fit extensio etiam in correctorijs, vt tradunt *Tiraq. Rola. Menoch. & Viui.* quos refert, & sequitur *Farina. vbi supra num.* 93.

43 Postremò, quia extensio fit etiam in materia correctoria ex identitate rationis expresæ in dispositione *Ias. in d. l. Marcellus* 3. *num.* 45. *ff. ad trebell. Craue. de antiq. tempo. par.* 4. *in princ. num.* 86. *& seq. Rolan. cons.* 27. *num.* 6. *& seq. & cons.* 81. *num.* 17. *lib.* 1. *Simoncell. de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 18. *Menoch. de recup. possess. remed.* 14. *nu.* 18. *& seq. Hond. cons.* 95. *num.* 22. *vol.* 1. *Farina. in d. vers. extensio num.* 168. *& num.* 173. vbi ampliat, licèt casus non expressus non contineatur sub expresso ex lata vocabuli significatione *Ciriae. contro.* 137. *n* 6. *Morot. cons.* 20. *num.* 14. cum tunc non agatur de extensione, sed de compræhensione, quia sicut genus compræhendit species, ita ratio generalis diuersas casuum emergentiū species cōplectitur, vt tradunt *Rolan. Hond. & alij Doct. supra adducti.*

Sed sic est, quod ratio, qua Imperator in *d. §. si verò expressim* motus fuit ad statuendum, quod testator possit prohibere falcidiam, fuit fauor testatoris, & quia hæres, licèt non lucraretur ex deductione falcidię commodum pecuniarium, tamen faciendo actum pium adimplendo voluntatem defuncti, satis dicitur lucrari, & testamentū adhuc sustinebitur, cū hæreditas deuoluatur ad alios, de quibus *in auth. hoc amplius C. de fideicom.* & scribunt *Bart. in d. auth. sed cum testator in prin. C. ad leg. falci. & Ias. in d. l. Marcellus* 3. *num.* 45. *ff. ad trebell.* quæ ratio æquè militat in prohibitione trebellianicæ, vt patet, ergò ex dicta ratione scripta est facienda extensio etiam in materia correctoria.

Quod eò magis est dicendum, cum casus non expressus, & sic trebellianica, veniat sub lata significatione casus expressi, & sic falcidiæ, vt supra
44 probani, † quo casu extensio benè fit ex identitate rationis etiam in correctorijs, vt voluerunt *Bart. Rom. Ias. Crot. Gozad. Soc. Craue. Euerar. Vallalo. Osas. Natt. Rola. Villag. & alij* quos refert, & sequitur *Farina. in fragm. crim. d. vers. extensio num.* 247.

45 Neque pariter nocet, quod filii primi gradus quo ad trebellianicam sint specialiter priuilegiati, vt not. *Mangil. de imput. d. quast.* 116. *n.* 10. *& seq. & D. Andreol. de contro* 1. *n.* 6. *&* 7. alios

alios adducens, *& Eugen. conf.* 33. *n.* 26. *&* 27.
46 *& ibi Adden. lib.* 1. † et ideò lex noua superueniens, & corrigens legem antiquam quo ad falcidiam in filijs non sit trahenda ad trebellianicam, in qua filij sunt specialiter priuilegiati, vt volunt *Gabr. conf.* 93. *num.* 12. *lib.* 2. *Eugen. d. conf.* 33. *num.* 37. *& seq.* & alii supra adducti.
47 Quia, vt aliàs dixi, negatur assumptum, quod filij primi gradus quo ad trebellianicam sint specialiter priuilegiati *per d. l. iubemus 6. C. ad Trebell. & per l. si vt allegas* 11. *C. ad leg falci.* cum in dd. legibus dum videtur mandari, trebellianicā nō posse prohiberi filiis, id erat ius commune prius inductum, quod testator non poterat prohibere detractionem quartæ *l. Titia* 85. *& d. l. quod de bonis* 15. §. 1. *& §. fin. ff. ad leg. falcid. l.* 1. *§. inde Neratius ff. ad Trebell.* & sic in dd. legibus non inducitur aliquid de nouo fauore filiorum, nec continetur aliquid singulare, sed ius prius inductum præsupponitur, & secundùm illud statuitur, vt benè declarant *Corsett. de Trebell.* §. 1. *num.* 8. *Vinc. de Franch. decis.* 11. *nu.* 17. *& Thob. Noni. d. conf.* 90. *n.* 22. Quod quidem certissimum censeo, cum nullam viderim rationem verè concludentem, cur trebellianica magis debita sit filijs, quàm aliis, quicquid subtilizauerit *Rola. conf.* 5. *num.* 21. *& seq. lib.* 4. cum conclusio sit communiter re-
48 cepta, † quod filiis fideicōmisso grauatis trebellianica debetur non tamquā filiis, sed tamquam extraneis, vt tradunt *Corset. de Trebel. loc. proximè addnc. Laderch. conf.* 26. *num.* 11. *Vinc. de Franch. decis.* 11. *num.* 13. *Thob Noni. d. conf.* 32. *sub num.* 25. *Pet. Greg. Thol. in sua Syntag. lib.* 42. *tit.* 31. *num.* 14. *Caph. conf.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. *Rota decis.* 466. *in prin. par.* 5. *rec. lib.* 2. vbi dicit, quod filius, dempta eorum legitima, in reliquo consideratur tanquam extranei, & sic cessat argumentum.
49 Neque obstat, quod in opinionibus controuersis sit sequenda opinio, quam tenet *glo. Hond. conf.* 34. *n.* 40. *& conf.* 70. *n.* 75. *lib.* 1. quia imò in casu nostro est tenenda opinio, quod non sit locus detractioni trebellianicæ ex pluribus, & primò, quia illa est æquior quando restitutio fideicommissi est facienda alteri filio testatoris, secundò, quia illa opinio est tenenda, quæ nos reducit ad ius antiquum, & primæuum, qualis est opinio affirmatiua, tertiò, quia in dubio pronunciandum est pro non detractione trebellianicæ, vti odiosæ, & quæ deducitur contra mentem testatoris, vltimò, quia in dubio est tenenda opinio, quam sequitur Rota Romana, vt omnia prædicta comprobaui *allegat. præced. num.* 26. & ideò breuitatis gratia iterum illa non refero.
Neque postremò scio elicere ex quo authoritas Rotæ Rom. dicatur frigescere, quia licet in *decis.* 4. *apud Cassid. de testa.* dicatur, quo ad d. articulum, an trebellianica possit prohiberi liberis primi gradus, Dominos fuisse varios, subiungitur tamen, quod maior pars illorum in affirmatiuam venerunt sententiam, quam ibi
50 appellat Rota magis communem, † quam opinionem postea eadem Rota ita intrepidè per spatium 140. annorum, & vltra sequuta est, vt illius decisiones in hoc articulo magistrales canones dici valeant, vt dicit *Theod. Rub. in præf. ad* 7. *par. decis. rec. n.* 241. a quibus, maximè in Statu Ecclesiastico, recedere ad instar sacrilegii esse meritò dixit *Theod. Rub. ibi num.* 247. & ego latiùs in prioribus scriptis comprobaui, quæ nunc breuitatis studio iterum referenda non putaui.
Quare &c. saluo &c.
De exitu causæ fit mentio in fine allega. sequen. Laus Deo, & Virgini &c.

A R G V M E N T V M.

In materia emphiteotica quando sit locus iuri accrescendi. Primus acquirens quando possit præiudicare aliis vocatis. Licentia aliendandi an sit probanda per emphiteutam alienantem, & quomodo. Confessio extraiudicialis an probetur ex depositione vnius tantùm testis, vel requirantur plures. Testis deponens de confessione extraiudiciali an coniungatur cum teste deponente de veritate facti, & quando, concessa facultate emphiteutæ aliendandi, an id facere possit absq. alia licentia. Inuestitura an censeatur concessa sinè præiudicio tertii. Dispositio Bullæ concedentis emphiteutæ facultatem alienandi, an habeat locū stante pacto in contrariū

S V M M A R I V M.

1 *Emphiteutæ decedentis sine filijs portio, stante iure accrescendi, deuoluitur ad alium emphiteutam.*
Itant superstiti competat actio in rem. n. 2.
3 *Emphiteuta primus acquirens ex causa onerosa potest alienando aliis vocatis præiudicare.*
Quod tamen non transit sinè difficultate num. 5.
Id tamen procedit in Patre primo acquirente, non in aliis. n. 5.
Et habet locum concurrente licentia domini directi. n. 6.
7 *Verbum disponere comprehendit etiam institutionem hæredis.*
8 *Primus acquirens per pactum non alienandi sibi præiudicat in facultate alienandi.*
Alie-

9 *Alienatio rei emphiteoticæ facta sine licentia est nulla.*
10 *Licentiam allegans tenetur illam probare.*
11 *Licentia consistit in facto, ideò non præsumitur, sed est probanda.*
Saltem per duos testes, vel aliud genus probationis. n. 12.
13 *Fides non facit fidem.*
Maximè facta lite pendente, & sinè citatione partis. n. 14.
15 *Conuentionum verba intelliguntur prout de iure.*
Et quod non sint contraria iuri communi. num. 16.
17 *Verba dubia interpretantur contra se fundantem in eis.*
18 *Probationibus censetur renunciatum per conclusionem in causa.*
19 *Iura de nouo reperta vt produci valeant, debet constare de diligentia in perquirendo.*
20 *Actus magni ponderis non est verisimilis sinè scriptura.*
21 *Confessio extraiudicialis non probatur per vnicum testem.*
22 *Licentia alienandi rem emphiteoticam non probatur per assertionem Domini directi.*
23 *Confessio extraiudicialis probata per vnum testē non coniungitur cum alio teste deponente de veritate facti.*
Maximè quando est facta absente parte num. 24.
Quicquid sit, quando de confessione extraiudiciali deponunt duo testes. n. 25.
26 *Dictio* vt *supra est restrictiua ad limites præcedentis dispositionis.*
27 *Pacto facto in contrarium, partes censentur recedere a dispositione Constitutionis.*
28 *Inuestitura tenor semper est attendendus.*
29 *Facultas disponendi de re emphiteotica intelligitur concurrente licentia, stante prohibitione non alienandi in eodem instrumento sinè licentia.*
30 *Verba Instrumenti interpretari debent, ne sibi contradicant.*
31 *Verba sequentia declarant præcedentia.*
32 *Facultate alienandi concessa in inuestitura intelligitur absque alia licentia.*
Procedit, quando in Instrumento non sequitur prohibitio alienandi absque licentia. n. 33.
34 *Pacta sunt seruanda.*
35 *Conuentionum verba recipiunt declarationem a iure communi.*
36 *Facultas alienandi rem emphiteoticam prefertur iuri accrescendi.*
37 *Licentia obtenta post actum consumatum, & ius quæsitum tertio, actum non conualidat, & num. 38.*
39 *Clausula* sinè præiudicio *præseruat ius tertij.*
40 *Inuestitura censetur semper concessa sinè præiudicio tertij.*
Etiam si expressè in illa non sit apposita num. 41.
42 *Papa id noluisse præsumitur, quod de facili exprimere potuisset, & non expressit.*
43 *Bulla concedens Laicis alienationem bonorum emphiteoticorum est strictè intelligenda.*
Et non habet locum, stante pacto in contrarium inito inter partes. n. 44.
45 *Statutum non operatur quando partes faciunt pactum in contrarium.*
46 *Quilibet potest pactum sibi benè visum in re sua apponere.*
47 *Consuetudo non probatur per fides, quando illa respicit decisoria causæ.*

ALLEGATIO XXXXVI.

Excellentissime Domine. Dixi aliàs, iniustā esse prætensionem Perillust. DD. de Ioanninis de Vrbino hæredum q. D. Stephani Rubei quò ad partem domus emphiteoticæ, de qua fuit inuestitus D. Stephanus, stante præsertim iure accrescendi, de quo in inuestitura ad fauorem Perillustr. D. Hieronymi fratris superuiuentis, ibi, *& quod pars præmorientis, seu præmorientium in superuiuentes deueniat, &*
1 *accrescat &c.* & modò sum in eadē sententia, † cum vigore d. iuris accrescendi portio D. Stephani, qui decessit, fuerit deuoluta ad D. Hieronymum fratrē superstitem, vt tradunt *Gabr. cons. 88. num. 22. & cons. 89. num. 7. vol. 1. Ceph. cons. 345. num. 30. lib. 3. Corbol. de iur. emphit. in tit. de cau. priu. ob liu. fin. num. 92. vers. item locus est iuri &c. Hond. cons. 54. nu. 22. & seq. lib. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 31. & seq. Ouid. de Amic. de iur. emphit. quæst. 66. num. 17. Fulgin. pariter de iur. emphit. in tit. de contrac. emphit. quæst. 34. num. 18. & Rota apud Duran. decis. 301. nu. 1.* qui alios adducunt concordantes.
2 Ita vt superstiti competat actio in rem *Ouid. de Amic. d. quæst. 66. n. 17.* & ante cum scripsit *Rosental. de feud. cap. 12. concl. 12. n. 9.* alios referens ita sentientes.
3 Quibus non obstat, quod D. Stephanus prædefunctus, vti primus acquirens, ex causa onerosa potuerit emphiteusim alienare etiam in præiudicium vocatorum *Adden. ad Greg. XV. decis. 520. nu. 23. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 74. num. 2. Fachin. contro. iur. lib. 7. cap. 8.* & latè comprobat *Rot. in Cesenaten. emphit. 14. Decembris 1635. coram R. P. D. Merlino §. cæterum Domini &c.* ex duobus, & primò, quia, admissa
4 dicta opinione pro vera, † quæ non transit sinè magna difficultate, vt videre est ex *Merli. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 5. num. 16.* vbi quàm plures

plures adducit ita sentientes, & contrariam
opinionem appellat magis communem, & for-
tè veriorem.
5 Quia, inquam, illa habet locum solùm in patre
primo acquirente, non autem in alijs, vt in ca-
su nostro, vt latè comprobat Gratia. discep. fo-
ren. cap. 405. per tot. par. 3. & post eum Merli.
de legit. d. quæst. 5. num. 18. & voluit etiam
Fulgin. de iure emphit. in tit. de contrac. emphit.
quæst. 24. nu. 17. & videtur approbari per Rot.
apud Card. Seraph. decis. 475. num. 5. & in his
terminis loquitur eadem Rota in d. Cesenaten.
emphit. supra proximè adducta.
6 Secundò quia illa habet locum concurrente li-
centia Domini directi, & non aliàs, tam atten-
ta dispositione iuris communis, vt videre est
ex Clar. in §. emphitensis quæst. 16. vers. & re
vera &c. & ex Rosental. de feud. cap. 7. concl. 7.
num. 5. & seq. qui licèt loquantur in feudo, id
tamen locum habere debet etiam in emphite-
usi, quæ fraternizant, & valet argumentum ab
vno ad alterum Ouid. de Amic. de iure emphit. in
præfat. num. 18. Barbo. in loc. commun. loco 43.
num. 3. Fulgin. de iure emphit. in d. quæst. 24.
num. 17.
Quàm etiam vigore pacti appositi expresè in in-
uestitura, ibi quia dicti receptores promiserunt
dictas domus non vendere, nec alienare, neque
de eis disponere sinè licentia &c. quod verbum
7 disponere comprehendit etiam institutionem
hæredis Fusar. de subst. quæst. 712. num. 9. Barbo.
dictio. 89. per tot. Rota decis. 190. num. 8. & 9.
8 par. 4. rec. † per quod pactum non alienandi,
nec disponendi, quod d. primus acquirens po-
testatem alienandi ei competentem sibi adime-
re dicatur, in puncto tradit Rota apud Merli. de
legit. decis. 94. n. 15.
9 Non constito autem de licentia, alienatio fuit
nulla Rota decis. 49. num. 10. & seq. & decis.
110. num. 3. par. 2. diuer. & apud Merli. de
pigno. decis. 12. num. 6. & decis. 59. num. 8. &
seq. vbi aliæ plures recensentur, & apud Cenc.
de cens. decis. 74. in prin. & decis. 75. num. 1.
& sic nullum præiudicium afferre potuit iuribus
D. Hieronymi, qui est vocatus per ius accre-
scendi ex regula l. 4. §. condemnatum ff. de re
iudi. l. si ant nullum 4. C. de legit. hæred. cum alijs
apud Barbo. axiom. 164. num. 1. & sequen. itaut
10 DD. de Ioanninis, qui allegant licentiam, illam
teneantur probare, aliàs debent succumbere,
vt in terminis tradunt Fulgin. de jur. emphit. in
tit. de alienat. quæst. 3. in prin. & Rota d. decis.
59. num. 8. & seq.
11 Cum licentia consistat in facto, & ideò non
præsumatur, sed illa sit probanda l. in bello. 12.
§. facta ff. de capt. & postli. reuer. Ciriac. contro.
208. num. 102. & in terminis nostris contro. 235.
num. 2. Fulgin. de iur. emphit. d. quæst. 3. in
12 prin. † saltem per duos testes, seù per aliud ge-
nus concludentis probationis Bald. in cap. 1. nu.
3. de concess. rect. feud. Fulgo. cons. 11. num. 2.
Alciat. cons. 136. sub num. 2. Corbol. de iure
emphit. in tit. de cau. priu. ob alien. quæst. 4. n. 3.
Fulgin. in d. quæst. 3. n. 2.
13 Quæ quidem licentia non probatur in casu
nostro ex fidibus, seù attestationibus exhibitis,
ex regula, quod fides non facit fidem Rot. apud
Greg. XV. decis. 214. num. 2. & decis. 260. n. 5.
& decis. 298. num. 10. & apud Duran. decis. 50.
num. 12. et apud Buratt. decis. 444. in prin. et
decis. 82. num. 14. par. 7. rec. latè eadem Rota
in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Emi-
nentiss. Card. Corrado §. præter quod etc.
14 Maximè vti facta lite pendente, & sinè cita-
tione partis Rot. decis. 154. num. 12. par. 5. rec.
& apud Buratt. decis. 676. num. 5. et in Romana
prælationis 20. Iunij 1644. coram R. P. D. Roias
§. nec fuit habita.
Neque contrarium suadetur ex compromisso in-
ter dictas partes facto, quia in illo non dispo-
nitur, quod fides probent, sed solùm quod da-
ti debeant in manus Iudicis scripturæ necessa-
riæ iustificatæ cum scripturis, testibus, & fidi-
bus, seù attestationibus, quod venit intelligen-
15 dum, quatenus illę probent, † cum verba con-
uentionum intelligi debeant prout de iure l.
quæro 59. §. inter locatorem ff. locat. Bald. in l.
Liberti. 10. num. 24. C. de oper. liber. quem re-
fert, & sequitur Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit.
7. num. 2. vbi subiungit, quod ius commune
informat conuentiones, illasque interpretatur,
16 vt ibi per eum, & quod non sint contraria iuri
communi, vt post Io. Monac. in cap. vt anima-
rum 2. num. 2. de const. in 6. dicit idem Card.
Manti. d. tit. 7. num. 7. ita vt potius verba ipsa
iudicari debeant superflua, quàm iuri commu-
ni contraria Rim. Sen. cons. 79. num. 25. Card.
Manti. d. tit. 7. num. 7. in fin. Cancer. var. resol.
par. 1. cap. 14. n. 20.
17 Et quatenus dicta verba essent ambigua, in-
terpretari debent contra DD. de Ioanninis,
qui se fundant in eis, dum ipsi poterant aper-
tiùs loqui l. veteribus 40. ff. de pact. Alex. cons.
140. num. 1. lib. 1. & cons. 12. num. 9. lib. 2.
Deci. cons. 17. num. 5. & cons. 201. nu. 3. Curt.
Iun. cons. 124. num. 18. Soc. Iun. cons. 10. num.
10. lib. 4. Crauet. cons. 619. num. 11. Ceph. cons.
595. num. 17. & seq. lib. 5. Card. Manti. de
tacit. lib. 2. tit. 4. num. 99. alios quamplures
adducens concordantes, Ciriac. controu. 378.
num. 42.
Secundò quia fides, seù attestationes prædictæ ex-
hibitæ fuerunt longè post conclusum in causa,
18 † quo casu, cum dicatur renunciatum proba-
tionibus, illarum productioni locus esse non po-
test cap. cum dilectus 9. de fide Instru. Mascar. de

proba. concl. 925. *num.* 1. *vol.* 2. *Cancer. var. resol. par.* 2. *cap.* 19. *num.* 9. *Asin. in prac.* §. 23. *cap.* 1. *num.* 1. *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 158.

Neque contrarium disponitur in compromisso, quia illud loquitur, quod produci tantùm valeant scripturæ nouiter repertæ, ibi *e ritrouandosi scritture autentiche &c.* qualis dici non potest fides confecta per Perillust. D. Iulium Vr-
19 banum duobus ab hinc annis, vt patet, † &, in omnem casum, id debet allegari, & probari diligentia in perquirendo *Menoch. de arbitr. casu* 241. *post prin. Surd. cons.* 286. *num.* 5. *lib.* 3.

Addo prædictis, quod fides Domini de Vrbanis non probat dictam licentiam, quia est sola, & vnica, & licentia probari debet per duos saltem testes contestes, vt tradunt *Bald. Fulgo. Alcia. Corbol. & Fulgin. in loc. adductis supra versic. cum licentia &c.* maximè non constito; quod ipse Dominus de Vrbanis esset procurator D. Stephani, seù aliquod ab eo haberet mandatum, & sic est inuerisimilis, eò magis cum tunc temporis ipse D. Stephanus duos reperiretur habere curatores, nec non quia, cum ageretur de impetratione licentiæ disponendi de re grauis
20 ponderis, † non est verisimile, dictam licentiā fuisse petitam sinè testibus, & oretenus, & sinè aliqua scriptura fuisse, vt dixi, petitam, seù obtentam, vt in simili ponderat *Rota apud Greg. XV. decis.* 188. *num.* 3. *& apud Zachi. de societ. decis.* 24. *n.* 11.

Neque vllum pro parte DD. de Ioanninis potest fieri fundamentum super fide, seù attestatione facta per D. Franciscum Mariam Pagnonum, ex pluribus, & primò quia cum D. Franciarinus tertius arbiter iudicare debeat ex eisdem actis, fides prędicta non est admittenda, secundò quia ipse D. Pagnonus in fide prædicta testatur de confessione extraiudiciali Illustrissimi D.
21 Vrbini Archiepiscopi domini directi, † quæ non probatur ex depositione testis vnici, sed ad illam probandam requiruntur saltem duo testes *Maran. in pract. par.* 6. *de confess. n.* 14. *Alex. cons.* 132. *num.* 23. *lib.* 5. *Ciriac. contro.* 91. *num.* 11. *&* 20. *Rota decis.* 108. *num.* 7. *par.* 1. *& decis.* 700. *num.* 33. *& decis.* 711. *num.* 3. *par.* 2. *rec. & apud Cenc. de cens. decis.* 442. *n.* 3. *& decis.* 497. *num.* 6. ita vt nullum constituat probationis gradum. *Ciriac. contro.* 91. *num.* 20. *Rota apud Cenc. de cens. d. decis.* 442. *num.* 3. vbi dicit, quod non solùm semiplenum, imò neq; indicium facit, vt ibi per eum.

22 Tertiò quia, & hoc omnem aufert difficultatem, quia, inquam, licentia aliendandi rem emphiteoticam non probatur ex assertione domini directi in præiudicium tertij, vt in casu nostro, vt tradunt *Alciat. d. cons.* 136. *num.* 2. *& seq. Corbol. de iure emphit. in tit. de caus. priu. ob aliena. quæst.* 4. *num.* 7. *& seq. & Fulgin. de iur. emphit. in d. tit. de alien. quæst.* 3. *num.* 6.

Maximè cū assertio prędicta Illustrissimi D. Archiepiscopi domini directi sit extraiudicialis, absq; iuramento, & citatione partis, vt asseritur, facta, quę, in omnem casum, licèt de illa constaret, nullam tamen faceret probationem, vt declarat *Tindar. de testi. inter tract. de testi. diuer. vers. interogo igitur &c. num.* 1. *& seq. fol. mihi* 313.

23. Postremò, quia, in omnem casum, fides D. Pagnoni de confessione extraiudiciali d. Illustrissimi D. Archiepiscopi, vti probata per vnum testē tantùm, non potest coniungi cum fide Domini de Vrbanis deponētis de veritate facti, vt in terminis dicit *Rota decis.* 10. *par.* 4. *diuer. per tot.* † maximè cum confessio prædicta facta fuerit absente parte, vt tradunt *Cran. de antiq. tempor. par.* 4. *vers. sed enim num.* 24. *& cons.* 37. *sub num.* 24. vbi testatur de veriori opinione, *Paris. cons.* 57. *num.* 26. *lib.* 1. *Bertaz. cons.* 291. *nu.* 15. *& Mascar. de prob. concl.* 379. *num.* 16. *lib.* 1. quos refert, & sequitur *Farinac. de testi. quæst.* 64. *num.* 123. & sentit *Ciriac. contr.* 166. *n.* 27.

25 † quicquid dicendū sit, quando de confessione extraiudiciali deponerent duo testes, quo casu illas coniungi cum vno teste deponente de veritate facti, etiā si confessio sit facta parte absente, voluerunt *Crau. Gabr. Viui. & Menoch.* quòs refert, & sequitur *Farinac. de testi. d. quæst.* 63. *n.* 125. *Ladereb. cons.* 140. *num.* 2. *Ciriac. d. contro.* 166. *num.* 27. *& contro.* 204. *num.* 60. de quo habetur etiam per *Surd. decis.* 12. *& per Thes. quæst. foren.* 77. *lib.* 2. vt ibi per eos, & sic de licentia prætensa nullo modo constare dicitur.

Neque dicto D. Hieronymo in aliquo nocent cōuentiones, & pacta super bonis emphiteoticis inita inter Illustrissimam Communitatem Ciuitatis Vrbini, & Illustrissimum D. Archiepiscopum eiusdem Ciuitatis, in quibus disponitur, quod alienatio facta de bonis emphiteoticis censeatur facta de consensu d. D. Archiepiscopi domini directi, stante dictione *vt supra facta etc.* in d. conuentionibus apposita, quia intelligitur quando fuit petita licentia, vt disponitur in principio d. Capituli, ad quam finis illius hebet relationem, stante d. dictione *vt supra* &c. vt ex
26 eo est videre, † cum dictio prædicta sit restrictiua ad limites præcedentis dispositionis, latè *Barbo. de dictio. dict.* 441. *per tot.* & referat qualitates supra expressas *Surd. cons.* 545. *num.* 14. *lib.* 4. *Peregr. de fideic. art.* 16. *num.* 23. *Rota apud Cenc. de cens. decis.* 486. *num.* 4.

Secundò non obstant dictæ conuentiones, quia, quicquid in eis disponatur inter partes prædictas, attendēda veniunt pacta in inuestitura inita, & conuenta, per quę fuit expresè conuentū, quod emphiteutæ supradicti non possint bona emphiteotica alienare absque licentia domini

directi

27 directi, † per quæ partes recessisse censentur a
dispositione dictarum conuentionum initarum
inter Commune Vrbini, & D. Archiepiscopum
dominum directum, vt in terminis dicit *Rota
apud Merlin. de legit. decis. 94. num. 8. & seq.*
28 †cum tenor inuestituræ semper sit attendendus
*cap. 1. de duobus fratr. a cap. inuest. Gail. obseru.
50. num. 15. lib. 2. Hond. cons. 70. num. 11. &
cons. 86. num. 8. lib. 2. Rota d. decis. 94. n. 12.*
& quilibet possit legem sibi benè visam in re
sua apponere, & prouisio hominis tollat pro-
uisionem legis, vt benè comprobat *Rota d. decis.
94. num. 12. & seq. addo Negus. Iun. cons. 3.
num. 4.*

Quo verò ad conuentiones initas inter d. Illustr.
Commune Vrbini, & Reuerendissimũ Capitu-
lum DD. Canonicorum eiusdem Ciuitatis in-
trat dispositio reg. res inter alios acta sicuti ali-
is non nocet, neque aliis prodest, benè *Surd.
decis. 132. num. 7. Cenc. de cens. quæst. 79. n.
57. & tot. tit. C. res inter alios acta &c.*

Neque nocet prædictis facultas concessa D. Ste-
phano in inuestitura, disponendi scilicet de do-
mo emphiteotica etiam in præiudicium com-
29 præhensorum, † quia dictæ facultati est locus,
concurrente licentia Domini directi, vt supra,
stante conuentione expressa non aliendandi, nec
disponendi de re emphiteotica sinè licẽtia Do-
mini directi in eadem inuestitura apposita,
vt in terminis tradunt *Deci. cons. 171. num. 3. &
cons. 500. num. 6. & seq. Curt. Iun. cons. 130.
num. 6.* & benè declarat *Corbol. de iur. emphit.
in tit. de cau. priu. ob alienat. limit. 3. num. 2. &
seq. Rota in Cesenaten. emphit. 14. Decẽbris 1635.
coram R. P. D. Merlino §. & quamuis.*

30 Cum verba instrumenti, quæ contraria vi-
dentur, interpretari debeant, ne sibi contradi-
cant, nec repugnantiam contineant *cap. inter
dilectos 6. §. caterum de fide Instr. Bart. in l. fin.
§. idem quæsiuit num. 4. ff. de cond. indeb. Rota
vbi supra*, & cum pacta ita interpretanda sint,
vt se inuicem compatiantur, ita vt posteriora
obseruentur saluis pręcedentibus *Gabr. cons. 88.
nu. 2. vol. 1.* & benè comprobat *Corbol. d. limit.*
31 *3. num. 2. 3. & seq. viden.* † verba enim sequen-
tia declarant præcedentia *Roma. cons. 328. n. 5.
Rota apud Burat. decis. 930. num. 6.* Imò pacta
vltima derogant primis *l. pacta nouissima 12. C.
de pact. Deci. d. cons. 500. num. 5.* & voluit ex-
presè *Rota in d. Cesenaten. emphit. d. §. &
quamuis &c.*

32 Neque obstat, quod, concessa facultate alie-
nandi per Dominum directum, id fieri valeat
absque alia licentia, vt habetur per *Ouid. de
Amic. de iur. emphit. quæst. 3. num. 13. & per
Fulgin. de iure pariter emphit. in tit. de alien. quæst.
1. num. 154.* vbi dicit, stante dicto pacto, idem
iudicari de bonis emphiteoticis, quod de bo-
33 nis allodialibus, † quia id habet locum, quando
in Instrumento non sequitur postea prohibitio
alienandi sinè licentia Domini directi, in qui-
bus terminis loquuntur *Ouid. de Amic. & Fulgin.
& Doct. per eos allegati*, secùs tamen est in ca-
su nostro, in quo in eodem instrumento adest
expressa prohibitio non alienandi, nec dispo-
nendi de re emphiteotica absque licentia Do-
mini directi, quia tunc ad effugiendam contra-
rietatem, & repugnãtiam in eodem instrumen-
to, facultas prædicta disponendi intelligitur
concessa cum licentia Domini directi, vt benè
declarat *Corbol. in d. limit. 3. num. 2. 3. & seq.*
cum alijs supra proximè adduct. & præcipuè
*Rota in d. Cesenaten. emphit. in d. §. & quam-
uis &c.*

Quod eò magis est dicendum, cum nos habeamus
capitula, & conuentiones initas inter Illustris-
simum D. Archiepiscopum Dominum directũ,
& Commune Ciuitatis Vrbini super rebus em-
phiteoticis, in quibus expresè habetur, non li-
cere nec inter viuos, nec in vltima voluntate
disponere de re emphiteotica, non petita licen-
tia a Domino directo, vt habetur in volumine
34 Statutorum d. Ciuitatis post *lib. 3. in prin.* † quę
non solùm sunt seruanda ad tex. in *l. 1. ff. de
pact. Rota apud Merlin. de pigno. decis. 66. nu. 1.*
35 *& decis. 248. num. 4.* † sed etiam dicta facul-
tas disponendi de re emphiteotica in præiudi-
cium vocatorum recipit declarationem a dictis
capitulis, vt intelligatur, petita licentia a Do-
mino directo, ad not. per *Bart. in l. vt iurisiu-
randi 7. §. si liberi num. 5. ff. de oper. liber. &
per Bald. in l. libertis 10. num. 24. C. eod. tit.* &
latè tradit *Card. Manti. de tacit. lib. 3. tit. 8. n. 2
& seq.*

36 Ex quibus tollitur quod exaduerso dicitur,
nempè facultatem alienandi rem emphiteoti-
cam in præiudicium compræhensorum præfer-
ri iuri accrescendi ex *Rota apud Card. Cauale.
decis. 219. num. 15. & in d. Cesenaten. emphit.
14. Decembris 1635. coram R. P. D. Merlino*,
cum dicta facultas habeat locum concurrente
licentia Domini directi, stante pacto expresso
in inuestitura contento, vt fuit supra conclu-
denter demonstratum, & eò magis cum *deci-
siones Rotæ* exaduerso adductę non benè pro-
bent assertam conclusionem exaduerso allatam,
vt ex eis est videre, meritò &c.

Neque vllum fundamentum exaduerso fieri po-
test super inuestitura obtenta per DD. de Ioan-
ninis, & primò, quod illa videatur habere vim
37 licentiæ Domini directi, † quia cum illa facta
fuerit longè post mortem D. Stephani, & post
alienationem sequutam, & sic post acquisitum
ius tertio, illam non conualidat *Castr. in l. si quis
6. §. irritum sub num. 4. ff. de iniust. rupt. & irri.
fact. testam. Molin. de primog. lib. 4. cap. 5. sub*

num. 34. & num. 36. Surd. cons. 351. sub n. 4. & seq. & sub num. 37. lib. 3. Rota in *Perusina Spolij 4. Aprilis 1635. coram R. P. D. Royas §. tandem non obstat* quos refert, & sequitur eadem *Rota in Bononien. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. coram Eminentissimo Card. Corrado §. quia pro &c.*

Quod est certissimum in casu, de quo agitur, cum per mortem D. Stephani fuerit ius quæsitum, vt dixi, D. Hieronymo fratri vigore iuris accre-
38 scendi,† & sic, post actum consumatum, & quęsitum ius tertio, licentia subsequens tertio præiudicare nullo modo potest *Costa de fact. scien. & igno. dist. 25. n. 7.* benè *Rota in d. Bononien. fideicomm. de Rubeis d. §. quia pro congrua &c.* alios adducens, de quibus supra.

Secundò non præiudicat D. Hieronymo in terminis inuestituræ concessę DD. de Ioanninis de re emphiteotica, cum illa fuerit facta sinè præiudicio habentium meliora iura, vt in illa habe-
39 tur,† quæ clausula præseruat ius competens D. Hieronymo vigore iuris accrescendi *Theod. Rube. in Singul. Rota* Rom. *tom. 2. de claus. clau. 754. num. 2. & seq.* Rota *apud Pute. decis. 191. num. 17. lib. 1. in correct. & decis. 419. num. 3. par. 1. rec.*

Quod est verum, cessante etiam dicta clausula,
40 †cum inuestitura semper censeatur concessa sinè præiudicio tertij, vt tradunt *Card. Manti. de tacit. lib. 23. tit. 19. num.* 20. alios adducens quamplures ita sentientes, *Ciriac. contro. 36. num. 5. Fulgin. de iure emphit. in tit. de var. caducit. quæst. 12. num. 32. Rota decis. 231. nu. 2.*
41 *par. 4. diuer.* † ita vt dicta clausula *sinè præiudicio tertij* in inuestitura semper intelligatur, etiā si non sit apposita *Corbol. de iure emphit. in tit. de cau. priuat. ob non solut. cano. ampl. 45. n. 16.* latè *Barbo. de claus. claus. 139. nu.* 8. alios adducens concordantes, *Fulgin. de iure emphit. d. quæst. 12. num. 32. Rot. decis. 325. num. 4. par. 6. rec.*

Neque pariter in aliquo nocet Bulla Vrbani VIII. permittens, emphiteutas posse disponere de rebus emphiteoticis, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, quia illa fuit condita ad fauorem Ciuitatum Senogalliæ, Fori Sempronij, & Eugubij, & illorum destrictuum, & Diœcesum, vt ex ea est videre, non autem ad fauorem Ciuitatis Vrbini, quę in d. Bulla nō nominatur, & quę cum sit insignis Ciuitas, si Papa de illa voluisset intelligere, illā expressisset *Tiraq. in l. si vnquā in verbo libertis. n. 3. C. de reuoc. dona. Surd.*
42 *decis. 88. num. 4. & decis. 322. n. 22.* † Papa enim id noluisse præsumitur, quod de facili exprimere potuisset, & non expressit *Menoch. cons. 30. num. 8. vol. 1. Barbo. axiom. 136. num. 6.*

43 Maximè cum d. Bulla, vti exorbitans a iure communi, & vti continens priuilegium laicorum in pręiudicum Ecclesię, veniat strictè interpretanda non autem extendenda *cap. cum capella 16. de priuil. cap. ad audientiam 5. de Eccles. ædefic. clem. 1. in fin. de cens.* & in terminis tradit Rot. *apud Merli. de legit. decis. 94. num.* 10.

44 Secundò, quia Bullæ prædictæ dispositio non habet locum, in omnem casum, stante pacto in contrarium de non alienando bona emphiteotica sinè licentia Domini directi, de quo inuestitura, de qua agitur, cum per prouisionem hominis cesset prouisio legis *Salic. in l. ea lege 3. in fin. C. de condit. ob cau. Natt. cons. 481. num. 17. Rota apud Gregr. XV. decis. 529. num.* 13. quos refert, & sequitur *Merli. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 8. num.* 13. maximè quando verba innuunt, mentem contrahentiū fuisse recedendi a dicta constitutione, vt in casu nostro, vt per eum ibi *sub num.* 13.

45 Cum Statutum non operetur, quando partes faciunt pactū in contrarium, vt declarat *Neguś. Iun. respon. 3. num. 4.* & quando contrarium tenor inuestituræ suadet, vt in casu nostro, cum tenor inuestituræ sit attendendus, non autem dispositio Bullæ, vel consuetudinis, vt tradunt
46 *Gail. Hond. & Rot. in loc. relatis supra n. 28.* † cum quilibet possit legem sibi benè visam in re sua apponere, vt dicit *Rot. apud Merli. de legit. d. decis. 94. num.* 13. & prouisio hominis, vt dixi, tollat prouisionem legis *Barbo. axiom. 195. in prin.* alios adducens concordantes *Rot. vbi supra num. 13. in fin.*

Quæ omnia militant, etiam si adesset prætensa consuetudo in contrarium, vt benè declarat *Rota apud* Merli. *de legit. d. decis. 94. num. 8. & seq.*
47 maximè cum de illa non constet, † & non probetur per fides, seù attestationes, de quibus in actis, sed requirantur plenæ probationes tāquam de re decisoria causæ respiciente *Rot. apud Burat. decis. 786. num. 2. & apud Merli. decis. 69. n. 24. & decis. 312. num. 12. & decis. 553. num. 13. & apud Card. Manti. decis. 357. num. 2. & in Vrbinaten. prædij 12. Iunij 1654. coram R. P. D. Bichio in fine.*

Quare &c. saluo semper &c.

Causa, de qua supra, & in tribus allegationibus pręcedentibus, non fuit per sententiàm terminata, quia cum Excellentissimi DD. Arbitri, corā quibus causa agebatur in Ciuitate Vrbini, pronunciauerint super validitate testamenti D. Stephani, & super consequutione legitimæ, & in alijs capitibus declarauerint se discordes, causa ad Excellentiss. Tertium Arbitrum delata in Ciuitate Eugubij, fuit ibi ex interuentu communium amicorum per concordiam, & transactionem inter partes sequutam terminata, rogato D. Octauio Vagnarello Notario publico Vrbinate de anno 1656. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

ARGV-

A R G V M E N T V M.

Filius in aduentitiis hodiè cui acquirat, an sibi, vel patri, & quæ bona dicantur aduentitia. Patri an debeatur vsusfructus in bonis relictis filiæ maritatæ, & an matrimoniũ liberet filiam a patria potestate. Filio an liceat alienare aduẽtitia, in quibus pater habet vsumfructum, & an illa veniant in confiscatione ob delictum filij. Iuramentum an firmet alienationẽ aduentitiorum, in quibus pater habet vsumfructum, & pater vsufructuarius an teneatur cauere, rationem reddere, & inuentarium conficere de bonis aduentitijs.

S V M M A R I V M.

1 *Filius in aduentitijs hodiè acquirit proprietatem sibi, & patri vsumfructum.*

2 *Aduentitium dicitur, quod filius non acquirit ex bonis paternis, nec occasione militiæ, sed aliundè.*

3 *Aduentitia dicuntur bona relicta filio, vel filiæ a matre, seù ab extraneis.*

4 *Aduentitia dicuntur bona relicta filiæ maritatæ, & num. 6.*

5 *Matrimonium non liberat filios a patria potestate.*

7 *Filius non potest alienare bona aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum.*
Ita vt alienatio sit nulla. n. 8.

9 *Filio in bonis aduentitijs ob vsumfructum patris est interdicta administratio illorum.*
Sed dicta administratio est penes patrem. num. 10.

11 *Bona aduentitia ob vsumfructum patri debitum non veniunt in confiscatione bonorum.*
Neque quo ad proprietatem, neque quo ad vsumfructum. n. 12.

13 *Filius potest alienare bona, in quibus pater non habet vsumfructum.*
Licèt contrarium teneat Gratia ibi n. 14.

15 *Proprietarius potest alienare proprietatem sinè consensu vsufructuarij.*

16 *Iuramentum non firmat alienationem factam per filium de bonis aduentitijs.*

17 *Filio est interdicta administratio bonorum aduentitiorum ad instar prodigi, & pupilli.*

18 *Iuramentum non firmat actum prohibitum celebrari in fauorem alterius, quàm iurantis.*

19 *Pater super bonis filij aduentitijs ratione vsusfructus amplissimam habet potestatem.*
Plusquam habeant alij administratores, & vsufructuarij. num. 22.

20 *Pater vsufructuarius non tenetur præstare cautionem, nec aliquam rationem reddere.*

21 *Pater de fructibus bonorum aduentitiorum filij potest ad libitum disponere.*

23 *Pater non tenetur facere inuentarium de bonis aduentitijs filij, sed solùm descriptionem.*

ALLEGATIO XXXXVII.

EXcellentissime Domine. Cogor scribere, vt Amico roganti magis satisfaciam, quàm quod dubietas negocij expostulet, cũ iura admodũ Reu. D. Petriantonij Maggioli Cãtianensis, quod ei, vti Patri, debeatur vsusfructus supra bonis, & hæreditate relicta per q. D. Bartholomæum Casciolum Calliensem D. Persillæ eius vxori, & filiæ ipsius D. Petriantonij, sint ita clara, vt omni carere dicantur dubitatione, & apertissimè id demonstratur ex illa certissima iuris
1 conclusione, † quod filius in aduentitiis hodiè acquirit proprietatem sibi, patri verò vsumfructum *l. cum oportet 6. & l. fin. C. de bon. quæ lib.* cum aliis relatis per *Pinell. in l. 1. par. 2. nu. 9. & seq C. de bon. mater.* & scripserunt ex moderníoribus *Pacif. de salui. inspec. 3. cap. 2. n. 627. & seq. in vlt. impressione. Fontanel. de pact. nupt. clausula 4. glo. 7. par. 3. num. 10. Mangil. de imput. quæst. 29. num. 23. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 31. & seq.* latè *Castill. de vsufr. cap. 3. num. 1. 2. & seq. Michal. de Fratr. par. 1. cap. 3. num. 2. & seq. P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 7. cap. 13. num. 24. Calui. de æquit. cap. 170. num. 18. lib. 2. Rot. decis. 547. num. 3. par. 4. rec. & apud Burat. decis. 207. num. 10.*

2 Aduentitium autem peculium dicitur omne id, quod filius non acquirit ex bonis paternis, nec eius contemplatione, neque occasione militiæ veræ, vel fictæ, sed aliundè, vt in casu nostro, vt not. *Petr. Greg. Tolos. in suo Sintag. iur. vniu. lib. 29. cap. 14. num. 5. Mangil. de imput. d. quæst. 29. num. 22. Castill. de vsufr. d. cap. 3. in prin.* Michal. de Fratr. d. par. 1. cap. 3. in princ. & *P. Sanch. in praecep. Decal. d. cap. 13. num. 24.*

3 Et in terminis nostris, quod bona, & hæreditas relicta filio, vel filiæ a matre, vel ex genere materno, seù ab extraneis non contemplatione Patris, dicantur aduentitia, tradunt glo. & *Doct. communiter in d. l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib. Io: Oinot. in §. actiones sub num. 2. versiculo. quoddam verò Inst. de actio. Ant. Gomez. ad leg. 48. Taur. num. 5.* Rolan. *cons. 95. num. 25 lib. 1. Pacif. de Saluia. d. cap. 2. num. 681. Gargia. Iun. cons. 35. num. 16. lib. 1. P. Sanch. in d. cap. 13. num. 24. Cartar. de pan. innoc. art. 2. num. 126.* & benè declarat *Michal. de Fratr. par. 1. cap. 6. n. 1. & cap. 7. n. 2. & seq.*

Quæ

4 Quæ quidem conclusio habet locum etiam † in bonis relictis filiæ maritatę, vt in casu nostro, quia cum basis, & fundamentum acquirendi vsumfructum in bonis filij sit patria potestas l. 1. C. de bon. mater. d. l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib. l. patre furioso. 8. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & trādunt Ant. Gomez. ad d. l. 48. Tauri n. 5. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glos. 7. par. 3. nu. 1 t. 22. & 49. Pinel. in rub. C. de bon. mater. par. 2. in prin. Castill. de vsufr. d. cap. 3. num. 8. & latè comprobat Giurb. ad consuet. Messan. par. 1. cap. 8. glos. 3. in prin. alios adducens, post eum D. Andreol. contro. 247. num. 9.

5 Quæ patria potestas cum per matrimonium non soluatur, sed, illo durante, adhuc permaneat vt not. Tiraq. de legi. connub. leg. 1. in prin. Pacif. de saluia. d. inspec. 3. cap. 2. n. 689. P. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 82. num. 7. & in præcep. Decal. lib. 7. cap. 35. num. 3 t. Gratia. discep. foren. cap. 382. num. 3. par. 2. Castill. de vsufr. d. cap. 3. num. 75 Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 4 t. & Michal. de fratr. par. 1. cap. 3. num. 9. quia, quamuis vxor quò ad obsequia matrimonii transeat in potestatem viri, quo tamen ad effectus iuris, & patriæ potestatis in eadem remanet, vt declarant Castr. in l. si vxorem 5. num. 2. C. de condit. inser. Barbo in l. 2. §. quod si in patris in prin. ff. solu matri. Purpu. cons. 396. num. 24. lib. 1. Vinc. de Franch. decis. 546. num. 9. par. 4. & Gratia. d. cap. 382. n. 3. in fin. par. 2.

6 Necessariò sequitur, quod patri etiā in bonis filiæ maritatæ relictis vsusfructus debeatur, vt in terminis docuerunt Alex. cons. 133. num. 2. lib. 4. Caph. cons. 423. num. 55. lib. 3. Duran. de arte testa. tit. 1. caut. 1. in prin. Borgn. de vsufr. mul. reli. sub num. 179. Castill. de vsufr. d. cap. 3. n. 76. Pacif. de saluia. inspec. 3. cap. 2. num. 689. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 4 t. Gargiar. Iun. d. cons. 35. num. 16. & seq. lib. 1. Michal. de fratr. d. cap. 3. num. 9. & seq. Giurb. ad consuet. Messan. par 1. cap. 3. glo. 9. num. 4 t.

Quæ quidem adeò vera sunt, vt dicta D. Persilla filia bona prædicta ei a viro relicta ob vsumfructum patris in illius præiudicium non possit obligare, nec alienare, neque in alium trasferre l. 3. & ibi glo. C. de patr. potes. l. fin. §. filijs autē C. de bon. quæ lib. Bart. in l. si finita 15. §. si de vectigalibus num. 12. & seq. ff. de dam. infec. Afflit decis. 241. num. 30. Fontanel. de pact. nupt. clausula 4. glo. 7. par. 3. num. 16. P. Sanch. de matri. lib. 6. dispu. 39. n. 8. & in præcep. Decal. lib. 2. cap. 15. num. 9. Mangil. de enic. quæst. 62. num. 17. Gratia. discep. foren. cap. 781. num. 1. & 2. par. 4. Castill. de vsufr. cap. 34. num. 8. versic. qui addunt &c. Adden. ad Thesa. decis. 150. litera C. Michal. de fratr. d. cap. 3. num. 17. & cap. 10. per tot. Rot. decis. 596. par. 2. rec. per tot.

8 Ita vt alienatio sit nulla, & inualida tàm respectu fructuum, quàm proprietatis Gratia. d. cap. 78 t. in prin. Michal. de fratr. d. cap. 3. nu. 17. & cap. 10. num. 3. & seq. Rot. d. decis. 596. per tot. par. 2. recen.

9 Cum filio familias ob interesse patris sit interdicta administratio bonorum aduentitiorum, in quibus pater habet vsumfructum Bald. Ang. Fulgo. Salic. Castr. & alij in d. l. fin §. filijs autem C. de bon. quæ lib. Curt. Iun. cons. 152. n. 6. & 7. Crau. cons. 39. num. 3. & cons. 84. nu. 2. Rola. cons. 89. n. 4. versic. aut vult. lib. 4. Gratia. d. cap. 781. num. 1. & seq. Michal. de fratr. d. cap. 3. num. 17. Castill. de vsufr. d. cap. 3. num. 10. & seq.

10 Et illorum administratio sit penes patrem Cuma. cons. 89. num. 2. et seq. Ant. Gomez. ad leg. 48. Tauri. num. 14. Castill. de vsufr. d. cap. 3. num. 10. et seq. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 31. et seq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 7. par. 3. num. 14. Michal. de fratr. d. cap. 3. num. 45. Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 2. de tuto. et curat. tit. 9. num. 173. et seq. alios adducens ita sentientes.

Ita vt filius neque delinquendo possit bona aliena-
re in præiudiciū patris habentis super illis vsū-
11 fructum, † in tantùm, vt publicari non possint
bona aduentitia filij pro delicto ab eo cōmisso, vt scripserunt Osasch. decis. Pedem. 94. nu. 1. 2. et seq. Bertaz. cons. crim. 49. per tot. lib. 1. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. art. 1. n. 128. Rola. cons. 56. num. 10. lib. 3. Thob. Noni. cons. 102. in prin. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 78. vers. sed quid in aduentitijs etc. vbi testatur de communi opinione, Hond. cons. 95. num. 35. lib. 1. Pascal. de patr. potes. par. 1. cap. 3. n. 36. benè Vulpel. cons. crim. 15. per tot. Fachin. contro. iur. lib. 9. cap. 47. latè Farin. de delic. et pæn. quæst. 24. num. 5. vbi quamplures adducit ita sentientes, & testatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, Guazzi. de confisc. bono. concl. 13. limit. 28. in prin. Cartar. de pæn. innoc. art. 2. nu. 127. et seq. vbi innumeros ferè adducit concordantes P. Sanch. in præcep. decal. lib. 2. cap. 15. num. 9. Massi. de confisc. quæst. 27. num. 6.

21 Neque quo ad proprietatem, neque quo ad vsumfructum, quando pater illum habet super d. bonis, vt tradunt Bossi. in prac. crim. in tit. de publi. bono. num. 71. Ruin. cons. 117. num. 7. et seq. lib. 1. Curt. sen. cons. 59. num. 12. vbi testatur de communi opinione Carpa. ad Const. Medio. in cap. omnium num. 234. quos refert, & sequitur Guazzi de confisc. bono. d. limit. 28. num. 2. cum quibus transeunt Farin. de delic. et pæn. d. quæst. 24. num. 5. Fachin. contro. iur. lib. 9.

lib. 9. cap. 47. Michal. de fratr. d. cap. 3. n. 16. vbi testatur de veriori opinione P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 15. num. 9. quamplures adducens ita sentientes, & Cartar. de pan. inno. d. art. 2. num. 126. & Massin. vbi supra.

13 Quicquid sit quo ad bona aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum, quæ filius potest alienare sinè patris consensu, & de eis ad libitum disponere inter viuos ad tex. in auth. vt liceat matr. & aui. in prin. Colla. 8. & tradunt Roma. cons. 512. num. 2. Crau. cons. 29. num. 2. & cons. 84. n. 9. vbi de communi. & cons. 92. in prin. vbi pariter de communi testatur Paris. cons. 157. num. 17. lib. 4. Clar. in §. donatio. quæst. 6. versiculo aut quæris. &c. vbi dicit, quod de hoc nemo dubitat Gratia. discep. foren. cap. 382. num. 5. par. 2. Farin. d. quæst. 24. nu. 5. Surd. cons. 116. num. 21. & 76. lib. 1. Castill. de vsufru. d. cap. 3. num. 14. Michal. de fratr. d. cap. 10. num. 5. Posti. de subhas. inspec. 18. nu. 251. Caren. resol. 94. num. 3. & seq. Rot. decis. 165. num. 2. par. 1. recen.

14 Licèt contrarium verius dicat Gratia. sibi contrarius discep. foren. cap. 781. num. 10. par. 4. ex Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 298. & seq. qui tamen loquitur in iudicialibus, & num. 315. non dissentit a supradictis, quæ, vti extra casũ, de quo agitur, latius non prosequor.

15 Et quicquid sit etiam in aliis proprietariis, quos posse alienare proprietatem absque consensu vsufructuarii, cum eius non intersit, an iste, vel ille sit proprietarius, dummodo ipsum non turbet in vsufructu, vt post Castr. Ant. Gomez. & Pinel. per eum relatos firmat Castill. de vsufru. cap. 34. num. 8. vsq. ad fin. dicens, esse speciale in filio, vt non possit alienare bona aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum, vt ibi per eum, qui reprobat Odd. & Borgni. contrarium tenentes, & cum Castill. pertransie P. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 39. num. 7.

16 Neque alienationem factam per filiumfamilias de bonis aduentitiis, in quibus pater habet vsumfructum, firmat iuramentum præstitum per filium in alienatione, vt tradunt Bald. Ang. Castre. Sali. & alij in d. l. fin. §. filijs autem C. de bon. quæ lib. Rola. cons. 89. u. 5. lib. 4. Adden. ad Thesa. decis. 150. litera C. Gratia. d. cap. 781. num. 3. vbi dicit, hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, quam sequitur etiam Michal. de fratr. par. 1. cap. 3. num. 17.

17 Cum per legem interdicta sit administratio filiofamilias ad instar prodigi, & pupilli, quorũ iuramentum non ligat, quasi non reperientet eum sanorum morum, vt not. Bald. Ang. Fulgo. Salic. & Castr. in d. l. fin. §. filijs autem C. de bon. quæ lib. & post eundem Castr. Curt. Iun. Crauet. Rola. & Rot. Rom. per eum relatos scribit Gratia. discep. foren. cap. 781. num. 3. par. 4.

18 Nec non quia iuramentum non firmat actum, qui celebrari prohibetur in damnum alterius, quàm iurantis, vt tradunt Simoncel. de decre. lib. 3. tit. 8. num. 191. Couar. de spons. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 3. Ant. Gomez. ad leg. 59. Taur. num. 59. Seraph. de priui. iura. priuil. 61. num. 15. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 64. P. Sanch. in præcep. decal. lib. 3. cap. 9. nu. 38. in puncto. Adden. ad Thesa. d. decis. 150. litera C. circa medium, cum iuramentum vnius alteri obesse non debeat cap. quamuis 2. in fine de pact. in 6. cap. cum contingat 28. in fin. de iureiu. & tradunt P. Sanch. in d. cap. 9. num. 38. in prin. & alij Doct. in loc. proximè adductis.

Addo supradictis pro coronide, quod pater super bonis aduentitiis filii, in quibus habet vsumfructum, efficitur a lege illorum administrator legitimus, vt ex Cuma. Ant. Gomez. Castil. Pasca. Fontanel. Michal. & Balth. Tomas. probaui su-
19 pra num. 10. † ita vt illorum amplissimam habeat potestatem, in tantum vt, pro d. vsufructu consequendo, liceat patri absq; vllo iudicio, vel Iudicis decreto, sed propria authoritate vti, & filium, si resistat, verberare possit, & coercere ad sui libitum, vel adire Prætorem, qui eum cogere tenetur, prout pater, in cuius potestate est, petierit, vt tradunt Cuma. d. cons. 89. num. 21. Boer. decis. 199. num. 10. Borgni. de vsufru. muli. relic. num. 179. Ant. Gomez. ad leg. 48. Taur. num. 15. Morot. cons. 18. num. 6. & Pascal. de patr. potest. d. cap. 3. num. 32. & 33. vbi testatur de communi opinione, cum quibus pertransit Castill. de vsufru. d. cap. 3. num. 10. alios quamplures adducens ita sentientes.

20 Nec pater ad vllam satisdationem, seù cautionem, vel ad redditionem computorum teneatur, vt not. Ant. Gomez. ad d. leg. 48. Taur. num. 15. Pinel. in l. 1. par. 2. num. 20. C. de bon. mater. Pascal. de patr. potest. d. cap. 3. num. 31. & 32. Castil. de vsufr. d. cap. 3. num. 85. Fontanel. de pact. nupt. clausula 4. glo. 7. par. 3. num. 19. Michal. de fratr. d. par. 1. cap. 3. n. 21. Rot. apud Greg. XV. decis. 34. in fin. & ibi Adden. & apud Merlin. de pigno. decis. 110. n. 18.

21 Sed de fructibus dictorum bonorum aduentitiorum ei liceat ad sui libitum disponere l. fin. §. sin autem ad alienum. ver. quid si pater. & ibi Salic. C. de bon. quæ lib. & not. Pinel. in l. 1. par. 2. num. 37. C. de bon. mater. vbi dicit, hoc esse vulgare.

22 Cum pater super bonis aduẽtitiis prædictis, & super illorum fructibus maiorem a lege habeat authoritatem, quàm cæteri administratores, & vsufructuarii, vt benè comprobant Alba. cons. 286. num. 6. lib. 2. Castill. de vsufr. d. cap. 3. num. 12. & n. 36. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 32. & 33. & num. 105. Franc.

Salgad.

Salgad. in labyr.credit. par.cap.1. 27. num. 21.

23 Ita vt neque illum teneri ad conficiendũ inuentarium, sed solùm quandam simplicem bonorum descriptionem, voluerint quamplures Doct. quos commemorant & sequuntur *Castill. de vsufr. d. cap. 3. num. 87. & seq. Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 2. n. 82. & seq. Balth. Tomas. in suis tract. var. tom. 1. in tract. de inuent. tit. 7. num. 171. & Adden. ad Greg. XV. decis. 334. num.* 12. de quo ipsos consulas.

Quare &c. saluo &c.

Causa, de qua supra, adhuc pendet Indecisa in Alma Vrbe. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Saluianum an detur extra causam locationis, & in eo an requiratur excussio, maximè quando creditor agens dicto remedio habet specialem, & generalem hypothecam ad tex. *in l. 2. C. de pigno.* Iuramentum firmat actum nullũ celebratum sinè solemnitatibus Statuti, etiam stante decreto irritante, & qood actus sit nullus ipso iure, & quid quando Statutum præsumit contractum dolosum, vel adimit fidem instrumento, vel inducit solemnitatem probatoriam. Statutum quando comprehendat actum iuratum, maximè stante confirmatione Papæ in forma communi, & quando dicatur respicere principaliter vtilitatem publicam, & secundariò priuatam. Statutum generale an comprehendat causam dotis in specie priuilegiatam, & mulierem se obligantem pro dote, & quid si loquatur per verba vniuersalia. Dos quando dicatur causa pia, & compræhẽdatur in Statuto requirente solemnitates in contractu.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor in Saluiano, probato credito cũ hipoteca, possessione debitoris, & rei conuenti, debet obtinere.*

2 *Dotis instrumentum, non probato marimonium fuisse contractũ, non habet, vti illiquidum, executionem.*

3 *Saluianum datur cuilibet creditori, etiam extra causam locationis.*

4 *Excussio requiritur in Saluiano interdicto.*

Contrarium tenent Doct. magis communiter, & Rota Romana. n. 5. & 6.

7 *Opinio illa est tenenda, quam obseruantia receipit, etiam si magis communis sit in contrarium.*

8 *Index non debet recedere ab opinione recepta a consuetudine, licèt communis esset in contrariũ.*

9 *Excussio in Saluiano non requiritur, etiam si creditor habeat generalẽ, & specialem hypothecã.*

Maximè quando possidens nõ habet hypothecam, & non possidet tamquam creditor n. 10.

11 *Dispositio* l. 2. C. de pigno. *emanauit ad fauorem secundi creditoris.*

12 *Hypotheca specialis præsumitur esse sufficiens pro credito.*

13 *Dispositio* l. 2. C. de pign. *vti correctoria, non est trahenda extra casum, in quo loquitur.*

14 *Saluianũ, stante hypotheca, et obligationis nullitate, non habet locum.*

15 *Iuramentum firmat contractum nullum a minore, vel muliere sinè solemnitatibus Statuti celebratum.*

Quicquid aliqui Doct. contrarium voluerint num. 16.

Et iuramentum firmat actum nullum, etiam stante clausula irritante num. 17.

18 *Statutum laicale non potest disponere circa iuramentum, quod est quid spirituale.*

19 *Statuentes laici non censentur per generale Statutum voluisse comprehendere actum iuratum.*

20 *Voluntas regulatur a potestate.*

21 *Statutum laicale non comprehendit casum iuratum, et num. 22.*

23 *Iuramentum firmat actum nullum, etiã si sit nullus ipso iure.*

Licèt aliqui contrarium teneant num. 24.

25 *Iuramentum firmat actum nullum, quando statutum loquitur in rem, secùs si in personam.*

Dicta tamen distinctio est per Doct. magis communiter reiecta. num. 26.

27 *Statuti formam non seruans peccatum committit. Declara, vt num. 28. & 29.*

30 *Iuramentum non firmat actum nullum, quando statutum præsumit, illud fuisse dolo extortum.*

Neq; quando statutum tolleret fidem instrumento. num. 31.

Neque quando induceret solemnitatem probatoriam. n. 32.

33 *Statutum mandans, vxorem non posse contrahere sinè consensu viri, censetur conditum fauore ipsius viri.*

34 *Iuramentum non firmat actum nullum, qui celebrari prohibetur fauore alterius.*

35 *Statutum prohibens, vxorem contrahere sinè consensu viri, censetur conditum ad subueniendum fragilitati vxoris & num. 38.*

36 *Statutum si prohibeat vxorem contrahere sinè consensu viri, si illa contrahat sinè eo, valet obligatio in damnum vxoris.*

37 *Iuramentum non firmat contractum nullum fauore publico principaliter.*

39 *Statutum prohibens, vxorem contrahere sinè solemnitatibus, & consensu viri, dicitur respicere principaliter bonum priuatum.*

40 *Leges omnes principaliter intẽdunt bonum commune quò ad intentionẽ, quòverò ad executionẽ quadam intendunt bonum commune principaliter,*

liter, & quadam bonum priuatum.

41 *Insinuatio fuit introducta ad remouendas fraudes.*

42 *Insinuatio fuit introducta principaliter fauore priuatorum, & secundariò ob bonum publicũ.*

43 *Statutum confirmatum a Papa potest disponere de iuramento.*

Procedit quaudo confirmatio fuit facta ex certa scientia, secùs si in forma communi. n. 44.

45 *Confirmatio non operatur, nisi quantum disponit confirmatum.*

46 *Confirmationis natura est rem in suo statu manentem roborare, non autem extendere.*

47 *Statutum prohibens, mulieres se obligare sinè solemnitatibus non procedit in causa dotis, & num. 49.*

48 *Statutum non comprahendit causam dotis, quando dos in illo casu est specialiter priuilegiata.*

50 *Dos est specialiter priuilegiata, quod quilibet possit pro ea se obligare.*

51 *Statutum prohibens, mulieres se obligare sine solemnitatibus non comprahendit causam dotis, siuè ex voluntaria, siuè ex necessaria causa quis se obliget.*

Et d. Statutum non comprahendit causam dotis siuè generaliter, siuè vniuersaliter loquatur. num. 52.

53 *Dispositio vniuersalis licèt possit comprahendere casus in genere priuilegiatos, non comprahendit tamen casus priuilegiatos in specie iu eadem materia.*

Cum dispositio vniuersalis semper recipiat interpretationem a iure communi. num. 54.

55 *Statutum correctorium non est ampliandum.*

56 *Lex specialis non tollitur per legem generalem postea superuenientem.*

57 *Statutum speciale non tollitur per statutum generale postea conditum.*

Imò generale declaratur, & restringitur per speciale. num. 58.

59 *Ratio vniuersalis continet omnes casus in dispositione hominis, secùs in dispositione legis.*

60 *Mulier non potest facere deteriorem conditionem dotis.*

61 *Dos quando est promissa mulieri pauperi dicitur causa pia.*

62 *Statuti solemnitates non requiruntur in contractu celebrato fauore piæ causæ.*

Quę enim intuitu pietatis aguntur non subiacent legi humanæ. n. 63.

Quod procedit, si solemnitates requirantur ad integrandam personam, secùs si ratione præiudicij consensum præstare debentis. n. 64.

65 *Iudicandum est in dubio pro validitate actus.*

66 *Iudicandum est in dubio ad fauorem dotis.*

Cum dotes mulieribus conseruari publicè interfsit. num. 67.

68 *Iudicandum est in dubio ad fauorem piæ causæ.*

ALLEGATIO XXXXVIII.

Excellentissime Domine. Paulus q. Pasquini de Monte Picognola Territorij Ciuitatis Eugubij, qui agit in iudicio remedio vtilis Saluiani interdicti contra Dominicum q. Marij de Villa Pontis Luceoli Territorij Terræ Cantiani pro consequutione scutorum centum eidẽ promissorum per D. Margaritam vxorem Ios Baptistæ de eadem Villa pro dotibus Do:

1 N. suæ vxoris, debet in sua petitione obtinere, † probauit enim eius creditum cum hypotheca, possessionẽ debitricis de tẽpore obligationis, vel postea, & possessionem rei conuenti de tempore motæ litis, quæ omnia sufficere in hoc remedio vtilis Saluiani interdicti ad victoriã, scripserunt *Rola. cons. 14. num. 13. et seq. lib. 1. Menoch. de adipis. possess. remed. 3. n. 160. et seq. Cenc. de cens. quæst. 98. num. 16. & seq. Scapuc. de Saluia. lib. 1. quæst. 20. num. 2. & quæst. 25. & quæst. 33. & ibi Adden. Thoma. decis. March. 13. n. 9. & seq. & decis. 26. num. 8. & seq. & decis. 96. num. 37. & seq. D. Andreol. contro. 170. num. 1. Rot. apud Greg. XV. decis. 491. num. 6. & seq. apud Duran. decis. 40. n. 1. & seq. apud Merli. de piguo. decis. 30 num. 1. & decis. 93. num. 1. & decis. 108. n. 1. & decis. 407. nu. 1. par. 5. & decis. 59. num. 1. & decis. 135. n. 4. & decis. 318 num. 2. par. 6. rec.* & alibi passim.

2 Constat etiam, matrimonium fuisse contractũ inter d. Paulum, & eius vxorem, quo non probato, instrumentum dotis esse illiquidum, & non habere executionem, dixerunt *Carauit. supra Rit. Regni Neapol. ritu 167. num. 5. Graff. de excep. excep. 36. num. 2.* alios adducens *Viui. decis. 39. lib. 1. per tot.* quem refert, & sequitur *Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glos. 1. num. 55.*

3 Quod quidem vtile Saluianum interdictũ dari cuilibet creditori contra tertios possessores bonorum hypothecatorũ, etiam extra causam locationis, hodiè est plusquam clarissimum, vt tradunt *Rol. d. cons. 14. n. 1. & seq. Surd. decis. 140. num. 4. Cenc. de cens. d. quæst. 98. nu. 11. & seq. March. de Saluia. par. 1. cap. 8.* vbi testatur de magis communi opinione latè *Euge. cons. 65. num. 21. & seq. lib. 1. Scapuc. de Salu. lib. 1. quæst. 5. per tot.* vbi dicit, hanc opinionem hodiè esse canonizatam, & quod temerarium esset ab ea recedere in iudicando, *Thesa. decis. 176. n. 9.* licèt Senatus in contrariam sententiã inclinaret *Pacif. de Saluia. inspec. 1. cap. 1. n. 9. & seq. & inspec. 3. cap. 1. num. 2. & seq. Adden. ad Scapuc. d. quæst. 5. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 7 num 717. & seq. & n. 773.* & hanc opinionem dicit magis communem Menoch *cons. 736. n. 1. & seq.* quicquid dixerit disputando *de adipisc.*

possess. remed. 3. quæst. 3. & ita vsum forensem obtinuisse testantur *Rachin. contro. iur. lib. 8. cap. 92. in fin. et Neguf. Iun. cons. 535. num. 51.* & ita passim absq; vllo scrupulo tenet, & seruat Rot. *Rom. vt in decis. 35. n. 24. par. 2. & decis. 186. num. 6. par. 4. diuer. & decis. 294. nu. 4. par. 1. rec. & decis. 491. num. 6. apud Greg. XV. & d. decis. 40. apud Dura. & d. decis. 30. & d. decis. 93. & d. decis. 108. apud Merli. de pigno.* cum alijs decis. supra adductis.

Quicquid contrarium voluerint Doct. relati per *Thesa. d. decis. 176. num. 10. & per Gait. de credi. in loc. supra cit.* & nouissimè *D. Andreol.* post hæc scripta visus *contro. 383. per tot.* contra quos adesse veriorem, & magis communem, & seruatam Doct. opinionem, negari nullo modo potest.

Neque obstant in contrarium exaduerso adducta pro parte rei conuenti, & primò defectus excussionis, quam requiri in dicto vtili remedio Saluiani voluerunt *Bello. cons. 34. n. 8. & seq. Franc. Becci. cons. 89. num. 16.* Natt. *reprehendens Soc.* contrarium tenentem *cons. 521. in prin. lib. 3. & Thesa. decis. 52. num. 5. & decis. 175. num. 5.* vbi dicit, ita in Senatu Pedemontano fuisse iudicatum, quam opinionem defendere videtur *Gratia. decis.* March. *25. num. 3. & seq.* licèt contrarium dicat esse tenendum, & contrarium fuerit decisum, & cum dicta opinione pertransire videtur Caroc. *de excus. par. 2. quæst. 31. num. 13. & seq.* vbi dicit, in tertio possessore esse d. exceptionem admittendam, etiam in causis viduarum, dotis, mercatorum, & in quouis alio iudicio quamuis summario nec non *Ant. Fabr. de erro. pragm. decad. 57. erro. 5.* vbi hanc dicit receptiorem opinionem, & illam veriorem, & æquiorem dicit *Aulus Cecin. apud Scapuc. de Saluia. lib. 2. quæst. 19.* latè comprobans, & scripsit etiam *D. Andreol. d. contro. 383. per tot.*

5 Quia respondeo imò contrariam opinionem, quod excussio in Saluiano interdicto non requiratur, esse hodiè non solùm veriorem, & magis communem, sed etiam communissimam, vt videre est ex numero Doctorum, qui illum sequuntur, ex rationibus per eos adductis, & ex authoritate Rotæ Rom. quæ illam amplectitur, inter quos fuerunt *Soc. Sen. cons. 80. n. 2. vol. 3. Crau. cons. 201. num. 45.* Rola. *cons. 9. num. 18. & cons. 14. num. 14. lib. 1. Alex. cons. 73. num. 11. vol. 5. Surd. decis. 32. num. 14.* vbi testatur de communi opinione, & ita pluries in illo Senatu fuisse iudicatum, *& decis. 44. num. 13. & 14. & cons. 4. num. 36. & cons. 51. num. 3. vol. 1.* alios adducens concordantes. *Menoch. de adi pisc. possess. remed. 3. nu. 179. et seq. Ludo. decis. Perus. 45. num. 13.* dicens, hanc opinionem verissimam esse, *Marches. de Saluia. par. 2. cap. 5. n. 2. et 3.* vbi dicit ita seruari in practica nemine dissentiente, *Scapuc. de Saluia. lib. 2. quæst. 19. num. 4. et seq.* latè comprobans, & dicens, istam opinionem hodiè canonizatam esse tàm in foro, quàm in scholis, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & de communi obseruantia testatur *Gratian. d. decis. 25. in fin. & decis. 15. num. 8. & decis 71. num. 15.* vbi testatur de veriori, & magis communi opinione, & *discep. foren. cap. 38. num. 1. & seq. par. 1.* vbi dicit, ita seruari in practica, & hanc opinionem veriorem, & ab illa in practica non esse recedendum, dicit *Pacif. de Saluia. inspec. 2. cap. 2. num. 40. & seq.* vbi dicit, esse melioribus rationibus fulcitam, illamq; in practica receptam dicit *Gait. de credit. cap. 4. quæst. 7. num. 776. & seq.* quamplurimus Doct. hinc indè relatis, & ab ea, vti communiori, dicit in practica non esse recedendum, & *Ant. Fabr.* dicentem contrariam opinionem receptiorē esse, fuisse deceptum, & hanc opinionem sequitur *Cenc. de cens. quæst. 98. n. 39. versiculo contrariū etc.* vbi pariter testatur de magis cōmuni opinione, & declarāt in quibus terminis procedat *decis. Rot. 544. n. 5. post eius tract. de cēsib.* quæ contrarium prima Fronte asserere videbatur, & idem not. *Felicia. de cens. lib. 3. cap. 4. n. 16. Thoma. decis. March. 96. n. 19. & seq.* vbi testatur de communi opinione, & ita seruari in practica *& decis. 113. num. 9. Adden. ad Scapuc. de Salui. lib. 1. quæst. 10. & lib. 2. quæst. 19. Merli. de pigno. lib. 2. quæst. 30. num. 39. & lib. 4. quæst. 21. num. 32. & lib. 5. quæst. 69. n. 49. & Caren. resol. 159. num. 3.* dicens, in practica ab hac opinione non esse recedendū, post hæc scripta visi.

6 Et licèt de veritate huius opinionis negatiuæ aliquandò dubitauerit *Rota, vt in decis. 34. n. 11. par. 2. diuer.* sæpissimè tamen postea fuit illam sequuta, vt *decis. 10. num. 5. & decis. 58. n. 2. apud Pacif. de Salui. & apud Card. Seraph. decis. 327. num. 1. & apud Duran. decis. 40. num. 48. & seq. & decis. 760. num. 2. par. 2. rec.* & non dissentit eadem Rot. *decis. 444. num. 7. par. 1. diuer.* ex quibus clarè constat, hanc opinionem non esse solùm communiorem, imò communissimam, & temerarium esse a dicta opinione in tot supremis tribunalibus seruata in practica recedere, vt dicit etiam *Caren. vbi supra.*

7 Ex communi enim obseruantia subsequuta videtur illa opinio amplectenda, quam vsus recepit, non obstante iuris cōmunis dispositione *Ludo. concl. 38. versiculo infertur vigesimo sexto &c.* in terminis *Cephal. cons. 320. n. 31. lib. 3.*
8 *Gratia. d. decis. 25. num. 6. & in addit. ibi n. 6. et d. discep. 38. post prin.* & Iudex non debet recedere ab opinione approbata per consuetudinem, etiam si communis esset in contrarium. *Alcia. de præsump. reg. 2. præsump. 30. num. 3.*

Gomez.

Gomez. ad leg. Taur. 1. num. 8. cum aliis relatis
per Gratia. vbi supra nu. 6. & post Nauar. Bero.
Villalo. et Decian. per eum relatos tradit
Lazar. de opin. delig. in controu. post. eius tract.
de blasph. nu. 22. Posti. de subbast. inspec. 4. nu.
40. post Simoncell. de decret. l. 1. tit. 1. nu. 68.
9 Imò voluerunt quãplures Doct. id non solùm
sibi locum vendicare, quando creditor habens
generaliter hypothecata omnia bona debitoris
agit remedio vtilis Saluiani contra possessorem
bonorum, vt supra generaliter hypothecatorũ,
verùm etiam quando creditor habet pro secu-
ritate sui crediti obligata aliqua bona specia-
liter, & alia generaliter, quia illum non prohi-
beri agere dicto remedio vtilis Saluiani contra
bona generaliter hypothecata absq; eo, quod te-
neatur excutere bona specialiter hypothecata
non obstante dispositione l. 2. C. de pigno. tenue-
runt Doct. relati per Surd. decis. 44. n. 14. Bocatc.
de cens. par. 2. n. 173. in secundo fundamento, &
par. 3. n. 68. quem refert, & sequitur Cenc. de cens.
d. quæst. 98. num. 34. & latè firmat Tomat. d.
decis. 96. num. 19. & seq. Adden. ad Scapuc. de
salui. lib. 2. quæst. 20. Pacif. de Saluia. inspec. 3.
cap. 3. num. 78. & seq. & n. 89. Gratia. discep.
foren. d. cap. 38. num. 1. & seq. par. 1. Rota
decis. 276. num. 5. par. 6. rec. licèt contrarium
voluerint Surd. d. decis. 44. num. 14. & Scapuc.
de Salui. d. quæst. 20. per tot. cum quibus sen-
tire videtur Merli. de pigno. lib. 4 quæst. 21. n. 32.
versiculo verùm &c. quæ pro nunc cum sint ex-
tra casum nostrum, non firmo.
10 Benè verum est, quod prædicta sinè difficul-
tate procedũt, quando tertius possessor non ha-
bet hypothecam, & non possidet tamquam cre-
ditor, vt in casu nostro, quia tunc dispositio d.
l. 2. C. de pigno. non habet locum, cum illa ven-
dicet sibi locum tantummodo, quando tertius
possessor possidet tamquam creditor, & non ex
alio titulo, puta, donationis, emptionis, & simi-
lium, vt benè declarant Couar. var. reso. cap.
18. lib. 3. num. 2. versiculo quinto &c. Gratia.
d. cap. 38. n. 13. & seq. alios adducens quam-
plures Surd. d. decis. 44. num. 11. & ibi Hodie.
in fin. & cons. 513. sub num. 20. vol. 4. rectè
comprobans Pacif. de Saluia. inspec. 3. cap. 3.
num. 84. & 89. Felicia. de cens. d. cap. 4. lib. 3.
num. 13. vbi testatur de communi opinione
Osasch. decis. 159. sub n. 6. Tomat. d. decis. 96.
n. 30. & seq. Scapuc. de Saluia. lib. 2. cap. 20.
num. 4. Cenc. de cens. d. quæst. 98. num. 37. D.
Andreol. contro. 187. num. 3. & seq. Merli. de
pigno. lib. 4. quæst. 21. n. 25. vbi extendit cum
Caroc. per eum allegato dispositionem d. l. 2.
habere locum etiam quando tertius habet titu-
lũ, & hypothecam, vt ibi per eum Calui. de aquis.
lib. 1. cap. 30. num. 10. & seq.
11 Ratio suprad. conclusionis affertur, quia
dispositio d. l. 2. C. de pigno. emanauit ad fauo-
rem secundi creditoris, ne in eius præiudicium
creditor habens specialem, & generalem hypo-
thecã experiatur, omissa speciali hypotheca, quę
12 præsumitur sufficiẽs pro credito, vt not. Couar.
var. resol. lib. 3. cap. 18. in prin. Tomat. d. decis.
96. num. 29. plenè Surd. d. decis. 44. num. 16.
Rot. decis. 707. num. 2. par. 1. diuer. contra ge-
neralem hypothecam, vt not. Doct. in d. l. 2. C.
de pign. & Scapuc. d. quæst. 20. num. 4. Gratia.
in d. cap. 38. nu. 13. & seq. & ante eum Couar.
in d. cap. 18. in prin. Cenc. de cens. d. quæst. 98.
num. 32. & volunt etiam omnes alii Doct. supra
addducti, & declarat etiam Rot. apud Merli. de
pigno. decis. 11. in fin.
13 Et ideò dispositio d. l. 2. vti exorbitans, &
correctoria, non est trahenda extra terminos, in
quibus loquitur, & sic ad casum, in quo posses-
sor non possidet iure creditoris, sed alio titulo,
vt benè aduertunt Osasch. d. decis. 159. num. 4.
Surd. d. decis. 44. nu. 10. et seq. Tomat. d. decis.
96. num. 30. Gratia. d. cap. 38. num. 13. et seq.
et Merli d. quæst. 21. n. 23. versiculo vlterius etc.
et Rota d. decis. 11. in fin. quæ cum sint dicta
ex abundanti, cum in casu nostro non adsit hy-
potheca specialis, sed tantùm generalis, vlterius
non progredior, & præcipiuè an dispositio d. l. 2.
habeat locum, quando tertius possessor habet
obligata omnia bona debitoris pro obseruan-
tia contractus, de quo agunt Gratia. d. cap. 38.
num. 14. Surd. d. cons. 513. nu. 20. & seq. vol.
4. & Merlin. d. quæst. 21. num. 25. & seq. qui
alios adducunt.
Non obstat secundò pretensa nullitas obligationis
& promissionis factę per d. D. Margaritam vxo-
rem d. Io: Baptistæ, non seruata forma Statuti
lib. 2. rub. 45. ob non interuentum proximio-
rum, consensus viri, & licentiæ Eminentiss. D.
14 Legati in d. promissione, qua stante nullitate
obligationis, & hypothecę, regulariter Saluianũ
non datur ad not. per Surd. cons. 191. n. 16. vol. 2.
& scribit Gratia. discep. foren. d. cap. 38. num.
24. par. 1. Maximè quando nullitas est patens, &
de ea constat incontinenti, & depræhenditur ex
lectura instrumẽti obligationis, vt scribit Scapuc.
de saluia. lib. 2. quæst. 16. num. 4. & seq. alios
adducens concordantes.
Quia respondeo multipliciter, & primò quod, cũ
in d. promissione, & obligatione facta per d.
D. Margaritam de d. scutis centum supradicto
Paulo pro dote suæ vxoris adsit iuramentum
præstitum in forma amplissima, vt videre est ex
instrumẽto in iudicio exhibito, dicta promissio
fuit confirmata a iuramento, & effecta valida
15 ex illa communissima conclusione, quod iura-
mentum firmat contractum nullum a muliere,
sinè a minore celebratum, statuti forma non ser-
uata, vt not. Bar. Bald. Salic. Ias. Alex. Corn.
Castr. Fulgo. Curt. Iun. et alij Doct. communiter in

auth. Sacramenta puberum C. si aduer. vedit. Abb. Imol. Felin. et alij Canonistæ in cap. cū contingat. 28. de iureiur. glos. Monac. Prob. in addit. Dom. Archid. & alij in cap. quamuis pactum 2. de pact. in 6. &, relictis antiquioribus, tradunt *Soc. Iun. cons. 144. num. 20. vol. 1.* vbi testator de magis communi opinione *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 61. num. 1. et seq.* qui pariter testatur de magis communi opinione *Thob. Noui. cons. 14. num. 1. et seq. et cons. 108. nu. 12.* vbi de communi *Paris. cons. 97. num. 1. et seq.* vbi pariter testatur de communi *vol. 1. Gabr. cons. 127. num. 8. vol. 1.* vbi hanc opinionem dicit communem *Hond. cons. 42. n. 10. et seq. vol. 1.* qui etiam de communi testatur *Vivi. opin. 791.* vbi pariter testatur de communi, & magis cōmuni opinione *Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 137.* innumeros ferè adducens concordātes, *et num. 156.* latè comprobans, & de magis communi opinione fidem faciens *Osasch. decis. 75. num. 7.* qui pariter de communi testatur *Thesa. decis. 66. num. 3.* qui etiam dicit hanc opinionem communem *Couar. in d. cap. quamuis par. 2. §. 1. n. 7.* vbi dicit, hanc opinionem non recipere disputationē quo ad tribunalia, *de pact. in 6. Carpa. ad stat. Mediol. cap. 328. nu. 423.* vbi hanc dicit esse communiorem opinionem *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7. nu. 21.* vbi de communi, & *cap. 8. n. 60. Pic. ad stat. Vrb. glos. 23. in priu. Cenall. commu. opiu. quæst. 502.* vbi testatur de magis communi opinione *Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. par. 3. num. 31. Gratia. discep. foren. cap. 233. num. 25. et seq. par. 2. et cap. 470. n. 38. par. 3.* vbi de communi *Morot. cons. 87. nu. 9. Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 1. num. 98. & seq. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 14. num. 18. Ladercb. cons. 83. num. 1. & seq. Cartar. decis. 18. num. 4.* latè *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 160. num. 135.* vbi dicit, hanc opinionem verissimam esse, & quamplures adducit ita sentientes *Balth. Tomas. in suis tract. decad. 3. tract. 4. num. 19. & num. 267.* vbi innumeros ferè adducit concordantes, & testatur de veriori opinione, & idem tradit *num. seq.* quam opinionem latius confirmat *P. Sanch. in suo opere moral. lib. 3. cap. 12. num. 5. & seq.* vbi infinitos ferè adducit, & dicit hanc esse communissimam opinionem, & *D. Andreol. contro. 6. nu. 34. & contro. 73. num. 59. & contro. 134. n. 57. & seq.* vbi pariter scribit, hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, & magnum refert numerum Doct. de communi, & magis communi opinione attestantium, & *contro. 202. per tot.* referens quinquaginta duos Doct. ita sentientes *Adden. ad Burac. decis. 422. num. 16. & seq. P. Laiman. in sua theol. moral. lib. 4. tract. 3. cap. 6. & cap. 8. Rot. decis. 364. num. 10. par. 4. diuer.* vbi pariter de communi, & *decis. 665. num. 10. par. 1. recen. & apud Buratt. decis. 44. num. 4. & decis. 212. num. 16. par. 4. rec. tom. 2. & decis. 447. num. 28. par. 5. rec. lib. 2.* vbi testatur de veriori opinione, addo *Illustrissimum Dominum meum Sperell. decis. 46. in prin. tom. 1.* plena manu comprobantem.

16 Quicquid voluerint Doct. in contrarium relati per *Seraph. d. priuil. 61. n. 1. versic. contrariam sententiam &c. per Simoncel. de decret. d. tit. 8. num. 133. et per Balth. Tomas. d. decad. 3. num. 265.* & quicquid contrarium voluerit *Scapuc. de Salui. lib. 2. quæst. 16. num. 6. et seq.* qui confusè loquitur, confundēdo diuersos terminos, quod cum satis apertè sit videre ex eo ibi, & ex Doct. per eum allatis, ideò breuitatis gratia longius non immoror, cum satis sit, prædicta D. V. Excellentissimę indicasse, contra, quos etiam cum adsit verior, communior, & communissima opinio, de qua testantur Doct. supra adducti, meritò parum de eis est curandum ad not. per *Corat. de communi opin. in præfat. n. 38. & per Ciriac. contro. 269. n. 3.*

Iuramento enim firmari contractum, non autem solum iuramentum esse seruandum, clarissimè probatur, alijs omissis, ex tex *in d. cap. quamuis 2. de pact. in 6.* in illis verbis, *si tamen iuramento non vi, nec dolo præstito firmatum fuerit, omninò seruari debebit*, quæ verba cum non ad iuramentum, sed ad ipsum pactum referri debeant, cum de pacto ibi sit sermo, vt not. *ibi glo. in verbo seruari, & Couar. ibi par. 3. §. 4. num. 8. in fin.* apertè indicant, pactum iuramento firmari, & sic iuramento inesse vim confirmandi contractum nullum, vt benè ponderant *Fachin. contro. iur. lib. 3. cap. 11. versic. cæterum &c. & P. Sanch. d. lib. 3. cap. 12. num. 5.* dicta enim dictio *omninò* significat contractum omninò firmum, & irreuocabilem manere, vt not. ibi *Domi. num. 3. Franc. num. 4. & P. Sanch. d. n. 5.* qui pluribus alijs rationibus prædicta confirmat mòre suo, prout facit *Fachin. d. cap. 11.* vbi etiam tradit, supradictam Doct. conclusionem communiorem, & veriorem esse, vt ibi per eum.

Ex qua conclusione, quod iuramentum firmat actum nullum, constat malè fuisse loquutum *Scapuc. de Salui. in d. quæst. 16. num. 8.* vbi dixit, quod iuramentum in instrumento appositum, non firmat contractum quo ad tertium, contra quem dirigitur iudicium Saluiani, cum d. tertius non ligetur iuramento, nec contra eum detur actio periurij, vt ibi per eum, quia fortasse prędicta posseni procedere, quando iuramentū non firmaret contractum, sed solum iuramentum esset seruandum, quia tunc eo non ligaretur tertius, qui non iurauit, ad similitudinem hæredis iurantis, secùs tamen est, quando iuramentum

mentum firmat contractum, vt in casu nostro supra probaui, quia tunc vis, & efficacia contractus iuramento firmati transit quò ad omnes, & etiam ad hæredes, vt benè declarant Thob. Noni. cons. 14. n. 9. Seraph. de priuil. iuram. priu. 68. num. 1. et seq. Gabr. comm. concl. de iureiur. concl. 6. num. 2. innumeros adducens Hier. Gabr. cons. 3. num. 8. vol. 1. Gail. prac. obseru. lib. 1. obseru. 27. num. 4. P. Sanch. in d. oper. moral. lib. 3. cap. 13. n. 1. et 5. et Phanuc. de inuent. par. 7. num. 180. D. Andreol. contro. 134. num. 65.

17 Quæ omnia locum sibi vendicant in fortioribus terminis, nempè licèt Statutum contineat clausulam irritantem, & anullet actum celebratum sinè solemnitatibus Statuti, quia adhuc actus firmatur iuramento, vt nos docuerunt Alex. cons. 125. n. 3. et seq. vol. 1. Thob. Non. d. cons. 14. n. 5. et seq. Gabr. d. cons. 127. n. 16. vol. 1. Surd. cons. 20. num. 20. vol. 1. Hond. d. cons. 42. num. 14. vol. 1. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 156. et post Abb. Imol. Calder. Curt. Inn. Couar. Soc. Cephal. Thesa. Bursat. Gutier. Pedroc. Seraph. Crau. Becci. Surd. Hond. et alios per eum relatos firmat Turret. cons. 48. n. 20. lib. 3. quem refert, & sequitur D. Andreol. d. contr. 134. num. 58. & idem tradit contro. 6. num. 39. et contr. 73. num. 60. Addo Adden. ad Thesa. decis. 66. in fin. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. num. 320. quamplures adducens more suo authoritates, & benè confirmat P. Sanch. in d. lib. 3. cap. 12. num. 11. et n. 29. versic. ad argumenta etc. vbi respondet contrarijs, & num. 42. ex quibus d. ampliationem dici posse communiter receptam, negari nullo modo potest, licèt contrarium senserint aliqui Doct. quos refert Seraph. d. priuil. 61. post prin. et Farinac. d. quæst. 160. n. 249. & videatur sensisse Rot. decis. 294. num. 13. par. 6. rec.

18 Ratio est quia, cum iuramentum sit quid spirituale, non potest ideò circa illud, seù circa illius vim, & efficaciam aliquid disponi per statuta laicalia cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constit. cap. fin. de reb. eccl. non alien. & not. Thob. Non. d. cons. 14. num. 6. et seq. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 62. num. 6. et seq. D. Andreol. d. contr. 134. num. 59. & ante eum Gabr. d. cons. 127. num. 17. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. n. 455. et num. 559. Rot. decis. 580. num. 4. par. 1. et decis. 293. num. 18. par. 6. et decis. 247. nu. 4.
19 par. 7. recen. & ideò statuentes laici per generale Statutum non censentur voluisse includere actum iuratum cap. constitutus 19. de rescrip. Pic. ad Stat. Vrb. glo. 23. num. 3. D. Andreol. vbi supra num. 59. Hodier. ad Surd. decis. 39. n. 47. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 22. n. 10. et 11.
20 cum voluntas reguletur a potestate l. Lucius 21. §. pro infante ff. ad muncip. Bart. in l. si quis sub condicione 7. num. 2. ff. de condit. instit. Bald. in l. peto. 71. in fin. ff. de lega. 2. D. Andreol. contr. 220. num. 12. Rot. apud Greg. XV. decis. 531. num. 3. & quælibet dispositio ita interpretari debeat, vt disponens id tantum voluerit, quantum potuit Cephal. cons. 516. num. 27. Rol. cons. 81. num. 6. vol. 4. Ciriac. contro. 295. num. 25. alios adducens ita sentientes.

21 Et in terminis, quod statutum laicale non comprehendat casum iuratum, tradunt Cephal. cons. 170. num. 34. vol. 2. Rim. Iun. cons. 87. num. 13. Becci. cons. 110. num. 1. Thob. Noni. d. cons. 14. num. 16. vbi loquitur etiam si statutum loqueretur expressè de iuramento Paris. cons. 97. num. 3. lib. 1. Pastell. expedit. 37. num. 18. Hond. cons. 9. num. 5. vol. 1. latè Seraph. de priuil. iuram. priuil. 22. num. 9. & seq. Farinac. d. quæst. 160. num. 242. Simoncell. de decret. d. lib. 3. tit. 8. num. 134. & num. 157. Gabr. d. cons. 127. num. 16. vol. 1. Gratia. discep. foren. cap. 853. num. 73. par. 5. D. Andreol. contro. 123. n. 4. & seq. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 60. Balth. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. nu. 455. alios referens ita sentientes, & num. 646. ampl. 371. Rot. decis. 199. num. 1. par. 4. diuer. & apud Greg. XV. decis. 391. num. 4. & seq. & apud Merli. de pigno. decis. 110. in fin. & alibi passim, & adunata eadem Rota d. decis. 294. num. 17. par. 6. rec.

22. Et pariter in terminis, quod Statutum simpliciter anullans contractum non habeat locum in contractu iurato, voluerunt Alex. cons. 27. num. 5. vol. 1. quamplures adducens Doct. authoritates, Ruin. cons. 100. num. 8. vol. 3. vbi testatur de communi opinione Thob. Noni. cons. 50. n. 12. Gabr. d. cons. 127. n. 14. vol. 1. Seraph. d. priuil. 22. num. 7. & seq. Buratt. decis. 149. num. 7. & Simoncell. de decret. d. tit. 8. n. 157. alios adducens.

23 Et iuramentum firmat actum nullum etiam si contractus esset nullus ipso iure, itaut nulla ex eo oriatur obligatio, neque naturalis, vt firmant Abb. in cap. cum contingat 28. num. 2. & seq. & num. 8. & ibi Aleiat. n. 240. de iureiur. Couar. in d. cap. quamuis 2. par. 2. §. 4. versic. septimo etc. de pact. in 6. Ant. Gomez. ad leg. 69. Tauri num. 4. versic. sed his non obstantibus etc. Gabr. comm. concl. de minor. concl. 5. num. 20. alios adducens ita sentientes, Seraph. in d. priuil. 61. num. 5. vbi testatur hanc esse communem opinionem, & dicit non esse curandum de Corn. et Marsil. contrarium sentientibus in locis per eum adductis Gabr. cons. 13. num. 4. et cons. 127. num. 8. vol. 1. Hond. cons. 42. num. 18. vol. 1. vbi testatur de communi opinione, Molin. de iust. et iur. tom. 2. dispu. 156. vol. 2. versic. duabus etc. & latè, ac doctè comprobat P. Sanch. in d. opere Moral. lib. 3. cap. 12. num. 12. vbi id

pluri-

pluribus exẽplis cõfirmat, nempè in alienatione
fũdi dotalis, in alienatione facta per minorẽ de
re immobili sinè decreto, in contractu prodigi
facto sinè curatore, & in alijs casibus, quos pro-
bat firmari iuramẽto, licèt in eis propter resi-
stentiã legis nulla oriatur obligatio neq; natura-
lis, vt ibi per eum videndũ, cum illa breuitatis
gratia referenda non esse, duxerim, *Soc. Inn. consi*
44. n. 20. vol. 1. vbi dicit, hanc esse magis com-
munem Doct. opinionem, cum qua pertransi-
re videtur *Farinac. in d. quæst. 160. num. 252.*
& clarius *Engen. cons. 3. num. 14. et seq. Balth.*
Tomas. d. decad. 3. tit. 19. n. 414. et n. 1005. licèt
supra aliquos contrarium sentientes referat, &
hanc pariter veriorem, & magis receptam
opinionem firmat *Illustriss. Dominus meus Spe-*
rell. decis. 46. nu. 7. alios cumulans concordan-
tes, ex quibus apparet, hanc opinionem esse
magis receptam per Doct. & ideò sequendam
24 licèt contrarium teneant aliqui apud *Farinac.*
d. quæst. 160. num. 251. et apud Balth. Tomas. d.
tit. 19. num. 1004. quos sequitur *Manci. de iu-*
ram. par. 4. effec. 1. quæst. 3. num. 10. quorum
rationibus optimè respondet *P. Sanch. d. cap.*
12. num. 29. versic. ad argumenta etc.
25 Neque attendi potest distinctio *Bart.* quod
iuramentum firmat actum nullum, si statutum
loquatur in rem, secùs si in personam, vt ipsemet
tradit in *l. si quis pro eo 57. num. 9. ff. de fideins.*
et in d. auth. Sacramenta puberum C. si adner.
vendit. quem sequuntur *Ang. Rip. Cassan. Ancar.*
et alij relati per Gabr. comm. concl. de iureiu. concl.
26 *5. num. 15.* cum illa sit magis communiter reie-
cta per Doct. volentes, iuramentũ firmare actũ
nullum, siuè statutum loquatur in rem, siuè in
personam, vt not. precipuè *Alex. cons. 27.*
num. 5. vol. 1. Gabr. de iureiu. d. concl. 5. n. 15.
plures adducens ita sentientes *Hier. Gabr. d. cons.*
13. num. 3. et d. cons. 127. num. 19. vol. 1. vbi
dicit, *d. Bart.* distinctionem esse communiter
reprobatam, *Thesa. decis. 66. num. 4.* vbi dicit,
d. Bart. opinionem non esse veram, & per Doct.
esse reprobatam magis communiter, & idem
testantur *Guttier. in d. auth. Sacramenta pube-*
rum num. 35. et seq. C. si adner. vend. Seraph. d.
priuil. 22. num. 43. & latius *priuil. 83. nu. 70.*
benè comprobans *D. Andreol. d. contr. 6. n. 46.*
et d. contr. 134. num. 62. et seq. & contra *Bart.*
magis communem exstare opinionem, quam-
pluribus authoritatibus relatis, testatur *Balth.*
Tomas. d. decad. 3. tit. 19. num. 320. et num.
462. et P. Sanch. d. lib. 3. cap. 9. num. 35.
Statutum enim annullans contractum sinè certa
solemnitate celebratum certè quidem videtur
prohibere, personam contrahere absque illa so-
lemnitate, & in effectu, & implicitè prohibet,
personam contrahere, cum, qui disponit de ef-
fectu, disponat de causa, & qui vult consequens
vult omne suum necessarium antecedens *l. si ind*
76. ff. de acqui. hæred. l. ad rem 56. ff. de procu.
cum simil. & docent *Guttier. in d. auth. Sacra-*
menta puberum num. 135. et seq. & post eum *D.*
Andreol. d. contro. 6. nu. 46. et d. contro. 134.
num. 63. & ita volunt omnes ferè Doctores su-
pra adducti.
27 Neque valet ratio *Bart.* & sequacium, quod
non seruans formam Statuti peccatum com-
mittat, & ideò iuramentum ratione peccati
non firmet actum nullum, quia, omissis respon-
sionibus allatis per *Imol. in d. cap. cum contin-*
28 *gat 28. num. 36. de iureiurando.*, tunc facien-
tem contra præceptum legis peccare, quando
lex continet idem quod lex Diuina, vel Cano-
nica, vel quando in contemptum superioris le-
gem sperneret, cum quo sentiunt *Balth. Tomas.*
in d. tit. 19. n. 320. circa medium, D. Andreol.
d. contro. 134. num. 64. et Seraph. d. priuil. 83.
num. 70. respondeo, inquam, prædicta procede-
29 re posse quando Statutum prædictum respice-
ret publicam vtilitatem principaliter, secùs ta-
men quando respicit vtilitatem principaliter
priuatam, vt in casu nostro, vt infra probabo,
quia tunc præceptum legis resoluitur in vim
consilij, & contra illud faciens non peccat, vt
not. *glos. Castr. Alex. Corn. Deci. et alij relati*
per. Tiraq. de legi. connub. glos. 2. n. 18, secun-
dùm impressionem Parisien. & benè declarant *P.*
Sanch. in d. lib. 3. moral. cap. 9. num. 31. et seq.
et cap. 12. num. 45. et post Abb. Corn. Nauar.
Rebell. Vasq. & alios per eũ adductos *P. Laima.*
in Theol. moral. lib. 4. tract. 3. cap. 6. num. 8.
versic. quæres qua regula etc. & optimè *Illustriss.*
Dominus meus Sperell. d. decis. 46. num. 6. et seq.
30 Quicquid sit quando statutum, non adhibitis
solemnitatibus ab eo requisitis, præsumeret cõ-
tractum metu, & dolo celebratum, & iuramen-
tum esse metu, & dolo extortum, quia tunc iu-
ramentum verè non firmaret contractũ, vt tra-
dunt *Soc. Inn. cons. 3. num. 36. & seq. vol. 2.*
vbi testatur de cõmuni opinione, *Gabr. cons. 13.*
num. 6. & seq. vol. 1. Hond. cons. 5. num. 40. vol.
2. Simoncel. de decret. d. tit. 8. num. 165. & seq.
Seraph. de priuil. iuram. priuil. 83. num. 79. &
seq. Balth. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. num. 659.
& num. 1877. Gratia. discep. foren. cap. 531.
num. 99. par. 3. & cap. 750. num. 20. par. 4. &
decis. March. 102. num. 11. Cancer. var. resol.
par. 1. cap. 7. num. 153. & par. 2. cap. 1. n. 13.
in fin. D. Andreol. d. contro. 134. num. 61. Rot.
decis. 665. num. 10. par. 1. rec. & decis. 212.
num. 16. & decis. 293. num. 5. & seq. par. 4. rec.
tom. 2. & apud Posth. de manut. decis. 63. nu. 4.
Adden. ad Buratt. decis. 422. in fin. Rot. apud
Buratt. decis. 612. nu. 6. & seq. non ex eo, quod
statutum disponat de iuramento, quod non
potest, vt dixi *supra num. 18.* & benè declarant

Adden.

Adden. ad Baratt. d. decis. 422. nu. 18. sed quia intrat dispositio iuris Canonici, quod iuramentum non confirmat actum dolosum, vel menticulosum, vt aduertit *D. Andreol. d. contro. 134. num. 61. & Rot. d. decis. 293. nu. 9. par. 4. rec. tom. 2.*

31 Et quicquid sit pariter quando statutum requirens solemnitatem in contractu tolleret fidem instrumento, quia in d. casu, cum ex d. instrumento iuramentum non probetur, non potest dici contractũ confirmare, vt docent *Seraph. in d. priuil. 61. num. 4.* vbi dicit, contrarium procedere, si iuramentum aliundè probari possit, vt ibi per eum, & idem tradit *priuil. 93. n. 84. Simoncell. de decret. d. tit. 8. n. 168. Gabr. com. concl. de minor. concl. 5. num. 3. Io: Bapt. Gargiar. cons. 22. num. 17. vol. 1. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 1. num. 6. Gratia. discep. foren. cap. 27. num. 28. par. 1. D. Andreol. contro. 6. num. 44. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 43. n. 6. Rot. apud Baratt. decis. 422. nu. 15. & ibi Adden. num. 18. & decis. 504. num. 8. par. 5. recen. tom. 2.*

32 Vel quando Statutum induceret solemnitatem probatoriam, puta, si requireret numerum quinque testium, vel quid simile, quia neque in d. casu, illa deficiente, contractus firmaretur iuramento *Ruin. cons. 9. num. 12. lib. 3. Rolan. cons. 43. num. 1. lib. 3. Menoch. cons. 411. n. 30. & seq. D. Andreol. contro. 240. num. 26. Balth. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. num. 659.* alios adducens *Gratia. d. cap. 27. num. 28.* benè *Rot. Bononien. in causa transactionis, & donationis iurium D. Laurentij de Sala coram D. Vincio firmano num. 14. & seq.* Rot. *Rom. decis. 104. n. 2. par. 2. diuer. & decis. 153. num. 3. par. 1. recen.* quæ tamen non concurrunt in casu, de quo agimus.

33 Neque me turbat, si diceretur, quod d. Statutum prohibens mulieres maritatas contrahere sinè consensu viri, proximiorum, & licentia Eminentissimi D. Legati, fuerit conditum in fauorem viri, & pro eius interesse, vt voluerunt *Bald. Salic. Alex.* & alij in locis relatis per *Tiraq. de legibus connub. glo. 4. num. 39. secundùm impressionem Parisien.* & ideò iuramentum
34 non firmet d. contractum, cum illud non firmet actum, qui celebrari prohibetur in damnum alterius, quam iurantis, cum iuramentum vnius alteri non debeat obesse, vt ex modernioribus voluerunt *Simoncel. de decret. d. tit. 8. nu. 191. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 1. n. 3.* vbi in terminis de muliere prohibita contrahere fauore mariti, vel filij fauore Patris, in terminis pariter *Gomez. ad leg. 59. Taur. num. 8. Seraph. d. priuil. 61. num. 15.* latè *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 64. P. Sanch. d. lib. 3. cap. 9. num. 38.* vbi etiam declarat id esse verum quando iuramentum principaliter tendit in præiudicium tertij, & non aliter.

Quia responderi potest multipliciter, & primò quod d. Statutum prohibens mulieres maritatas contrahere sinè consensu viri, & proximiorum fuerit conditum fauore ipsius viri, & prò eius interesse, non est tutum, cum contrariam
35 opinionẽ, quod imò illud fuerit conditum fauore ipsius mulieris ad subueniendum fragilitati ipsarum, tenuerunt Doct. numero, & authoritate plures, & grauiores, & præcipuè *Bart. Bald. Castr. et alij in l. transactionem 35. C. de transact. idem Bald.* Raphael *Cuman. Imol. Alex.* Rip. *et alij in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad trebell. Abb. cons. 40. num. 5. et cons. 65. in fin. par. 2. Corn. cons. 254. vol. 2. versic. tertiò respondetur, et col. 4. versic. præterea consensus etc. vol. 1. Dec. cons. 502. sub num. 5. et cons. 503. sub num. 4. et 5.* cum alijs quampluribus, quos refert *Tiraq. de legib. connub. d. glos. 4. n. 37.* & idem voluit *Menoch. de præs. lib. 6. præsump. 34. num. 16. in fin. Carpa. ad Stat. Mediol. cap. 328. num. 331. vol. 1.* & hanc communem opinionem dicit *D. Andreol. contro. 84. num. 19.* loquendo de statuto requirente consensum viri in testamento vxoris, nisi aliud suadeant verba statuti, vt ibi per eũ, & quatenus ex eo, quod d. statutum, vltra consensum viri, requirat etiam consensum proximiorum, videatur dicendum, illud considerasse, vltra imbecillitatem vxoris, etiam interesse viri, negari tamen non potest, quin causa imbecillitatis vxoris, vti magis principalis, veniat principaliter attendenda, & iudicandum sit per æque ac si fragilitas vxoris tantùm in causa esset, vt tradunt *Soc. sen. in cons. 23. col. 4. versic. aliquandò, et tertiò etc. vol. 4. et Dec. d. cons. 503. in fin.* & non dissentit *Tiraq. d. glo. 4. pariter in fin.*

36 Secundò respondeo, quod licèt d. promissio fortasse non posset nocere marito, valet tamen, & tenet in præiudicium ipsius D. Margaritæ vxoris promittentis, vt in terminis declarat *Gabr. cons. 161. num. 27. vol. 1.* & post eum *D. Andreol. contro. 73. nu. 17. & contro. 112. num. 53.* & quando statutum respicit præiudicium viri, idem tenet *Tiraq. de legibus connub. glos. 6. num. 107. in fin. secundùm impressionem Parisien.* dicens, ita fuisse bis iudicatum.

37 Neque vllum potest fieri fundamentum in eo, quod iuramentum non firmat contractũ nullum ob vtilitatem publicam principaliter, vt tradunt *Couar. de pact. par. 2. §. 1. num. 1. & §. 2. n. 6. versiculo primò agitur &c. Gomez. ad leg. 69. Taur. num. 4. Seraph. d. priuil. 61. n. 13.* cum alijs relatis per *P. Sanch. d. lib. 3. cap. 12. num. 45.* & post eum not. *Balth. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. num. 889. & D. Andreol. d. contro. 134. num. 169. & seq.* statutum autem

prohi-

8 prohibens mulieres contrahere sinè consensu viri, & alijs solemnitatibus, cum videatur conditum ad subueniendum fragilitati mulierum, ne illæ in eorum negocijs peragendis per viros callidos, & versipelles decipiantur, vt tradunt *Corn. d. cons.* 254. *col.* 2. *&* 4. *vol.* 1. *Deci. d. cons.* 502. *num.* 5. *& d. cons.* 503. *sub num.* 4. *&* 5. cum alijs relatis *per Tiraq. de legibus connub. d. glos.* 4. *num.* 37. & not. *Menoch. Carpa. & D. Andreol. in loc. supra adductis n.* 35. videtur dicendum, illud concernere principaliter vtilitatem publicam, vt per eamdem rationem loquendo de minoribus post *Bar. Bald. Salic. Corn. Ias. Alex. Ruin. & Moder. Roma. ad Stat. Vrb.* per eam relatos tradit *Rot. decis.* 1. *num.* 5. *& seq. & decis.* 125. *num.* 44. *et decis.* 200. *nu.* 7. *par.* 5. *recen.* cum qua sensit *Illustrissimus Dominus meus Sperell. decis.* 48. *n.* 9. *et seq. par.* 1.

39 Quia respondeo, alijs omissis, quod d. opinio *Rotæ* non est tuta, neque illam, pace tanti tribunalis, cui maximam profiteor reuerentiam, dixerim, credo veram, cum contrarium, quod imò d. Statutum in casu nostro dicatur respicere principaliter bonum priuatorum, & secundariò bonum commune, tenuerunt quamplures Doct. & præcipuè *Nauar. de fin. act. huma. super cap. cum minister. nu.* 26. 23. *quæst.* 5. *Conar. de pact. par.* 2. §. 1. *num.* 6. *P. Suarez de relig. tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 2. *Menchac. de success. creat. lib.* 3. §. 28. *num.* 24. *P. Rebell. de iusti. par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 9. *Alcia. in d. cap. cum contingat* 28. *num.* 90. *de iureiu.* vbi dicit, quod, quando lex disponit de commodo pecuniario, videtur respicere principaliter bonum priuatum, & publicum secundariò, quos sequitur referendo, doctéq; comprobando *P. Sanch. d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 22. cum quibus ita sentiunt *Gomez. ad leg.* 69. *Taur. num.* 4. *versic. sed his & c. Senat. Dolan. decis.* 28. *num.* 29. quem refert, & sequitur *Balth. Tomas. d. decad.* 3. *tit.* 19. *num.* 3009. *limit.* 206. *Laderch. cons.* 83. *num.* 6. *&* 7. *Corn. de absol. a iuram. par.* 3. *quæst.* 5. *num.* 109. *& seq. & num.* 120. *D. Andreol. contro.* 134. *num.* 71. alios adducens ita sentientes, & ita sentit etiam *P. Paul. Laym. in sua Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 6. *sub num.* 8. ita vt meritò hæc contraria sententia dici valeat per Doct. magis communiter recepta.

40 Ratio autem est manifesta, quia licèt omnes leges principaliter intendant bonum commune, quò scilicet ad intentionem, quò verò ad executionem, quædam respiciunt principaliter vtilitatem priuatam, & secundariò publicam, in quantum vtilitas publica redundat in bonum commune, vt sunt leges, quarum materia proxima est bonum vniuscuiusque ciuis, vt quæ consulunt imperfectioni minorum, mulierum, & quæ intendunt conseruare patrimonia singulorum, quæ autem respiciunt vtilitatem publicam principaliter, & secundariò priuatam, sunt quarum materia proxima est bonum commune, vt quæ disponunt de rebus publicis, puta, de gabellis, collectis, ne arma, equi, & frumentum de Ciuitate extrahatur, & similia, vt tradunt Doct. supradicti, & declarat magistraliter *P. Sanch. d. cap.* 9. *num.* 31. & non dissentit *Illustrissimus D. meus Sperell. decis.* 47. *in fin. & P. Layman. loc. cit.* qui *P. Sanch.* subiungit, tunc legem principaliter quo ad executionem dirigi in bonum priuatum, quando ex eius transgressione non læditur bonum commune, vt in alienatione fundi dotalis, bonorum minoris, & similium, cum in d. casibus alienata remaneant apud aliquem ex ciuibus, & Reipub. non interfit, magis apud vnum esse ex ciuibus, quàm apud aliũ, quando tamen ex transgressione læditur immediatè bonum commune, tunc lex dicitur principaliter respicere bonum commune, vt in d. exemplo extrahendi arma, frumentum, equos, & similia, quia ex d. transgressione Ciuitas immediatè læditur, remanendo indefensa, & sinè alimentis, vt ibi per eum.

Nec motiuum remouendi fraudes consideratum a *Rota d. decis. prima* facit, quia statutum dicatur principaliter respicere vtilitatem mulierum, ne decipiantur, secundariò verò fauorem publicum, quia publicè interest ne quis re sua malè vtatur, vt not. *Laderch. d. cons.* 30. *nu.* 6. *&* 7. *& D. Andreol. d. contro.* 134. *num.* 71. nec authoritates adductæ per *Rot.* probant illius assumptum, si benè inspiciantur, sed loquuntur in diuersis terminis, vt ex eis est videre satis apertè, ideò latius circa illas non insisto.

41 Hinc videmus, quod insinuatio in donationibus fuit introducta pariter ad remouendas fraudes, maximè quæ fieri possunt in præiudicium creditorum donatoris, vt est tex. ad literam in *l. lata* 27. *C. de donat. & not. Seraphin. de priuil. iuram. priuil.* 73. *num.* 50. *Costa de ration. ratæ quæst.* 125. *n.* 9. *Petr. Grego. Tolos. in suo syntag. iur. vniuer. lib.* 28. *cap.* 13. *num.* 5. *Caneer. var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. alios adducens concordantes, *Fontanel. de pact. nupt. clau.* 4. *glo.* 21. *par.* 2. *n.* 21. & habetur in *decis.* 497. *num.* 158. *coram D. Vrbis Senat. par.* 5. *rec.*

42 *lib.* 2. & tamen illa dicitur introducta principaliter fauore priuatorum, & secundariò fauore publico, vt post *Alex. Crau. Corn. Soc. & alios* per eum relatos scribit *Seraph. d. priuil.* 73. *nu.* 64. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & idem tradunt *Curt. Iun. cons.* 34. *n.* 2. vbi testatur de veriori, & magis communi opinione *lib.* 1. *Rolan. cons.* 70. *num.* 38. *vol.* 2. vbi testatur de veriori, & magis communi opinione *Morot. cons.* 52. *num.* 35. *Laderch. cons.* 83. *num.* 7.

num. 7. Fontanel. d. clau. 4. glo. 29. num. 11. vbi reprǽhendit *Ant. Fabr.* contrarium tenentem, & testatur de veriori, & magis communi opinione *Fachin. contro. iur. lib. 3. cap. 83. litera B. Costa de retrotr. cap. 8. casu 24. nu. 14. Io: Bapt. Gargiar. cons. 13. num. 9. vol. 1.* qui omnes ideò inferunt, iuramentum supplere defectum insinuationis, vt ibi per eos, quod non esset si insinuatio esset introducta principaliter fauore publico.

43 Neq; pariter aliquod ius tribuit aduersario allegata confirmatio statuti facta a Sūmo Pontifice, quæ operari videtur, quod statutum prohibens contractus iuratos valeat, ad not. per *Surd. cons. 361. sub num. 11. vol. 3. Rot. decis. 153. num. 3. par. 1. rec. Gratia. discep. foren. cap. 233. num. 56. par. 3.* quia respondeo du-
44 pliciter & primò, quod supradicta procedunt quando confirmatio fuit facta ex certa scientia cum clausula quorum tenores &c. & de plenitudine potestatis, secùs autē quando confirmatio fuit facta in forma communi, vt in casu nostro, quia tunc d. confirmatio d. effectū non operatur, vt docet *Grat. cons. 84. n. 7. par. 1. Gabr. cons. 127. num. 24. lib. 1. Paris. cons. 19. num. 11. et seq. vol. 1. Rolan. cons. 29. num. 32. vol. 1. Rot. decis. 103. n. 27. par. 2. diuer. et decis. 84. num. 8. et seq. par. 7. rec. et in Eugubina dotis 9. Maij 1642. corā R. P. D. Royas §. nihil facit etc.*

Secundò respondeo, quod Statutum, de quo agitur, nullam facit mentionem de iuramento in contractu mulierum apposito, vt ex eo est videre, quo casu contractus nulli ob non seruatas solemnitates iuramento firmantur etiam si Statutum sit Papale, vel laicale a Papa etiam ex cer-
45 ta scientia confirmatum, † quia confirmatio non operatur, nisi quantum disponit confirmatum *Alex. cons. 123. num. 20. vol. 4. Tomas. d.*
46 *decad. 3. tit. 19. nu. 338. vers. sublimita &c.* † cum de natura cōfirmationis sit rem in suo statu manentem roborare, non autem extendere *l. Aurelius 29. §. testamento ff. de libe. lega. Bald. in l. nominationes 27. in fin. C. de appell. Surd. cons. 340. num. 7. & cons. 361. num. 27. lib. 3.*
47 Secundò principaliter non obstat nullitas exaduerso deducta, quia d. Statutum generaliter mandans in contractibus mulierum adhiberi consensum viri, vel proximiorum non habet locum quando mulier contrahit, & se obligat ex causa dotis, vt in casu nostro, vt scripserunt *Soc. Sen. cons. 80. vol. 4. ferè per tot. Bald. Nouell. de dote par. 6. priuil. 48. per tot. Barbo. in l. 1. par. 3. num. 24. & seq. ff. solut. matr.* & alij Doct. infra allegandi.

Quicquid enim sit de illa quæstione, an Statutum generaliter loquens comprehendat causam dotis quando dos in illo casu non reperitur specialiter priuilegiata, de qua per *Gabr. com. concl. de legib. concl. 1. num. 10. per Tiraq. de retrac. Lignag. §. 1. glos. 14. num. 91. & seq. per Fachin. contro. iur. lib. 12. cap. 81. per D. Andreol. contro. 112. num. 18. & seq. per Adden. ad Rot. decis. 460. num. 1. & seq. par. 4. rec. com. 2. & per*
48 *Altograd. cons. 53. num. 39. lib. 2.* † omnes tamen ferè in hoc conueniunt, causam dotis quando in aliquo casu est specialiter priuilegiata, vt in casu nostro, vt infra ostēdetur, a Statuto generaliter loquente non comprahendi, vt voluerunt *Tiraquel. d. glos. 14. num. 105.* alios adducens, *Gabr. d. concl. 1. num. 10. Surd. decis. 90. num. 5. & decis. 164. num. 3. & seq. & decis. 287. nu. 26. & cons. 361. num. 11. & seq. lib. 3. Gabr. cons. 20. num. 1. & seq. lib. 2.* vbi testatur de magis communi opinione *Hond. cons. 14. num. 29. & cons. 18. num. 57. lib. 1.* in quibus hanc dicit magis communem Doct. sententiam *Rola. de lucr. dotis quæst. 105. nu. 14. Laderec. cons. 66. num. 5. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 43. num. 12.* vbi pariter de magis communi, *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 1. num. 32. Gratia. discep. foren. cap. 27. n. 25. par. 1. & cap. 617. num. 22. & cap. 610. num. 26. par. 4.* vbi testatur de magis communi opinione *Ciriac. contro. 81. nu. 1. & seq.* & latè comprobat *D. Andreol. contro. 6. num. 52. & contro. 112. num 18. & seq.* quamplures adducens concordantes, & dicens ita bis in Rota Lucana fuisse iudicatum. *Balth. Tomas. d. decad. 3. tit. 19. n. 1961. Adden. ad Rot. d. decis. 460. n. 2. & seq. Merli. Pignattelli. contro. foren. cap. 56. num. 4. & seq.* vbi limitat hoc non procedere quādo mulier fideiubet pro viro se obligante pro dote alicuius extraneæ, *Theod. Rub. in sign. Rot. Rom. tom. 2. circa Stat. Interp. ad cap. 151. lib. 1. Stat. Vrb. num. 57.* quamplures adducēs Rotæ decis. *Altogra. cons. 34. num. 8. & seq. lib. 1. & cons. 53. lib. 2.*
49 Et in terminis nostris de muliere se obligāte pro dote, quod non comprahendatur sub Statuto generaliter prohibente obligationes mulierū sine solemnitatibus ab eo requisitis vltra Doct. supra adductos tradunt *Adden. ad d. decis. 460. num. 228. Tomas. d. num. 1961. Merli. de pigno. lib. 2. tit. 9. num. 74. & lib. 3. tit. 83. num. 16. Altogra. cons. 34. num. 8. & seq. lib. 1.* dicens ita fuisse iudicatum in Rota Lucen. *Rot. apud Card. Manti. decis. 13. num. 4. et seq. apud Zacchi. de societ. decis. 3. num. 10. et 11. et decis. 264. num. 1. et seq. par. 4. diuer. et decis. 177. nu. 11. par. 1. et decis. 511. num. 4. et seq. par. 2. et decis. 168. nu. 7. et decis. 241. per tot. par. 7. rec. et apud Buratt. decis. 873. num. 2. et decis. 924. num. 10. et decis. 490. nu. 4. par. 4. rec. et decis. 692. num. 4. par. 4. rec. tom. 3. et apud Coccin. decis. 433. in prin. et coram D. Vrbis Senatore decis. 497. num. 88. par. 5. rec. tom. 2.*
50 Quod verò dos in hoc casu sit specialiter

priuilegiata est tex. *in l. promittendo dotem* 42.
ff. de iur. doti. in l. si dotare 12. *et in l. fin. C. ad*
Vellei. & not. *Gabr. d. conf.* 20. *num.* 40. *lib.* 2.
D. Andreol. contro. 73. *num.* 52. *et d. contro.*
112. *num.* 26. *Ciriac. contro.* 295. *num.* 7. *et*
contro. 508. *num.* 39. *et* 40. *Gratia. discep. foren.*
cap. 735. *num.* 11. *par.* 4. *Altogr. d. conf.* 34.
num. 8. *Rot. d. decis.* 164. *num.* 3. *par.* 4. *diuer.*
et d. decis. 168. *num.* 7. *et d. decis.* 241. *num.* 1.
par. 7. *rec.*
Ex quo speciali priuilegio, quo dos fruitur, vt il-
lius fauore quilibet maior possit obligari pro
dote, siue masculus, siue fæmina, de quo in su-
51 pradictis iuribus, clarè resultat, † quod statu-
tum prædictum non compræhendit mulierem
se obligantem pro dote, etiam si ex non neces-
saria causa, sed ex voluntaria se obliget, vt in
casu nostro, vt not. *D. Andreol. d. contro.* 6.
num. 57. *et d. contro.* 73. *num.* 53. *Mart. Medi.*
decis. 49. *num.* 5. alios adducens concordantes
Rot. d. decis. 264. *num.* 4. *par.* 4. *diue. et decis.*
177. *num.* 11. *par.* 1. *rec.* & latè firmatum fuit
in *d. decis.* 241. *num.* 7. *et seq. par.* 7. *rec.* vbi
habetur, Rotam semper reiecisse d. distinctionē
de causa voluntaria, & necessaria, & quod de-
cisiones contrarię procedunt in muliere minore
non autem in maiore, vt in casu nostro, & cer-
tè, si sola causa necessaria sustineret obligationē
mulieris pro dote, non esset magis priuilegia-
ta causa dotis, quam sit quælibet alia causa ne-
cessaria, quæ per se nō indiget solemnitatibus in
sua obligatione, cum tamen dos sit priuilegiata
specialiter, quod quilibet maior vigesimoquin-
to anno possit se obligare pro dote, siue mascu-
lus, siue fæmina, vt clarè habetur in *d. l. fin. C.*
ad Velle. & not. *Rot. d. decis.* 241. *n.* 13. *addo*
Rube. *in sing.* Rot. *Rom. tom.* 2. *circa interp. stat.*
ad cap. 151. *lib.* 1. *Stat. Vrb. num.* 57. *& seq.*
52 Et prædicta habent locum non solùm, quan-
do statutum generaliter loquitur, sed, etiam si
vniuersaliter, & per verba vniuersalia, quia ad-
huc non compræhendit causam dotis, vt in ter-
minis statuti vniuersaliter loquentis tradunt
Menoch conf. 242. *num.* 6. *& seq. & conf.* 261.
num. 39. *& seq. Euge. conf.* 9. *num.* 20. *& seq.*
& conf. 14. *num.* 5. *& seq.* vbi testatur de ma-
gis communi opinione *Mart.* Medi. *decis.* 10.
num. 22. vbi pariter de magis communi testatur
Ciriac. contro. 81. *num.* 9. *& seq.* vbi dicit, ita
tenere omnes ferè Doct. *& contro.* 508. *num.* 38.
benè *D. Andreol. contro.* 73. *n.* 53. *& d. contro.*
112. *num.* 27. *& seq. Merlin. de pigno. lib.* 3.
quæst. 83. *num.* 15. *&* 16. latè *Altogr. conf.* 34.
num. 11. *& seq. lib.* 1. *Rot. d. decis.* 264. *num.* 2.
par. 4. *diuer.* quicquid contrariū senserint Doct.
relati per *D. Andreol. d. contro.* 112. contra
quos adest magis communis Doct. opinio, de
qua supra, & etiam verior, vt infra probabo.

Quod quidem optimè probatur ex tex. *in l.* 1. *ff. ad*
Vellei. vbi dicitur, Velleiano Senatusconsulto
plenissimè prouisum esse, nè pro vllo mulieres
intercedant, & sic Iurisconsultus vtitur ibi illo
verbo *Vllo*, quod innctū cum negatiua *Nè* resol-
uitur in simplici negatiua pro nullo, quæ est
vniuersalis, & tamen ipsæ speciali fauore dotis
efficaciter obligantur *d. l. promittendo dotem* 42.
ff. de iur. dot. l. fin. C. ad. Vellei. vt aduertit *Ciriac.*
d. contro. 81. *num.* 10. *& seq. contro.* 295. *n.* 3.
& seq. D. Andreol. d. contro. 73. *num.* 53. *& d.*
contro. 112. *num.* 33. *& Altogra. conf.* 34. *n.* 19.
Item per tex. in *l. assiduis* 12. *C. qui potio. in pig. hab.*
vbi deciditur vniuersaliter, quod mulier om-
nibus alijs hypothecis anteponatur, & tamen
non anteponitur militiæ, ex eo, quia militia
in hoc est specialiter priuilegiata *auth. quo iure*
C. qui potio. in pign. hab. & not. *Mart. Medi. d.*
decis. 20. *num.* 16. *& D. Andreol. d. contro.*
112. *num.* 32.
53 Dispositio enim vniuersalis licèt compræhēde-
re possit casus, & personas in genere priuilegia-
tas, non tamen complecti potest casus, & per-
sonas priuilegiatas in specie in eadem materia,
cum tunc sit necessaria expressa, & specialis
mentio, nec est ad id sufficiens vniuersalitas
verborum, vt tradunt *Alex. conf.* 122. *num.* 16.
& conf. 123. *num.* 16. *vol.* 4. *Surd. conf.* 453.
num. 17. *vol.* 3. *& conf.* 461. *n.* 7. *& seq. vol.* 4.
plures adducens concordantes, *Mart. Medic. d.*
decis. 20. *n.* 5. *D. Andreol. d. contro.* 112. *n.* 30.
54 Maximè, quia dispositio Statuti licèt vniuer-
salis semper recipit declarationem a iure com-
muni, & semper interpretatur, vt deroget iuri
communi minus quam fieri possit, ita vt, si ius
commune in dicta materia recipit restrictionē,
eandem restrictionem recipiat dispositio statuti
Ias. in auth. præterea n. 15. *C. vndè vir. & vxo.*
Boer. decis. 113. *num.* 7. *Osasch. decis.* 167. *n.* 6.
cum alijs relatis per *D. Andreol. d. contro.* 112.
num. 29. Rota *decis.* 188. *num.* 8. *par.* 7. *recen.*
& stante etiam, quod d. statutum sit correcto-
rium iuris communis vti contra tex. in *l. nulla*
lege 4. *C. de iur. doti. & in l. velles nec ne* 6. *C.*
de renoc. donat. & not. *Paris. conf.* 99. *num.* 31.
55 *vol.* 1. † quo casu dispositio statuti non est am-
plianda ad inducendam iuris communis corre-
ctionem, quicquid sit, quando dispositio statuti
esset conformis iuri communi, vt declarant
Osasch. d. decis. 167. *num.* 6. *&* 13. *& D. An-*
dreol. d. contro. 112. *num.* 33.
56 Prætera vt benè aduertit *D. Andreol. ibi. n.* 31.
lex specialis non tollitur per legem generalem,
seù vniuersalem postea superuenientem, cum
non censeantur omninò contrarię, imò genera-
lis superueniens recipit declarationē a speciali,
vt scilicet lex generalis, seù vniuersalis in illo
casu speciali locū non habeat, cū quo sentiunt
Ias. in

Iaf. in l. si fideiussor. 7. §. fin. n. 13. ff. qui satisd.
cogan. Barbo. in l. 1. par. 1. nu.8. et seq. ff. solu.
matr im. & statutum speciale non tollitur per
statutum generale postea conditum, sed generi
57 per speciem derogatur *Rola. cons. 5. num. 23.*
et seq. vol. 4. Soc. Iun. cons. 40. num. 6. lib. 1.
latè *Hond. cons. 9. nu. 16. et ferè per tot. vol. 2.*
58 *D. Andreol. contro. 60. num. 7.* imò generale
restringitur, & limitatur per speciale, & vtrum-
que valet, speciale in casu suo speciali, & genera-
le in aliis casibus *Bero. cons. 7. n. 31. lib. 2. D. An-*
dreol. d. contro. 60. n. 8. Hond. d. cons. 9. n. 17.
Rot. decis. 776. n. 2. par. 2. recen. addo *Ciriac.*
contro. 482. num. 23.
59 Neq; obstare videtur, quod sub ratione vniuer-
sali omnes casus continentur, quia id procedit
in dispositione hominis, non autem in disposi-
tione legis, cum qua mitius agitur, vt in casu
nostro, vt declarant *Osasch. d. decis. 167. num. 5.*
Beninca. in l. 1. num. 58. ff. solu. matr. alios ad-
ducens concordantes, *Surd. cons. 267. num. 19.*
vol. 2. et cons. 461. n. 16. vol. 3. Gratia. discep.
foren. cap. 724. num. 18. par. 4. et D. Andreol.
d. contro. 112. num. 34. alios pariter adducens.
60 Neque etiam nocere debet, quod d. D. Mar-
garita nō possit sibi præiudicare in dote, neque
illius conditionem possit facere deteriorem ad
not. per *Cancer. var. resol. par. 3. cap. 15 num.*
101. Rota apud Merli. de pigno. decis. 104. num.
13. quia d. D. Margarita d. promissionem fecit
de suis bonis extradotalibus, non autem de
bonis dotalibus, & sic cessat obiectum, cum
ex diuersis non fiat illatio *l. Papinianus 21. ff. de*
mino. Tomat. decis. March. 60. nu. 51.
Postremò attendendum non venit, quod d. sta-
tutum exigat consensum, & alias solemnitates
ad euitandas fraudes, vt animaduertunt *Negus.*
Mart. et Giouagn. relati per D. Andreol. dict.
contro. 112. in fin. et Rot. *d. decis. 1. post priu.*
par. 5. rec. quia benè respondet *Barbos. in d. l. 1.*
par. 1. num. 26. ff. solu. matr. quem refert, &
sequitur *D. Andreol. loc. cit.* quod etiam Sena-
tusconsultum Velleianum succurrit mulieri-
bus ad d. effectum euitandi fraudes ad tex. *in l.*
2. §. hæc. verba ff. ad. Velleia. & tamen non ha-
bet locum fauore dotis, nec comprehendit
causam dotis *d. l. fin. C. ad. Velleia.* cum alijs
supra adductis.
Addo prædictis, quod ista dos fuit promissa per
D. Margaritam mulieri pauperi, quæ non po-
terat de bonis proprijs congruè se dotare, vt
61 apparet ex processu, & ideò dici potest causa
verè pia, vt tradunt *Alex. in l. si constante 25.*
num. 18. ff. solu. matr. Bald. Nouell. de dot. par. 5.
num. 4. vbi infert, quod legatum factum pro do-
te mulieri pauperi non patitur falcidiam, vt ibi
per eum *Tiraq. de priuil. piæ cau. in præfat. vers.*
item cum dos &c. vbi hoc latè comprobat, &
innumeros ferè adducit ita sentientes *Surd. decis.*
86. num. 12. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump.
115. num. 16. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4.
glo. 21. par. 2. num. 16. Marescot. d. cap. 43. n. 10.
lib. 1. & post *Corn. Petr. de Vbald. Deci. Capr.*
Roma. Natt. Pla. Tiraq. Suarez, Alois. Cephal.
Gugliel. de Bened. Lopez, Menochi Mangil. Bald.
Nouel. Mascar. Crass. Peregr. Spineli Grat. Crau.
Surd. Intrigl. per eum relatos tradit *Balth. To-*
mas. de priuileg. piæ cau. tit. 1. cap. 36. in prin.
& idem voluit *D. Andreol. d. contro. 112. n. 51.*
& Rota d. decis. 264. num. 6. par. 4. diuer.
62 In causa verò pia non habet locum Statutum,
neque requiruntur solēnitates statutariæ *Bald.*
in l. generaliter 13. num. 3. C. de sacros. Eccles.
Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 2. num. 21. Felin.
in cap. Ecclesia S. Mariæ 10. num. 82. de constit.
alios adducens concordantes, *Bertaz. de clan.*
clau. 7. glos. 19. n. 18. vers. decimò quæro &c.
Gratia. discep. foren. cap. 782. num. 24. par. 4.
Gabr. cons. 1. n. 5. & cons. 101. n. 1. vol. 1. Hond.
cons. 32. num. 106. vol. 1. Carpa. ad Stat. Me-
diol. cap. 328. num. 111. & seq. vol. 1. Balth.
Tomas. de priuil. piæ cau. tit. 2. cap. 199. per tot.
& in append. ad d. tract. de pia caus. num. 21.
D. Andreol. d. contro. 112. n. 51. & idem not.
Gait. de cred. cap. 4. quæst. 7. num. 933. & seq.
Marescot. d. cap. 43. num. 7. lib. 1. & doctè qui-
dem more suo *Illustrissimus Dominus meus Spe-*
rell. decis. 10. num. 17. par. 1. Rot. d. decis. 264.
num. 6. & seq. par. 4. diuer. & decis. 321. n. 2.
part. 4. recen. vbi latè, & apud *Buratt. decis.*
584. num. 15.
63 Quæ enim intuitu pietatis, & spiritu Dei agū-
tur nulli prorsus legi humanæ subijciuntur *Ti-*
raq. de priuil. piæ caus. priuil. 164. Gait. de credit.
d. cap. 4. quæst. 7. n. 947. Tomat. decis. March.
111. in fin. & quod solemnitates Statuti non re-
quirantur in testamentis ad pias causas scripsit
Tomas. Maul. in tract. de vlt. volunt. lib. 1. tit.
12. num. 7. quem refert, & sequitur *P. Diana*
in sua Summa in verb. testamentum priuilegiatum
num. 6. vers. Statuta autem &c. vbi testatur de
communi opinione, benè *Rube. de testam. cap. 1.*
ferè per tot.
64 Neque obstare videtur, quod tunc statutum
desiderans d. consensum viri in contractu vxoris
non comprehendit contractum vxoris factū ad
fauorem piæ causæ, quando d. consensus requi-
ritur ad integrandam personam mulieris, secùs
si requiratur ratione præiudicij viri, vt tradunt
Tiraq. de legib. connub. glo. 6. num. 171. secun-
dùm d. impressionem Parisiensem, *Hond. d. cons.*
32. num. 107. vol. 1. qui alios adducunt, prout
requiri videtur in casu, de quo agitur per not.
per *Bald. Salic. Alex. & alios in loc. relatis per*
Tiraq. de legib. connub. glo. 4. num. 39. secun-
dùm impressionem Parisiensem, quia, vt dixi

supra num. 35. d. opinio, quando consensus viri requiratur in contractu vxoris pro interesse ipsius viri, nō est tuta, cum contrarium, quod imò d. consensus requiratur ad integrandam personā mulieris, voluerint *Bart. Bald. Castr. Raphael Cuma. Alex. Imol. Ripa, Abb. Corn. Deci. Menoch. Carpa. & alij* supra *relati d. num.* 35. quam opinionem communē dixit *Andreel. d. contro.* 84. *num.* 19. cum alijs ibi adductis, quæ breuitatis gratia non refero, meritò &c.

65 Quæ omnia eò magis locum habere debent, cum in dubio iudicandū sit pro validitate actus *Vant. de nullit. tit.* 1. *n.* 24. *& seq. Crau. conf.* 222. *num.* 6. Rota per *Zachi. de societ. decis.* 60.
66 *in prin.* & ad fauorem dotis *l. in ambiguis* 86. *& ibi Dec. ff. de regul. iur. l. in ambiguis* 71. *ff. de iur. dot. Bald. Nouel. de dot. par.* 9. *priuil.* 1. *in princ. Ciriac. contro.* 81. *num.* 31. *Adden. ad*
67 Rot. *decis.* 666. *num.* 48. cum dotes saluas, & incolumes mulieribus cōseruari publica suadeat vtilitas *l.* 1. *ff. solu. matri. l.* 2. *ff. de iur. dot.* Rot. *decis.* 318. *num.* 10. *par.* 6. *rec.*
68 Nec non in dubio iudicandum sit ad fauorem piæ causæ *l. sunt personæ* 43. *ff. de relig. & sumpt. fune.* & not. *Tiraq. de priuil. pia caus. priuil.* 94. *in fin. Grat. cons.* 30. *n.* 32. *vol.* 2. *Hond. cons.* 94. *num.* 32. *vol.* 1. *Curti. Iun. cons.* 35. *num.* 7. *par.* 1. vbi testatur de cōmuni opinione, *Afflict. decis.* 23. *num.* 8. Rot. *decis.* 73. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & apud Seraph. decis.* 1394. *num.* 6.

Ex quibus &c. saluo tamen &c.

Causa prædicta non fuit terminata per sententiam, quia d. Dominicus reus conuentus ferè in calculo ferendæ sententiæ agnoscēdo bonum ius d. Pasquini actoris cessit liti, & cum eo se concordauit. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenēdo an detur Ecclesiæ existenti in quasi possessione exigendi Quartesimū ab alia Ecclesia. Liber Ecclesiæ an probet ad fauorem eiusdem, maximè sine recognitione, si sit antiquus vltra centum annos, & si pars in exhibitione illius in iudicio nihil opposuit. Rector, vel Prælatus an possit præiudicare Ecclesiæ quoad possessionem, & quando dicatur habere se pro spoliato, & an Ecclesiæ detur mandatum de manutenendo, licèt Rector habuerit se pro spoliato. Concordia facta per Rectorem de re Ecclesiæ sine solemnitatibus an sit valida.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesiæ est dandum mandatum de manutenendo constito de illius possessione, et turbatione.*
2 *Liber decimarum probat quasi possessionem iuris exigendi decimas ipsius Ecclesiæ.*
3 *Ecclesia Matrix habet iuris assistentiā super iure decimandi contra Ecclesiam filialem.*
4 *Assistentia iuris, licèt sola non sufficiat ad obtinēdum mandatum de manutenendo in materia decimarum de stilo Rota.*
Maximè tamen coadiuuat probationem ex libro decimarum Ecclesiæ. num. 5.
6 *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio manutentionis.*
7 *Solutio vnica sufficit ad obtinendum mandatum de manutenendo.*
8 *Liber priuatus non recognitus non probat.*
Probat tamen, si excedat tempus centum annorum. num. 9.
10 *Scripturæ non recognitæ probant, si in illarum productione nihil oppositum fuit exaduerso.*
Ita vt contra eas non valeat amplius opponi num. 11.
Neque in casu appellationis num. 12.
Maximè concurrentibus adminiculis nu. 13.
14 *Spoliatus in dubio quis esse non præsumitur, nec se habere pro tali.*
Ita vt contrarium asserenti incumbat onus probandi num. 15.
Maximè stante eius declaratione in contrarium. num. 16.
Cum id pendeat ab eius animo. num. 17.
18 *Possidens, qui non habet se pro spoliato, debet in eius possessione manuteneri.*
19 *Rector licèt habeat se pro spoliato, potest tamen petere manutentionem nomine Ecclesiæ.*
Quia Ecclesia verè possidet n. 20. *& n.* 29.
Quod non habet locum quando Rector deuenit ad actum positiuam. num. 21.
22 *Alienatio vera dicitur, quando dimittitur aduersario aliquod ius Ecclesiæ competens.*
Quæ sine solemnitatibus facta est inualida. num. 23.
Licèt agatur inter duas Ecclesias. num. 24.
25 *Beneplacitum Apostolicum requiritur etiam in alienatione rei Ecclesiæ facta ad vitam.*
26 *Concordia facta ad vitam extinguitur per mortem contrahentium.*
27 *Clausula sine præiudicio præseruat ius illius, ad cuius fauorem fuit apposita.*
28 *Rectoris actus positiuus præiudicat sibi, non autem Ecclesiæ.*
30 Post. de manut. obseru. 57. n. 104. *declaratur.*
31 *Actus facti per modum prouisionis non dant, neque adimunt possessionem.*
32 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*

ALLE-

ALLEGATIO XXXXIX.

Reuerende P. Ex iuribus mihi exhibitis pro parte ad. Reu. D. Guidubaldi Brancutsini Archipræsbiteri Plebis Cancum Vrbinatē. Diocesis, censeo ei esse concedendum mādatum de manutenendo in quasi possessione exigendi sextarium vnum frumenti quolibet anno pro decima, seù quartesimo solito persolui Ecclesię suę Matrici ab ad. Reu. D. Guidubaldo Corradino Rectore Ecclesiæ filial s S. Bartoli,

1 & Annexorum eiusdem Diocesis,† cum constet de possessione, vel quasi suæ Ecclesiæ, & de turbatione in dicto iure percipiendi quartesimum, quibus concurrentibus est locus concessioni mandari de manutenendo *glos. Hosti. Ancar. Abb. & alij Canonistæ in cap. dudum* 31. *de decim. Rebuff. de decim. quæst.* 9. *n.* 3. in puncto *Moneta de decim. cap.* 8. *quæst.* 2. *num.* 30. *Thomat. decis. March.* 41. *n.* 5. *&* 6. *Posti. de manuten. obseru.* 10. *num.* 66. benè *Rota apud eum decis.* 631. *in prin.*

2 De possessione autem, vel quasi, Ecclesię Plebis Canuem percipiendi dictum quartesimū, ab Ecclesia, & Rectore S. Bartoli apparet manifestè ex libro decimarū eiusdem Ecclesiæ, in quo reperiuntur adnotatæ quāplures solutiones factæ Ecclesiæ Plebis Cancum de vno sextario frumenti a Rectore Ecclesiæ S. Bartoli, vt tradunt *Gratia. discep. foren. cap.* 912. *num.* 8. *par.* 5. *Thoma. d. decis. March.* 41. *num.* 8. *Posti. de manut. obseru.* 35. *sub num.* 35. *Carena resolut.* 25. *num.* 7. *Rota decis.* 44. *num.* 1. *&* 2. *par.* 4. *recen. & apud Posti. de manut. d. decis.* 631. *n.* 3. vbi alij dantur concordantes, cum quibus pertransit *Altogra. cons.* 74. *num.* 16. *lib.* 2.

3 Ex eò magis prædictis locus esse debet, cum Ecclesia Plebis Cancum vti matrix habeat iuris assistentiam pro se contra Ecclesiam filialem S. Bartoli, vt not. *Posti. de manut. obseru.* 45. *num.* 46. *Moneta de decim. cap.* 7. *quæst.* 2. *& Rota d. decis.* 631. *in fin.*

4 Quæ licèt sola, non constito de quasi possessione, non sit sufficiens ad obtinendum mandatum de manutenendo in materia decimarum de stilo Rotæ, vt tradunt *Adden. ad Greg. XV. decis.* 312. *in fin. Adden. ad Buratt. decis.* 219. *litera A. Ricci. collect.* 3013. quos refert, & sequitur *Posti. de manut. obseru.* 45. *num.* 42. *Rota decis.* 544. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

5 Negari tamen non potest, quin illa maximè coadiuuet probationem d. quasi possessionis resultantis ex dicto libro decimarum Ecclesiæ Plebis Cancum, vt not. *Post. de manut. obseru.* 35. *sub num.* 35. *& Rota d. decis.* 44. *num.* 2. *&* 3. *par.* 4. *rec.*

Et cum concurrant adminicula desumpta ex lista decimarum extracta ex Archiuio Illustrissimi D. Archiepiscopi Vrbini, & alia, de quibus infra *Post. d. obseru.* 35. *sub num.* 35. *Rota d. decis.* 44. *num.* 2. *&* 3. *Altogr. d. cons.* 74. *num.* 16. *& seq. lib.* 2.

6 Maximè cum in hoc iudicio manutentionis sufficiant leuiores probationes *Thoma. d. decis. March.* 41. *num.* 3. *Marescot. var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 13. latè *Post. de manuten. obseru.* 38. *num.* 6. *& seq. Caren. resol.* 25. *num.* 8. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 258. *num.* 3. *& decis.* 275. *num.* 10. *& decis.* 324. *num.* 5. *& decis.* 398. *n.* 7. *& in Arianen. reddit. computorum* 7. *Februar.* 1642. *coram R. P. D. Royas in fin.*

Nec non etiam, cum ex dicto libro Ecclesiæ appareat de pluribus, & pluribus solutionibus vniformibus, & effectuatis ad fauorē Ecclesię Plebis

7 Cancum† licèt ad effectum obtinendi d. mandatum de manutenendo sufficiat vnica tantùm solutio *Gratia. discep. foren. cap.* 552. *num.* 28. *&* 29. *par.* 3. *Thomat. d. decis. March.* 41. *num.* 35. *Pereg. decis.* 53. *num.* 11. *& decis.* 115. *num.* 3. *Ricci. collect.* 3011. latè *Post. de manut. obseru.* 18. *num.* 26. quamplures adducens Doct. authoritates, & Rotę Romanę decisiones *Gargiar. Iun. cons.* 93. *num.* 1. *lib.* 2. *Rota apud Greg. XV. decis.* 383. *num.* 1. *& apud Post. de manut. decis.* 540. *n.* 18. *& apud Merli. de pignor. decis.* 38. *n.* 1. *& apud Duran. decis.* 46. *nu.* 4. *& apud Buratt. decis.* 133. *num.* 7. *& decis.* 158. *num.* 2.

8 Neque obstat, quod d. liber Ecclesiæ non fuerit recognitus, & ideò non probet *Thom. decis. March.* 16. *num.* 13. *Gratia. discep. foren. cap.*

9 767. *num.* 56. *par.* 4. † quia, cum d. liber sit antiquus excedens tempus centum annorum, non indiget recognitione, sed benè probat, licèt non recognitus, vt in terminis de scripturis priuatis tradunt *Adden. ad Greg. XV. decis.* 3. *num.* 6. *& Rota in Sulmonen. vnionis* 7. *Februarij* 1620. *coram R. P. D. Dunozetto. & sentit Altogr. d. cons.* 74. *num.* 16. quicquid contrarium dixerit eadem Rota apud *Post. de manut. decis.* 53. *in fin.* restringens conclusionem supradictam ad instrumenta antiqua tantùm.

Et hoc propter difficultatem recognitionis *Bald. in auth. quas actiones n.* 18. *C. de sacros. Eccles. Alex. cons.* 101. *num.* 11. *lib.* 7. cum alijs allegatis per *Ros. in Tiburtina Castri S. Angeli* 7. *Februarij* 1642. *coram R. P. D. Peutingerio §. pro ratione autem &c.* quæ habet locum tàm in recognitione instrumenti, quàm libri, seù priuatæ scripturæ, meritò &c.

Secundò, quia in exhibitione in iudicio facta de libro prædicto pro parte D. Aduersarij citati ad

10 dicendum contra nihil fuit oppositum, † quo casu non solùm recognitio non est necessaria, & iura non recognita, siuè publica sint, siuè priuata

uata fidem faciunt *Saluſt. Tiber. in pract. A.C. lib. 3. cap. 15. n. 3. Scace. de indi. lib. 2. cap. 11. num. 918. & num. 933. Genn. de ſcript. priu. lib. 1. quaſt. 4. num. 210. Fenzo. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 84. num. 1. 2. & ſeq.* latè *Poſti. de manut. obſeru. 98. in prin.* Rota *deciſ. 151. n. 1. par. 3. diuer. & apud Zacchi. de Oblig. camer. deciſ. 104. num. 2.* & in terminis noſtris eadem Rota *apud Cenc. de cenſ. deciſ. 410. num. 8. & ſeq. & apud Poſti. de manut. deciſ. 338. n. 12. & deciſ. 478. num. 9. apud Buratt. & apud eundem deciſ. 582. num. 2. & deciſ. 759. num. 6. & deciſ. 1. num. 27. & ſeq. par. 5. recen.*

11 Sed etiam non valet amplius quidquam opponi contra illius recognitionem *Gait. de credit. cap. 3. tit. 4. num. 30. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 292. num. 6.* benè *Poſti. de manut. d. obſeru. 98. num. 2.* Rota *apud Card. Seraph. deciſ. 333. n. 1. & deciſ. 170. num. 8. par. 4. rec. tom. 2.* eadem Rota in *Bracharen.* Parochialis 8. *Februarij 1603. coram R. P. D. Robuſter. et in S. Seuerini iuriſpatronatus 14. Decembris 1618. coram Card. Sacrato.*

12 Neque in cauſa appellationis, vt poſt *Soci. Adden. ad Greg. XV. et* Rotam per eam adductos firmat eadem Rota *deciſ. 54. num. 3. par. 8. recen.* poſt hæc ſcripta viſa.

Cum per taciturnitatem cenſeatur approbatus, vt in terminis de ſcriptura priuata ſcripſerunt *Surd. deciſ. 199. num. 6. & ſeq. Adden. ad Greg. XV. d. deciſ. 292. nu. 6. Poſti. d. obſeru. 98. num. 2. & ſeq.* Rota *deciſ. 664. nu. 2. par. 3. rec. & not. etiam Genua d. quaſt. 4. num. 210.*

13 Quibus eò magis locus eſſe debet ſtantibus adminiculis librũ ſopradictũ decimarũ adiuuãtibus nempè legalitate Sacerdotis ſcribẽtis, Archiuio Epiſcopali pluralitate, & vniformitate ſolutionum, & antiquitate temporis, quo caſu etiam iura in forma non probanti fidem faciunt *Poſti. de manut. d. obſeru. 98. in fin.* Rota *deciſ. 650. nu. 8. par. 3. recen.* & ſentit *Altogr. d. conſ. 74. num. 17.*

Quod quidem mandatum de manutenendo concedendum venit dicto D. Archipræsbitero Plebis Canum Actori, licèt per plures annos quarteſimum prædictum non exegerit, vel exegerit in minore quantitate vnius ſextarij frumenti, cum d. exactio facta fuerit per modum prouiſionis, & ſine præiudicio iurium d. Eccleſiæ, & cum D. Archipræsbiter Plebis Canum non habuerit ſe pro ſpoliato quoad perceptionem
14 integri quarteſimi, † tùm quia ita de iure præſumitur *Giouagno. conſ. 40. n. 10. lib. 2. Poſti. de manut. obſer. 57. n. 57.* Rot. *apud Greg. XV. deciſ. 307. num. 10. & apud Poſti. de manut. deciſ. 226. num. 2. & deciſ. 517. n. 4.*

15 Ita vt contrarium aſſerenti incumbat onus probandi plenè, & concludenter *Poſti. d. n. 57. Adden. ad Buratt. deciſ. 342. num. 5. Rot. apud Greg. XV. d. deciſ. 307. n. 10.* cum alijs ſupra adductis, cum quis ſemper velle facere præſumatur quod eſt ſibi vtilius, & ius proprium nolle abijcere, vt dicit *Poſti. vbi ſupra num. 58. & ſeq. & Rot. d. deciſ. 307. num. 11. & apud Poſti. de manut. deciſ. 200. num. 18.* Eſt enim retentio poſſeſſionis ſpecies lucri, in qua materia ſemper præſumitur adeſſe animus, & voluntas lucrari debentis *Poſti. vbi ſupra nu. 60.* Rota *deciſ. 497. num. 3. par. 4. rec.* & è contra amiſſio poſſeſſionis eſt ſpecies iactationis, quæ non præſumitur *Poſti. vbi ſupra Rota d. deciſ. 497. n. 3. par. 4. rec. Pract.* Ridolph. *par. 1. cap. 14. num. 194. & ſeq.*

16 Tùm etiam ex expreſſa declaratione facta per D. Archipræsbiterum in concordia inita cum Rectore Eccleſiæ S. Bartoli, quod ipſe intendit retinere poſſeſſionem quoad totũ quarteſimum pro cõſeruatione iurium ſuę Eccleſiæ, vt tradunt Menoch. *conſ. 104. num. 79. Poſti. de manut. obſeru. 12. nu. 41. Thoma. deciſ.* March. *62. n. 8. & 9.* Rota *apud Cocci. deciſ. 14. n. 10. apud Burat. deciſ. 908. num. 3. apud Viui. de iurepatro deciſ. 55. num. 2. & apud Poſti. de manut. deciſ. 226. num. 3.*

17 Cum in hoc ſtetur eius declarationi *Ciriac. contro. 389. n. 5. Poſti. d. obſeru. 12. num. 42.* cum pendeat ab eius animo, an habeat ſe pro ſpoliato, ſeù intendat poſſeſſionem ciuilem retinere *Poſti. de manut. obſeru. 57. num. 48.* benè comprobans *Rota apud Greg. XV. deciſ. 268. num. 6. & deciſ. 307. num. 8. & apud Poſti. de manut. deciſ. 200. num. 16. & deciſ. 225. nu. 4. Pract.* Ridolph. *vbi ſupra.*

Qui autem non habet ſe pro ſpoliato non dicitur amiſiſſe eius poſſeſſionem, ſed illam retinuiſſe *Poſti. d. obſeru. 57. num. 41. Rota apud Greg. XV. deciſ. 40. num. 3. & apud Poſti. vbi*
18 *ſupra deciſ. 435. num. 2.* † & ideò in illa debet manuteneri *Thoma. deciſ. March. 15. n. 4.* & in terminis noſtris *deciſ. 41. num. 14. Poſti. de manut. d. obſeru. 57. num. 42. Rota apud eundem deciſ. 103. num. 9. & deciſ. 151. num. 13. & deciſ. 517. num. 3. & deciſ. 578. n. 6. & apud Card. Seraph. deciſ. 1088. num. 3.*

19 Imò admiſſo etiam, citra veri præiudicium, quod D. Archipræsbiter habuiſſet ſe pro ſpoliato, poteſt tamen, ſtante nullitate concordiæ, ipſemet Rector, ſeù illius Succeſſor nomine Eccleſiæ petere manutentionem, quæ ei eſt concedenda, vt tradunt *Thoma. d. deciſ. March. 41. num. 21. & deciſ. 262. num. 5. & ſeq. Poſti. de manut. d. obſeru. 57. num. 102. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 116. num. 5. & ad deciſ. 246. num. 2.* Rot. *deciſ. 881. num. 3. & 4. par. 4. diuer. & apud Poſti. de manut. deciſ. 327. nu. 15. & 19. & deciſ. 330. n. 26. & ſeq. & deciſ. 554. n. 12. et ſeq. et deciſ. 469. num. 12. et 16. et deciſ. 518. num. 3.*

n. 3. & seq. vbi loquitur in terminis nostris, quādo agit vna Ecclesia contra aliam, & *decis. 631. in prin.*

20 Ratio autem est manifesta, quia verè Ecclesia possidet, cuius possessio non potest interuerti, seu amitti per Rectorem, Abbatem, seu Episcopum in præiudicium Ecclesiæ, vt not. *Gigas de pensio. quæst. 49. num. 5. Posth. de manut. obser. 37. sub num. 4. & d. obseru. 57. num. 103. Rot. apud Card. Seraph. decis. 1417. num. 3. & apud Posth. de manut. decis. 327. num. 3. & seq. & decis. 518. num. 4. 5. & 10. & decis. 554. n. 19.* addo *Thoma. d. decis. 262. num. 5. & seq.*

21 Quibus non nocet, quod prædicta non habeant locum, quando pro parte Rectoris fuit deuentum ad actum positiuum, prout dicitur deuentum in casu nostro ex concordia inita inter D. Archipræsbiterum, & Rectorem S. Bartoli, in qua fuit conuentum quod d. Rector soluat pro Quartesimo Ecclesiæ Plebis Canum, quartos sex frumenti quolibet anno, & sic minus vno sexterio ex *Rota decis. 881. num. 4. par. 4. diuers.* ex pluribus.

22 Et primò, quia d. concordia, cum illius vigore relaxetur pars Quartesimi, cuius existebat in possessione, vel quasi exigendi Ecclesia Plebis Canum, vt patet ex libro exhibito, dicitur vera alienatio *Quarau. in Sum. Bullar. in ver. Alienatio bon. Eccl. num. 20. Seffe decis. Arago. 121. num. 12. Barbo. de offic. Episc. allega. 93. nu. 65. Altogra. cons. 68. num. 14. lib. 2.* alios adducens concordantes, *Gratia. discep. foren. cap. 26. num. 8. par. 1.* in puncto *Rota apud Posth. de manut. decis. 518. num. 6.* & ideò

23 Vti facta sine solemnitatibus requisitis est inualida *Bart. in l. nulli 13. num. 2. ff. de transac. Rola. cons. 15. n. 43. & seq. lib. 1. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 45. C. de bon. mater. Vinc. de Franch. decis. 14. num. 26. Altogra. cons. 26. num. 16. lib. 1. Rot. decis. 755. n. 2. par. 2. rec. & apud Posth. de manuten. d. decis. 518. num. 6.*

24 Non obstante, quod concordia sit inter duas Ecclesias, quia attenditur fauor Ecclesiæ, a qua bona auferuntur, cum tractet de damno euitando *Menoch. cons. 447. num. 37. Rota decis. 518. apud Posth. vbi supra num. 7.* vbi aliæ allegantur *Donat. Ant. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 6. num. 14.* vbi respondet *Triusa.* contrarium tenenti, *et Gratia. discept. foren. cap. 517. n. 9. par. 3.*

25 Et quod d. concordia, seu transactio sit restricta ad vitam supradictorum Archipręsbiteri Plebis Canum, & Rectoris S. Bartoli, quia beneplacitum Apostolicum requiritur, etiamsi trāsactio sit temporalis ad vitam *glo. in clem. 1. in verbo Monasterium de reb. Eccl. non alien. Gemin. cons. 48. in prin.* quos refert, & sequitur *Rota d. decis. 518. num. 12.*

26 Secundo, quia dicta concordia fuit temporalis ad vitam dictorum Rectorum, vt dixi supra proximè, & ideò expirauit per mortem vnius ex eis, vt de casu constituto ad vitā post *Molin. et Salon.* per eum relatos tradunt *Ceuc. de cens. quæst. 2. in fin. et Leotar. de vsur. quæst. 49. num. 18. et seq.* & de legato relicto ad vitam, quod expirat per mortem scribit *Altogra. cons. 47. n. 1. et seq. lib. 1.*

Ac etiam, cum illa facta fuerit sine præiudicio iurium Ecclesiæ, vt apparet expressè ex ipsa cōcordia, quæ clara præseruat ius illius, ad cuius fauorē apposita fuit *Theod. Rub. in singul. Rota Rom. tom. 2. clausula 754. num. 2. & seq. Rota apud Card. Seraph. decis. 144. num. 6. & decis. 419. num. 3. par. 1. rec.* ita vt reddat actum conditionalem, quatenus præiudicium non inferatur *Maresc. vari resol. lib. 2. cap. 137. n. 2. Gratia. discep. forens. cap. 980. num. 8. par. 5.*

Et præseruat ius Ecclesiæ, etiam quoad possessionem, stante expressa declaratione D. Archipręsbiteri ibi *nō intende pregiudicare alla sua Chiesa, mà di stare in possesso* prout in actis, quæ operatur, vt ipse non censeatur habere se pro spoliato, sed suam possessionem continuare, vt tradunt *Ciriac. d. contro. 386. num. 5. & Posth. de manut. d. obseru. 12. num. 42.* cum id pendeat ab eius animo, vt probaui *supra num. 17.* quæ breuitatis gratia non repeto.

28 Postremò, quia obiectū de actu positiuo habet locum contra Rectorem, & quando Rector ageret nomine proprio, secùs tamen est, quando ageret nomine Ecclesiæ, vt in casu nostro, quia tunc actus positiuus Rectoris non præiudicat Ecclesiæ, quæ est illa, quæ possidet, neque potest illius possessionem, vel quasi interuertere, quin ei sit dandum mandatum de manutenendo, seu de reintegrando, vt declarat *Thoma. d. decis. 262. num. 5. & seq.* vbi dicit, quod Rector agens censetur agere nomine Ecclesię *Rot. apud Caputaq. decis. 182. num. 8. & 9. par. 3.* & in puncto de concordia facta inter duos Rectores Ecclesiæ dixit *Rota apud Posth. de manut. d. decis. 518. num. 3. & seq. & decis. 290. nu. 14. & seq. par. 4. rec. tom. 3.*

29 Cū possessio nō sit penes Rectorem, sed penès Ecclesiam, vt post *Alex. Paris. & Rot.* per eam adductos dixit *Rota d. decis. 518. num. 4. & d. decis. 290. num. 14.* & ideò Rector non potuit per d. actum præiudicare Ecclesiæ suæ quoad effectum manutentionis *Rot. apud Caputaq. d. decis. 182. ante fin. et apud Card. Seraph. decis. 1417. nu. 3. et apud Greg. XV. decis. 116. nu. 5. et ibi Adden. et decis. 453. num. 2. par. 2. rec. et d. decis. 290. nu. 14. et seq. par. 4. rec. tot. 3. et d. decis. 518. num. 5. Thoma. d. decis. 262. num. 5. et seq.*

30 Et secundùm prædicta intelligendus est *Posth. d. obseru. 57. num. 104.* cum ipse adducat pro funda-

fundamento fuæ opinionis *d. decis.* 881. *num.* 4. *par.* 4. *diuer.* quæ pariter adducit *d. decis.* 182. *Caputaq. par.* 3. in qua non solùm non habetur, quod actus positiuus Rectoris præiudicet Ecclesiæ, quin valear petere mandatum de manutenendo, imò in illa firmatur totum contrariũ, dum expresè dicitur actum, seù factum Rectoris non præiudicare Ecclesiæ, vt ibi clarè est videre, Doctor enim intelligendus est secundùm legem, quam allegat *Gratia. discep. foren. cap.* 233. *num.* 33. *par.* 2. *Ciriac. contro.* 58. *nu.* 17. *& contro.* 118. *num.* 3. alias malè diceret, cum conclusio sit clara, quod ex facto Rectoris, Abbatis, vel Prælati non potest fieri præiudicium Ecclesiæ in possessione quoad effectum manutentionis, vt firmat *Rot. apud Card. Seraph. apud Caputaq. apud Greg. XV. & apud Posti. in loc. proximè adductis, & d. decis.* 190. *par.* 4. *rec. tom.* 3. & quidem *Posti.* ibi lapsus fuit authoritate *d. decis.* 881. dum ipse non curauit videre *d. decis.* 182. *apud Caputaq.* per eum adductam, vt ex supradictis clarissimè apparet, prout fecerunt etiam Excellentiss. DD. mei qui in causa prædicta contra D. Archipræsbiterum Plebis Canum iudicarunt, quod tamen non est mirum, nam *quandoque bonus dormitat Homerus*, vt not. *Adden. ad Rot. decis.* 636. *num.* 92. *par.* 4. *rec. tom* 3.

Aut verò pro actu positiuo intenduntur solutiones receptæ per D. Archipræsbiterum prædictum de Quartesimo in minori quantitate vnius sextarij, & pariter nihil nocet, cum illæ receptæ fuerint sine præiudicio iurium Ecclesiæ, & durante vita Rectorum, & per modum prouisionis, & ideò non mutant statutum præcedentẽ, nec vllum faciunt præiudicium possessioni, vel quasi d. Ecclesiæ, imò ius illius interim illæsum confirmant *cap. cum vos* 4. *& ibi Abb. num.* 1. *de offic. Ordin. Rebuff. de sent. prouis. in præfat. n.* 37. & benè declarat *Rota apud Duran. decis.* 74. *num.* 41. *&* 50. *viden.*

31 Actus enim facti per modum prouisionis non tribuunt, neque adimunt possessionem *Rota apud Posti. de manut. decis.* 636. *in fin. & decis.* 290. *in fin. par.* 7. *rec. tom.* 2. quæ alias referunt.

Maximè cum factæ fuerint sine præiudicio iurium d. Ecclesiæ, & cum reseruatione iurium illius *Rot. decis.* 504. *n.* 9. *par.* 4. *rec. tom.* 2. & cum declaratione non habendi se pro spoliato, sed conseruandi possessionem Ecclesiæ, per quam conseruari dicitur possessio illius, vt ex *Ciriac. & Posti. probaui supra num.* 16. cum possessio pendeat ab animo, vt pariter dixi *supra n.* 17. actus verò agentium non operantur vltra intẽ-

32 tionem illorum *l. non omnis* 19. *ff. si cert. peta. l. in agris* 16. *ff. de acqui. rer. domi.* cum alijs apud *Barbos. axiom.* 12. *num.* 7.

Quare &c. saluo semper &c.

In hac causa antequam ego scriberem fuerunt latæ duæ sententiæ contra D. Archipræsbiterum Actorem in Ciuitate Vrbini, vna per Reuerendiss. D. Vicarium Illustrissimi Archiepiscopi, & altera per Excellentiss. Doctores Almi Collegij eiusdem Ciuitatis, causa verò delegata pro tertia instantia Excellentissimo Io. Baptista Daniello Clerico Vrbinati reuocauit duas sententias supradictas, & concessit mandatum de manutenendo D. Actori, quæ sententia causa deuoluta per appellationem ad Curiam Romanam fuit confirmata per conformes, & ita fuit executum. Laus Deo, & Virgini Deiparæ &c.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio facta a Moniali an noceat Monasterio, & facta ad fauorem fratris, & eius filiorum, & pro conseruatione agnationis illa deficiente bona an redeant ad renunciantem, vel transeant ad hæredes renunciatarij, & quid si renũciatio sit facta cum expressione donationis, ingressus Religionis an dicatur causa finalis renunciationis, & renunciatio ob ingressum in Religionem, quando dicatur realis, & an subiaceat solemnitatibus Statuti. Filia præterita in testamento Patris an possit illud impugnare, quando est dotata stante Statuto exclusiuo fæminarum, & Statutum prædictum an liget moniales. Filia præterita exclusa per statutũ temporaliter, & admissa deficientibus masculis ad impugnandum testamentum paternum an teneatur hæreditatem restituere substitutis in dicto testamento, & quid stante clausula codicillari; fideicommissũ purum, vel purificatũ, quãdo transmittatur ad hæredes.

S V M M A R I V M.

1 *Rota Rom. propter eminentem DD. Auditorum peritiam dicitur splendor Vrbis, & Orbis.*

2 *Renunciatio facta a Monaco nocet Monasterio.* Itavt Monasterio non liceat illam impugnare, *neque ratione læsionis enormissimæ. n.* 3.

4 *Monasterio nullum ius competit super bonis a* Monaco *renunciatis ante ingressum.*

5 *Renunciatio facta a Moniali pro conseruatione cippi domus importat cõseruationẽ agnationis.*

6 *Renunciatio facta pro conseruatione agnationis illa deficiente corruit.*

Fallit si sit facta nõ in vim simplicis renũciationis, sed in vim donationis. n 8. 10. 18. *&* 36.

7 *Dispositio qualibet intelligitur rebus sic stãtibus.*

9 *Donatio est de sui natura perpetua.*

11 *Clausula & cætera apposita post verbum acceptantibus extenditur Pro se, Hæredibus, & Successoribus.*

12 *Stipu-*

12 *Stipulatum in contractibus semper intelligitur pro haeredibus.*

13 *Haeres dicitur nominatus in instrumento, saltem virtualiter.*

14 Haeredis *verbum de sui proprietate comprahendit etiam haeredes extraneos.*

15 *Verba* purè, & liberè *in donatione apposita meram, & puram donationem demostrant.*

16 *Verba* cupiens renunciare omnibus rebus mũdanis *demonstrant, quem velle omne ius a se abdicare.*

17 *Verba quando sunt clara, non est vlterius quaerendum.*

19 Religionis *ingressus deductus in proemio per viã causae arguit causam finalem dispositionis.*

20 Religionis *ingressus dicitur causa finalis renunciationis.*

21 *Dictio* ob id *idem importat quod dictio,* & ideò.

22 Religionis *ingressus dicitur causa finalis renunciationis, quando sunt expressae plures causae.*

23 *Causa in dubio praesumitur impulsiua, non finalis.*

24 *Renunciationis cessante causa impulsiua, non cessat renunciatio.*

25 *Causae dispositionis plures de iure praesumuntur.*

26 *Causis pluribus concurrentibus, si vna cesset, & altera remaneat, non cessat dispositio.*

27 *Renunciationes, quae fiunt a Monialibus, latiùs interpretantur, quàm quae fiunt a nubentibus in saeculo.*

Cum illae fiãt, vt Moniales *magis quietè Deo possint inseruire. num.* 28.

29 *Agnationis contemplatio est causa finalis renunciationum, quae fiunt a Monialibus.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 30.

31 Mens *contrahentis est attendenda in qualibet dispositione.*

Non procedit, quãdo verba nullo modo conueniunt num. 33.

32 *Mens contrahentis talis praesumitur, qualis naturae contractus congruit.*

34 Renunciatione *facta fauore agnationis in vim donationis, illa deficiente, non redit ad renunciantem.*

35 *Renunciatione facta fauore agnationis, si agnati de bonis non disponant, renuncianti ad ea datur regressus.*

Procedit in simplici renunciatione, non in renunciatione facta in vim donationis. nu. 36.

37 *Aequitas est sequenda per Iudicem in iudicãdo, non autem rigor.*

Procedit, quando aequitas est scripta, aliàs secùs. num. 38.

39 *Aequitas non scripta duplex dicitur iniquitas.*

40 Renunciatio *facta per Monialem ob ingressum in Religionem dicitur realis.*

Contrarium tenent aliqui Doctores ibidem. num. 41.

Prima opinio maximè procedit stante stipulatione pro haeredibus, & successoribus. *n.* 42.

Et stante dictione in infinitum. *num.* 43.

Et stante effusa generalitate verborum in renunciatione apposita num. 44.

Et quando renunciatio est transitoria ad plures personas ordine successiuo. num. 45.

46 *Pactum de non petendo renunciationi adiectum operatur totalem renunciantis exclusionem.*

47 Renunciatio *quando est realis, renuncians habetur pro mortuo.*

Declara, vt num. 48.

49 *Renunciatio Monialis, quod possit habere locum quo ad bona paterna, non materna, reijcitur.*

50 *Renunciatio Monialis ob ingressum in Religionẽ dicitur ob causam.*

Et ideò in ea non requiruntur solemnitates a Statuto requisitae. num. 51.

52 *Religionem ingrediens potest de rebus suis disponere absque aliqua solemnitate.*

53 *Donatarius non potest disponere de rebus donatis sibi eius vita durante tantùm.*

54 *Testamentum ex causa praeteritionis filij est nullum.*

55 *Filia dotata praeterita non potest dicere nullum testamentum patris stantibus masculis.*

56 *Statutum exclusiuum foeminarum stantibus masculis ligat etiam* Moniales.

Cum illas excludat statim natas antequam fiant Moniales num. 57.

58 *Foemina exclusa per Statutum temporaliter praeterita, deficientibus masculis, potest testamentũ patris impugnare.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 59.

60 *Testamento annullato ob praeteritionem filiae, substitutiones tamen conseruantur.*

Cum vigore Auth. ex causa. C. de lib. praet. *conseruentur omnia, praeter haeredis institutionem. num.* 61.

62 *Fideicommissum purificatum transmittitur ad haeredes etiam non agnitum.*

63 *Puri, & purificati idem est iudicium.*

64 *Fideicommissum purum transmittitur ad haeredes etiam extraneos, & num.* 65.

66 *Clausula codicillaris operatur, quod venientes ab intestato teneantur haereditatem restituere haeredi scripto in testamento nullo.*

Retenta per eos sola legitima, si praeteriti sint filij. num. 67.

Fallit, si sit praeterita filia dotata, & tempore restitutionis non adsint masculi. num. 68.

69 *Clausula codicillaris apposita per tempus futurum conseruat substitutiones in testamento factas, &* 70.

Et substitutio directa obliquatur, & valet in vim fideicommissi. num. 71.

72 *Donatio dicitur iuris quaesiti, & renunciatio iuris quaerendi.*

Ss 73 *Filius*

73 *Filius præteritus, qui tenetur restituere vigore clausulę codicillaris, potest detrahere duas quartas.*
74 *Dos imputatur in legitimam filiæ.*

ALLEGATIO XXXXX.

Reuerende P. Reu. Mater Sor. Maria Liuia filia q. Perillustr. D. Iulij Cæsaris Scirri de Vrbania de anno 1628. sub die 12. Mensis Augusti volens professionem emittere in Monast. rio S. Claræ eiusdem Ciuitatis seruatis de iure seruandis renunciationem bonorum fecit ad fauorem DD. Iulij Cæsaris Patris, Claudij fratris, eiusq. filiorum, & descendentium in hęc verba: renunciauit omnibus, & quibuscumque bonis paternis, maternis, fraternis, & quibusvis alijs quoquo modo ad se spectātibus, & spectaturis &c. omnibusq. iuribus, & actionibus quomodolibet sibi competentibus, & in futurum competituris quouis iure, vel titulo ad fauorem D. Iulij Cęsaris Patris, & D. Claudii eius fratris præsentium, & acceptantium &c. quibus omnia prædicta porè, & liberè dedit, cessit, & donauit ob ingressum in d. Religionem, hac tamen conditione, & pacto solemniter stipulato, quod si D. Iulius Cæsar ex hac vita migrasset ante dictum D. Claudium, post illius mortem renunciatio, & cessio prædicta facta sit, & esse intelligatur ad fauorem d. D. Claudii, & illius filiorum, & descendentium in infinitum, sed casu, quo prædecederet d. D. Claudius dicto eius patri, renunciatio prædicta facta sit, & esse intelligatur ad fauorem d. D. Iulii Cæsaris, illius vita durante, & post illius mortem ad fauorem filiorum, & descendentium D. Claudii sui fratris, & prædicta pro conseruatione Cippi Domus.

Decessit primò loco D. Claudius nullo condito testamento, & relictis post se dicto D. Iulio Cæsare Patre, & duobus filijs, Octauio masculo, & Victoria fœmina, postmodum ex hac vita migrauit D. Iulius Cæsar condito per eum testamento, in quo instituit hæredem D. Octauium eius nepotem, & ei decedenti quandocumque sinè filiis substituit d. D. Victoriam, quæ longè post mortem D. Iulij Cæsaris Aui ingressa fuit in Monasterium S. Luciæ Ciuitatis Vrbini, & in eo professionem emisit in forma.

Post hæc decessit D. Octauius ab intestato, cuius hæreditatem Monasterium S. Luciæ Vrbini ex persona D. Victoriæ ibidem Monialis professæ sub nomine Sor. Mariæ Victoriæ adiuit, quam modò adhuc retinet, & possidet.

Postremò vitam cum morte cōmutauit ipsa Sor. Maria Victoria Monialis professa in Monasterio S. Luciæ Vrbini, cuius occasione Monasterium S. Claræ Ciuitatis Vrbaniæ ex persona Sor. Mariæ Liuiæ filiæ Iulii Cæsaris hodiè viuentis prætendit reintegrari ad bona, quibus ipsa renunciauit, stante deficientia dictorum DD. Iulij Cæsaris Patris, Claudij fratris, & illius filiorū, & descendentium, ac agnationis, ad cuius fauorem ipsa Sor. Maria Liuia renunciationem fecit, vt supra, vndè quæritur modò ad cuius fauorem sit de iure respondendum.

In qua controuersia, quæ quidem admodum intricata, & difficilis dici potest propter varias
1 Doct. sententias, ita vt ipsamet Rota Rom. †quę propter illius DD. Auditorum eminentem in iure peritiā meritò appellatur splendor Vrbis, & Orbis, vt dicit *Paul. Rube. in eius discur. ad studio. in prin. 7. par. decis. recen. n. 215.* in hoc articulo in diuersas iuerit sententias, vt ex pluribus decisionibus super hac materia emanatis videre est, & præcipuè *decis. 587. par. 1. rec. & in Maceraten. pecuniaria 14. Iunij 1641.* & rursus *in eadem causa 12. Maij 1642. coram R. P. D. Merlino*, & iterum *in eadem 20. Iunij 1644. coram Eminentiss. Card. Ottobono*, omnibus tamen in hac facti specie maturè considetis, & postquam diù anceps fuerim, quidnam esset pro veritate respondendum, quo ad partem dotis maternæ Sor. Mariæ Liuiæ tangentē de rigore iuris censeo, iura Ven. Monasterij S. Luciæ Ciuitatis Vrbini esse magis substentabilia, & ad eius fauorem esse respondendum.

2 Ad illius enim fauorem stat conclusio cōmuniter recepta per Doct. quod renunciario generaliter facta a Monaco obstat etiam Monasterio agenti ad bona renunciata *cap. si qua mulier 19. quæst. 3. §. illud. quoq. Auth. de Monac. Auth. nunc autem C. de Epis. & Cler.* & tradunt *Deci. cons. 31. in fin. Conar. in cap. quamuis par. 3. §. 2. num. 5. de pact. in 6. Amat. decis. March. 46. num. 24. & 25. Gratia. decis. March. 40. n. 4. & ibi Add.* latè *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 7. cap. 6. num. 2. & seq. & num. 10.* quamplures adducens concordantes, *Paul. Rube. ad decis. 523. par. 4. rec. tom. 3. num. 91. Rot. decis. 587. num. 1. par. 1. & decis. 714. in fin. par. 2. recen.*

3 Ita vt Monasterium neque valeat dictam renunciationem impugnare sub prætextu ænormissimæ læsionis, si Nouitia recepta dote cōpetenti renunciat cum iuramento reliquæ parentum hæreditati opulentæ, ex qua in quintuplo, & longè maiori quantitate obtinere debebat legitimam partem, vt not. *Deci. d. cons. 31. in fin. Conar. in d. §. 2. num. 5. Amat. d. decis. 46. num. 24. & 25. Caball. cons. 104. num. 17. & seq. vol. 1. Pacia. cons. 132. num. 68. vol. 1. Gratia. d. decis. 40. num. 3. & seq. Alba. cons. 304. num. 20. lib. 2. & aly.* quos refert, & sequitur *P. Sanch. d. cap. 6. num. 10. Paul. Rube.* ad d.

ad d. decis. 523. *n.* 94. Rota *in Vlisbonen. bonorum* 28. *Ianuarij* 1594. *coram* R. P. D. *Penia.*

Cum Monasterio nullum ius competat super
bonis a Monaco renunciatis ante ingressũ in
Religionem *d. cau. si qua mulier* 19. *quæst.* 3. *d.*
§. illud quoq. Auth. de Monac. & tradunt *Couar.*
d. §. 2. *num.* 5. *P.* Sanch. *d. cap.* 6. *num.* 10. *&*
Paul. Rube. *vbi supra num.* 92.

Neque obstat, quod renunciatio facta per Sor.
Mariam Liuiam bonis paternis, maternis, &
fraternis ad fauorem patris, fratris, & illius fi-
liorum, & descendentium pro conseruatione
5 Cippi Domus, † quæ importat conseruationem
agnat ionis ad not. *per Hond. cons.* 29. *num.* 77.
et seq. lib. 1. *per. Card.* Mantii *de coniect. lib.* 8.
tit. 12. *n.* 24. *et per Fusar. de subast. quæst.* 348.
in prin. et cons. 107. *num.* 4. *lib.* 1. qui alios ad-
6 ducunt, † dum pater, frater, & alii renunciata-
rii amplius non exstant, & agnatio defecit, &
sic defecit causa finalis renunciationis, deficere
etiam debeat ipsa renunciatio, tamquam illius
effectus, ita vt perindè sit, ac si renunciatio fa-
cta non fuisset, & ideò Monasterium S. Claræ ex
illius persona ad bona renunciata veniat rein-
tegrandum, vt tradunt *Io. Franciscus de Ponte*
cons. 39. *in prin. lib.* 1. *Franc. Becci. cons.* 74.
num. 12. *& seq. lib.* 1. *Ant. Gomez ad.* 22. *Tauri*
num. 10. *& seq. Andr. Gail. prac. obseru. lib.* 2.
obser. 148. *num.* 2. *Pascal. de patr. potest. par.* 3.
cap. 7. *n.* 52. P. *Sanch. in præcep. Decal. lib.* 7.
cap. 7. *num.* 19. *& seq. Paul. Rube. ad d. decis.*
523. *num.* 100. *& seq. par.* 4. *rec. tom.* 3. & dixit
Rota *in Maceraten. pecuniaria* 14. *Iunij* 1641. *&*
in eadem 12. *Maij* 1642. *coram* R. P. D. Merlino.

7 Cum quælibet dispositio intelligenda sit rebus
sic stantibus *l. quod seruius* 8. *ff. de cond. cau.*
data l. quaro 58. *§. inter locationem ff. locat.*
Franc. Becci. d. cons. 74. *n.* 21. *Surd. cons.* 445.
num. 35. *lib.* 4. latè *Barbo. de claus. clau.* 129.
num. 2.

8 Quia respondeo multipliciter, & primò, quod
prædicta habent locum, quãdo renunciatio stat
in puris terminis simplicis renunciationis, il-
losq; non egreditur, in quibus terminis loquun-
tur *Doct. et Rot.* in loc. proximè adductis, secùs
tamen est, quando agitur de renunciatione fa-
cta in vim pacti, & donationis irreuocabilis in-
ter viuos, vt in casu nostro, vt cantant verba
Instrumenti ibi *Quibus omnia prædicta purè, et*
9 *liberè dedit, cessit, atq; donauit,* † quia tunc, cum
donatio sit de sui natura perpetua *Gratia. discep.*
foren. cap. 386. *num.* 14. *par.* 2. *Ciriac. contro.*
128. *num.* 40. *Capic. Latro decis.* 23. *num.* 2. *in*
fin. lib. 1. & ante eos *Clar. in §. donatio. quæst.* 1.
num. 3. licet facta fuerit ad fauorem patris, fra-
tris, & illius filiorum, & descendentium, & pro
conseruatione agnationis, illis vita functis, &
deficientibus, non expirat, sed transit ad hære-
des donatarij *l.* 1. *ff. de donat.* & tradunt *Card.*
Manti. de tacit. lib. 13. *tit.* 21. *num.* 20. optimè
Gratia. discept. foren. cap 386. *num.* 5. *et seq.*
par. 2. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 6.
D. Andreol. contro. 252. *num.* 4. *Theod. Rube.*
in singul. Rot. *Rom. tom.* 2. *circa Doct. approba*
Rota in verb. Alexander §. 10. *apud Achill. decis.*
vni. de donat. & apud Putc. decis. 273. *num.* 4.
lib. 3. *& decis.* 587. *num.* 1. *par.* 1. *& d. decis.*
714. *num.* 9. *post medium par.* 2. *rec. & in* Rom.
fideicommissi de Incoronatis 5. Nouembris 1639.
coram R. P. D. Pirouano, & in dicta Maceraten.
pecuniaria 20. *Iunij* 1644. *coram Eminentissimo*
Card. Ottobono §. donatio autem etc.

Maximè cum agatur de renunciatione dotium
maternarum iam quæsitarum ipsi renuncian-
10 ti, † quo casu renunciatio dici non potest sim-
plex repudiatio iuris de futuro, sed potiùs do-
natio mera iuris iam quæsiti, vt not. *Putc. inter*
cons. Odd. cons. vlt. num. 12. *Scacc. de iudic. lib.* 2.
cap. 2. *num.* 292. *in fin.* alios adducens Rota
decis. 292. *num.* 20. *& seq. & decis.* 323. *n.* 26.
& seq. par. 6. *rec. & in d. Maceraten. pecunia-*
ria 20. *Iunij* 1644. *coram Eminentissimo Card.*
Ottobono §. nec minus &c.

11 Quæ eò magis habent locum stante Clausula
& cætera apposita in instrumento renunciatio-
nis post illud verbum *Acceptantibus*, quæ exten-
ditur pro se, hæredibus, & successoribus *D. An-*
dreol. contro. 232. *n.* 3. *in fin.* in terminis *Caren.*
resol. 245. *num.* 6. Rota *decis.* 393. *in prin. par.* 1.
diuer. in puncto *eadem Rota d. decis.* 587. *nu.* 3.
par. 1. *rec.*

12 Maximè cum in contractibus regulariter cen-
seatur stipulatum etiam pro hæredibus, & suc-
cessoribus, licèt de eis non sit facta mentio *l. ve-*
teris 13. *C. de contrab. & comm. stipul. Surd. decis.*
322. *num.* 36. *& seq. Card. Manti. de tacit. lib.* 3.
tit. 1. *num.* 33. *& seq. Adden. ad Rot. decis.* 10.
num. 38. *& seq. par.* 3. *rec.* Rota *decis.* 682. *n.* 4.
par. 1. *diuer. & decis.* 659. *num.* 4. *& seq. par.* 4.
rec. tom. 3. *& d. decis.* 587. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

13 Cum hæres dicatur nominatus in instrumen-
to saltem virtualiter *l.* 1. *ff. si cert. pet. Bertaz.*
de clau. clau. 12. *glos.* 4. *sub num.* 1. *Coler. de*
proces. exect. par. 1. *cap.* 10. *num.* 272. *Mauson.*
de caus. execut. ampl. 14. *num.* 36. quos refert,
& sequitur *D. Andreol. contro.* 156. *num.* 10.

14 Quod verbum *hæredibus* de eius proprietate
comprehendit etiam hæredes extraneos, itaut
etiam ab eis renuncians excludi valeat, vt not.
Paris. cons. 26. *num.* 38. *& seq. lib.* 3. *Afflict.*
decis. 161. *sub num.* 3. *Capic. decis.* 192. *num.* 2.
Rouit. cons. 42. *num.* 11. Marta *de success. par.* 1.
quæst. 14. *art.* 1. *num.* 11. *& seq.* P. *Sanch. in*
præcept. Decal. lib. 7. *cap.* 7. *num.* 27. *Merlin.*
Pignatel. contro. 5. *n.* 5. *Rota apud Buratt. decis.*
894. *num.* 4. *& d. decis.* 587. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1.

rec. & in Perusina hæredit. 26. Iunij 1628. coram Card. Virili, quos refert Rota in Romana successs. de Comitibus 23. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Decano §. nec refragatur etc. & comprobat Barbos. de clau. claus. 112. in prin. alios adducens quamplures.

15 Nec non attentis illis verbis purè, et liberè dedit, cessit, atq; donauit, quæ meram, & puram donationem factam fuisse per dictam Sor. Mariam Liuiam, ostendunt Grat. cons. 50. num. 56. et seq. par. 1. Paris. cons. 88. num. 101. lib. 3. Menoch. cons. 112. n. 41. lib. 1. Hond. cons. 47. num. 16. lib. 1. vbi testatur de communi opinione, & illam ab omni onere exemptam demonstrant glos. in clem. dudum in verbo liberè de sepult. Menoch. cons. 1042. num. 10. Barbos. de dictio. dict. 190. num. 4.

16 Ac etiam stante causa expressa ibi Cupiens ante dictam professionem renunciare omnibus rebus mundanis, quæ denotat, ipsam voluisse omne ius a se in perpetuum abdicare, vt post Crauc. Couar. & Vasq. per eum adductos tradit Gratia. discep. foren. cap. 568. num. 31. par. 3. & post eum Altograd. cons. 66. num. 28. & seq. lib. 1. Rota in d. Maceraten. pecuniaria coram Eminentiss. Card. Ottobono §. quod verò etc.

Respondeo secundò, quod causa finalis d. renunciationis non fuit conseruatio agnationis, sed illa fuit rantùm impulsiua, vt infra dicetur, sed causa finalis illius fuit ipse ingressus Religionis, vt apparet manifestè ex verbis instrumenti ibi Quibus omnia prædicta purè, et liberè dedit, cessit, atq; donauit ob ingressum in d. Religio-

17 nem, itaut † cum simus in claris, ideò non sit vlterius de hoc quærendum l. ille, aut ille 25. ver. cum in verbis ff. de lega. 3. l. continuus 137. §. cum ita ff. de verb. obliga. l. 2. C. de legibus Rolan. cons. 80. num. 51. lib. 3. Gratia. discep. foren. cap. 824. num. 10. par. 5. & in terminis not. Soc. Sen. cons. 183. num. 3. lib. 2. & Franc. Becci. d. cons. 74. num. 11. versiculo quibus ta-

18 men &c. lib. 1. † nec non etiam ex illis verbis proemialibus volēs in dicto Monasterio profiteri, & velum suscipere, & ob id cupiēs ante professionem renunciare omnibus rebus mundanis, ex quibus pariter colligitur, quod illa deliberans de Religionis ingressu, & paupertatem eligens bonis renunciauit, quia Religionem ingredi volebat, si quidem in sęculo si remanere voluisset, dictam renunciationem non fecisset, & ideò dicta causa verè finalis esse dicitur Natt. cons. 609. num. 10. & seq. Craue. cons. 142. num. 9. Surd. cons. 164. num. 31. & seq. lib. 2. Rolan. cons. 44. n. 15. lib. 4. Franc. Becci. d. cons. 74. sub num. 11. Gratia. discep. foren. cap. 742. num. 7. & cap. 764. n. 8. par. 4. latè Reg. Capic. Latro decis. 160. num. 9. lib. 2. alios adducens.

19 Cum enim in dicto proemio deducatur ingressus Religionis per viam causę, ex eo demonstratur causa finalis dispositionis l. fin. & ibi Bart. & alij ff. de hæred. instit. Franc. Becci. d. cons. 74. num. 11. Hond. cons. 48. num. 15. lib. 1. Gratia. d. cap. 742. num. 7. & d. cap. 764. n. 8. in puncto Gargiar. Iun. cons. 100. num. 62. lib. 1. Rota apud Duran. decis. 282. num. 72. & apud Buratt. decis. 106. num. 2. & decis. 378. nu. 3. & in Ariminen. successs. 26. Ianuarij 1654. corā R. P. D. Bichio §. facilius &c.

20 Et quod ipse ingressus religionis sit causa finalis huiusmodi renunciationum, voluerunt Soc. Sen. d. cons. 183. num. 3. lib. 2. Deci. cons. 86. num. 5. versiculo quantum verò &c. Couar. in d. cap. quamuis par. 3. §. 2. num. 4. versiculo tertia ratio &c. de pact. in 6. Barz. decis. 25. n. 68. quos refert, & sequitur Rota decis. 587. n. 4. par. 1. recen. & idem voluerunt Franc. Becci. d. cons. 74. sub num. 11. & Gargiar. Iun. d. cons. 100. num. 60. et seq. lib. 1. Altogra. cons. 36. num. 14. & seq. & cons. 37. num. 33. lib. 2.

21 Quæ eò magis vera sunt, stante dictione illa & ob id, quæ idē importat, quod dictio & ideò Bart. in l. demonstratio 17. §. quod autem num. 9. ff. de condi. & demon. Barbo. de dictio. dict. 144. num. 2. quæ est causalis, & denotat causam finalem Franc. Becci. cons. 20. num. 13. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 19. Craue. cons. 192. num. 1. versiculo tertiò arguitur Barbo. dicta dictio. 144. n. 3. alios adducens.

22 Et stante expressione plurium causarum in renunciatione, quo casu ingressus in Religionē dicitur causa finalis, aliæ verò impulsiuæ, vt declarat Rota in Rom. successs. de Comitibus 23. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Decano §. concedturā. & in Ariminen. success. 26. Ianuarij 1654. coram R. P. D. Bichio. §. facilius accedente &c. & Altograd. cons. 36. num. 14. lib. 2.

Contemplatio verò agnationis fuit causa solùm

23 impulsiua, non finalis, † cum talis in dubio præsumatur, maximè non constito, quod disponens non fuisset aliter dispositurus l. 1. §. cum ff. de postul. glos. in l. 2. §. [illegible] & ibi Bart. Alberi. Roma. & alij ff. de donat. Bald. in l. generaliter 41. num. 5. C. de Episc. & Cler. Rola. cons. 44. num. 7. lib. 4. Gratia. discep. foren. cap. 765. n. 55. par. 4. Caph. cons. 82. num. 9. lib. 1. Rot. d. decis. 587. num. 5. par. 1. & decis. 561. nu. 65. par. 4. rec. tom. 3. præsertim cum d. Monialis etiā cessante ratione conseruationis agnationis verisimiliter dictam renunciationem fecisset, tum ob sanguinis coniunctionem, tum ob promissionem scutorum duodecim annuorū, frumenti, vini, & aliorum per Patrem eidem factam, & ob dotem ab eo receptam, vt considerauit Barz. d. decis. 25. num. 70. & seq. & Rota d. decis. 587. num. 5. par. 1. recen. videu.

24 Et ideò, licèt cessauerit cōtemplatio agnationis,

nis, vti causa impulsiua renunciationis propter
deficientiã illius, non tamen cessare deber effe-
ctus renunciationis *glos. Barc. & alij Scriben. in
l. 2. §. fin. ff. de donat. Alex. in l. fin. in prin. C.
de edic. D. Adrian. toll. Tiraq. in tract. cessan.
cau. limi. 1. num. 1. & seq. Caph. d. cons. 82.
num. 8. vol. 1. Aldou. cons. 73. num. 31. Gargiar.
Iun. d. cons. 100. num. 61.* Rota *d. decis. 587.
num. 6. par. 1. rec. & in d. Ariminen. succes. 26.
Ianuarij 1654. coram R. P. D. Bichio. §. facilius
&c. Altogra. d. cons. 36. num. 15.*

Postremò est aduertendum, quod Sor. Maria Liuia
dictam renunciationem fecit, non solùm ob cõ-
seruationem agnationis, sed etiam ob ingressũ
in Religionem, & ad effectum se expoliandi re-
bus mundanis, vt habetur in proemio, & in dis-
positiua instrumenti renunciationis, & sic ex
25 pluribus causis, † pro vt etiam de iure præsu-
mitur *Alba. cons. 74. n. 11. Franc. Becci. cons.
41. num. 24. Tiraq. in tract. cessan. cau. limit.
21. num. 11. Surd. decis. 174. num. 23.* Rota
decis. 348. num. 3. par. 4. rec. vndè, licèt cessa-
uerit causa conseruationis agnationis ob defi-
cientiam illius, non tamen cessat causa ingressus
Religionis, & se expoliandi rebus mundanis,
26 quæ adhuc durant, concurrentibus autem pluri-
bus causis finalibus, si vna cesset, & altera rema-
neat, non cessat dispositio, & illius effectus §.
*affinitatis Inst. de nupt. Osasch. decis. Pedem. 118.
num. 6. Surd. cons. 361. num. 14. lib. 3.* Roman.
*cons. 497. in fin. Tiraq. in d. tract. cessan. cau. li-
mit. 22. num. 1. & seq.* in puncto *Marcscot. var.
resol. lib. 2. cap. 20. nu. 8. Gratia. discep. foren.
cap. 971. num. 6. & 7. par. 5. Altogra. d. cons.
36. n. 15.* Rota *decis. 587. num. 7. par. 1. rec.
& decis. 348. nu. 2. par. 4. rec. & apud Buratt.
decis. 12. num. 12. et in d. Maccraten. pecunia-
ria coram Eminentiss. Card. Ottobono §. vlterius
fuit ecc. et in d. Ariminen. success. coram R. P. D.
Bichio §. facilius. etc.*

27 Quæ omnia libentius sunt admittenda, quia
huiusmodi renunciationes, quæ fiunt a Monia-
libus, sunt latiùs interpretandæ, quam illæ, quæ
fiunt a puellis nubentibus in sæculo, tum quia
hæ censentur eo animo factæ, & receptæ, vt re-
nunciatarius de illis disponere possit, etiam si
personæ contemplatæ deficiant, vt tradunt *Ro-
nit. cons. 44. nu. 7. et 14. lib. 1. P. Molin. de iust.
& iur. com. 3. disput. 379. sub n. 19.* vbi ideò
dicit, illas propter deficientiam personarum
contemplatarum non deficere, *Gargiar. Iun. d.
cons. 100. num. 49. lib. 1. & cons. 87. num. 44.
lib. 2. Paul.* Rub. *ad d. decis. 523. par. 4. rec.
tom. 3. num. 126. & in d.* Maccraten. *pecuniaria
coram Eminentiss. Card. Ottobono §. nõ obstat etc.
Altogra. cons. 66. num. 4. lib. 1.*

28 Tum quia dictæ renũciationes a Monialibus
fieri solent inter alias causas, vt humanarum
rerũ curis omninò liberæ magis quieto animo
Deo possint inseruire, vt dicit *Paul. Rub. vbi
supra num. 128.* & sæpius ponderauit Rota, &
precipuè *decis. 714. in fin. par. 2. rec. & in d.
Maceraten. pecuniaria coram Eminentiss. Card.
Ottobono §. quod verò &c.* & ponderat *Altogra.
d. cons. 66. num. 29.*

29 Neque nocent adducta *per Rot. in Maceraten.
pecuniaria 12. Maij 1642. coram R. P. D. Mer-
lino §. & quidẽ,* quod imò contemplatio agna-
tionis sit causa finalis renunciationis, vbi testa-
tur de frequentiori opinione, ex pluribus, &
30 primò, quia dicta opinio non est tuta, †
cum contrarium teneant *Soc. Sen. Deci. Couar.
Barz. Franc. Becci. Gargiar. Iun. & ipsamet* Rota
*loc. supra adducto in versiculo, & quod ingressus
&c. et Altogra. in loc. ibi adducto.*

Secundò, quia Doct. ibi per Rot. adducti, nempè
Rolan. *Hond. Franc. Becci. Pascal. Surd. Decia.
et Rota* non videntur asserere id, ad quod addu-
cuntur, vt ex eis est videre.

Tertiò, quia, admissa etiam, citra veri præiudicium,
dicta opinione, quod conseruatio agnationis
sit causa finalis dictæ renunciationis, de qua
maximè dubitauit *eadem Rota decis. 561. num.
52. & seq. par. 4. rec. tom. 3.* & contraria opinio
est verior in casu nostro ex rationibus supra ad-
ductis, quas non repeto, illa tamen non est so-
la, sed aliæ etiam causæ concurrunt, nempè in-
gressus Religionis, & votum se expoliandi re-
bus mundanis, vt supra dixi, pluribus autem
causis concurrentibus, si vna cesset, nempè cõ-
seruatio agnationis, & alia, seù aliæ remaneant,
non tamen cessat dispositio *d. §. affinitatis, & ibi
not. Aret. in princ. Inst. de nupt. & tradunt Osasch.
Surd. Roma. Tiraq.* Marcsco. *Gratia.* Rota, *& alij
adducti supra num. 25. & seq.*

Neque prædictis obstare videtur, quod in definiẽda
controuersia, de qua agitur, veniat attendenda
principaliter mens Sor. Mariæ Liuię renuncian-
tis, ad cuius scilicet fauorem ipsa renunciaue-
31 rit, † cum mens contrahentis attendenda sit,
in qualibet dispositione, non autem verba *l. fin.
C. qua res pign. oblig. poss. Deci. cons. 555. n. 6.
Hond. cons. 29. num. 87. lib. 1. P. Sanch. in præ-
cept. Decal. lib. 7. cap. 7. num. 16.* vndè cum ex
instrumento renunciationis constare videatur
de mente eiusdem, quod renunciationem fece-
rit ad fauorem patris, fratris, & illius filiorum,
& descendentium pro conseruatione agnationis,
& sic quod, deficiẽte agnatione, bona renuncia-
ta ad eam reuertantur, ideò mens eius sequen-
da sit, non autem verbum illud instrumenti *do-
nauit*, vt tradunt *Hond. d. cons. 29. n. 87. Franc.
Becci. d. cons. 74. num. 28.* plenè *Ciriac. contro.
478. num. 18. & seq.*

Quia respondeo dupliciter, & primò quod non
apparet manifestè de mente renunciantis, quod
defici-

deficiente agnatione bona ad renunciantem reuerti debeant, imò cum dicta renuncians vsa fuerit verbo donationis, quæ est de sui natura perpetua, & transitoria ad hæredes, vt probaui supra pluribus authoritatibus allatis in versiculo, *quia prædicta* &c. ex hoc colligitur, quod mens renunciantis fuerit, quod ipsa renunciatio esset perpetua, & transitoria ad hæredes renun-
32 ciatarij, † cum mens contrahentium talis esse præsumatur, qualis naturæ contractus congruit, vt tradunt *Bald. in l. si repetendi* 7. *num.* 2. *C. de cond. ob cau. & in conf.* 182. *n.* 6. *par.* 1. *Roma. conf.* 509. *num.* 7. Rolan. *conf.* 59. *num.* 42. & 43. *lib.* 3. latè *Card. Manti. de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 15. *Rota decis.* 415. *num.* 22. *par.* 4. *rec. tom.* 3. & qualem proprietas verborum demonstrat *Alex. conf.* 55. *num.* 8. *lib.* 3. *Rola. d. conf.* 59. *num.* 42. *lib.* 3. *Caph. conf.* 753. *num.* 47. *lib.* 5. *Card. Manti. de tacit. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 12. & 13. vbi alios recenset sectatores *Ciriac. contro.* 8. *num.* 12.

33 Secundò respondeo, quod mens contrahentium non est attendenda, quando verba nullo modo conueniunt, vt post *Salic. Aret. Alex. Ias. & Ruin.* per eum adductos tradit *Caph. conf.* 424. *num.* 183. *lib.* 3. & *conf.* 737. *nu.* 21. *vol.* 5. *Rola. d. conf.* 59. *num.* 42. & *seq.* & ante eos *Deci. in l. semper in stipulationibus* 34. *num.* 1. & *seq. ff. de reg. iur. & Bald. d. conf.* 182. *num.* 6. *par.* 1. benè *Card. Manti. de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 12. cum ad hoc, vt mens attendatur, oporteat, quod verbis conueniat, saltem in lata significatione *Bart. in l. in ambiguo* 3. *num.* 2. *ff. de rebus dub. Alex in l.* 3. *ad fin. C. de libe. prat. Caph. d. conf.* 737. *num.* 22. *Rolan. d. conf.* 59. *num.* 42. sed dictum verbum *Donauit* perpetuũ, & transitorium ad hæredes non patitur, nec eius naturæ conuenit, quod dicta renunciatio deficiente agnatione, deficiat, ita vt bona redeant ad renunciantem, vt probaui supra in dicto versiculo, *quia prædicta* meritò &c.

34 Et ideò hanc opinionẽ in his terminis, quod renunciatione facta cõtẽplatione patris, fratris, & pro conseruatione agnationis, stante verbo *Donauit* in renunciatione apposito, agnatione deficiente, bona non reuertantur ad renunciantem, sed transeant ad hæredes renunciatarij, voluerunt *Card. Manti. de tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 20. optimè *Gratia. discep. foren. cap.* 386. *num.* 14. & *seq. par.* 2. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 6. *D. Andreol. contron.* 252. *nu.* 4. *Theod. Rube. in Singul. Rot. Rom. tom.* 2. *circa Doct. approb.* a Rota in verbo *Alexander* §. 10. & pluries fuit resolutum in Rota, & *præcipuè apud Achill. decisio. vni. de donat. & apud Put. decis.* 274. *nu.* 4. *lib.* 3. & *decis.* 587. *num.* 1. *par.* 1. & *decis.* 714. *in fin. par.* 2. *rec.* & *in Romana fideicõmissi de Incoronatis* 5. *Nouembris* 1639. *coram* R. P. D. *Pirouano*, & *in dicta Maceraten. pecuniaria* 20. *Iunij* 1644. *corã Eminentiss. Card. Ottobono* in qua Rota recessit a *dicta Maceraten. pecuniaria corã* R. P. D. *Merlino*.

35 Sicuti etiam non nocet, quod quando est contemplata agnatio, & illi, ad quorum fauorẽ facta est renunciatio, de rebus renunciatis non disposuerunt, vt in casu nostro, in quo D. Octauius non disposuit, & testamentũ D. Iulij Cæsaris, qui solùm erat dominus bonorum maternorum ei renunciatorum, eius vita durante, nullius est momenti, vt dicam infra in versiculo, *quæ omnia*, filia renuncians agnatione deficiente ad bona renunciata veniat reintegrãda, quasi renunciatarius voluerit illam ad dicta bona reuocare, vt dicit *Paul. Rub. ad d. decis.* 523. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *n.* 110. & voluit *Rota in dicta Maceraten. pecuniaria coram Eminentiss. Card. Ottobono* §. *agnationis itaque*.

36 Quia prædicta locum habere possunt in terminis simplicis renunciationis, in quibus loquuntur authoritates supra adductæ, secùs tamen est in terminis renunciationis factæ in vim donationis irreuocabilis, & transitoriæ ad hæredes, vt in casu nostro, quia tunc, renunciatarijs deficientibus dispositione nõ facta, bona in vim donationis renunciata transmittuntur ad illorũ hæredes, non autem redeunt ad renunciantem, vt tradunt *Card. Manti. de tacit. d. lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 20. *Gratia. Marescot. Theod. Rube. D. Andreol. & Rot. in loc. supra adductis num.* 34.

Neque postremò pro parte Monasterij S. Claræ Vrbaniæ videtur attendendum, quod pro eo videatur adesse non modica æquitas, quæ non videtur pati, quod Monasterium S. Luciæ Vrbini extraneum quo ad DD. de Scirris succedat in vniuersa illorum hæreditate, exclusa Sor. Maria Liuia filia, & sorore respectiuè ipsorum DD. de Scirris, & Monasterio S. Claræ Vrbaniæ, in quo
37 ipsa est Monialis professa, † quæ æquitas in iudicando est per Iudicem sequẽda, reiecta opinione, quæ rigorem continet *Lazar. in tract. de blasph. quæst. vltima num.* 40. *Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 6. & *seq.* & seruare solet *Rot.* vt ipsamet testatur *decis.* 62. *nu.* 11. *par.* 5. *rec.*

38 Quia id potest habere locum, quando æquitas est scripta, secùs tamen est, quando æquitas non est scripta, sed est scriptus rigor, vt in casu nostro, quia tunc Iudex sequi debet, non æquitatem non scriptam, sed rigorem scriptum, vt tradunt *Ant. Monac. decis. Floren.* 70. *num.* 31. *Barbo. axiom.* 15. *num.* 3. *Amat. decis.* 24. *num.* 25. *Caren. resol.* 145. *num.* 8. *in fin. Caluin. de æquit. d. cap.* 4. *num.* 20. & 21. & ratiocinata est *Camera Apostolica* in celebri causa *Rom. affrancationis* 14. *Decemb.* 1642. *corã* R. P. D. *Bonuisio Decano* §. *attamen cõtrariũ* &c. quam referendo sequitur *Paul. Rub. ad decis.* 28. *par.* 3. *rec. n.* 48.

Æquitas

Æquitas enim non scripta, vti cerebrina, non venit attēdenda, cum potius dicatur iniquitas *Barbo. axiom. 15. n. 4. & Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 1. num. 28.* & ante eos scripserunt *Ias. in l. quod si ephesi. 5. §. interdum in fin. ff. de eo, quod cert. loc. & Decia. consi. 38. num. 42. & seq. lib. 1.*

Secundò principaliter dicendum est, nō esse locū
40 petito regressui ad bona renunciata, † quia renunciatio prædicta est realis, vti facta intuitu ingressus in Religionem, vt supra, vt voluerunt *Vinc. de Franch. decis. 375. nu. 2. & seq.* vbi dicit, ita fuisse iudicatum in Sac. Cons. *Mastrill. decis. 65. num. 18. Rouit. conf. 42. num. 11. & consi. 43. n. 13.* secundùm quod iudicatū pariter fuisse in Sac. Cons. testatur idem met *conf. 44. in fin.* cum alijs allegatis *per Cutell. de donat. int. patr. & filium tract. 1. discu. 3. par. 6. num. 127. versiculo renunciatio verò &c.* quos refert, & sequitur *Ca ren. resol. 69. num. 5. &* latiùs *resol. 245. num. 5. & seq.* vbi pariter testatur, ita fuisse iudicatum, cum quibus pertransit *Gargiar. Iun. consi. 100. num. 60. & seq. lib. 1. & Consil. Merlin. contro. 5. lib. 1.* benè *Buttiglier. de success. cap. 2. theor. 49. num. 15.*

41 Quæ cōclusio licèt non videatur omninò † tuta ex not. per *D. Andreol. contro. 310. n. 30. & per Rot. apud Merli. de legit. decis. 48. num. 15. & 16.* qui contrarium tuentur, illa tamen benè procedit in casu nostro, saltem stantibus aliis clausulis, de quibus in instrumēto renūciationis.

42 Et precipuè stāte dictione *Et cætera* apposita post verbum illud *Acceptantibus*, quæ extenditur pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, vt tradūnt *Carena. D. Andreol. & Rot. in loc. adduct. supra n. 11.* ex quo colligitur, mentē renunciantis fuisse, perpetuò a se abdicare bona renunciata *Tute. post. conf. Odd. conf. vlt. n. 43. Surd. conf. 244. num. 11. & seq. lib. 2. Rouit. d. conf. 42. num. 11. Marta de success. lega. par. 1. quæst. 14. art. 1. num. 11.* quos refert, & sequitur *Caren. d. resol. 245. num. 6.* alios adducens, maximè cum renunciatio in dubio præsumatur potius realis, quam personalis *Buttiglier. d. theore. 49. num. 5.*

43 Et stante dictione *in infinitum*, quæ operatur, vt bona renunciata nunquam reuertantur ad renunciantem, vt post *Soci. in conf. 266. nu. 37. lib. 2.* & alios per eum relatos tradit *Gabr. consi. 76. n. 7. & 8. vol. 2. Barbo. de dict. dictio. 163. nu. 5.* in puncto *Caren. d. resol. 245. n. 9. Rota apud Card. Cauaìer. decis. 293. num. 10. & decis. 10. num. 5. par. 1. rec.*

44 Prontetiā colligitur realitas renunciationis ex illis verbis *Renunciauit omnibus, & quibuscumque bonis &c. & quibus vis alijs quoquomodo ad se spectātibus, & spectaturis omnibusq; iuribus, & actionibus quomodolibet sibi cōpetentibus, & in futurum competituris &c. quibus omnia prædicta purè, & liberè dedit, cessit, atq; donauit ob ingressū &c.* ex qua tam effusa generalitate verborū arguitur, mentem renunciantis fuisse perpetuò se excludere ab omnibus bonis donatis & renunciatis, nec vllum ad ea sibi reseruare, voluisse regressum, vt sentit *Gabr. consi. 89. nu 3. lib. 1.* & benè ponderat *Rouit. d. consi. 42. n. 11. & 12. Gargiar. Iun. d. consi. 100. nu. 63. & seq. & Caren. d. resol. 245. num. 7. & Buttiglier. d. theorem. 49. num. 26.*

45 Maximè cum dicta renunciatio, & donatio sit transitoria ad plures personas ordine successiuo, nempè ad patrem, deindè ad filium, & postea ad filios, & descendentes fratris, & ideò eò magis illa iudicari debet realis, vt considerat *Gargiar. Iun. d. conf. 100. num. 67.*

Et cum ex d. verbis, & clausulis ita generalibus inductum censeatur pactum liberatorium, & de non petendo, quod etiam tacitè induci potest *l. 2. §. & ideò & l. qui in futurum 57. ff. de pact.*

46 *Gargiar. Iun. d. consi. 100. n. 73. & seq.* † quod pactum de non petendo renunciationi adiectū operari totalem exclusionem, scripserunt *Rom. consi. 22. num. 3.* & quando ex verbis apparet, renunciantem voluisse a se omne ius abdicare *Gabr. conf. 89. num. 13. lib. 1. Parisi. consi. 26. num. 40. lib. 3. Gargiar. Iun. d. conf. 100. n. 74. Pascal. de patr. potes. par. 3. cap. 7. num. 48. Buttiglier. vbi sup. num. 3. Altogr. conf. 36. n. 4. lib. 1. & Rota in d. Maceraten. pecuniaria corā Eminentissimo Card. Ottobono §. quod verò* alios adducens.

47 Quando autem renunciatio est realis, renuncians habetur omninò pro mortuo *Molphe. ad consuet. Neapol. tom. 1. tit. 14. de renunciat. quæst. 13. num. 2. Pascal. de patr. potest. d. cap. 7. num. 48. Io. Franc. de Ponte conf. 40. num. 11. lib. 1. Vinc. de Franch. decis. 552. num. 7. & seq.* vbi quamplures adducit ita sentientes *Caren. d. resol. 96. num. 8.* alios pariter referens concordantes *Altogr. consi. 66. num. 46. lib. 1. Rota in Ariminen. success. 26. Ianuar. 1654. in prin. corā R. P. D. Bichio Buttiglier. vbi supra n. 1.*

Quicquid fortasse dici posset, quando age-
48 retur de simplici renunciatione facta ad fauorē certæ personæ, & eius hæredum non intuitu Religionis, nec expresso verbo *Donationis*, quæ est de sui natura perpetua, transitoria ad hæredes, & abdicatiua a se totaliter bonorum donatorū, vt dixi supra, & cessante clausula *In perpetuum*, vt in casu nostro, ita vt non appareat, renunciantem voluisse a se omne ius abdicare, quo casu renunciationem personalem tantùm censeri voluerunt *Gabr. d. conf. 89. num. 8. & seq. lib. 1. Hond. conf. 36. num. 20. & seq. lib. 1. Fulgin. de iur. emphit. in tit. de renunciat. q. 2. num. 1. & seq. & Rota decis. 186. num. 4. & seq. par. 4. rec.*

Neque

49 Neque distinctio, quod renunciatio possit
habere locum quo ad bona paterna, non autem
quo ad materna, de qua per *Rot. in d. Maceraten.*
pecuniaria 12. Maij 1642 coram R. P. *D. Mer-*
lino habet aliquam firmitatem, tum quia in in-
strumento renunciationis adest expressa tenũ-
ciatio bonis maternis, tum quia contrarium est
iure verius, vt tradunt Soc. *Sen. cons. 34. nu. 5.*
lib. 4. Crau. cons. 228. num. 2. Rot. *decis. 141.*
sub num. 10. par. 5. rec. & expressè illam reiicit
eadem *Rota in d. Maceraten. pecuniaria 20. Iu-*
nij 1644. coram Emiuentiss. Card. Ottobono §.
non minus &c. benè comprobans.

Neque in renunciatione, & donatione prædicta
50 aliqua requirebatur solemnitas, † tum quia
illa dicitur ob causam *Gratia. discep. foren. cap.*
975. nu. 41. par. 5. Adden. ad Rot. *decis. 586.*
in fin. par. 5. rec. lib. 2. Rota in d. Maceraten.
pecuniaria coram Emiuentissimo Card. Ottobouo
51 *§. nullitas renunciationis &c.* † in qua solemni-
tates non requiruntur *Ripa iu l. si vnquam q. 13.*
num. 26 C. de reuo. donat. Gabr. cons. 6. nu. 10.
lib. 2, Gratia. discep. foren. cap. 782. num. 22.
par. 4. Card. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 2. n. 7.
& tit. 15. num. 17. Merli. *de legit. lib. 2. tit. 1.*
quæst. 10. num. 20. Fusar. de subst. quæst. 308. in
fin. Ciriac. contro. 270. num. 10. Rota *decis 458.*
num. 4. par. 2. rec. & decis. 363. num. 9. par. 6.
rec. & apud Buratt. decis. 120. nu. 39. & decis.
274 n. 14. & decis. 924. n. 4. & alibi passim.

52 Tum quia ingrediens Religionem habet fa-
cultatem disponendi de rebus suis absq; aliqua
solemnitate a statuto requisita *Deci. cons. 31.*
num. 3. Amat. decis. March. 46. n. 22. Mancnt.
cons. 58. num. 47. Simon. de Prat. cons. 72. n. 8.
lib. 1. Caren. resol. 166. num. 10. Adden. ad Rot.
decis. 586. in fin. par. 5. rec. lib. 2. Rot. apud Bu-
ratt. decis. 461. per tot. & in Rom. donationis 3. Iu-
nij 1641. coram R. P. D. Royas §. *fuit etiam &c.*
& in Rom. *success. de Comitibus* 15. *Ianuarij*
1642. coram Reuerendiss. Decano §. *verum Do-*
mini, & in d. Maceraten. *pecuniaria coram Emi-*
uentiss. Card. Ottobono §. nullitas renunciationis
&c. quicquid contrariũ voluerit *Gratia. discep.*
foren. cap. 975. num. 30. & seq. par. 5. quem
reprobant *Adden. ad Rot. d. decis. 586. in fin.*

Quæ omnia habent locum quo ad bona materna,
etiam circumscripto testamento D. Iulii Cæsa-
ris Patris, super quo se fundat *Rota* contra Mo-
nialem in d. *Maceraten. pecuniaria coram Emi-*
53 *nentiss. Card. Ottobono,* † quia cum renunciatio,
seù donatio facta fuerit per Sor. Mariam Liuiã
eius Patri eius vita durante, ipse non poterat
de rebus donatis disponere testando, ad instar
hæredis grauati fideicommisso ad not. per *Pe-*
regr. de fideic. art. 40. n. 2. & seq. & per Fusar.
de subst. quæst. 554. per tot.

Quo verò ad bona paterna prætensio Monasterii
S. Claræ Ciuitatis Vrbaniæ, vel ad nihilũ, vel ad
admodum parum redigi de iure potest, stante
testamento D. Iulii Cæsaris Patris, in quo ipsa
Sor. Maria Liuia fuit præterita, & sic exclusa,
vt post *Brun. in cons. insert. post tract. de Statut.*
num. 8. per eum relatum scribit *Hond. cons. 10.*
num. 38. vol. 1. & post eum *Mangil. de imput.*
quæst. 61. sub num. 21.

54 Neque dici potest, testamentum prædictum
ex causa præteritionis fuisse nullũ *§. aliud quoq.*
capitulum Auth. vt cum de appell. cogno. Clar.
in §. testamentum quæst. 42. iu prin. Hond. cons.
14. num. 7. lib. 2. alios adducens.

55 Quia, cum tempore conditi testamenti ipsa
Sor. Maria Liuia esset dotata, & extaret D. Octa-
uius masculus eius frater vigore Decreti exclu-
siui fœminarum, stantibus masculis ab hæredi-
tate patris ipsa erat exclusa per D. Octauium
masculũ, ita vt nõ posset vllo modo illius testa-
mentum impugnare, aut nullum dicere *Capra*
cons. 84. num. 11. Cæph. cons. 5. num. 43. lib. 1.
Franc. Becci. cons. 103. num. 19. & seq. lib. 1.
vbi testatur de communi opinione *Tiraq. de iur.*
primog. quæst. 53. num. 12. & seq. Rimi. Iun.
cons. 37. num. 31. & seq. lib. 1. Hond. cons. 10.
num. 39 lib. 1. & cons. 14. num. 8. lib. 2. Clar.
in d. §. testameutum q. 42. versiculo Tu verò &c.
vbi quamplures adducit ita sentientes, & testa-
tur de magis communi Doct. opinione *Peregr.*
cons. 86. sub num. 2. lib. 1, late Merli. *de legit.*
lib. 3. tit. 1. quæst. 14. num. 6. & 7. Michal. de
fratr. par. 3. cap. 11. num. 6. Rota apud Merlin.
de legit. decis. 36. num. 1. & decis. 72. in prin.

56 Quod quidem Decretum exclusiuum fœmi-
narum comprehendit etiam Moniales dotatas,
vt ex Modernioribus tradunt *Cæph. cons. 146.*
num. 26. lib. 1. vbi testatur de magis commu-
ni opinione, *Mangil. de imput. quæst. 58. per tot.*
Thesa. Iun. quæst. foren. lib. 2. q 92. n. 4. & seq.
vbi innumeros ferè adducit Doct. ita sentientes,
& testatur de magis communi Doct. opinio-
ne, & contrariis benè satisfacit *Hond. cons. 11.*
num. 37. lib. 2. vbi hanc opinionem dicit verio-
rem, & magis communem, & ab ea non esse in
iudicando, & consulendo recedendum *Fontanel.*
de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 1. num. 60.
Merli. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 11. nu. 5.* vbi
quamplures adducit de communi, & magis cõ-
muni opinione, testantes *Merli. Pignatel. contro.*
foren. cap. 3. per tot. vbi ita in Sacro Consilio
fuisse iudicatum testatur *Cancer. var. resol. par. 3.*
cap. 11. num. 197. Michal. *de fratr. par. 3. cap. 8.*
num. 2. Reg. *Capic. Latro decis. 31. nu. 10. lib. 1.*
Altogra. cons. 66. num. 37. lib. 1. & Rota *apud*
Greg. XV. decis. 63. per tot.

57 Statutum enim excludens fœminam dotatã
stantibus masculis iniicit vinculum ab initio,
& in natiuitate fœminas ligat, easq; tempore,
quo

quo erant in sæculo sub iurisdictione statuentium, inhabiles facit ad succedendum vna cum masculis, ita vt cum hoc vinculo transierint in Monasterium, & sic cessat obiectum, quod Statutũ non possit ligare Moniales ex defectu iurisdictionis, vt post *Io. Andr. Abb. Felin.* Maran. *Tiraq. Natt. Castr.* Ruin. Soc. *Inn. & alios* per eum relatos declarant *Hond. d. cons.* 11. *n.* 37. *Thesa. d. quæst.* 92. *num.* 8. *& seq.* Reg. *Capici Latro d. decis.* 31. *num.* 11. vbi dicit, quod vnusquisq; nascitur laicus, & ideò fœmina, quando efficitur Monialis non potest conqueri de hoc Statuto, vt ibi per eum *Altog. d. cons.* 66. *n.* 37. *Massin. de confisc. quæst.* 40. *num.* 89. *& seq.* videndus, ex quibus negari non potest, hanc opinionem esse veriorem, & magis receptam per Doct. & sequendam in iudicando, & consulendo, quicquid contrarium tenuerint Doct. quos refert, & sequitur *Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus meus Sperellus Episc. Eugub. meritissimus decis.* 11. *nu.* 17. *& seq. par.* 1.

58 Neque obstat, quod Decretum prædictum exclusiuum fœminarum loquatur per verba suspensiua *Donec, & quousq; masculi superfuerint*, & ideò, cum masculi defecerint, Sor. Maria Liuia reintegrari debeat ad successionem patris, & ad impugnandum eius testamentum, iuxta doctrinã *Bart. in l. fin. §. fin. num.* 5. *ff. ad Tertull.* quem sequuntur *Eugen. cons.* 6. *num.* 12. *lib.* 1. *Colleg. Bonon. inter cons. Hond.* 14. *num.* 7. *& seq. lib.* 2. *Morot. cons.* 23. *num.* 16. & alij, quos referendo sequitur *D. Andreol. contr.* 306. *n.* 16. & dixit Rota *apud Pute. decis.* 143. *in fin. lib.* 2.

59 Quia respondeo dupliciter, & primò, quod dicta opinio non est tuta, cum contrarium, stante testamẽto patris, teneant quamplures Doct. & præcipuè Rainer. Rom. *Marian. Sen. Franc. de Albergo. Colleg. Senen. & Patauin.* quos refert *Gabr. cons.* 7. *num.* 1. *lib.* 2. *& alij*, quos adducit *Mangil. de imput. quæst.* 61. *num.* 64. nec non etiam alij, quos refert pariter, & sequitur *Merli. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 14. *num.* 26. *& seq.* vbi dicit, hanc opinionem habere validiores rationes, & ideò in iudicando esse sequendam.

Secundò, quia cum Sor. Maria Victoria fuerit a
D. Iulio Cæsare patre in testamento D. Clau-
60 dio fratri expressè substituta, † annullato te-
stamento ob præteritionem Sor. Mariæ Liuiæ filiæ, substitutio tamen facta de ipsa Sor. Maria Victoria firma manet, ita vt Sor. Maria Liuia filia præterita, retenta legitima, teneatur Sor. Mariæ Victoriæ residuum hæreditatis restituere, iuxta dispositionem tex. *in Auth. ex causa, & ibi not. Bart. Ias. Cur. Iun. Alciat. & alij C. de liber. præt.* & tradunt etiam *Parls. cons.* 60. *num.* 8. *& cons.* 64. *num.* 5. *& seq. lib.* 2. vbi testatur de communi opinione *Rolan. cons.* 71. *num.* 56. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 111. *num.* 5. *lib.* 1. qui pariter testatur de communi *Odd. cons.* 45. *n.* 19. *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsump.* 32. *num.* 7. *circa medium. Peregr. de fideicom. art.* 2. *num.* 24. latè *Fusar. de substi. quæst.* 571. *in prin.* & ante eum scripsit *Clar. in §. testamentum q.* 54. *in prin.* alios adducens quamplures ita sentientes, & idem voluit *Crass. de success. §. testamentum quæst.* 53. *per tot.*

61 Licèt enim testamentum, in quo filia est præterita, sit nullũ, vt supra; hodiè tamen ex dispositione *d. Auth. ex causa C. de lib. præte.* sustinetur quo ad omnia in eo disposita, præter hæredis institutionem, vt expresè in ea deciditur, & tradunt *Paris. in d. cons.* 60. *nu.* 8. *& alij Doct. supra adducti.*

62 Quod quidem fideicommissum, vti purificatum propter euentum conditionis ob mortem D. Claudij sinè filijs, transmissum fuit in Monasterium S. Luciæ Vrbini, licèt non fuerit agnitum per Sor. Mariam Victoriam in dicto Monasterio professam *l. à testatore* 108. *ff. de cond. & demon. l. cogi.* 16. *§. idem Metianus, & l. postulante* 44. *ff. ad Trebell. l.* 3. *C. de fideic.* & tradunt *Rolan. cons.* 46. *num.* 4. *lib.* 3. *Cæph. cons.* 132. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 1. vbi testatur de cõmuni opinione *Gabr. cons.* 121. *num.* 21. *lib.* 1. vbi pariter testatur de communi *Surd. cons.* 517. *nu.* 3. *lib.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 22. *num.* 5. *& art.* 31. *num.* 3. *&* 4. vbi testatur pariter de cõmmuni opinione, & latè firmat *Fusa. de subst. quæst.* 487. *in prin.* vbi hanc dicit receptissimã opinionem, *Noal. de transm. casu* 2. *num.* 23. *& seq.* qui alios adducunt, & cum eis pertransit *Cenc. de cens. quæst.* 27. *n.* 5. *& seq. Rota decis.* 782. *num.* 20. *par.* 1. *diuer.*

63 Cum puri, & purificati idem sit iudicium *Surd. cons.* 73. *num.* 4. *lib.* 1. *Cenc. d. quæst.* 27.
num. 5. *Pereg. de fideic. art.* 22. *num.* 5. *Noal. d.*
64 *casu* 2. *num.* 24. † fideicommissum autem pu-
rum ad hæredes transmitti, negat nemo *Surd. d. cons.* 73. *num.* 4. *& cons.* 517. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 4. latè *Noal. de transm. d. casu* 2. *num.* 15. *& seq. Fusar. d. q.* 487. *in prin.* qui alios adducit *Cæph. cons.* 132. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. *Crass. de success. §. fideicommissum quæst.* 67. *num.* 1. *Rot. in Nucerina fideic.* 1. *Iulij* 1650. *coram* R. P. D. *Meltio.*

65 Quæ habent locum etiam supposito, quod Monasterium sit hæres extraneus, quia etiam ad eos fideicommissum purum, seù purificatũ transmittitur *Bart. & alij Doct. communiter in l. hæredes mei* 57. *§. cum ita ff. ad Trebel. Gabr. d. cons.* 121. *num.* 21. *Odd. de compend. par.* 6. *q.* 1. *art.* 2. *ampl.* 1. vbi de communi *Noal. de transm. d. casu* 2. *num.* 22. *&* 25. *Fusar. d. quæst.* 487. *num.* 8. vbi alios adducit, & dicit, ipsum ita pluries consuluisse, quibus addo *Intriglio. de subst. centu.* 3. *quæst.* 45. *num.* 3.

Quibus eo magis locus esse debet stante clausula
codicillari in d. testamento apposita, propter
quam, siuè teneamus opinionem *Bart. in d. l.*
fin. ff. ad Tertull quod, stantibus masculis, hære-
ditas stet in suspenso, &, illis deficientibus, te-
stamentum sit nullum ab initio, quam magis
communem appellat *Gabr. cons. 7. nu. 16. lib. 1.*
& quam sequuntur quamplures apud *Mangil.*
de imput. quæst. 61. num. 65. siuè teneamus opi-
nionem *Bald. in l. 2. C. de libe. præt.* quod te-
stamentum sit validum a principio, & rumpa-
tur, deficientibus masculis, pro portione filiæ
præteritæ tantùm, quam veriorem dicunt, *Ga-*
briel. d. cons. 7. num. 25. & seq. & Turret. de
claus. codicil. quæst. 48. num. 8. qui alios ad-
ducunt, cum sit apposita per verba futuri tem-
poris ibi *quod testamentum valere voluit &c.*
quod compræhendit omne tempus, tàm præ-
sens, quàm futurum, vt not. *Bart. Ang. Castr.*
& Alex. in l. stipulationem 5. §. stipulatio ff. de
verb. oblig. Theod. Rube. in sing. Rot. Rom. *tom. 2.*
66 *de claus. clau. 205. num. 16.* operatur, † quod,
annullato testamento ex causa præteritionis,
filia præterita teneatur restituere hæreditatem
per fideicommissum hæredi scripto, vt not.
Bart. in l. 1. num. 11. ff. de iur. codicil. Deci.
cons. 242. num. 5. Paris. cons. 60. n. 24. lib. 2.
in puncto *Gabr. d. cons. 7. num. 25. & seq.* & in
terminis nostris *Caph. cons. 585. num. 41. &*
seq. lib. 4. Turret. de clau. codic. quæst. 2. nu. 2.
alios quamplures adducens, & latissimè com-
probat, innumeris authoritatibus allegatis, *Fu-*
sar. de subst. quæst. 569. num. 1. & seq. vbi te-
statur de receptissima opinione, & dicit, ab ea
in iudicando, & consulendo non esse receden-
dum, *& Theod. Rube. in d. claus. 205. num. 10.*
nec non Ciriac. *contro. 262. num. 73.*

67 Retenta per eam sola legitima, cum agatur
de fideicommisso puro, debito vigore d. clausu-
læ, & de restitutione facienda descendentibus
testatoris, vt not. *Gabr. d. cons. 7. n. 23. Merli.*
de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. n. 23. latè *Hodier.*
ad Surd. decis. 293. num. 6. Ciriac. contro. 262.
num. 77. qui dant concordantes, *Theod. Rube.*
in d. clau. 205. num. 61.

68 Neque obstat, quod prædicta nõ habeant lo-
cum; quando tempore, quo est facienda resti-
tutio vigore d. clausulæ codicillaris, non extant
masculi, & descendentes ex eis, quibus ex præ-
sumpta mente testatoris est facienda restitu-
tio ex vi d. clausulæ, vt in casu nostro, in quo
D. Octauius masculus decessit antequam esset
facienda dicta restitutio, vt not. *Gabr. d. cons.*
7. num. 26. & seq. & Merli. de legit. lib. 3. tit. 1.
quæst. 14. num. 34.

Quia, omisso, quod cum Sor. Maria Victoria fue-
rit a patre in testamento D. Claudio fratri sub-
stituta, testamento anullato ob præteritionem
filiæ vigore *Auth. ex causa C. de lib. præt.* sub-
stitutio de ea facta conseruatur, ita vt Sor. Ma-
ria Liuia præterita, retenta legitima, teneatur
Sor. Mariæ Victoriæ residuum hæreditatis re-
stituere, vt tradunt *Bart. Ias. Curt. Iun. Alciat.*
Paris. Rolan. *Gabr. Odd. Menoch. Pereg. Fusar.*
Clar. & Crass. in loc. adduc. supra num. 60.

69 Quia, inquam, stante d. clausula codicillari
apposita per verba futuri temporis in testamẽ-
to patris, vt supra, substitutio fideicommissaria
in eo facta ad fauorem Sor. Mariæ Victoriæ
conseruatur, ita vt Sor. Maria Liuia ei tenea-
tur vigore dictæ substitutionis hæreditatẽ pa-
ternam restituere, vt tradunt post *Bart. Ang.*
Fulgo. Corn. Deci. Gomez. Ias. Curt. Iun. Rub.
Alex. Soc. Iun. Cagnol. Duran. Rum. *Iun. Card.*
Manti. Decia. Becci. & alios per eum relatos
Surd. cons. 232. sub n. 16. 22. 23. & 37. lib. 2.
& post *Castr.* Menoch. *Marcab. & Thom. Docci.*
per eum relatos declarat *Turret. de clau. codic.*
quæst. 93. per tot. plenè Rube. *in d. tract. de clau.*
cla. 205. num. 24. quamplures adducens, *Rot.*
apud Buratt. decis. 520. num. 9.

70 Cum clausula codicillaris per verba futuri
temporis apposita operetur, quod substitutio-
nes in testamẽto factæ sustineantur *Alex. cons.*
17. num. 17. lib. 3. Deci. cons. 242. num. 2.
Paris. cons. 61. num. 22. & cons. 64. in prin. lib. 2.
Vinc. de Franch. decis. 156. in prin. Tur-
ret. de clau. codic. quæst. 83. per tot. alios ad-
ducens, latè *Theod. Rub. d. clau. 205. num. 9.*
10. & seq. & quod omnia in testamento dispo-
sita, præter hæredis institutionem, sint firma, vt
not. *Paris. d. cons. 60. nu. 8. & Gratia. discep.*
foren. cap. 448. num. 10. par. 3. & quod veniẽ-
tes ab intestato censeantur rogati de omnibus
in testamento contentis *l. ex testamento 29. C.*
de fideic. Bart. in l. 1. col. 1. ff. de iur. codicill.
Soc. Sen. cons. 104. nu. 5. vol. 1. Gabr. cons. 111.
num. 6. lib. 1. Rub. in d. clau. 205. num. 57.

71 Et quod substitutio facta per verba merè di-
recta obliquetur, & valeat in vim fideicõmissi
Crauet. cons. 22. num. 8. Paris. cons. 41. nu. 53.
lib. 2. vbi testatur de communi opinione, *Dilect.*
de art. testan. in tit. de subst. caut. 9. num. 3.
Andr. Gail. prac. obser. lib. 2. cap. 114. num. 3.
Crass. de success. §. codicillus num. 20. & §. sub-
stituto quæst. 54. num. 6. Rub. in d. clau. 205.
num. 9. & seq. quamplures adducens Rotæ de-
cisiones, & Doct. authoritates de communi, &
magis communi opinione attestantium, cum
quibus pertrãsit *Turret. de clau. codic. quæst. 82.*
num. 6. alios pariter recensens.

Cui quidem Sor. Mariæ Liuiæ, quo ad bona pater-
na crederem parum nocere fundamentum do-
nationis, de qua supra, quia cum tempore re-
nunciationis, & donationis ius ei quo ad bona
paterna non esset delatum, donatio prædicta
non

non videtur egredi terminos merę renunciationis, vt post *Giouagn. conf. 91. num. 18. & seq. lib. 1. & Molphe. ad consuet. Neap. tom. 1. tit. 4. quæst. 10. n. 23.* per eum adductos tradit *Caren. d. resol. 69. num. 12. & seq.* quicquid sit quo ad materna, quæ debebantur ipsi Sor. Mariæ Liuię
72 de tempore renunciationis, & donationis, † cum donatio dicatur iuris quæsiti, & renunciatio iuris quærendi, vt post *Castr. cons. 135. n. 1. & 2. lib. 1. & conf. 419. n. 1. lib. 2. & Rolan. de lucro. dot. quæst. 39. num. 24.* per eum relatos dicit *Seacc. de iudiciis lib. 2 cap. 2. num. 292. in fin.* quæ mera renunciatio, si non transit in donationem, vti facta contemplatione agnationis, illa deficiente, habetur pro non facta, vt fuit decisum *in d. Maceraten. pecuniaria corā* R. P. D. Merlino.

Ex quibus apparet satis manifestè, ex bonis paternis Sor. Mariam Liuiam nihil aliud prætendere posse, quàm solam legitimam, quæ, detractis debitis, funeris impensa, & dotibus maternis, est tertia pars hæreditatis *Peregr. de fideic. art. 36. num. 2. Merli. de legit. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 4.* diuidenda cum D. Octauio fratre, & sic reducitur ad sextā hęreditatis partem, non obstantibus notatis *per Bart. Bald. Alex. Simon. de Prat. & alios in loc. relatis per Theod. Rub.*
73 *d. clau. 205. num. 63.* volentes, † filium præteritum, qui tenetur hæreditatem restituere hæredi scripto vigore clausulę codicillaris per tempus futurū conceptæ, detrahere posse duas quartas, quia, quicquid sit de prædictis, hoc nō potest habere locum in casu nostro, in quo Sor. Maria Liuia præterita tenetur hęreditatem restituere principaliter Sor. Mariæ Victoriæ ob substitutionē de ea factam in testamēto patris, vt supra, quo casu locus est detractioni solius legitimæ, vt dixi *supra num. 60.*
74 In quam legitimam cum imputanda veniat dos a Patre recepta *Gabr. d. conf. 7. num. 23. &* in puncto de dote data Monasterio post *Alex. Pic. Rip. Bologn. Fiumag. Coras. Cras. Caph. &* & alios per eum adductos tradit *Merli. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 11. per tot.* vbi dicit, esse etiā imputandas expensas factas causa Monacationis, & post eum, *Caren. resol. 215. nu. 33.* meritò eius prætensio ex bonis paternis ferè ad nihilū, seù ad admodum parum redigi de iure potest, vt supra probaui.

Quarè &c. saluo &c.

Causa prædicta adhuc non fuit ad iudicium deducta, nec Monasterium S. Luciæ Vrbini vsque adhuc fuit molestatum, quod sciuerim. Laus Deo, & Virgini &c.

FINIS.